Fb II. 35.

L. art.
g.
12 b

DE

LVCERNIS
ANTIQVORVM RECONDITIS
Libb. Sex:

IN QVIBVS EARVM RECENS INVENTARVM adhuc ardentium obſeruationes multæ primum afferuntur : Aliorum opiniones omnes de ipſarum attributis dein expenduntur:

EARVM CAVSÆ, PROPRIETATES, DIFFERENTIÆQVE SINGVLÆ DEINCEPS: ex rei natura deteguntur: Pluresque dubitationes e traditis emergentes demum eluuntur.

Explicatis diligenter abditiſſimis Quæſtionibus De Ignium cauſis, origine, varietate, durat ione, motu, & extinctu: De Antiperiſtaſi, Fumo, Cinere, Lentore, Miſtis incombuſtibilibus, Brutorum Funeribus, & alijs Naturæ Arcanis.

Declaratisque plurimis Antiquitatis Lychnos ſupra centum effigiantibus: Cum Indicibus locupletiſſimis.

Bibl: Abbat: Banth: 1746.

AVTORE

FORTVNIO LICETO GENVENSE

EX L. COM.

Phil. Medico in Academia Patau. Theorico ſuprem[illegible].

NOVISSIMVM AVTORIS OPVS

AMPLISSIMO, ATQVE EXCELLENTISSIMO VIRO

D. RAIMVNDO IANFORTI ARCHIATRO

Principi Medicæ praxis in Pat. Lyceo Profeſs.

A MATTHÆO CADORINO BIBLIOPOLA DICATVM.



PATAVII, Apud Matthæum Cadorinum, MDCLXII.

SVPERIORVM PERMISSV.



Staats-
Bibliothek
Bamberg

Ampliſsimo, atque Excellentiſsimo Viro

D. RAIMVNDO IANFORTI ARCHIATRO

Principi praxis Medicæ in Patauino Lyceo Profeſſori.

MAximum immortalitatis noſtræ argumentum videtur Sapientiſsimus ingens eiuſdem in mortalibus libido. Vir noſtro, & omni ſæculo victure! Quemadmodum enim fatui, aut furentis eſt optimæ noſtri particulæ detrahere immortalitatis priuilegium: dimiſsi etiam animi, & proni eſt ingenij non aduertere animam nihil prius percupere, quam domicilium ſuum claritate operum æuo commendare. hoc imprimis æſtro concitantur humana ingenia breui viuendi ſpatio famam quam maximè longam efficere. Hanc ſcribendo alij; nonnulli agendo certant quærere: quod vt præteritorum ſæculorum faſti in ſummis Viris abundè teſtantur; ſic noſtra Te ætas pulcherrimum oſtentat exemplar, qui dum ſuperbum mortis imperium medendo arctas, omnium votis cuperis eſſe, & fis immortalis. Quamobrem Fortunij Liceti poſſe Lucernas per te facilius perennare credidi, ideoque eaſdem tibi dicare volui. Sic enim ab Autoris ſcriptis, & tuis operibus geminum eas recepturas ſplendorem arbitror. Itaque omnibus, qui bonarum Literarum amant claritatem, clarius ſplendeſcent. Fortunius Scriptis quidem fortunatus; Tu Hygeæ miniſterio fortunatiſſimus.

simus. Licetus librorum Licitator, tu assertor laborantium. Licetus vetustati caliganti lux, Tu occasure mortalium luci lecythus. Ille Lucernas fuisse vsque ardentes docuit, discit ex te imbellis natura vegetius ardere, & serò tenebras adire. Ille ignium explicat causas, tu vitali igni fomitem applicas. Ille extinctum, fumum, cinerem describit, & lentorem, tu celeritate medendi egros fumum inter & cineres pene extinctos reponis vitę. Natura ipso in etymo tuam prœuidit claritatem; scilicet RAIMVNDVM radios mundo fœneraturum, quos in iuuentute sensit Verona, quę tuos tibi natales debet. Agnouit te Veneta Hygeia suum tot Lustris à morborum tyrannide vindicem. Singulari artis Medicę peritia optimates Vtinenses te Ciuem scripserunt suum. Vt Patauij docendo simul & Pharmaca distribuendo opifer esses Orbi Equitis Syluatici iacturam Mundo grauem præsentissima RAIMVNDI ope Veneta leuauit prouidentia. Religioso ritu munera Iano offerri, & bona verba dici solita, quod annum clauderet, & aperiret. Quidni ergò IANFORTI Iano certè fortiori hęc optima scripta offeram, qui lumina cludentibus, & lucem, lustra imò longissima reserat & secula.

Quamobrem tibi summo Hygeiæ mystæ, & præstantissimo Medicinæ moderatori in singulare obseruantiæ meæ pignus, quantumcunque hoc est de Lucernis opus officiosissime dico, sacro.

Patauij, Kal. Ianuarij MDCLXII.

Amplissimæ, & Excellentissimæ Dominationis Tuæ

Humillimus Cliens
MATTHAEVS CADORINVS.

Die 29. Ianuarij 1648.

OPus de Lucernis Antiquorum reconditis Perilluſtri; ac Excellentiſs. D. D. Fortnnij Liceti aliàs excuſſum, fuit denuò pro noua Impreſſione per me viſum, & approbatum cum additionibus, cum in ipſo nihil contra Regulas impreſſionis videatur. Die ſupradict.

Ita eſt Ego Fr. Antonius Vercelli de Lendenaria
Inquiſ. Generalis Paduæ.

NOs Fr. Iulius Miſſinus Vrbeuetanus Ordinis S. Franciſci Min. Conuentual Artium, & Sacræ Theologiæ Doctor contra hæreticam prauitatem in Ciuitatibus, & Diœceſibus Aquileiæ, & Concordiæ Inquiſitor Generalis à S. Sede Apoſtolica ſpecialiter delegatus, libenter annuimus, vt Typis demandetur opus in quatuor diſtinctum libros, inſcriptum de Lucernis Antiquorum, aliàs excuſſum Venetijs apud Euangeliſtam Deuchinum 1621. ſed nunc præter varias additiones in ipſo inſertas auctum vſque ad numerum Librorum Sex à Perilluſt. & Excellentiſs. D. D. Fortunio Liceto elaboratum, cum nihil in eo repertum ſit vel contra Fidem, vel contra bonos mores. In quor. fid.

Datum Vtini apud Ædes Sanctiſs. Inquiſitionis infra ſepta Monaſterij S. Franciſci Interioris, Die 15. Aprilis 1650.

Fr. Iulius Miſſinus Inquiſitor manu propria.

NOI REFORMATORI DEL STVDIO DI PADOVA.

HAuendo veduto per fede del R.P. Inquiſitor di Padoua, che nel libro intitolato de Lucernis Antiquorum Fortunij Liceti, non ſi contiene coſa alcuna contro la S. Fede Cattolica, e parimente per atteſtato del Segretario *noſtro niente contro Prencipi*, e buoni coſtumi. Concedemo licenza, che ſia ſtampato, douendoſi oſſeruare le leggi in queſta materia, e preſentarne due copie per le Librarie publiche di Venetia, e di Padoua. In quor. fid.

Dat. li 18. Feb. 1647.

(Pietro Foſcarini Caualier, Reformator.
(Angelo Contarini Caualier, Procurator, Reformator
(

Aluiſe Querini Secretario.

AD LECTOREM.

Vicumque ſymbolicis in iconibus Lucernarum abditiora priſcorum ſenſa declarare ſtudent, ex officio (mi Lector) uni veritate litare, moresque veteres ad viuum exprimere, fidoque calamo ſemper afferre debent; ſuſque deque habentes, ſi praui, ſique boni mores illi fuerint, quos explicant; dummodo prauorum pœnas, & caſtigationes referant, ad emendationem, & ad exemplum, ne veteres improbitates noceant præſentibus Lectoribus: quin etiam ne Zoilorum inuidia ſcriptores culpet, quod neſciuerint explicare, tractareque decenter antiquorum luſus etiam turpitudine famoſos. Nam & Matronæ pudicæ ſuorum infantium collo pectorique turpicula ſuſpendere conſueuerunt, ad auertendam inuidiam, quæ paſſim oculis emiſſitijs tenella puellorum corpora faſcinare geſtiunt importune. Quamobrem inter quamplurimas Antiquorum Lucernas, ſi duæ vel tres obſcœniores ad explicandum propoſitæ nos pertraxerint ad afferendum licentiores tum Catulli verſiculos, tum etiam Ariſtophanis de Iuſto, & Iniuſto priſcas altercationes, veniam dare debebunt aures pudicæ; magisque pœnam flagitiorum à nobis commemoratam intueri, quam per ipſa flagitia mentem volutare; finemque bonum noſtri conſilij æqui bonique conſulere; nam caſtum quidem eſſe decet ac pium, bonum poetam verſiculos non neceſſe eſt. Et Caſalius ipſe ſacerdos, vir pietate clarus, & moribus integerrimis, in opere ſuo de Veteribus Aegyptiorum Ritibus, Lucernam mutini delineauit, quam æream in ſuo Muſeo ſe conſeruare teſtatur. Hæc te neſcire nolui, candide Lector, ne offendaris duplici, vel triplici pudibunda Lucerna inter centum ac plures innoxias explicata. Quique nolui tibi ob oculos ponere quaſdam alias obſcœniſſimas, iſtas minus turpes, velut vmbras ad inſtar artificioſi Pictoris, lucidioribus addidi, quo magis tibi probentur, & pulchriores appareant. Vale feliciter.

INDEX
LIBRORVM, ET CAPITVM
In hoc volumine contentorum.

Præfatio totius operis, in qua propositi vtilitas, & scribendi occasio, tractationisque methodus explicatur. col. 3.

LIBER PRIMVS.

De Reconditis Antiquorum Lucernis, in quo ex varijs Autoribus plures huiusmodi luminum obseruationes afferuntur.

FLammas admirabiles passim obseruari solitas, concedere spectatis veterum lucernis. cap. j. col. 5
De lucerna Tulliolæ Marci Tullij Ciceronis filiæ. cap. ij. 8
De Lucerna Luciæ Cæsæ ex Iacobonio, cap. iij. 9
Aurea lucerna Mineruæ Athenis annum integrum ardente. cap. iv. 10
De lucerna Iouis Ammonis. cap. v. 12
De lucerna in Phano Veneris inextinguibili. cap. vj. 13
De lucerna Edessæ, siue Antiochena. cap. vij. 14
De *lucernis Ferentillis in* agro Viterbiensi cap. viij. 14
De lucerna Olibij Atestina in agro Patauino reperta. cap. ix. 15
De lucerna Nesidea in agro Neapolitano inuenta. cap. x. 17
De lucerna Pallantis. cap. xj. 17
De lucerna Hectoris. cap. xij. 20
De lucerna multiplici Micerini Regis Ægypti. cap. xiij. 20
De lucerna Viues. cap. xiv. 23
De lucerna Romana. cap. xv. 25
De lucerna Pisana. cap. xvj. 25
De Britannicæ Mineruæ perpetuis ignibus. cap. xvij. 26
De lucernis Bononiẽsibus. cap. xviij. 27
De lucerna Pionis. cap. xix. 28
De flamma inextincta Pyrethiorum. cap. xx. 29
De lucerna Salernitana. cap. xxj. 30
De lucerna Demosthenis. cap. xxij. 30
De lucernis Tritenhemij. cap. xxiij. 31
De lucerna Terentina. cap. xxiv. 31
De lucerna Foxij. cap. xxv. 33
De lucernis Vulcani. cap. xxvj. 34
De lucerna Merlini Magi. cap. xxvij. col. 35
De lucerna Prytanei sempiternam flammam continente. cap. xxviij. 37
De lucerna Delphica sempiternum ignem habente. cap. xxix. 37
De igne Vestalium Virginum æterno. cap. xxx. 38
De lychno lucis inextinctæ in Vrbe Monichia. cap. xxxj. 42
De alijs plerisque lucernis ab antiquo sine noui fomitis adiectione ardentibus illustrium scriptorum varia testimonia. cap. xxxij 43
Ex ante habitis constare admirabilium lucernarum existentiam. cap. xxxiij. col. 45

LIBER SECVNDVS,

In quo aliorum opiniones de propositi natura diligenter expenduntur.

Præfatio attexens dicta dicendis. col. 47

REcensentur variæ sapientum opiniones de natura lychni diutissime ardentis, a veteribus reconditi, mox examinandæ. cap. j. 47
Prima opinio Bonamici, statuentis in recludendis antiquorum tumulis affulsisse spectatoribus aliquid pellucidum

eorum quæ in tenebris effulgent, interdiu minime splendentia. cap. ij. 50
Expenditur opinio proposita, ostendendo lucernas vere ardentes in reserandis antiquorum tumulis inuentas fuisse. cap. iij. 52
Soluuntur argumenta prosciſſæ opinionis, & primum a pellucido corpore in tenebris effulgente depromptum, cap. iv. 53
Aeris perspiratum, ac præsertim euidentem, necessarium non esse ad quamlibet flammam sustinendam, conseruandamque: vbi de triplici materia flammæ: deque triplici suffocatione flammæ a fumo. cap. v. 56
Flammam in rerum natura comperiri, arteque posse comparari, quæ nec ventorum flatu, nec imbrium humoribus extinguatur: non aduersante ratione, repugnante nec experimento. cap. vj. 58
Ex Hebræorum igne sacro minime conuinci, antiquos latuisse artem parandæ lucernæ, ad multos annos ardentis absque noui fomitis adiectione. cap. vij. 60
Ex fomite ignis Vestalium Virginum apud Romanos, & nuptarum apud Persas, haudquaquam colligi priscos non habuisse lucernas diu sine adiectione liquoris exardẽtes. cap. viij. 62
Secunda opinio, ex Diuo Augustino statuens, huiusmodi lucernas ardentes diutissime conseruari vi Cacodæmonum. cap. ix. 64
Examinatur allata sententia, demonstrando recens inuentarum lucernarum ab antiquo ardentium plurimas tamdiu non arsisse vi Cacodæmonum. cap. x. 65
Tolluntur argumenta obiecta, & primo desumptum ab autoritate Diui Augustini. cap. xj. 67
De consilio Maximi Olybij in sua lucerna Plutoni consecranda, & recondenda: vnde soluitur altera ratio superioris opinionis. cap xij. 68
Ex inscriptione sepulchrorum Dijs Manibus non haberi lucernas intus ab antiquo ardentes a Dæmone conseruari. cap. xiij. 73
Plures esse substantias nostrates, quas ardens ignis non absumat. cap. xiv. 74
Tertia Maioli, & aliorum opinio, putantium lucernas istas miraculo a Diuina virtute, supra Naturæ vires operante, patrato tamdiu durare. cap. xv. 76
Proposita sententia proscinditur, ostendendo reconditas veterum lucernas tamdiu non arsisse miraculo, a summo Deo in ijs effecto. cap. xvj. 77
Respondetur argumentis euersę opinionis, ostendendo lucernam Edessæ naturaliter potuisse tamdiu ardere; ac patefaciendo, qui sit ignis aquam, & ventum eludens; & qua ratione physica id efficere valeat. cap. xvij. 78
Opinio quarta Iacobi Gutherij, & aliorum, asserentium in lucernis veterum fuisse pulueres, aut liquores, qui ab aere ingrediente, dum aperirentur sepulchra, flammam tum primum conciperent: non autem in ijs ignem antea semper extitisse. cap. xviij. 81
Proposita opinio expenditur, demonstrando lucernas in sepulchris antiquorum positas fuisse olim etiam ardentes, non in sola monumenti detectione, apertioneque, ab externo aere accendendas: explicando etiam quot, & quæ sint causæ ignem & flammam procreare valentes. cap. xix. 84
Soluuntur argumenta superioris opinionis, & primum ostendendo, etsi ab aqua valeat quid inflammari per antiperistasim appellatam, nil tamen vlla ratione ab aere accendi posse: vbi antiperistasis natura explicatur, & ratio qua ignem procreet. cap. xx. 86
Combustibilia, quæ a Solis radijs accenduntur, ab aere non inflammari, sed ab igne: vbi de radiorum essentia, & de modo, quo ignem producunt. cap. xxj. 90
Vnde ortum habuerit spectaculum flammæ de sepulchro recens aperto mirabiliter exeuntis. cap. xxij. 92
Pisani spectaculi, de igne prosiliente ex vẽtriculo cadaueris inter manus Anatomici, explicatio. cap. xxiij. 93
Vasa Chymica diu procul ab igne seruata, qua ratione, dum tandem aperiuntur, flammas euomant, si non accenduntur ab aere. cap. xxiv. 96
Diluitur argumentum deductum a lapidibus, qui saliua illiti, aquaue, aut liquore quouis alio aspersi flammas concipiunt: & ars eorum lapidũ constituendi explicatur. cap. xxv. 98

Pul-

Index Capitum.

Puluis in extinctis quibusdam lucernis antiquorum reſiduus, quam naturam habuerit. cap. xxvj. 101

Quinta opinio Portæ Neapolitani, ſtatuentis propoſitarum lucernarum ignem Naturam tamdiu cuſtodiuiſſe ob metum vacui. cap.xxvij. 102

Expenditur allata ſententia, oſtendendo non omnes, immo nullas lucernas veterum ardentes conſeruatas diutiſſime fuiſſe ob metum vacui; & non habuiſſe liquorem tenuis ſubſtantiæ, nec vllius euaporationis. cap. xxviij. 103

Diluuntur argumenta Portæ, oſtendendo tum ardentes ab antiquo tempore lucernas non omnes locum aeri externo inuium habuiſſe: tum flammam in tali loco clauſam, ſi momento, aut breui tempore maneat, diutiſſime, aut perpetuo non duraturam; tum aeris ingreſſum ad inanem locum replendum non requiri. caput xxix. 105

Opinio ſexta eiuſdem Portæ, Ruſcellijque, decernentium lucernas antiquorum perpetuo ardentes conſeruari, quia fumus illarum, circulatione perpetua vertitur in humorem iterum aptum inflammari. cap.xxx. 107

Excutitur allata ſententia, oſtendendo non dari perpetuam, neque diuturnam *circulationem fumi, & olei* in vaſe vndique clauſo: & non poſſe fumum iterum in oleum mutari, quod flammam denuo rutilam concipere ſit aptum: & ſpeciatim hanc fumi & olei circulationem in phiala vitrea lucernæ Neſideæ factam non fuiſſe. cap. xxxj. 110

Soluuntur argumenta propoſitæ opinionis, declarando primum, in quod vertatur fumus ex ardente lucerna ſublatus: & perennem fumi & olei circulationem labefactando. caput xxxij. 113

De fumi ardore, ac flamma ſecundum argumentum enodatur, explicata duplici ſpecie fumi. cap.xxxiij. 116

Circulationem olei, & fumi fieri non poſſe in lucernis, vt fit humoris, & vaporis circulatio in Chymicis. caput xxxiv. 117

Circulum naturæ in pluuia non arguere circulum fomitis, & fumi lucernarum ab antiquo ardentium. caput xxxv. 119

Pituitæ cum alimento circularis immutatio, a Magno Alberto inuecta, & aquæ cum vapore in olla, huic ſententiæ non fauere oſtenditur. caput xxxvj. 121

Circularis mutatio ſexus, & natura Hyænarum, & Leporum explicatur. cap. xxxvij. 122

Septima opinio vulgaris, a Citeſio, & Lazio maxime probata, conſtituit in his lucernis fuiſſe ellychnium ex Amianto, & oleum ex eodem lapide, aut metallicis, & potiſſimum ex auro per chymiam eductum. caput xxxviij. 125

Expenditur allata ſententia, & oſtenditur in veterum lucernis non fuiſſe ellychnium ex Asbeſto, aut Amianto; nec oleum ex ijſdem lapidibus, aut metallicis vllis eductum. caput xxxix. 127

Soluuntur argumenta proſciſſam opinionem communientia, explicando primum naturam flammæ telas asbeſtinas non conſumentis. cap.xl. 129

Lucernis ab antiquo ardentibus non extitiſſe liquorem ex auri metallo, aut alio vllo eductum: vnde tollitur altera ratio. cap. xlj. 130

Liquorem in lucernis ex metallo aliquo eductum, non tamdiu flammam conſeruaſſe ob ſummam ſuæ ſubſtantiæ craſſitiem. cap. xlij. 132

Lazij ratio diluitur, oſtendendo perpetuum ignem in metallico ellychnio, & humido pingui exardentem, non fuiſſe ab aere per occultos canales ingrediente conſeruatum. cap. xliij. 133

Tritenhemij, & Libauij lucernas proſcriptam opinionem ſatis non communire. cap. xliv. 133

Octaua ex Libauio ducta opinio, conſtituens in reconditis antiquorum lucernis fuiſſe pulueres Gagatis, in quos deſtillans iugiter aquæ gutta perennem flammulam excitaret, conſeruaretque. cap. xlv. 137

Expenditur allata opinio, pro bando non in omnibus lucernis ab antiquo ardentibus extitiſſe Gagatis ramenta: non in ea decidiſſe vbiq; ſtillas aquæ: non poſſe continuam eorundem irrorationem ad plures annos ignem

conseruare: patefacta ratione, qua ex eo lapide aqua flammam excutiat; & calx extincta, denuo inflammari nequeat nouæ aquæ affusione. cap. xlvj. 137
Diluitur argumentum desumptum a ramentis & pulueribus inuentis intra lucernas antiquorum. cap. xlvij. 139
Nona Plutarchi sententia, dicentis ignem lucernarum diutissime durauisse, illo aeris ambientis constitutione vel frigida & humida, vel vicissim calida & sicca impedito ne cito possit fomitem consumere. cap. xlviij. col. 140
Examinatur allata sententia, demonstrando lucernas non posse ab ambientis vlla constitutione diutissime ardentes conseruari. cap. xlix. 141
Diluuntur allatæ rationes, ostendendo qua ratione ignis ardens in aere tum impense frigido, tum etiam calidissimo, vires habeat languidiores. cap. l. col. 145
Opinio decima, quam aliquando habuit Autor, existimans ardentes ab antiquo lucernas, tamdiu flammam conseruasse, ne daretur corporum penetratio. cap. lj. 148
Expenditur allata sententia, ostendendo metum penetrationis non esse causam diuturnæ durationis ignium ardentium in reconditis antiquorum lucernis. cap. lij. 149
Soluuntur adductæ rationes, ostendendo quomodo, & cur ignis occlusus extingui debeat, si fumigauerit, a fumo suffocatus. cap. liij. 150
Iulius Iacobonius finem, cuius gratia veteres in sepulchris lucernas accenderent iugiter ardentes, ait esse tum immortalis animæ symbolum: tum grati animi signum erga Deos Manes appellatos. cap. liv. 151
Conuellitur allata sententia, ostendendo quæ sit natura signi, seu symboli: & quid ex veterum opinione Dij Manes in monumentis efficerent. cap. lv. col. 152
Sebastiano Foxio finis, ob quem prisci lucernas in monumentis accendebant, fuit, vt significarent animas immortales immorari cum cadaueribus in sepulchris. cap. lvj. 153
Reprobatur ista opinio, demonstrando Ægyptios censuisse brutis etiam animas immortales inesse: animasque de vno in alterum corpus transmigrare; non autem humanas cum cadaueribus in tumulo semper immorari: veteresque brutis & sepulturam dedisse mortuis, & epitaphia posuisse: & Empedoclem male pisces igneos esse constituisse. cap. lvij. col. 153
Alij ex acutissimo Scaligero decernunt, antiquos in tumulis ardentes lucernas habere voluisse, ne suo cadaueri quidquam contingeret incommodi. cap. lviij. 172
Proscinditur hæc opinio, demonstrando priscos in sepulchris non posuisse lucernas, vt inde cadauera commodi aliquid haberent. cap. lix. 173
Bencius voluit, olim recondi consueuisse lucernas ardentes prope cadauera in honorem sepulchri. cap. lx. 174
Conuellitur opinio proposita. cap. lxj. col. 174

LIBER TERTIVS,

In quo ex Autoris propria sententia disquiritur de natura, causis, & proprietatibus huius admirandi luminis.

Præfatio attexens dictis dicenda. col. 175

ANtiquos lucernas ardentes passim recondere consueuisse, potissimum in sepulchris. cap. j. 175
Frequentes fuisse lucernas a veteribus reconditas. cap. ij. 178
Quid antiquorum plurimi, loco lucernæ semper ardentis, in tumulis ponere consueuerint. cap. iij. 179
Quot, quibusque in locis antiqui lucernas diutissime ardentes collocarent. cap. iv. 181
Cur extra sepulturas antiqui locarent ardentes diutissime lucernas. cap. v. col. 183
Finis politicus, cuius gratia veteres in mortuorum conditorijs ardentes lucernas ponerent, fuit signum nobilitatis. cap. vj. 185

Fi-

Index Capitum.

Finis phyſicus, ob quem in vetuſtis conditorijs ardentes lucernæ olim conderentur, latius explicatur fuiſſe, ne anima defuncti, cum cadauere priſcis manere putata, diu miſere iaceret in tenebris. cap. vij. 185

Quotuplex, quæque fuerit materia lucernarum ab antiquis reconditarum. cap. viij. 190

De magnitudine lucernarum ab antiquo tempore ardentium. cap. ix. 193

Lucernarum ab antiquo reconditarum figuram variam fuiſſe. cap. x. 193

De lucernarum antiquarũ ſimulachris, varijs imaginibus, & inſcriptionibus. cap. xj. 194

Quot, quæque fuerint lucernarum olim reconditarum genera quoad naturam flammæ, ſeu de differentijs earum in conſeruanda flamma. cap. xij. col. 216

Lucernæ in priſcorum tumulis extinctæ cuius naturæ fuerint: vnde ſeptem cauſæ afferuntur, quæ varia ratione ardentem ignem extinguere poſſunt. cap. xiij. 216

De duplici cauſa, naturave gemina veterum lucernarum, quæ fumantes adhuc noſtra ætate inuentæ fuerunt. cap. xiv. 221

Explicatur triplex natura lucernarum ardentium, quæ in aperiendis antiquorum tumulis viſo externo aere ſtatim extinctæ fuerunt. cap. xv. col. 222

Enucleatur triplex alia cauſa lucernarum, quæ ardentes e tumulis vetuſtiſſimis eductæ, ad aliquot horas flammulam conſeruarunt, poſtea ſponte extinctæ ſunt. cap. xvj. 223

Detegitur duplex natura lucernarum, quæ poſt recluſum antiquiſſimum ſepulchrum flammam retinuerunt, flatibus, & aquis inextinguibilem. cap. xvij. 224

In lucernis humorem contentum non inſeruire igni, ſeu flammæ tanquam pabulum. cap. xviij. 225

Humorem in lucernis, & omnino in mixtis non eſſe calori, aut igni neceſſarium nec tanquam pabulum, nec tanquam ſubiectum eos ſuſtentans: exercitatio cum viro eximio. cap. xix. 229

Liquorem contentum in lucernis, hunc vſum habere, vt ſit frænum, deorſum retrahens ignem, aſcendere cupientem, compesque flammam in ellychnio retinens, alioqui ſponte ſurſum euolaturam. cap. xx. 234

Quæ, & quotuplex ſit proportio, ſiue habitudo humoris ad ignem in ardentibus lucernis. cap. xxj. 237

Humorem in lucernis, quæ per multa ſecula durauerunt ardentes, non habuiſſe vires ſupra virtutem ignis, ita vt flammam ſuffocare, ac ſenſim extinguere potuerit. cap. xxij. 238

In lucernis, ad plures annorum decades ardentibus, flammam non vbique habuiſſe vires ſupra humidum, illudque iugiter non abſumpſiſſe. cap. xxiij. col. 239

Liquorem in lucernis, multos annos ardentibus, vires habere potuiſſe omnino æquales viribus ignis, nec ab igne illum conſumptum iugiter fuiſſe. cap. xxiv. 240

Secunda cauſa diuturni ardoris in combuſtibili fumigantis lucernæ explicatur. cap. xxv. 241

Præter æqualitatem, & propoſitam nuperrime proportionem virium liquoris, & ignis, quid in lucernis requiratur inſuper ad longiſſimam luminis, flammæque durationem. cap. xxvj. 243

Conjecturæ ad fabricam lucernarum diuturno tempore ardentium: & primum de combuſtibili ellychnio. caput xxvij. 243

Communis natura liquoris, æqualitatem virium, aut proportionem cum igne ad flammæ diuturniſſimam durationem habentis, indagatur. cap. xxviij. col. 250

Aperiuntur cauſæ lucernarum flatu, & aquis inextinguibilium. cap. xxix. 254

LIBER QVARTVS,

In quo problemata, quæſita, & difficilia quæque circa determinationes ſuperius habitas contingentes diſſoluuntur.

Præfatio attexens dictis dicẽda. 257

MArcum Curtium Romæ in flammiuomam caueam ſe præcipitaſ-

se, non in pretium libidinis, sed ob Patriæ incolumitatem. cap. j. 257
Ex hominum, brutorumque corpore flammas prosilire posse. cap. ij. 259
Quæ sit causa physica ignis, qui ex humano, ac ferino corpore viuente quandoque prodire visus est. cap. iij. col. 264
Cœlij, Volaterrani, & Alexandri sententia de veritate lucernæ Tulliolæ: ac de conditura cadauerum antiquorum, expenditur. cap. iv. 267
Cadauera quædam ob vetustatem in sepulchris resolui tandem in pulueres, pristinam figuram hominis in se retinentes. cap. v. 271
Cadauera qua ratione integra permanere valeant vltra mille annos. caput vj. 273
Ratio, quare igniculus, exilisque splendor in maiori lumine conspici nequeat. cap. vij. 276
Adamas lapillus, qui ferri, & ignis vim superet; quique vicissim emolliatur, & soluatur igne, ac hircino, leoninoque sanguine, ac malleo conteratur. cap. viij. 284
Venti qua ratione siluas incendere possint. cap. ix. 287
Qua ratione igneſcentis aeris substantia diuidi, & atteri possit a radijs Solaribus reflexis, qui accidentia sunt. cap. x. 289
Cucurbitulæ medicæ carni affixæ flamma, vt physice ab aere, fumo, & alijs de causis etiam extinguatur. cap. xj. col. 291
An aer terræ substantiam magis penetret, quam aqua. cap. xij. 294
Quid Plinio sit, morbum esse aliquem per sapientiam mori. cap. xiij. 295
Cur & qua ratione idem flatus flammam ardentem extinguat, & intermorientem, seu etiam extinctam excitet: locusque Homeri explicatur. cap. xiv. 299
Subterraneos specus generare, halareque assidue ventum; aurasque per domorum tubos manufactos duci quo volumus; & de Spelæa Custodiæ. cap. xv. 304
Flammam, ignemque non esse alieno termino facile terminabilem, atque adeo nec siccitatis expertem. caput xvj. 305
Ignis vt duæ tantum sint corruptiones, extinctio, & marcor; vtque plures. cap. xvij. 312
Cur funes grauissimum pondus trahentes, aut sustinentes, nimium distentæ incalescant; & sæpenumero ignitæ accendantur, nisi aqua subinde madefiant. cap. xviij. 315
Aer attritione vt in ignem transmutari valeat, eumque ab vniuoco agente genitum: & vt agens omne actu esse debeat. cap. xix. 317
Igni nostrati, & flammæ non esse necessarium humorem in aliena materia, vt alimentum. cap. xx. 318
Ignis elementum vt quiescat supra aerem, & ibi simul a cælo in orbem cieatur motu, non supernaturali; nec medio inter naturalem & violentum: nec naturali: sed mere violento, ac præter naturam. cap. xxj. 322
Id inflammari posse, quod non est vaporabile: flammaque vt sit fumus ardens, & spiritus sicci ardens. cap. xxij. col. 332
Cur antiquorum nonnullis monumentis forinsecus flammulas insculperent: & ad sinistram intrantibus prope ostiarij cellam Canem ingentem catenatum in pariete domus pictum haberent: & mensarios Canes magnos, & ianitores, & sepulchrales alerent. cap. xxiij. 335
Lentorem cuique corpori viscido inesse ab humiditate: omneque humidum esse lentoris particeps. cap. xxiv. 340
Finem, cuius gratia flamma subditum sibi humorem depascitur, non esse nouæ flammæ generationem: & de flammæ nostratis ascensu vsque ad concauum Lunæ: deque illius extinctione in aere. cap. xxv. 344
Vnde ignis, & aliorum quoduis elementorum, quo in motu suo naturali magis ad proprium locum accedit, eo perfectionem maiorem, roburque validius acquirat, & velocius moueatur. cap. xxvj. 351
Humorem detinendo violente flammam hic apud nos in lucerna, non ideo habere vim supra roburignis. Qualitatesque tum primæ, tum secundæ humoris, & ignis ad inuicem comparantur in actione mutua. cap. xxvij. 364

Æqua-

Index Capitum.

Æqualitatem virium flammæ ac humoris in lucernis, causam non perpetuæ, sed solum diutissimæ durationis igniculorum esse comprobatur: & vnde tandem intereant explicatur: patefaciendo causam corruptibilitatis omnium nostratium, & mortis naturalis animantium. cap. xxviij. 366

Æqualitatem virium ignis, & humoris in lucernis tum reipsa inueniri, tum difficili negocio posse constitui: tum causam non esse varietatis naturæ lucernarum: eam tamen non demoliri. cap. xxix. 377

Partes combustibilium terreas non in solum cinerem, sed etiam in fumum abire: combustionemque non esse misti resolutionem in elementa. cap. xxx. 380

Calor Solis ex terra, & aqua quot, & quales halitus eliciat. cap. xxxj. 383

Vt multa lumina simul in eodem aere non vere sint vnquam: nec accidentia plura eiusdem speciei simul in eodem subiecto esse valeant: Exercitatio cum Zimara. cap. xxxij. 384

Vapor aqueus, & aqua vt sit humidior aere: & ignis vt sit summe siccus. cap. xxxiij. 389

Ignem purum sub Luna esse supra omnem regionem aeris: Exercitatio cum Cardano. cap. xxxiv. 392

Glaciem esse aquam frigore condensatam, *non rarefactam; & cur illa supernatet aquis fluentibus*: Exercitatio cum Galileo viro clarissimo, caput xxxv. 405

Glaciem esse aquam condensatam a frigore non proprio, nec terræ, sed aeris: Exercitatio cum Vallesio, Buccaferrea, & Plutarcho. cap. xxxvj. col. 411

Macrobium nobis non refragari, dum ponit ignem Vestæ Romæ quotannis consueuisse renouari. Duplicemque ignem sacrum Vestalem extitisse. cap. xxxvij. 414

Cur in extinctu lucernæ fumus ex elychnio & vberior, & densior halare soleat. cap. xxxviij. 417

Frigus vt adurere dicatur; quum vere quidquam comburere nequeat. caput xxxix. 419

Aquam solam non posse in flammam vlla ratione commutari. Vbi de irroratione ferri candentis a fabro ferrario. cap. xl. 421

Epicteti lucernam ex earum numero non fuisse, quæ diu sine liquoris adiectu ardebant. cap. xlj. 422

Africanorum ignem perpetuum non fuisse lucernam sine fomitis adiectione iugiter ardentem. cap. xlij. 425

Pisces non ideo in aquis viuere, quia ignei sint a prædominio, vt contra Empedoclem demonstrat Aristoteles, Theophrastus, & rei natura. cap. xliij. 427

Edessa, quæ Antiochia nuncuparetur: quæve Antiochia ab Edessa distingueretur. cap. xliv. 432

Prytanei perpetuus ignis quotuplex, quique fuerit. cap. xlv. 434

Brutorum sepulturas non solum a Poetis fabulosis, sed etiam a veridicis Historicis olim celebratas fuisse, cap. xlvj. 435

Brutorum speciem integram, esse naturæ hermaphroditæ in vtroque sexu prolificam, & speciatim Lepores, & Ichneumones. cap. xlvij. 440

Qui liquores absque igne vim habeant adurendi physice, & qui non nisi supra naturæ vires eleuati hoc præstare valeant. cap. xlviij. 441

Quid nos hactenus in proposito argumento de Reconditis Antiquorum Lucernis præstiterimus. cap. xlix. col. 443

LIBER QVINTVS,

In quo difficultatibus Aresianis, & plurimis, & ingeniosis, durationem diuturnam Lucernarum Antiquarum infirmare satagentibus, occurritur.

Præfatio attexens dictis dicenda. col. 445

QVid de nostra sententia superius explicata circa durationem physicam luminis Antiquarum Lucernarum senserit Clariss. Aresius, proponitur, & expenditur. cap. j. col. 445

Tol-

Tolluntur Areſianæ reſponſiones ad argumenta negantia nutritionem igni. cap. ij. 460
Reſpondetur Areſianis obiectionibus contra noſtram ſententiam allatis. cap. iij. 497
De reali exiſtentia lucernarum diu ſine liquoris adiectu ſplendentium, ſpeciatimque repertarum in ſepulchro Pallantis, atque Tulliolæ, Cl. Areſij dubitationes eluuntur. cap. iv. 523
Examinatur propria ſententia Areſij, de cauſa naturali, quæ poſſet afferri, ſi darentur ardentes lucernæ diutiſſime: & de cucurbitularum igne. cap. v. 548

LIBER SEXTVS,

In quo vetuſtiorum Lucernarum, nouißime Patauium, antiquos ritus, & hiſtorias abditas continentium, explicatio proponitur.

Præfatio attexens dictis dicenda. col. 559

DE lucerna Iouis a C. Iulio Cæſare conſecrata. cap. j. 559
Reſponſio Liceti de lucerna Iouis. cap. ij. 564
De lucerna Iouis Cuſtodis. cap. iij. col. 593
De lucerna Galuania, mortuales ritus antiquorum mirifice repreſentante. cap. iv. 599
Reſponſio Liceti de nobili lucerna mortuali, & primum agitur de Furcilla ſepulchrali. cap. v. 603
De columna ſepulchrali, deſcripta in lucerna. cap. vj. 609
De laruis ſepulchralibus: vbi digreſſio de alimento ex mortuis. cap. vij. col. 627
De ritu veterum erga corpus cadaueris. cap. viij. 644
De ritu priſcorum erga defuncti animam. cap. ix. 647
De Genijs ad ſepulchra. cap. x. 651
De Mercurio ſepulchrali, & Charonte. cap. xj. 656
De lugubri, & funerea veſte priſcorum. cap. xij. 658
De lucerna Mineruæ Galuania, pulcherrimas hiſtorias veteres indicante. cap. xiij. 666
Reſponſio Liceti de figura, & Sphingibus in lucerna Mineruæ. cap. xiv. col. 667
De Mineruæ ſacerdotibus impuberibus in lucerna. cap. xv. 671
Explicatio prima areæ candelabri, in qua Ara cum igne ſine victima. cap. xvj. 675
Satyri quid in Candelabro, & de illorum multiplici natura. cap. xvij. 677
De Iudicio probationis Antiquorum vario per ignem. cap. xviij. 695
De Iudicijs antiquæ probationis per aquam. cap. xix. 697
Explicatio tertiæ Areæ, continentis ſacrificium cum victima: vbi de varijs Antiquorum ſacrificijs. cap. xx. 713
Explicatio lucernæ ſub figura pedis, in manubrio referentis pugnam lacertæ cum vipera. cap. xxj. 720
De Querni baculi myſtico ſenſu in lucerna. cap. xxij. 730
De lucerna vetuſtiſſima Deæ Syræ. cap. xxiij. 734
De lucerna Vulcani Viutimilia. caput xxiv. 738
Reſponſio Liceti de lucerna Vulcani. cap. xxv. 743
De lucerna Liberi Patris Aegoboli. cap. xxvj. 752
Reſponſio Liceti de lucerna Bacchi Aegoboli mirificam hiſtoriam priſcam referente. cap. xxvij. 755
De lucerna caligati pedis militis effigiem habentis: vbi multa de caligis antiquis militaribus. cap. xxviij. 768
De lucerna Equitis Magi Sancti, qui Chriſtum Dominum infantem adorauit. cap. xxix. 781
Propoſita lucerna declaratur, cum obſcuro loco Auicennæ, multaque de ſtapede equitantium, antiquis ignoto. cap. xxx. 782
De lucerna Cominię, Ferrariæ comperta. cap. xxxj. 796
Liceti Reſponſio. cap. xxxij. 798
De lucernis Capiuacceis. cap. xxxiij. col. 806
De lucernis Cioffij, primumque de referente vulturem, & canem ſepulchralem. cap. xxxiv. 806
De lucerna Syrenis. cap. xxxv. 811

De

Index Capitum.

De lucerna Putei, puellis circumdati, cap. xxxvj. 813
De lucerna Putei lemniſco inferne coronati. cap. xxxvij. 818
De lucerna Sphingis, cap. xxxviij. col. 820
De lucerna Sileni Cioffiana. cap. xxxix. col. 824
De lucerna Cioffiana, caput auis gerente, cap. xl. 826
De lucerna nudarum mulierum coronatarum. cap. xlj. 826
De lucerna cum Aquila bicipite coronata. cap. xlij. 832
De lucerna nudum infantem ſupinum referente. cap. xliij. 834
De lucerna Sphingis, vel potius Animæ inter flammas frondiformes vociferantis. cap. xliv. 836
De lucerna *Bacchi ſuper* Puteo ſedentis, & *Phallos* manu tenentis. cap. xlv. col. 839
De lucerna ſemper ardente, inuenta Romæ tempore Caroli Magni. caput xlvj. 846
De lucerna Palladis Victricis. cap. xlvij. col. 848
De lucernis Beati Iſidori, & Caſalij: vbi multa de Chriſimo ☧ veterum. cap. xlviij. 850
De lucernis perenni flamma coruſcis Caſſiodori. cap. xlix. 868
De lucerna Ægyptia nauium roſtratarum. cap. l. 874
De lucerna octilychni. cap. lj. 876
De lucerna Bouis alati, vel Pegaſi. caput lij. 878
De lucerna Sileni ſuper vtre ſedentis: vbi de Silenis. cap. liij. 882
De lucerna ſedentis Herculis. cap. liv. col. 884
De lucerna Amazonum. cap. lv. col. 886
De lucerna Ludionis. cap. lvj. 888
De lucerna Epicteti, ſiue Larium: vbi de Oleaſtri, & Agrippi prouerbio multa. cap. lvij. 888
De lucerna Aquilæ ſtantis apertis alis. cap. lviij. 896
De lucerna caput equi gerente ad manubrium. cap. lix. 898
De lucerna, ſeu focali ſtymiamatum, Anatiforme. cap. lx. 900
De lucernis varijs Caſalij, Canem, Bouem, Sphingem, Mutinum, Lunam, Heliotropium, & Cucumam referentibus. cap. lxj. 903
De lucerna Bouis. 906
De lucerna Sphingis. 908
De lucerna virilitatis. 910
De lucerna Lunæ, ſiue Dianæ. 914
De lucerna cum Heliotropij flore inuerſo. 920
De Cucuma pro lucerna poſita Caſalio. 922
De lucerna Palmarum. cap. lxij. 926
De lucerna Cerui. cap. lxiij. 928
De lucerna Sacerdotis antiquæ. caput lxiv. 939
De lucerna militaribus ornamentis inſignita. lxv. 931
De lucerna manubrio anguineo. caput lxvj. 932
De lucerna Serpentes, & Aquilam habente. cap. lxvij. 934
De lucerna Satyrorum Lupanari aſſiſtentium. cap. lxviij. 938
De lucerna Leonis myſtici. cap. lxix. col. 946
De lucerna laruata, & lemniſcata. cap. lxx. 948
De lucerna Crucis Columbam habentis. cap. lxxj. 950
De lucerna Auis rapacis. cap. lxxij. col. 952
De lucerna continente ſymbolum Romanæ fortitudinis, & eloquentiæ in lingua, & pene. cap. lxxiij. 954
De lucerna ludicra, ſeu obſcœna Pighettiana. cap. lxxiv. 966
De lucerna referente caput humanum, barba monſtroſe folioſa. cap. lxxv. col. 974
De lucerna Bartholinia. cap. lxxvj. col. 976
De lucerna ſex ellychniorum. caput lxxvij. 977
De lucerna e terra Lemnia communi. cap. lxxviij. 979
De quatuor lucernis Imperatoris Heraclij triumphantis. cap. lxxix. col. 985
De lucerna vetuſta Veneris nudæ, iacentis in circulo cucurbitarum, ad rotam in Lupanari. cap. lxxx. 992
Propoſitæ lucernæ declaratio noſtra. cap. lxxxj. 996
De lucerna ſerui phalerati curſoris, apud Muſellos nobiles Veronenſes. cap. lxxxij. 1004

De

Index Capitum.

De lucerna Veſtalis manu mutila, & alijs duabus integris. cap. lxxxiij. col. 1010
De lucerna caput Æthiopis referente. cap. lxxxiv. 1022
De lucerna gibbi tibias inflantis. caput lxxxv. 1023
De duplici lucerna capitis humani veluti plorantis, aut cachinno effuſo ridentis effigiem referente. cap. lxxxvj. col. 1027
De lucerna in effigiem capitis Ægyptij ſacerdotis raſi efformata. caput lxxxvij. 1030
De lucernis Vercellinijs. cap. lxxxviij. col. 1054
De lucerna Peleçani auis. cap. lxxxix. col. 1060
Romanæ lucernæ Cl. Feſchij diligenter deſcriptio proponitur, cum iconibus aliarum duum. cap. xc. 1064
Explicatur lucernæ Feſchianæ ſtructura, ſimul, & Gutherianæ, Choulinæque figura proponitur, & conſideratur cum alijs allatis a Clariſs. Viro. cap. xcj. 1068
De lucernis Smithianis. cap. xcij. 1078
Expenduntur allata ſuperius ab eximio viro de veterum lucernis. cap. xciij. col. 1087
De lucerna Ægyptia in Adriani numiſmate. cap. xciv. 1098
De Magni ſerpentis in triquetram formam obuoluti ſignificatione. caput xcv. 1102
De culmo tritici cum plena ſpica miram Ægypti fertilitatem indicante. caput xcvj. 1107
De Caducæo Mercurij primæuam originem adepto in Arcadia Ægyptia. cap. xcvij. 1108
De lucerna in capite ſerpentis, vt ſit Ægypti ſymbolum. cap. xcviij. 114
De mirabili Numiſmatis inſcriptione LIA. cap. ic. 1119
De tribus lucernis Vrſatianis. cap. c. col. 1124
Reſponſio Liceti de tribus lucernis Vrſatianis, primumque de Piſcem repreſentante. cap. cj. 1126
De lucerna Victoriata Militis. cap. cij. col. 1128
De lucerna ſepulchrali ſacerdotis Lictorem habentis, vel etiam Lictoris ipſius. cap. ciij. 1132
De tribus lucernis marmoreis in Muſeo V. Cl. de Mantua, Patricij Patauini. cap. civ. 1136
De lucernis Brandemburgenſibus. caput cv. 1139
Explicantur propoſitæ lucernæ, & primum ænea referens hominem penulatum penis enormis. cap. cvj. col. 1153
De ſecunda lucerna Brandemburgenſi, Satyri caput monſtroſum referente. cap. cvij. 1156
De tertia lucerna pullos auſpiciorum habente. cap. cviij. 1158
De lucerna virum nudum, & mulierem opertam indumento colludentes repreſentante. cap. cix. 1159
De tribus alijs lucernis polymyxis, bilychni, trilychni, & pentilychni. cap. cx. 1163
De lucerna Danica P. Chariſij. caput cxj. 1166
De lucernis admirabilibus ellychniorum mira multitudine. cap. cxij. 1174
De lucernis, tam ſolennibus in feſto nocturno Ægyptiorum, quam myſticis, hieroglyphica tum optimi Principis, tum etiam ſummi Dei continentibus. cap. cxiij. 1176
Prima ſchematis explicatio: De Lucernarum Accenſione in ſolenni feſto nocturno quotannis apud Ægyptios, primumque myſterium viri Tricipitis lucernas habentis detegitur pro Mercurio Triſmegiſto Ægyptiorum Rege Optimo, ſapientiſſimo, & beneficentiſſimo. cap. cxiv. 1177
De Serapide, Magno Ægyptiorum Deo, media figura expreſſo in ſchemate. cap. cxv. 1195
De Iſide, tertia ſchematis imagine, magna pariter Ægyptiorum Regina beneficentiſſima, proindeque diuinis honoribus culta. cap. cxvj. 1201
De Cane, quarta figura ſchematis, media inter Iſidem & Oſiridem, huic blandiente. cap. cxvij. 1204
De Oculo, in apice Gemmæ deſignato. cap. cxviij. 1205
Secunda ſchematis explicatio: De lucernis myſticis, Verbo, & Spiritu Sancto, iugiter ardentibus in vtraque manu Dei Patris: primumque de Ioſepho Patriarcha, Regis inſomnium ex Diuina reuelatione interpretan-

te,

re, factoque subinde Prorege, ad Ægypti, regionumque ceterarum salutem. cap. cxix. 1210
De Pharaone Tricipite, Tripodeque, Iosephum Ægypto Proregem constituente. cap. cxx. 1228
De Hieroglyphico Summi Numinis apud Ægyptios antiquiores, a Patriarcha Iosepho iussu Pharaonis eruditos. cap. cxxj. 1230
De Ægyptijs ab Iosepho tempore famis alimenta poscentibus, per Isidem significatis. cap. cxxij. 1242
De Cane, Iosepho blandiente, gentes exteras ab eo nutrimenta petentes indicante. cap. cxxxiij. 1245
De Oculo magno super caput Serapidis, absque palpebris semper aperto. cap. cxxiv. 1247
De lucerna, quæ recens inuenta dicitur in sepulchro Archimedis Syracusis. cap. cxxv. 1251
De lucerna Cynici Diogenis. caput cxxvj. 1259
De lucerna Gladiatoris antiqui, caput cxxvij. 1266
Peroratorio totius Operis, caput vltimum. 1276



FORTVNII LICETI

Ad ſuos ſex Libros

DE RECONDITIS ANTIQVORVM LVCERNIS

PRÆFATIO;

In qua propoſiti vtilitas, & ſcribendi occaſio, tractationisque methodus explicatur.

MAGNA quidem, & ſingularis eſt vbique in ſuis operibus cum Artis, tum Naturæ vis; aſt in ijs Lucernis, quæ repletæ ſemel, nullo extrinſecus deinceps accedente fomite, per multas annorum decurias, centuriasque Priſcorum monumenta ſubterranea præſertim viuidi fulgoris radijs illuſtrarunt, incredibilis, & immenſa, diuinamque ad poteſtatem proxime accedens. Quod ſane argumentum omnibus ingenijs admirandum, a nemine ſtudioſorum adhuc ſatis explicatum, tamquam operi noſtro DE HIS, QVI DIV SINE ALIMENTO VIVVNT maximo vſui futurum; & multo prius etiam in libris DE ORTV ANIMAE HVMANAE litterariæ Reipublicæ promiſſum, nunc gliſcit animus ex profeſſo, ſeduloque tractare; huic item Phyſiologiæ parti peculiari dicato volumine: in quo primum obſeruationes, & hiſtorias omnes huius obiecti noſtri exiſtentiam aperientes afferam; aliorum deinde opiniones de natura tam præclari effectus examinaturus; propriam ſententiam deinceps de attributis, & cauſſis tam perennis ignis ex rei eſſentia diligenter explicaturus; ac demum difficilia, & quæſita omnia ex traditis emergentia diſcuſſurus, vniusque ad normam veritatis, quantum equidem potero, determinaturus. Quam ſane theoriam tanto iucundiorem ſapientiæ cunctis amatoribus nos fore ſperamus, quanto huiuſmodi Luminum natura toti mundo admirabilis nunquam non

Naturæ vis vbique magna.

Artis vis vbi maxima.

Scopus operis.

Diuiſio.

[a] Rhet.c.12. Mirabile omne iucundum.

extitit: mirabile namque omne, Aristotelis [a] amplo testimonio, iucundum est; non secus atque inusitatum quoduis eidem est admirabile. Qua quidem in abditissimæ rei contemplatione grauissimum, fateor, onus, viribusque ingenij mei forsan impar subire tento; res etenim vel [b] Plinio, summo admirabilium scriptori, perardua est, Vetustis nouitatem dare, ac dubijs fidem: Verumtamen neque id ab incepto deterrere, reuocareque nos potuit; tum quia etiam in non assecutis voluisse, abunde pulchrum, & magnificum est; tum quia Diuino maxime fretus auxilio diligentiam, & vim tanto ponderi sufficientem adhibere me posse confido. Tu igitur Optime Deus, qui olim pastori [c] Moysi sub specie flammæ rubum ardentis, & non comburentis apparuisti; eumque non eloquentem, sed impeditioris, & tardioris linguæ vnum, per quem populus Hebræorum ille immensus a te sancta, & vera legis mandata susciperet, elegisti: propitius nunc mihi scriptori reconditæ flammæ Lychni ab antiquo incombustiliter ardentis naturam, & causas aperi; & me, vt vt imbecillæ mentis, ad rem hanc omnium difficillimam studiosis omnibus explicandam speciali munere idoneum, aptumque redde; qui enim a me sine te nihil audeo, is ego tuo fauore nixus difficilia quæque tractare non extimesco. Rem igitur tam felicibus auspicijs aggrediamur, hac editione secunda propositis antea duos libros alios adiungentes; quibus & nouas difficultates contra vulgatam olim theoriam intime dissoluamus; & vetustiorum Lucernarum recens ad nos transmissarum, antiquos ritus mirifice referentum eruditionem reconditam applicemus, qua maiori diligentia fieri poterit, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei.

[b] lib.1.præf. Vetustis nouitatem dare arduum est. Et dubijs fidē.

[c] Exod.c.3. 4.31. & seqq.

FORTVNII LICETI

De reconditis Antiquorum Lucernis

LIBER PRIMVS,

In quo ex varijs autoribus plures huiuſmodi luminum obſeruationes afferuntur.

Flammas admirabiles paſſim obſeruari ſolitas concedere ſpectatis veterum lucernis.

Caput 1.

Ignes in æthere.

ADmirandorum ignium in hac rerum vniuerſitate noctu diuque ſe ſe nobis in conſpectum exhibent genera multa; ſiquidem in æthere ſummo variarum formarum cometæ reſplendent, Pliniana [a] obſeruatione: in aeris media regione ſtellæ cadentes nuncupatæ, incenſæ trabes, capræ ſaltantes, & huiuſmodi alia phænomena: in aere infimo tum apud [b] Senecam Tragædum

[a] Lib. 2. c. 25.

in aere medio.

in infimo.

[b] Thyeſt. act. 4. circ. 1.

„ ——— *tota ſolet*
„ *Micare flamma ſylua, & excelſæ trabes*
„ *Ardent ſine igne.*

tum apud Annæum [c] Moralem Gylippo Syracuſas petenti viſa eſt ſtella ſuper ipſam lanceam conſtitiſſe; tum etiam apud [d] Plinium in Romanorum caſtris viſi ſunt ignes nocturnis militum vigilijs inhærere pilis pro vallo; tum denique apud eoſdem, & alios plurimos autores, poſt immanes tempeſtates aliquando ſuper aquæum elementum nauigiorum velis, malis, rudentibus, alibive inſident ab ethnicis Caſtoris, & Pollucis, Helenæque nomine; a noſtris vero nautis Sanctorum Hermi, Nicolai, Claræque luces appellatæ flammulæ. Sed & in mari ex aquis euaporationes ignis non raro exiſtere notant [e] Seneca, & [f] Ariſtoteles: qui & mare deuri poſſe alibi profitetur. Cui aſſentitur [g] Theophraſtus addens ignem cum crepitu e puteo igneſcente prodire. Thraſymenus lacus in agro Perusino ſemel totus arſiſſe ſcribitur a [h] Plinio: Cui & ad aquas Scantias, & in Nymphæo exit e petra flamma, quæ

[c] nat. q. cap. 1

Stella ſuper lanceam viſa.

[d] lib. 2. c. 37.

Ignes pilis militũ inhærẽtes.

Ignes Helenæ, ac fratrum.

Ignes e mari.

[e] 2 nat. q. c. 26

[f] de mundo cap. 5.

23. ſect. probl. 13.

[g] li. de igne ad f.

Lacus q arſit.

[h] lib. 2. c. 107

Petra pluuijs accenſa.

A pluuijs accenditur; exit in Mutinenſi agro ſtatis Vulcano diebus: Legiturque in agro Sabino, & Sidicino vnctum flagrare lapidem; & in Salentino lignum cuidam ſaxo impoſitum ex eo protinus flammas concipere. Ac e terræ viſceribus ignem proſilire ſubito in medio Vrbis foro attoniti dudum conſpexere Quirites; quem vt extingueret, impio quidem cacodæmonis oraculo, nefarioque ſuaſu, ſed tamen ſpectabili erga Patriam pietate, incredibilique fortitudine M. Curtius nobiliſſimus adoleſcens non fruſtra in ignei barathri fauces [i] Valerij Maximi teſtimonio, præcipitem ſe dedit. [k] Lucretio conſimiliter.

Lignum ſaxo impoſitum igniri.

Ignis e terræ hiatu.

[i] Vide lib. 4. c. 1.

[k] lib. 5. c. 6.

—[l] *multis ſuccẽſa locis ardent ſola terræ:*
Eximijs vero furit ignibus ĩpetus Aetnæ.

[l] lib. 2.

Ex iugo itidem Veſcui Campaniæ montis, quem vulgo nunc Summam vocitant, olim poſt immanem fumum, ingentesque cineres, maxima ignium vis cum exuſtis lapidibus per interualla modo maiora, modo minora multis iam ſeculis effluxit; quum ex hiatu [m] Boccacij tempore, neque fumus, neque flamma prodierit; ſed æuo Leandri, & noſtro foras eruperit ignis, ingenti Campanorum terrore atque detrimento, vt etiam æuo Titi, notatu Dionis. Ex animalibus autem brutis ignem erupiſſe notum fuit Cælio Rhodigino aſſeueranti Cæſaris Tiberij equum eius extitiſſe naturæ, vt ore flammigare videretur. [n] Ioachimus etiam Fortius Ringelbergius affirmauit ſæpenumero per equi nigri collũ ſe ſurſum, ac deorſum in tenebris duxiſſe manum,

Montes ignem vomentes.

[m] lib. de Mõtib. 15. lect. ant. c. 5.

Ignis e brutis emicuit.

[n] Lib. experimento.

Equi flammigantes.

& vndique ignium scintillas erumpere conspexisse. Autor item operis, cui titulus est [o] *Hortus sanitatis*, Caccum asserit animal Adelino [p] Philosopho anhelitu suo pectore flammas eructare, hoc est spiritum flammeum, maxime quum ira fuerit permotum. Quin etiam ex hominum corporibus ignes halare vetus est; vulgatum namque habemus in Theodorici patre spectaculum; qui [q] Cælij testimonio ex toto corpore scintillas dicitur profudisse. Seruio quoque Tullio, & Lucio Martio ex capite flammam ardentem emicuisse, [r] Valerius, & [s] Plinius confirmauerunt. [t] Aeliano simulachrum Mineruæ Alalcomenidis cognominatæ spontanea flamma combustum est, nullo igne subiecto. Apud Allobrogum Gratianopolim [u] Dalechampio in Plinianis adnotationibus vliginosa terra baculo mota flammas edit. Ac præterea supra hominum turmas flammulæ non semel visę sunt [x] Valerij Maximi relatu. Supraque humana cadauera inhumata nō raro visos igniculos eminus præsertim noctu plerique confitentur. Quæ tamen omnia physicam obtinuere causſam ignem in subiacente misto antea quomodocumque delitescentem. Sed quod inter omnia ignium miracula, mentibus humanis maximum stuporem incutit, vt vel ipsi sensui, vsuique propriorum obiectorum optimo, certoque iudici, ac pene infallibili vix fides adhibenda videatur, genus illud ignis extat, quod pluries in recludendis vetustissimis monumentis nostra, & superiore tempestate repertum est adhuc ardens post multa centena, & annorum millia in exiguis quibusdam lucernis, nulla vinquam toto eo tempore iniecta liquoris guttula; quum passim videamus ignem, ob maximam suam actiuitatem, voracitatemq; in toto mundo auidissimam, omnia facile consumere, quæcunque ardentia de se flammam edere possunt. Quarum lucernarum vere admirabilium naturam nunc introspecturi, earum obseruationes, historiasque sigillatim ex probatissimis quibusque scriptoribus in medium prius afferre operæ pretium duximus.

[o] Lib. de ani. c. 26.
[p] Vide l. 4. c. 2
Homine e corpore suo scintillas ignis effundentes.
[q] 15. lect. ant. c. 5.
[r] li. 1. c. 6.
[s] li. 2. c. 107.
[t] lib. 12. c. 57 Simulachrum sponte combustum.
[u] li. 2. c. 107.
Terra baculo mota flammas edens.
[x] lib. 1. c. 6.
Ignes visi supra cadauera.
Ignis omniū mirabilissimus.
Ignis voracissimus.
Igne quæ consumantur.

De Lucerna Tulliolæ Marci Tullij Ciceronis filiæ. Cap. II.

INter quamplures veterum sepulchrorum tum æneas, tum fictiles, tum alia quauis ex materia constructas lucernas, notissima fuit illa, quæ patrum nostrorum ætate Romæ in via Appia, e regione conditorij M. Tullij Ciceronis, Paullo Tertio Pontifice Maximo, ab ingrediente nouo aere vltra mille quingentos annos ardens extincta est in Tulliolę Ciceronis eiusdem filiæ monumento: Quod tum ex litteris lapide insculptis,

Vide li. 4. c. 4.

TVLLIOLAE. FILIAE. MEAE

tum etiam plene innotuit ex muliebri cadauere seruato adhuc integro cum capillis ad ea vsque tempora implicitis, irretitisque aureo retinaculo. Quę omnia ob nimiam vetustatem exsiccata, & penitus arefacta, solo contactu in paucos pulueres dissoluta conciderunt; remanentibus quibusdam solum filamentis aureis, vt pote corruptioni contumacioribus. Hac de re Guido [a] Pancirolus libro suo *Rerum Memorabilium Deperditarum* agit in hanc sententiam: Præparabant, inquit, etiam veteres oleum incombustibile, quod numquam consumebatur: id nostra quoque ætate, sedente Paullo Tertio, visum fuit, inuento scilicet sepulchro Tulliæ filiæ Ciceronis; in quo lucerna fuit etiam tum ardens; sed admisso aere extincta. Arserat autem annos plus minus mille quingentos quinquaginta: Hæc ille. [b] Cui apertissime subscribit eius illustrator Henricus; & Hermolai Barbari, [c] Franciscique Maturantij testimonio hanc historiam confirmat asseuerantium vna cum [d] Scardeonio, [e] Guilandino, & Ruscellio inueniri alicubi in subterraneis Italiæ monumentis lucernas perpetuo fulgore lucentes. De lucerna vero Tulliolæ proposita luculentissimum etiam testimonium, tamquam de re clarissima, & indubitata, superioribus annis per epistolam mihi perhibuit Iacobus Mancinus vir spectatæ fidei, & eruditionis; quod infra commodiori loco describemus.

Vide li. 4. c. 5. Cadauer tactu in pulueres abiens.
a Cap. de oleo incombustibili veterum.
Oleum incombustibile veterum.
[b] lib. coroll. 5.
[c] epist. ad Alphen.
[d] lib. 1. antiq. Patauii.
[e] De Papy. membr. 6.

A

De Lucerna Luciæ Cæsæ ex Iacobonio. Cap. III.

IVlius item Iacobonius antiquitatis cultor studiosissimus, in Appendice, quam edidit ad Commentarios Io. Baptistæ [a] Fonteij Primionis De prisca Cæsiorum gente, nostri huius argumenti meminit in hæc verba, Cæterum, ait, nec illud tum ex nostra, tum ex multorum obseruatione scitu dignum omittam, lucernas, lychnosque perpetuo ardentes in conditorijs, sepulchrisque iuxta cinerum ollas, vrnasque, ac mortuorum ossa collocari, oleo inextinguibili, dum aerem vitet; quod in animę immortalitatis signum (quā ignea repręsentari specie nos [b] alibi tetigimus) factum autumo: Lucernas huiusmodi plurimas cum æneas, tum fictiles inspiciendi mihi copia fuit: ardentes numquam vidi; sed cum ijs, qui viderant, sum sæpe locutus; legique scriptores, qui id affirmant, multos. Lucernas ipsas vt plurimum eorum nomine, quorum cinis, ossave condita sunt, inscriptas conspexi: & vt omittā quamplurimas, vnam fictilem afferam a Cæsijs forte non alienam; nam in ima parte, fundoque ipso litterę incisæ sunt,

L. CAESAE.

eam in admirabili Gazophylacio nuper reperi Vlyssis Aldrouandi; in quo velut in aliquo microcosmo spectantur omnia tum Medicis ipsis, tum rebus alijs vsui, atque oportuna. Hæc ad verbum scripsit vir eruditus; cui vt non negauerim lucernas inscribi potuisse nomine illorum, quorum cinis, aut ossa in monumentis condita sunt; ita fieri posse reor vt inscriptæ sint etiam Lucernæ plurimæ nomine artificum, qui eas architectati fuerint; nam opifices operibus suis propria nomina inscribere vulgatissimum est. Ego autem pluribus ab hinc annis, dum adolescens in Bononiensi Lyceo Philosophię, ac Medicinæ operam darem, eodem Aldrouando præceptore vsus apud ipsum eandem L. CAESAE lucernam vidi; & ipsius imaginē ligneo typo in pagella impressam obtinui pulcherrimam; quam etiamnum apud me habeo.

[a] in fin.

[b] vide lib. 3. c. 1.

Lucernarum reconditarum materia.

Lucernæ quo nomine vt plurimum inscriptæ.

Musæum Aldrouandi.

Lucernas inscribi etiam nomine opificis.

De Aurea Lucerna Mineruæ Athenis annum integrum ardente. Cap. IV.

PAusanias historiographus magni nominis in Atticis cuiusdam aureæ lucernę meminit, in quam oleum infusum haudquaquam consumebatur, nisi exacto demum anno: quum tamen dies, noctesque iugiter arderet: Id ipsum propterea euenisse inquit idem Pausanias, quod Lucernæ inesset e lino Carpasio funiculus: quod sane linum vnum ex omnibus igne non consumitur. [a] Hæc Lucerna Dalechampio in Plinianis adnotationibus a Callimacho effecta fuit. Hanc eamdem Lucernam Athenis toto integro anno sine fomitis vllius noui adiectione splendentem, ardentemque fuisse testatur; & eius artificium, atque naturam non vno in loco Hieronymus ille [b] Cardanus explicare conatur. Quem Autorem hac in re summæ subtilitatis, quia non arguit, lacessitve infensissimus illi Scaliger antiquior, suspicari proinde maximopere licet eumdem illi de proposito naturæ miraculo consentire, atque subscribere. Sed nimis plebeiæ formæ Lucernam, ac rudem depingit Cardanus, quam vt ex auro materiam haberet, ac in honorem Mineruæ, artium Deæ (cui non nisi elaborationis operis donaria, & munera dicabant antiqui) tam diuturnam flammam aleret; sed longe secus eam faberrimo factam artificio statuendum est; vt puta constructam a Callimacho, sculptore sui temporis eximio; de quo Pausanias hæc habet in Atticis: *Omnium vero sanctissimum Mineruæ signum illud est, quod iam inde ab initio, de communi omni Curiarum consilio dedicatum est in Arce; quum ea Vrbis nomine appellaretur: Delapsum quidem de cælo fama vulgauit; sed mihi id neque affirmare, neque refellere in præsentia in animo est. Lucernam ex auro Deæ Callimachus fecit; in quam oleum infusum, non consumitur, nisi exacto demum anno. quum tamen lucerna dies noctesque ardeat. Id adeo euenit, quod Lucernæ inest e lino Carpasio funiculus, quod sane linum, vnum ex omnibus igne non conficitur. Eminet supra Lucernam palma ænea, quæ quum ad lacunar consurgat, exceptum va-*

[a] lib. 19. c. 11.

[b] 10. de varietat. c. 40. 1. de subtil.

Linum incombustibile.

Minerua signum e cælo delapsum fama est.

Lucerna ex auro a Callimacho facta mirabilis durationis.

porem facile dissipat. Callimachus vero ipse, qui Lucernam fecit, etsi multo est infra summos artifices, solertia tamen ceteris longe præstitit; primus enim lapides terebrauit, nomen vero Cacizotechnon (quasi artis dicas suæ Calumniatorem) aut sibi ipse imposuit, aut ab alijs impositum vsurpauit. Diuersam nominis huius lectionem ac interpretationem, proponit in Anthropologia Volaterranus, inquiens: *Callimachus autem sculptor, vt ait Pausanias, sibi nomen adoptauit τηξιτεχνὸν, quasi artis interploratorem, & quidam in tenuiorem exquisitioremque disciplinam reduxit: τήκειν enim liquefacere conflareque est: Namipse prius lapidem perforauit, minutatimque tractauit.* Quæ quidem lectio versioque mihi magis probatur, quam illa prior ex Amasæo, Xylandroque proposita, quum verisimile non sit, quemquam Calumniatoris artis suæ probrosum nomen, vel imponere sibi sponte, vel ab alijs impositum vsurpare. Sed vtcumque sit, qui summos omnes artifices vicisse solertia dicitur, etsi multo infra summos locetur artificio, non tamen adeo rudis extitisse dicendus, qui conductus fuerit ab Atheniensibus omnium curiarum ad efformandam Mineruæ Lucernam ex auro, vulgari plebeiaque forma, quam attulit Cardanus; quæ nullo penitus artificio consimiles habet in omnium monachorum, etiam pauperrimorum cellis ad nocturnas elucubrationes. Quare lubet existimare, longe artificiosioris illam extitisse structuræ. Qualem etiam Mineruę sacram in Astu perpetuo ardentem testatur alicubi Strabo dicens: [c] *Astu saxum est in planicie, circumquaque domicilijs circumdatum. In eo saxo est templum Minerua, & vetusta Poliadis Aedes, in qua semper ardens Lucerna: & Parthenon, Ictini opus: in quo Minerua Eburnea, Phidiæ opus.* Idiomate vero suo Strabo scribit, ἐν ᾧ ὁ ἄσβεστος λύχνος: ideſt, *in quo inextinguibilis Lucerna*, vt vertit [d] Gyraldus: est enim mihi longe diuersum; *inextinguibile*, ac *semper ardens*; etenim semper ardere potest, cui semper apponatur nouum combustibile, iuxta illud [e] Aristotelis: *Ignis augmentum in infinitum abit, quousque fuerit combustibile:* quum inextinguibile sit, quod extingui non potest, etiam non adecto fomite. Sed hac de re latius [f] infra. Quare fuerit ista Strabonis, illa Lucerna multum artificiosa, cuius videndæ compotem me fecit, ac eius multarum figurarum explicationem a me petijt non ita pridem Cl. Vir. epistolio, quod suo loco proponetur cum Lucerna mirabilis artificij, ac eius explicatione diligenti.

Qui primus lapides terebrauerit.

Pausaniæ lectio probatior.

[c] lib. 9. Astu saxum habens in se Mineruę templum.

[d] hist. Deo. synt. 4. inextinguibile, ac semper ardens, non idem sunt.

[e] 2. de an. t. 41.

[f] lib. 6.

lib. 6. c. 13.

De Lucernis Iouis Ammonis.
Cap. V.

COnsimiles, immo vero longe diuturnioris ignis prædicta illas arbitror fuisse lucernas, quas Ioui Ammoni consecrauerat Antiquitas; de quibus celeberrimum legimus hoc Virgilij testimonium,

„ *Hic Ammone satus, rapta Garamantide Nympha,*
„ *Tẽpla Ioui cẽtum latis immania regnis,*
„ *Centum aras posuit; vigilemque sacrauerat ignem,*
„ *Excubias Diuum æternas* .....

licet alterius illi Mineruæ omnino consimiles peculiarẽ habeamus apud Plutarchum narrationem in vestibulo libri De oraculorum defectu asserentem, & quia Cleombrotus Lacedæmonius nuper apud Ammonem fuerat, satis præseferebat cætera se non valde admiratum; de lucerna autem perpetuo ardente rem narrabat dignam animaduersione; de qua ex sacerdotum sermone percepisset: subinde enim quouis posteriore anno minus olei absumi, quam præcedente; atque hoc illos pro certo argumento annorum inæqualitatis ducere, quæ sequentem annum semper breuiorem superiore faceret; quod probabile sit minori tempore minus absumi. Verba Plutarchi sunt: *Paulo ante Pythia nostra ætate a Callistrato acta, euenit vt a diuersis terræ finibus Delphos conuenirent duo sacri viri: Demetrius Grammaticus e Britannia Tarsum (quæ ei patria erat) reuertens: & Cleombrotus Lacedæmonius. Hic diu per Aegyptum, & Trogloditicam vagatus, & magnam maris Rubri partem subuectus erat, non sane negociandi gratia; sed homo spectandi, & parandi sibi splendoris cupidus, quum esset re satis lauta, non magni ducens possessionem opum ijs, quæ sufficerent, ampliorem: his*

Annorum inæqualitatem vt probet Plutar.

Minori tẽpore minus absumi.

Vir continentia, moderationeq; rarus.

his rebus ocium insumebat, historiamque colligebat quasi materiam Philosophiæ, cui (vt aiebat) Theologia finis erat propositus. Et quia nuper apud Ammonem fuerat, satis præseferebat cetera se non valde admiratum; De Lucerna autem perpetuo ardente rem narrabat dignam animaduersione: de qua ex Sacerdotum sermone percepisset: Subinde enim quouis posteriore anno minus olei absumi, quam præcedente: atque hoc illos pro certo argumento inæqualitatis ducere, quæ sequentem annum semper breuiorem superiore faceret; quod probabile sit minori tempore minus absumi.

Lucerna mirabilis apud Ammonem.

De Lucerna in Phano Veneris inextinguibili. Cap. VI.

MEmorat etiam Diuus[a] Augustinus alicubi esse quoddam Veneris Phanum, atque ibi candelabrum, & in eo lucernam sub dio sic ardentem, vt eam nulla tempestas, nullus imber extingueret: Vnde sicut ille lapis (Asbeston Arcadiæ lapidem citat, quem paullo supra [b] propterea sic appellari dixerat, quod accensus semel iam non possit amplius extingui: quod & multo ante [c] Plinius etiam obseruauerat) ita hæc λύχνος ἄσβεστος, idest, Lucerna inextinguibilis nominata est. De isto autem Phano Veneris, & Lucerna inextinguibili, *subdit vir Sanctus*, non solum in nullas coarctamur angustias, verum etiam latitudinis nobis campus aperitur: Addimus enim ad istam lucernam inextinguibilem & humanarum, & magicarum, idest, per homines dæmoniacarum artium, & ipsorum per seipsos dæmonum multa miracula: quæ si negare voluerimus; eidem ipsi, cui credimus, sacrarum litterarum auersabimur veritati: Aut ergo in lucerna illa mechanicum aliquid de lapide asbesto ars humana molita est; aut arte magica factum est, quod homines illo mirarentur in templo; aut dæmon quispiam sub nomine Veneris tanta se efficacia præsentauit, vt hoc ibi prodigium & appareret hominibus, & diutius permaneret. Hæc Diuus Augustinus. Cui subscripsere tum[d] Isidorus, tum Bartholomæus [e] Anglicus in opere suo de genuinis rerum proprietatibus, tum Magnus Albertus libro

[a] 21. de ciu. Dei c.6.

Asbestus lapis vnde dictus.

[b] cap.5.

[c] li.19.c.1.

[d] lib.16.cap. de gemm.

[e] lib.16.c.12.

De Mineralibus inscripto, tum etiam pictor[f] Villingius; asserunt enim omnes vnanimi consensu Asbeston esse lapidem, qui semel accensus, est inextinguibilis; cuius virtus in templis Deorum gentilium manifesta est; ac speciatim habebatur in quodam templo Veneri dicato: ferrei coloris est; nascitur-que in Arcadia, & maxima ex parte in Arabia.

[f] lib.2. tr.2 c.1. Asbest. color, & locus natalis.

De Lucerna Edessæ, siue Antiochena. Cap. VII.

FRanciscus Citesius Pictauiensis medicus eximius, in suo libello, cui titulus est, *Abstinens Confolentanea*, de alia mirabiliori lucerna scribit citatis verbis. Ad hunc fomitem nescio an referre debeam perpetuam lucernæ cuiusdam flãmam; cuius meminit Cedrenus; quam quidem imperante Iustiniano Edessæ cum Christi imagine repertam refert: ea statim a Christo passo supra portam quamdam fuerat abdita; & quingentorum tamen annorum decursu non erat extincta: Immo ex ea oleum in ignem proximũ iniectum Cosrois Persarum Regis copias Christiano nomini infensas ad vnam omnes consumpsit. Hæc vir egregius e Cedreno retulit. Nos autem huiusmodi lucernam Antiochenam propterea merito cognominauimus, quod Edessæ Ciuitas, præclaro[a] Plinij testimonio, quondam Antiochia nuncupabatur: licet Guilielmus [b] Tyri Archiepiscopus Edessam ab Antiochia distinguere videatur.

Edessa dicebatur Antiochia.

[a] Lib.5.c.24.

[b] 4. de bell. sacr. c.2.7. & seqq. & lib.7. cap.4.

De Lucernis Ferentillis in agro Viterbiensi. Cap. VIII.

AT vero celebres etiam fuere Lucernæ illæ, quarum in suo de illustrium virorum insignibus, stẽmatibusve libro Hieronymum Ruscellium meminisse constat; asserit enim earum nõnullas compertas fuisse in quibusdam capsulis sepultas; alias autem in parietibus muro inclusas. Quæ in aere aperto per aliquot horas accensæ, ardentesque perdurabant; & a se ipsis postea extinguebantur, exiguo quodam puluere in illis extinctis remanente: seu is ellychnij, seu liquoris combusti cinis exi-

Lucernæ in muris inclusę.

existimandus sit: Quum ardentes eædem Lucernæ latuerint per multa centena, & annorum millia: earumque, præter alias multas, aliquæ repertę sunt tempore Pontific. Alexandri VI. longe a Viterbo tria millia passuum, in oppido desolato, Ferenti nomine dicto: Vbi scribit Suetonius natos esse progenitores Othonis Imperatoris.

Othonis patria Ferētum.

De Lucerna Olibij Atestina in agro Patauino reperta. Cap. IX.

BErnardinus autem [a] Scardeonius in opere suo De Antiquitatibus Vrbis Patauinæ, Quis, inquit, sanę mentis Maximum Olybium connumerandum hic esse neget, atque a nobis inter Patauinos censendum? quem constat fuisse virum maximæ pręstantię, & summo ingenio præditum; quandoquidem tam admirabili arte lucernam concinnauerit, vt perpetuo fulgore lucens mille, & quingentos annos plus minus, Plutoni dicata, sub terram accensa permanserit: Nam annum circiter millesimum quingentesimum nostræ salutis iuxta Atestem, municipium Patauinū, dum foderetur a rusticis terra solito altius, reperta est vrna fictilis, & in ea altera vrnula; in qua erat Lucerna adhuc ardens inter duas ampullas; quarum altera erat aurea, altera vero argentea; purissimo quodam liquore plenas; Cuius virtute Lucerna illa per tot annos arsisse creditur; & nisi retecta fuisset, perpetuo arsura. In vrna maiori hi versus legebantur,

[a] lib. 2. clas. 3. c. vlt.

Lucerna Olybij.

Plutoni. Sacrum. Munus. Ne. Attingite.
Fures
Ignotum. Est. Vobis. Hoc. Quod. In. Orbe.
Latet
Namque. Elementa. Graui. Clausit. Digesta. Labore
Vase. Sub. Hoc. Modico. Maximus. Olybius
Adsit. Fecundo. Custos. Sibi. Copia. Cornu
Ne. Tanti. Pretium. Depereat. Laticis

In altera vino minori vrna legebantur hæc alia carmina.

Abite. Hinc. Pessimi. Fures
Vos. Quid. Vultis. Vestris. Cum. Oculis. Emissitijs?
Abite. Hinc. Vestro. Cum. Mercurio
Petasato. Caduceatoque
Donum. Hoc. Maximum. Maximus. Olybius
Plutoni. Sacrum. Facit

Legitur de hac eadem Olybij Lucerna Franciſci Maturantij Perusini viri eruditissimi epist. ad Alphenum amicum ita dicentis, Nihil ex omni antiquitate vidisti mirabilius, mi Alphene; in vase illo interiori lucerna fuit fictilis, miræ pulchritudinis, lumine tot sæculis inextincto; super eam duæ ampullæ paruulæ: aurum in altera, in altera argentum fuit: Vtrumque liquidum; vt ex ramentis cognoscitur; primarium argentum; aurum vero obrizum. Ego Chymiæ artis (si modo vera potest esse ars Chymia) iurare ausim elementa, & materiam omnium. Vas vtrumque cum epigrammatibus, Lucerna, ampullæ aureę, Olybij munera ad me venere: & penes me sunt: Quas si videas obstupescas: Ego eas cum mille aureis non sum commutaturus. Vale. De hac eadem re testimonium perhibuere [a] Ianus Gruterus in suis inscriptionibus antiquis parum mutans epigrammata descripta; [b] Hermolaus Barbarus in suis Corollarijs; Gesnerus [c] Heluetiorum Medicus; Langius [d] in suis Epistolis Medicinalibus; Scholiastes Andreæ Libauij in libro de [e] Naphtha; Melchior Guilandinus in [f] Commentario de Papyro; Franciscus Citesius in Abstinente Confolentanea; Petrus [g] Appianus libro suo De Inscriptionibus; Io: Baptista [h] Porta in sua naturali magia; Vvolfangus Lazius in suis Commentarijs Reipublicæ Romanæ; illustrator Guidi Panciroli in Notis rerum [i] deperditarum; Martinus Delrius in suis Magicis [k] Disquisitionibus; Rubeus in suo volumine de Destillatione; Sebastianus Erithus in explicatione Numismatis L. Veri; Hieronymus Ruscellius, & alij plures; inter quos Andreas Maurocenus, Venetum gloria, pietate, probitate, sapientia, eruditione, ac nobilitate in principe Republica spectatissimus; quem nuper extinctum

[a] pag. 92. num. 5.
[b] lib. 5. c. 11.
[c] lib. de Lunar.
[d] lib. 2. ep. 1.
[e] cap. 6.
[f] memb. 6.
[g] lib. 12. cap. vlt.
[h] lib. 3. c. 18.
[i] cap. de oleo incōbust.
[k] to. 1. lib. 1. cā. 5. qu. 1. Sect. 1. cap. 4.

Andreæ Maurocenilaus.

„ *Insatiabiliter deflebimus, æternumque*
„ *Nulla dies nobis mœrorē e pectore demet:*

Lucret. lib. 3.

Vt iam nefas esse videatur de rei existentia dubitare. Horum vnus Porta Neapolitanus asserit huiusmodi lucernam per imprudentum manus rustice

pro-

profundentium ruptam fuisse, ac statim flammam eius extinctam. Sed quum Maturantius asseuerāter testetur, apud se Lucernam istam esse simul cum ampullis, & vrnis; iam non est vt Portam audiamus de Lucernæ fractione scribentem per imprudentum manus rustice profundentum.

De Lucerna Nesidea in cratere Neapolitano inuenta. Cap. X.

REconditarum Naturæ rerum studiosissimus idē indagator Io: Baptista Porta [a] Neapolitanus in opere suo de Magia naturali testatum reliquit suis temporibus, circiter annum millesimum quingentesimum quinquagesimū, in Neside Insula in Neapolitano crate-re sita, sepulchrum marmoreum repertum esse cuiusdā Romani, quo recluso, phiala intus reperta est, in qua Lucerna adhuc ardebat; quę rupta, & viso aere extincta est: ea vero ante Redemptoris nostri aduentum clausa fuit. Aliæ quoque, subdit vir eximius, ab amicis narratæ sunt, repertę, & oculis cognitę. Vnde colligimus, inquit, hoc fieri posse, & a maioribus factitatum. Et multis interpositis ait, Lucernam istam vitreo vase clausam qui viderunt, optime flammam retinere, & lumen emittere conspexisse.

[a] Lib. 2. cap. vlt.

Lucerna in vase vitreo.

De Lucerna Pallantis. Cap. XI.

CEleberrima omnium, quot quot hactenus enumeratæ, compertæque fuerunt, illa est Lucerna, de qua Martinus in eo [a] Chronicorum libro, quem Martinianam appellauit, cuius testimonio fidem præstitit non solum Ioannes Boccacius in volumine suo de Genealogia Deorum Gentilium inscripto; sed etiam Philippus [b] Bergomensis, autor Chronicorum Mundi vniuersalium, in supplemento; atque Raphael Volaterranus nobilis historicus; nempe temporibus Henrici Tertij Imperatoris, hoc est anno Domini millesimo quadringentesimo primo, ab agricola quodam non longe ab Vrbe Roma inuentum fuisse, dum altius solito agellum foderet, lapideum tumulum inscriptione notatum; & in sepulchro viri mortui corpus proceræ adeo staturę, vt muros Vrbis excederet: cadauer integrum erat, ac si paullo antea sepulturæ datum fuisset: in pectore vulnus latissimum gestabat: supra caput autem corporis defuncti reperta est Lucerna perpetuo igne ardens; quæ nec flatu, nec aquæ, alteriusve liquoris vllius superiniectu extingui potuit; sed in fundo perforata, & rupta ab importunis mirę lucis osoribus, statim flamma euanuit: effluxoque liquore admirabili, protinus lumen extinctum est. Istud autem fuisse corpus magni Pallantis Arcadis, qui filius Euandri Regis, comes Aeneæ, bello, singularique certamine dudum interfectus fuit a Turno Rutulorum Rege multo prius, quam Roma conderetur, apertissime testatur tum Raphael [c] Volaterranus grauissimus historiographus; tum etiam cadaueris inuenti proceritas, qua muros Vrbis, etsi non præ altos in suo genere, superabat; nam inter sepultos prope Romam ad Tiberim Pallanta legimus giganteæ fuisse staturæ: tum quoque vulneris amplitudo, quę in thorace cadaueris supra quatuor pedum longitudinem se se extendebat; quum Pallantem sciamus occubuisse a Turno viro fortissimo, & giganteæ molis pectore lancea transuerberatum; vt Virgilius [d] concinit, apud quem Turnus Pallanti.

„ *Vibranti cuspis mediū transuerberat ictu,*
„ *Loricæq. moras, & pectus perforat ingens.*

tum demum, quod saxo monumenti insculptum legebatur, Epitaphium huiusmodi,

Filius. Euandri. Pallas. Quem. Lancea. Turni
Militis. Occidit. More. Suo. Iacet. Hic

Alia lectio habeo: *Mole. sua. iacet. hic.* & vtroque modo recte dici potest; etenim mos cadauerum proprius in situ nullus alius est, quam iacere; carēt enim calore ac spiritu, qui recta sustinet humana corpora; nam si qui viuentes iacent, eum situm habent quatenus cum mortuis obtinent similitudinem, & ad mortem habent relationem; quum iaceant naturaliter dormientes, aut ęgrotantes; quorum duum dormientes quidem veluti mortuos esse, docet Aristoteles inquiens: [e] *Somnus autem talis sua natura esse videtur, vt viuendi & non viuendi*

[b] lib. 33.

[c] lib. 33. cap. de cæl. & terr. progen.

[d] lib. 10.

Vide lib. 4. cap. 6.

Pallantis cadauer cum lucerna.

Titulus Pallantis.

Mortui curiaceant.

Iacere vt mos mortuorum proprius.

[e] 5. de gen. an. c. 1.

uendi interliminium sit; & neque omnino sit, qui dormit, neque non sit; viuitur enim vigilia potissimum propter sensum. Vnde somnus apte dicitur mentis imago, qua iacent homines veluti mortui. Qui vero iacent ob ægritudinem, obtinent ad mortem eam habitudinem, qua semper ægritudo via est ad interitum, & dispositio ad mortem; quippe nemo sanus ad interitum tendere peruenireq; potest, nisi per ægritudinem; etenim ad necem via non est alia, quam morbus. Quocirca Galenus [f] affirmat, neminem interire posse sine cordis intemperie morbosa; proindeque sine morbi cuiuspiam, ac febris potissimum interuentu. Quare de mortuo, sepultoque Pallante recte scribitur in titulo: *More. suo. iacet. hic.* Non male quoque scribitur: *Mole. sua. iacet. hic:* nomine molis indicata Gigantei corporis magnitudine; siquidem in sepulchro corpus iacet, ad animæ discrimen; quæ licet antiquis existimaretur vel manere in sepulchro cum corpore, vel vagari diutius circa sepulchrū, potissimum violenta morte interemptorum, vt infra [g] latius disquiretur; nemo tamen antiquorum vsquam posuit animam iacere; quia quum sit incorporea substantia, iacere nullo modo potest, nec habere situs vllius omnino positiones vllas; quippe iacere, stare, sedere, positionesque ceteræ locales conuenire minime valent animæ separatæ, sed corpori tantummodo. Quocirca de cadauere Pallantis, a quo separata sit anima, in caue a sepulchri condito, recte dicitur, quod Pallas Euandri filius *Mole. sua. iacet. hic.* Ceterum si retinere liceat lectionem Martinianam, quam referunt Boccacius, & Volaterranus:

„ *Filius Euandri Pallas, quē lancea Turni*
„ *Militis occidit, more suo iacet hic.*

Morem hunc ad lāceam referri debuerat, quæ maxima maxima vulnera infligebat, & nunquam non inferentia mortem. Hāc etiam historiam a Chronicis, & ab Helinando recipit ceu veram Tostatus inquiens: [h] *Virgil. ait in li. 9. de illo magno Iuuene Paliante, filio Euandri, qui adiuuit Æneam in conflictu contra Turnum Regem Rutulorum, vbi mortuus fuit, deinde sepultus fuit, conditus arte mirabili cum Lucerna ardente in loco, vbi nunc Roma est, quæ olim Valentia dicebatur; vt ait Solinus* [*] *in Polyhistorico: cui tunc pater eius Euander præerat. Deinde ann. quasi 800. post Christum, dum quædam ædificia magna Romæ fierent, casu sepulchrum illius inuentum est: & deinde cum Lucerna ardente integer eductus; & ciuitatis muro applicitus altitudinem muri capite excellebat: vt patet in Chronicis: & idem scribit Helinandus Chronographus.* Celeberrima vero cunctarum fuit ista lucerna Pallantis, non solum quia, nisi fracta fuisset, ac ex ea perforata liquor effluxisset, in aperto aere ardens, & flatus, & aquę omnem violentiam eludens pertinacissime, longe diutius inextincta perdurauisset: verum etiam quia reipsa perdurauit ardens vltra duo mille sexcentos vndecim annos.

Somnus ad mortem vt referatur.

Morbus est via ad mortē.

[f] 5. de loc. aff. c. 1.

Versiculi Pallantis explicatio gemina

[g] l. 3. c. 7.

Anima cum corpore manens in sepulchro non iacet antiquis.

Anima cur situs positione careat.

[h] Ge. ca. 5. qu. 12. l. 3.

[*] l. 1 c. 2.

Pallantea cur omnium lucernarum celeberrima.

De Lucerna Hectoris. Cap. XII.

NOn dissimilis forte naturæ fuerit ignis ille, quem Vmbra Hectoris apud Virgilium [a] in somnis Aeneam alloquentis e tumulo gestare dicitur, his versiculis,

„ *Sic ait, & manibus vittas, Vestamque potentem,*
„ *Æternumque adytis effert penetralibus ignem.*

siquidem hāc flammam laturus Aeneas tot annis per tot maria diutissime iactatus, & per tot terras diutissime agitatus, rationabilius est ipsam nullo extrinsecus subinde fomite affundendo indiguisse; quam eius extitisse naturæ, cui fomitem assidue suppeditare oporteret: Licet autem hac de re nihil certi ab Autoribus habeamus, quod in medium pro alterutra quæstionis parte afferre valeamus: Nos tamen in dubijs probabiliorem, verisimilioremque sententiam complectimur, nostræque opinioni accommodatiorem.

[a] lib. 2.

Hectoris lucerna cuiusmodi fuerit.

De Lucerna multiplici Mycerini Regis Ægypti. Cap. XIII.


MVltiplices memorat Herodotus in Euterpe Lucernas admirabiles, inquiens allatis verbis: [a] Post hunc regnasse in Ægypto dicebant Mycerinum Cheopis filium: eumque paterna perosum facta, & templa reserasse, & populo ad vltimum calamitatis afflicto te-

[a] cap 129. & seqq.

feciſſe poteſtatem res agendi & ſacrificandi: quin etiam ſuper omnes reges iuſtitiam exercuiſſe. Quo nomine ex vniuerſis regibus hunc Ægyptij maxime prædicabant, tum ob alia quæ bene iudicabat, tum vero quod conquerenti de ipſius ſententia, de ſuo donabat, vt indignationi hominis ſatisfaceret. Quũ autem eſſet in ciues ita clemens Mycerinus, atque ita ſtudioſus, principium ei malorum contigiſſe obitum filiæ, quæ domi vnica ſoboles erat. Qua clade ſupra modum quum doleret, velletque filiam excellentiori aliquo genere ſepelire qua ceteri, feciſſe ligneam bouem cauam, quam quum inauraſſet, in ea filiam ſepeliſſe defunctam. Neque humo bos hęc condita eſt, ſed ad meam vſque memoriam in propatulo extabat in vrbe Sai apud regiam in conclaui quodam exornato poſita. Cui ſingulis diebus omnifarij odores adolentur: noctibus autem perpetuo incenſa lucerna aſtat. In altero contiguo conclaui imagines ſtant concubinarum Mycerini, vt in vrbe Sai ſacerdotes aiebant. Stant enim coloſſi, *ideſt grandia ſimulachra*, circiter viginti, e ligno fabricati, nudi plerique: qui quarum ſint mulierum, non poſſum dicere, præterquam quæ narrantur. Sunt qui de hac boue & coloſſis hæc referant: Mycerinum *amore filiæ ſuæ captum, vim ei intuliſſe: deinde illam, quum præ mœrore ſe ſuſpendiſſet, patrem in hac boue ſepeliſſe*: matrem autem manus miniſtrarum, quæ filiam patri prodidiſſent, præcidiſſe: & nunc earum hæc eſſe ſimulachra eius mali quod viuæ paſſæ fuiſſent. Hæc (vt ego opinor) dicunt nugatores, vt alia, ita & de manibus coloſſorum: quippe quas ipſi vidimus temporis diuturnitate delapſas, quæ ad meam vſque ætatem ad pedes eorum ſtratæ viſebantur. Bos quoque cum ceterum corpus operta eſt Phœniceo pallio, tum vero ceruicem & caput craſſo admodum auro: cuius inter media cornua circulus annexus ineſt, Soli aſſimilatus. Neque ſtans eſt bos, ſed in genua cubans, magnitudine quanta eſt grandis vacca viua. Effertur autem e conclaui quotannis: & poſtquam Ægyptij verberarunt deum quendam, quem in tali negocio non puto mihi nominandum, tunc & bouem in lucem proferunt. Aiunt enim eam oraſſe patrem Mycerinum, vt defuncta quotannis ſemel Solem intueretur. Huic regi poſt calamitatem filiæ, ſecundo loco hæc acciditſe. Ex vrbe Buti veniſſe oraculum, fore vt ſex omnino annos viueret, ſeptimo defuncturus. Id hunc ægreferentem, viciſſim miſiſſe ad oraculum contumelioſas quærimonias; quod, quum pater ſuus & patruus, qui deorum immemores templa clauſerant, hominesque perdiderant, tamdiu vixiſſent, ipſe pie faciens tam cito vita foret defuncturus. Rurſus ei veniſſe dicuntur ex oraculo reſponſa, eapropter ipſum propere vitam finiturum, quod non id faceret, quod deberet. Oportuiſſe enim Ægyptum centum quinquaginta annis affligi: idque duos, qui ante eum fuiſſent, reges didiciſſe; ipſum vero, nequaquam. Hæc vbi accepit Mycerinus, ſe iam a numinibus damnatum, lucernas feciſſe permultas, quibus quum nocteſceret accenſis, putaret ac ſe oblectaret: neque diu, neque noctu intermittentem quin per paludes perque nemora vagaretur, vtque audiretur iuuenilibus in rebus ſtudioſiſſime verſari. Hæc autem idcirco excogitarat, quod vellet oraculum conuincere mendacij, vt duodecim pro ſex fierent anni, diebus factis ex noctibus. Ita ſane de Mycerini Lucernis Herodotus. Quæ an omnes, an earum aliquæ, præſertimque illa perpetuo incenſa ante cadauer filiæ, nullius deinceps adiectione fomitis æternum arderent: an cum ſtatis diebus noui fomitis adiectu flammam alerent; nihil eſt quod certo demonſtret. Ego tamen coniector, illam maximam fuiſſe in primo genere mirabilem, tum quod in allata diligentius hiſtoria non ſit vlla mentio miniſtrorum, quibus curæ fuerit, in olei conſumpti locum deinceps aliud nouum ſubſtituere; ſicut in Mæuiæ Lucernæ notatum eſt: tum quod Herodotus ait, Boui cadauer intra ſe continenti, perpetuo incenſam aſtare lucernam: tum quod potentiſſimum, ditiſſimumque regem, & ſapientiſſimis viris affluẽtem (olim enim omnium hominum ſapientiſſimi ſuſpiciebantur Ægyptij ſacerdotes) veriſimile ſatis eſt habuiſſe modum parandæ lu-

lucernæ, quæ ſine noui fomitis adiectu diutiſſime flagraret, eniteretve; ſicut habuit Cicero, & Euander Arcadum Rex, qui admirabili hoc lumine filiorum ſuorum ſepulchra colluſtrauerunt: tum maxime ſi Mycerinus iſte fuit ſocer Salomonis, omnium mortalium ſapientiſſimi, vti teſtatur in magno ſuo volumine de Temporum æuo Cl. Hieronymus Vecchiettus Italus noſter, ſed ab Ægypto cognominatus, quod Ægypti regionem vltra quadraginta totos annos integros incoluerit, obſeruationibus cæleſtibus in cælo nunquam nubilo, & libris Ægyptiorum ſacerdotum euoluendis aſſidue vacans; ait enim, [b] Mycerinum hunc Ægypti regem, fuiſſe Pharaonem illum, cuius filiam duxit vxorem Salomon. Nec ideo contradicit Herodoto ſcribenti, Mycerinum vnicam filiam domi ſobolem habuiſſe; quia quę Salomoni nupſerat, maior natu degebat apud maritum Hieroſolymis, non apud patrem in Ægypto. Quam quidem hiſtoriam ſepulchralem affabre delineauit apud Porcachium Porus in hanc effigiem.

[b] orat. hiſt. c. 12.



Lib. I. Cap. XIII. Jo. Georg. sculps.

De Lucerna Viues. Cap. XIV.

IOannes Ludouicus Viues in ſuis cõmentarijs ad libros Diui Auguſtini De Ciuitate[a] Dei, aſſeuerauit non ſolum ſe vna cum Petro Garzia Laloo Pariſijs vidiſſe per multa ellychnia ex lino viuo, cui ἄσβεστον Græci nomen indidere ab argumento naturæ, quod ignibus non abſumatur: verum etiam erutum eſſe ſepulchrum memoria patrum, in quo ardebat lucerna condita ibi,

[a] Lib. 21. com. ca. 6.

Ellychnia ex lino viuo.

ibi, vt ex inscriptione apparebat, supra milleſimum, & quingẽteſimum annum; eaque tota extemplo, vt contrectari cæpta eſt, inter admotas manus friata in tenuiſſimum abijt puluerem. Hæc vir insignis. Cui subscripsere, fidemque præstitere Maiolus Episcopus in suis [b] Colloquijs, & Ioannes Langius in suis epistolis medicinalibus asserẽs non deesse admiranda exempla, quibus perpetui ignis incredulitas refelli potest, in argumentum allata Lucerna Viues, & alijs nonnullis ante a nobis propositarum.

[b] Coll. 22. lib. 2. epist. 12.

De Lucerna Romana. Cap. XV.

IAcobus Mancinus Politianus I. F. vir tum eruditione, tum fide spectatissima, nunc etiam Pisis litteras humaniores edocens, inde ad me scripsit superioribus annis conspexisse se Romæ lucernam erutam, e quibusdam fundamentis antiquis; audiuisseque ab ijs, qui eam effoderant, se illam accensam inuenisse, intus habentem nonnihil bituminis cuiusdam. Sed præstat epistolam
» ad verbum adducere. Fortunio Liceto Philosopho in Patauina Schola pri-
» mario Iacobus Mancinus Politianus Io.
» F. S. D.
» Quod a me petis de luminibus anti-
» quorum perpetuis; præter id, quod
» agnouit Boccacius in sepultura Pallan-
» tis; & id, quod clarissimum est in sepul-
» chro Tulliolæ nostra ætate retecto (cre-
» do temporibus Paulli Tertij Pontificis)
» nempe lumen adhuc accensum viso ae-
» re statim extinctum; Memini me Romæ
» vidisse lucernam quandam erutam iux-
» ta Montem Penam (vulgo a nostris Ita-
» lis *Montecauallo*) ex quibusdam vetustis
» fundamentis, quam eiusdem repertores
» confessi sunt a se inuentam fuisse arden-
» tem, cum quodam bitumine intus. Cuius lucernæ lumen a semetipso visum testatur Vvolfangus [a] Lazius; vt infra suo loco adnotabimus.

[a] lib. 2. c. 37.

De Lucerna Pisana. Cap. XVI.

IDem vir in eadem epistola me de quadam alia lucerna certiorem facit, quæ Pisis post aliquot annos ab augustissimi templi miserando incendio inter maioris aræ ruinas ab ijs, qui e templo restaurando cementa, & pulueres asportabant, inuenta est, bitumine plena, & calens adhuc cuius caloris caussa esse non potuerat multo antiquior incendij flamma. Sed ipsum subnectentem audiamus, ait enim, Hæc lucerna » postea Pisis inuenta post incendium » Archiepiscopalis Ecclesiæ aliquot an- » nis, adeo vt calor incendij non poterat » esse caussa caloris in lucerna; quam » mihi testati sunt hic Presbyteri, & Ca- » nonici se vidisse, & manibus contrecta- » usse aliquantisper calidam, & bitumine » intus refertam: eruta fuit ex fundamen- » tis vnius illorum altarium antiquorum, » quæ prope Chorum diruta fuere; in » quo altari erat simulachrum illud Sa- » crosanctæ Virginis marmoreum; quod » postea supra ianuam turris eiusdem » templi positum est. Et hæc ea sunt, » quæ de proposito a me nunc haberi » possunt. Vale. Pisis XVI. Calend. » Iunij, Anno Domini MDCXI. Hæc » vir insignis.

Pisani templi incendium.

De Britannicæ Mineruæ perpetuis ignibus. Cap. XVII.

IVlius autem Solinus ille Polihistor [a] Britanniæ fontibus ait præsul esse Mineruæ numen; in cuius æde perpetui ignes numquam canescunt in fauillas; sed vbi ignis tabuit vertitur in globos saxeos. Quam sententiam Colloquiorum Caniculariũ Autor Maiolus Episcopus [b] ita explicat inquiens, Hoc vel a magica arte fieri potuit, aut smegmate aliquo eius naturæ ita composito, quod mihi verisimilius est, nam eas gentes narrat Solinus esse barbaras, & omnium penitus artium ignaras, vnique Marti operam dare: aut, quod non detrectare ausim, ex lapide, qui apud Belgas est frequentissimus; qui succensus semper carbonum colorem, & ignem seruat, & restinctus adhuc lapis est, rursum ad ardendum aptissimus: At mihi potius dicendum videtur ignes illos perpetuos fuisse lucernas, lampadesve, quæ in templis ardere consueuerunt in honorem numinis illius: quarum ellychnia, non vt nostratia e papyro, gossipiove facta, tabescente igne concrescunt in fungo similem figura, & lapidi affi-

[a] cap. 24.

Ignis abiens in globos saxeos.

[b] Coll. 22.

Lapis carbo apud Belgas.

nem duritie graueolentissimam substantiam, vt pulchre cecinit Virgilius [c] inquiens alicubi,

[c] 1. Georg.

„ *Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ*
„ *Nesciuere hiemem; testa quum ardente viderent*
„ *Scintillare oleum, & putres concrescere fungos.*

Sed ellychnia lampadum in templo Mineruę Britānicę materiam longe aliam habuere, quę concrescebat in duriorem adhuc tophi substantiam; quæ saxeos globulos non solum duritie, verum etiā figura æmulabatur: vt pote materiam sortita, quæ combustione apta esset quo quopacto lapidescere; ceu lutum, ex quo lateres efficiuntur ab adurente igne vehementissimo fornacis.

Materia combustione lapidescens.

De Lucernis Bononiensibus. Cap. XVIII.

IO: Baptista Porta in sua naturali Magia, [a] Iulius Iacobonius in Appendice de Prisca Cęsiorum gente, Hieronymus Ruscellius in opere De stemmatibus illustrium virorum, & alij multi præclari scriptores, quamplures alias, præter allatas lucernas, referunt paucis ab hinc annis inuentas fuisse tum Romæ, tum alibi locorum, tum speciatim etiam Bononiæ adhuc ardentes in antiquissimis sepulchris: quas vidisse testantur plurimos homines fide dignissimos; quos ipsi de proposito sunt allocuti. Et certe Guidi Panciroli etiam obseruatione in opere suo rerum memorabilium deperditarum, vbi de exequijs mortuorum agit, aperte constat ex lege Mæuia. ff. de manum. testam. antiquitus Nobiles testamento mandare consueuisse Libertis suis, vt monumento Dominorum assiduam lucernam accenderent, & sepulturam custodirent: Atque vt lucernarum huiusmodi pleræque tales erant, quæ interpollata deinceps noui adiectione fomitis assidue seruabantur ardentes; ita nonnullæ tali magisterio fabricatæ fuerant, quæ semel accensæ inextincta flamma per multas annorum decades in tumulis effulgebant. Harum imagines aliquot ego apud me habeo pulcherrimas ex Musæo Vlyssis Aldrouandi Præceptoris, Bononiæ conquisitas.

[a] lib. 12. cap. vlt. in f.

Nobiles olim sepulturam illuminari, & custodiri curabant.

De Lucerna Pionis. Cap. XIX.

PAusanias Historicus (quod animaduertit etiam Cardanus [a] in opere suo De Subtilitate) recitat se vidisse in oppidulo Pioniæ Mysiæ iuxta Caicum, dum Pioni (ex Herculis hic fuit descendentibus) oppidi conditori sacrificarent, e sepulchro Pionis fumum exhalasse; quem vt Cardanus dolo malo excitari potuisse credit, nec non etiam naturali caussa; quod vtrumque suo ingenio eo loci explicat, & quidem probabili coniectura: ita nos multo verisimilius existimamus eundem fumum prodijsse de lucerna quapiam admirabili, quæ multos per annos antea exardens, tunc, qua data caussa, extincta fumum densiorem, vberioremque, vt solet in lucernarum extinctu, exhalauerit per sepulchri rimas ad apertum aerem: adeo consuetum nouimus fuisse vetustioribus, præsertimque viris nobilibus, Principibusque, vti Pionem oppidi conditorem, Herculisque progeniem fuisse necesse est, in suis monumentis lucernas absque noui fomitis adiectione per multa etiam sæcula exardentes habere. Sed tamen hoc admirabile Pionis non sibi confinxit ipse Cardanus, ast a Pausania desumpsit, in Bœoticis ita scribente: *Exin proxima sunt Oedipi filiorum sepulchra. Adea, quæ fiunt sacra etsi ipse non spectaui, narrantibus tamen fidem habui: aiunt enim Thebani, & alij ex ijs, qui Heroes vocantur, & Oedipi filijs inferius a se mitti. His certe, dum adolent, cum flammam, tum emissum ex ea fumum, in duas partes discedere. Id ego vt crederem, facile me adduxit, quod in Mysia, quæ supra Caicum est, vidi. Est ibi modica Vrbs, Pioniæ appellata: cuius conditorem Pionin, de posteris Herculis vnum perhibent. Huic dum parentant, sponte fumus e sepulchro exilit: hoc ipse, dum accideret, vidi.* Qua de re Cardanus inquit: [b] Recitat Pausanias vidisse se in „ oppidulo Pioniæ Mysiæ, iuxta Caicum, „ dum Pioni (ex Herculis hic fuit descen- „ dentibus oppidi Conditor) sacrifica- „ rent, e sepulchro Pionis fumum exha- „ lasse. Quod si non dolo factum fuit; „ quis prohibet, sub ara supposito canali „ ad sepulchrum tendente, atque in ca- „ nalis origine, bitumine aut styrace, aut „ thu-

[a] Lib. 18.

Fumus densior, & vberior in extinctu lucernarum.

Vide lib. 4. cap. 38.

Fumus e sepulchro sponte prodiens.

[b] lib. 18. subtil.

„ thure, reve alia quam quæ in altari ado-
„ letur, vel aquarum exemplo, vel Hero-
„ nis, dum sacrificio sponte portas aperi-
„ re docet, fumum erumpere e tumulo?
„ Sed & alia naturali ratione absque do-
lo constare potuit. At quæ ratio natu-
ralis aptior est absque dolo, si dicamus,
e Pionis tumulo fumum halare de Lu-
cerna subterranea in eo accensa? non
quidem de fomite Lucernæ, verum de
materia tempore sacrificij Aræ imposi-
ta, quam propinquæ Lucernæ flamma
resoluat in fumum? vel etiam, quid ni
materies illa flammam in Lucerna deti-
nẽs, tenuem ac exilem sui halitum emit-
tat, qui spectetur tunc ab hominibus,
aciem visus acrius intendentibus in actu
sacrificij ad Aræ partes? Id certe nemo
iure poterit inficias ire.

De flamma inextincta Pyrethiorum.
Cap. XX.

[a] lib. 7. c. 25. CÆlius Rhodiginus [a] in suis anti-
quarum lectionum commentarijs
asserit in Pyrethiorum meditullio sur-
sum stetisse aram, vbi inextinctus serua-
retur ignis. Cælio de hac re consentit
[b] tom. 2. li. 4. cap. 2. quæ. 7. §. 2. Delrius [b] in suis Magicis Disquisitioni-
bus. At vero ante vtrumque [c] Strabo
de proposito agens, vbi de Cappado-
cia tractat, suntque, ait, Pyrethia septa
ingentia; in quorum medio ara est, in
ea *Magi* & *cinerem multum*, & *ignem*
inextinguibilem seruant. Procopius
[c] lib. 15. [d] lib. 2. etiam [d] in bello Punico, Hic magnum
Pyreum est, inquit, vbi ignem perpe-
tuum custodiunt Magi. Quum autem
[e] 1. col. t. 111. & seqq. Ingenitum, & ingenerabile quæ differant. nos ex Aristotele [e] didicerimus tum il-
lud esse discrimen inter ingenitum, &
ingenerabile; quod ingenitum dici po-
test corpus nondum exortum mox ori-
turum; ingenerabile vero id, quod aut
numquam, aut difficillime, ac vix gene-
ratur: tum etiam ignem, qui fomitem
consumens, noui semper adiectione in-
diget, si diu conseruari debet, non per-
manere, sed semper fieri nouum, sem-
[f] 2. meteor. cap. 2. Ignis, qui semper fiat nunquam permaneat. perq; corrũpi veterem, ac fluere [f] ad
instar fluuij: propterea hunc Pyrethio-
rum ignem perpetuum, & inextingui-
bilem appellatum a veteribus, non au-
tem inextinctum, dicimus non inter-
pollata, repetitaque deinceps noui fo-
mitis adiectione conseruatum fuisse,
custoditumque; vt conseruabatur, cu-
stodiebaturque sacer ille ignis apud
Persas; sed in materia diutissime arden-
te conceptum fuisse, cuiusmodi erat
flamma lucernæ Pallantis, & Olybij.

De Lucerna Salernitana.
Cap. XXI.

[a] pag. 1148. num. 17. IAnus Gruterus [a] in volumine sua-
rum inscriptionum antiquarum retu-
lit ex testimonio de visu Iacobi Sir-
mondi e Societate Iesu historiam huius-
modi Lucernæ ardentis,

Salerni Vrna in æde Episcopali.
Haue. Septima. Sit. Tibi
Terra. Leuis. Quisque
Huic. Tumulo. Posuit
sic
Ardente. Lucernam
Illius. Cineres. Aurea
Terra. Tegat

Grutero Sirmondus qui vidit.
Cuique vt notum est mendum in inscri-
ptionem irrepsisse in littera *Ardente*.
quæ ab autore *Ardentem*. Scripta fue-
rit; siue πὸ M ab opifice omissum; siue
carie illius partis vetustate corrosum;
siue quauis alia de caussa deletum; ita
non plane constat fuerit ne ardens illa
lucerna ex earum numero, quæ sine fo-
mitis noui repetita deinceps adiectio-
ne plures accensa durauerit annos. Ve-
rum quando aliam propositi coniectu-
ram non habemus, quam litterarum, in
quibus ardens lucerna legitur; nos eius
historiam superioribus attexere volui-
mus, relinquentes Lectori iudicium, &
optionem vtramlibet partem quæstio-
nis accipiendi.

De Lucerna Demosthenis.
Cap. XXII.

NOn defuere, qui lucernam inex-
tinguibilem etiam Demostheni
fuisse scripserunt: sed nos apud Plutar-
chum in vita Demosthenis eum habuis-
se lucernam lectitauimus, de qua ipse
nobilem mentionem fecit, non solum
quia, quum ex tempore nihil dicere
vellet, sed omnia meditatus, a Pythea
irrisus asseuerante lucernam olere sua
enthymemata, irrisionem amare De-
mosthenes retudit inquiens, nempe
non eorundem tibi, & mihi, Pythea,
Demosthenes nihil dicere voluit ex tem-
pore.

consçia est lucerna: sed etiam quia furi, cui cognomen erat Chalco, ideſt, æreo quum tenderet vigilias, & lucubrationes eius perſtringeret, Noui, inquit, moleſtum tibi eſſe quod lucernam habeam accenſam: At vos nolite mirari, Athenienſes, ſi furta committantur; quum fures æreos, parietes habeamus luteos. Verum enim vero hinc non ſatis eſt apertum, an huiuſmodi lucerna ſemper apud Demoſthenem arſerit iugi flamma, nec ne; & an iugiter ardens nouo ſemper in conſumpti locum deinceps adiecto fomite conſeruata fuerit; an abſque noui fomitis adiectione ſemel accenſa ſemper ardens permanſerit ad multos annos; cuiuſmodi ſuperiores multæ fuere; quarum naturam in hoc opere ſcrutamur.

De Lucernis Tritenhemij.
Cap. XXIII.

SCholiaſtes ad libellum de Naphtha [a] Libauij Iatrochymici non vulgaris, Anonymi cuiuſdam relatu in aureo Vellere, nomine Bartholomæi Korndorferi, Chymica duo Tritenhemij memorat artificia, quibus ignes æternos ille procurauit; eaque dicit eſſe duo lumina æterna, quorum lampades conſtructæ poſſunt quolibet loco reponi: Cuius ignis artificium ex Tritenhemio exacte deſcribit allatis ingredientium differentijs, ponderibus, & præparationibus: Quæ omnia cumulate nos infra [b] commodiori loco explicabimus, ſat habentes in præſentia lucernarum perennem flammam abſque noui fomitis adiectione continentium exiſtentiam, ſeu veritatem, poſſibilitatemque, vt ita loquar, ex præcellentium virorum experimentis collegiſſe.

[a] cap. 6.

[b] lib. 2. cap. 44.

De Lucerna Terentina.
Cap. XXIV.

ADijciendus promulgatis eſt ignis ante Aram Ditis, & Proſerpinæ in Campo Martio ad Tyberim olim diutiſſime ardens; cuius nobilem ſimul, & admirabilem hiſtoriam ex Valerio Iacobonius in Appendice de priſca Cęſiorum gente proponit, & illuſtrat. Sed præſtat nos ſuis autoribus quæque redere commenta. Porro & nos apud Valerium [a] Maximum hæc legimus, vbi de inſtitutis antiquis agitur, ac ſpeciatim ludorum mos explicatur. Quum ingenti peſtilentia, inquit, Vrbs antiqua, agrique vaſtarentur, Valeſius vir locuples, ruſticæ vitæ, duobus filijs, & filia ad deſperationem vſque medicorum laborantibus; aquam calidam ijs a foco petens, genibus innixus, Lares familiares, vt puerorum periculum in ipſius caput transferrent, orauit. Orta deinde vox eſt, habiturum eos ſaluos, ſi continuo flumine Tyberis deuectos Terentum portaſset; ibique ex Ditis Patris, & Proſerpinæ ara petita aqua calida, quam illi deſiderarent, recreaſset. Eo prædicto magnopere confuſus, quod & longa, & periculoſa nauigatio imperabatur; ſpe tamen dubia præſentem metum vincente, pueros ad ripam Tyberis protinus detulit: Habitabat enim in villa ſua prope vicum Sabinæ regionis Heretrum; ac lintre Oſtiam petens, nocte concubia ad Martium campum appulit; ſitientibusque ægris ſuccurrere cupiens, igne in nauigio non ſuppetente, ex gubernatore cognoſcit haud procul apparere fumum, & ab eo iuſsus egredi Terentum (id nomen ei loco eſt) cupide arrepto calice aquam flumine hauſtam eo, vnde fumus erat obortus, iam lætior pertulit; Diuinitus dati remedij quaſi veſtigia quędam in propinquo ſe exiſtimans nactum: Inque ſolo magis fumante, quam vllas ignis habente reliquias, dum tenacius omen apprehendit; contractis leuibus, & quæ ſors obtulerat, nutrimentis, pertinaci ſpiritu, flammam euomuit; calfactamque aquam pueris bibendam dedit: qua potata, ſalutari quiete ſopiti, diutina vi morbi repente ſunt liberati: Patrique indicauerunt vidiſſe ſe in ſomnis neſcio a quo Deorum ſpongia corpora ſua pertergi, & præcipi, vt ad Ditis Patris, & Proſerpinæ Aram, a qua potio ipſis fuerat allata, futuæ hoſtiæ immolarentur; lectiſterniaque, & ludi nocturni fierent. Is, qui eo loci nullam aram viderat deſiderari credens vt a ſe conſtrueretur, aram empturus in vrbem perrexit, relictis qui fundamentorum conſtituendorum gratia terram ad ſolidum foderent: ij Domini imperium exe-

[a] Lib. 2. cap. 1.

Hiſtoria mira Valeſij.

Fumus abſque igne vt flatu in flammam verſus.

exequentes, quum ad viginti pedum altitudinem humo egesta, peruenissent, anima duerterunt aram

Ara Ditis, & Proserpinæ subterranea.

Diti. Patri. Proserpinæque

inscriptam. Hoc postquam Valesius nuntiante seruo accepit, omisso emendæ proposito, hostias nigras, quæ antiquitus furuæ dicebantur, Tarenti immolauit: ludosque, & Lectisternia continuis tribus noctibus, quia totidem filij periculo liberati erant, fecit. Cuius exemplum Valerius Poplicola, qui primus COS. fuit, studio succurrendi ciuibus, secutus, apud eamdem aram publice nuncupatis votis, cæsisque atris bobus, Diti maribus, feminis Proserpinæ, Lectisternioque, ac ludis trinoctio factis, aram terra, vt ante fuerat, obruit. Hæc ad verbum ex Maximo Valerio deduximus. Addit Iacobonius, Romæ in Campo Martio Terentum, locum sic appellatum ferunt, quod ibi Tyberis tereretur, vbi Diti, & Proserpinæ ara statuta fuerat. Hoc loco Inferis publice litatum, ludosque a loco denominatos Terentinos, institutos fuisse, traditum est. Terentus, inquit Festus, locus fuit in Campo Martio, quo loco Ara Ditis Patris in terra occultabatur. Ceterum nos arbitramur visum a Valesio fumum e terra Aræ superiacente erumpentem non aliunde, quam ex lucerna prope Aram ab antiquissimis temporibus ardente siue vna, siue multiplici sursum ascendisse, id enim satis est verisimile: nempe quum terra illa esset vliginosa, igne subdito percalefacta, fieri potuit, vt pertinaci afflatu Valesij, ceu de titione, de terra vliginosa fumante demum ignis excuteretur.

Consul primus qui fuerit.

Terenti etymologia.

Flamma vt flatu de terra fumante potuit excitari.

De Lucernis Foxij. Cap. XXV.

SEbastianus autem Foxius, vir in Academia pariter, atque in Peripato versatissimus, apertum, ac luculentum de perpetuis lucernis ab antiquo intra sepulturas ardẽtibus testimonium perhibet alicubi, insinuato illarum fine, detectaque occasione illas in tumulis recondendi, dum scribit in hanc sententiam, Ægyptij vitam lucerna significantes occasionem veteribus dedere ponendi lucernas perpetuas in sepulchris: „ ibi cum cadaueribus animas immortales morari semper inuentes: non enim „ bestijs id officij præstabant; quibus noue- „ rant contigisse animam mortalem. „ Sic ergo tamquam de re certissima, & extra omnem dubitationis aleam posita, de reconditis lucernis intra mortuorum tumulos ab antiquo ardentibus, quas ipse perpetuas appellat, agit vir eximius.

De Lucernis Vulcani. Cap. XXVI.

QVum olim veteres, præsertimque Romani vilia quæque, turpia, & infames etiam meretrices Diuinitate donarent; Cloacinam, pauorem, febrẽ, pallorem, rubiginem, fornacem, lupam, faulam, floram, sterculium, lapidem terminum, vitia cum Græcis, mutinum obscænum, & id generis alia sexcenta, quod refert Lactantius [a] Firmianus, adorantes: nulli profecto mirum esse debet, si etiam Igni, ac Vulcano diuinos honores dederit Antiquitas: nam etsi eum Gentilium Deorum infimum ob summam deformitatem recens natum parentes proiecerint: & adultum Minerua coniugem noluerit; vt propterea belle de illo [b] Virgilius cecinerit,

„ ---------- *cui non risere parentes:*
„ *Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili est.*

Romani tamen, Plutarcho [c] referente, Vulcanum principem, ac ducem artium facientes, eo quod Ignis & reperit omnes & conseruat artes, ansam dedere priscis, vt illi domum consecrauerint, ædem constituerint, dicauerintque; sub qua in loco subterraneo lampades, lucernasve multas collocarunt oleo viuo nuncupato repletas; quod asbestinum, & incombustibile dicitur, ad custodiendam perennem flammam in eiusdem Vulcani seu signum, seu honorem accensam: nam Vulcanus erat Ignis antiquis sapientibus. Hac de re testimonium dedit Henricus ille, qui [d] Guidi Panciroli opus Rerum memorabilium deperditarum Latio dedit, & notis illustrauit, asserens oleum incombustibile, quod in reconditis antiquorum Lucernis numquam consumebatur, aptius, rectiusve appellari posse viuum; nam Statius (ait ipse) alicubi scribit in hanc sententiam concinens,

Rom. turpia diuinitate donabant.

[a] 1. de falsa rel. ca. 20.

[b] Ecl. 4.

[c] Quæst. tom. 1.

Oleum viuum in lucernis antiquorum.

Vulcanus erat Ignis antiquis sapientibus.

[d] Cap. de ol. incombust.

„ *Vulcano condicta domus, quam ſubter cunti*
„ *Stagna ſedent venis, oleoque madentia viuo.*

Cuius Poetę verſiculos, ob ſtagnorum, atque venarum metaphoram, obſcuriores dilucidare operæ pretium duximus.

Vulcani domus ſubterraneà.

Porro Vulcano ignium Deo antiquitus conſecrata domus habuit loca ſubterranea, canalium, & cuniculorum inſtar, excauata; in quibus aſſidue lampades ardebant; & quum lampades illæ, ſiue lucernæ fortaſſe grandiores, eæque immotæ conſiſterent; ideo plenæ oleo, metaphorice ſtagni cognomentum a Poeta obtinuere: Quumque penſiles non eſſent; ſed in terra veluti ſedentes; proinde ſedere ſcitiſſime dictæ ſunt: Et quum in terræ cuniculis, factisque arte canalibus, qui venas animalium imitantur, conſiſterent; propterea in ſubterraneis venis tamquam ſedentes deſcribuntur: venæ ſiquidem per tranſlationem in terra dicuntur ſubterranei meatus liquore quomodocumque referti: vt ex [e] Hirtio, & Plinio [f] conſtat aperte: Denique vero quum oleo aſbeſtino, & incombuſtibili diutiſſime flammam inextinguibilem continente replerentur; iccirco madere oleo viuo conſtituuntur: nam oleum viuum idem eſſe cum oleo incombuſtibiliter ardente, vt linum viuum idem penitus eſt cum lino pariter incombuſtibiliter ardente, ante nos ibidem obſeruauit [g] Panci-rolus, & ante illum Plinius. Ita ergo & ſub terra in templo, ſeu domo ſacra Vulcani recondebantur Lucernæ ſine fomitis adiectu diutiſſime ardentes. Huc fortaſſis alludere voluit antiquior ille Poeta Thebæus in Helenæ raptu concinens ita,

Lucernæ quæ, & cur ſtagna vocatæ.

Venę cur dicantur ſubterranei meatus.

[e] 4. de bell. Alex. 21.

[f] lib. 9. cap. 15.

Viuum linum, & oleum quæ dicantur.

[g] lib. 19. cap. 1.

„ *Irata autem quamuis exiſtens, tamen obtemperabat Vulcano,*
„ *Ac ignis inextinguibilis, & ferri moderatori.*

De Lucerna Merlini Magi.
Cap. XXVII.

SVbterraneas lucernas ab antiquo tempore in tumulis abſque noui fomitis adiectione iugiter ardentes fieri potuiſſe credidit Ludouicus Areoſtus, inter Italicos Poetas primi ordinis; nam qui non ſolum poſſibilia, ſed etiam verſimilia cantu celebrare debuit, illuſtris Poeta in antro ſubterraneam Merlino Vati ſepulturam cum templo conſtructam eſſe concinit, in quo procul ab omni hominum commercio, & abſque vllo humano miniſterio, famulitioque, ante altare lampadem ardentem ſplendere ait tum multo ante accenſam, tum ad vltimum Iudicij diem ſemper in poſterum arſuram confitetur: cui de propoſito ſuauiſſimos iſtos verſiculos [a] Itala Muſa dictauit,

Poeta veriſimilia canere debet.

[a] Cant. 3.

Il traditor penſò, che la Donzella „
Foſſe ne l'alto precipitio morta. „

Et paullo poſt,

Laſciam coſtui, che mentre a l'altrui vita „
Ordiſce inganno, il ſuo morir procura. „
E torniamo a la Donna, che tradita „
Quaſi hebbe a vn tempo morte, e ſepoltura. „
Poi ch'ella ſi leuò tutta ſtordita; „
C'hauea percoſſo in sù la pietra dura; „
Dentro a la porta andò, ch'adito daua „
Ne la ſeconda aſſai più larga cava. „
La ſtanza quadra, e ſpatioſa pare „
Vna deuota, e venerabil chieſa; „
Che sù colonne alabaſtrine, e rare „
Con bella architettura era ſoſpeſa; „
Sorgea nel mezo vn ben locato altare, „
C'hauea dinanzi vna lampada acceſa, „
E quella di ſplendente, e chiaro foco „
Rendea gran lume a l'vno, e l'altro loco. „

Et quæ ſequuntur alia in eodem propoſito. Quum autem inſignis Poeta nullius generis hominem in hac ſpelunca degentem ponat, cuius miniſterio lampadi, priore conſumpto, nouus ſubinde liquor adiungeretur: certo iam conſtat eum alluſiſſe, atque aſſenſum dediſſe lucernis ab antiquo iugiter ardentibus abſque noui fomitis adiectione in ſubterraneis mortuorum ſepulchris. Ceterum & ſi multa in hoc Epiſodio confingat ſibi nobilis Poeta, ijs tamen fictis hoc minime fictum permiſtum eſſe potuit, quod ait de lucerna in tumulo Merlini diutiſſime ardente; nam Merlinum prædicant Hiſtorici omnes Magorum ſapientiſſimum: qui proinde non magno negocio nobile ſibi monumentum, & in eo lampadem ad multas annorum centurias abſque noui fomitis adiectione iugiter ardentem, & inextinguibilem condere potuerit, non ſecus ac fecerit Euander Pallanti, Cicero Tulliolæ, alijque veteres non pauci.

De

De Lucerna Prytanei sempiternam flammam continente. Cap. XXVIII.

LIlius ille [a] Gyraldus in sua Deorum Gẽtilium Historia, vbi ex professo de Vesta differit, Athenis, inquit, in Prytaneo ignis sempiternus asseruabatur, non a Virginibus, sed (vt ait [b] Plutarchus) a mulieribus matrimonio solutis. At vero licet hæ mulieres plerisque viris doctis dicantur asseruasse ignem Prytanei sempiternum in rogo ligneo, semper in combustorum locum noua ligna imponentes: Nos tamen ex Plutarcho habemus illum ignem æternum in lucerna exarsisse; Verum quoniam istæ viduæ perennem in lucerna flammam asseruare poterant, aut repetita noui fomitis adiectione in consumpti locum; aut citra noui vllius fomitis adiectionem, a lucerna cuncta illam extinguere, suffocareque valentia procul arcentes, nempe ipsam custodientes ab imbrium iniuria, & a ventorum impetu, & ab animalium, aliorumque seu voluntaria, seu temeraria molestia; aut vtroque modo eamdem conseruantes: propterea hunc etiam ignem Prytanei sempiternum nostris lucernis adijcere voluimus; quia nil prohibet ipsum eiusdem generis extitisse cum diutissime ardente lampade, cui nouus fomes adiunctus non fuerit vnquam.

[a] Syntag. 4.

[b] In vita Numæ. Viduæ vbi seruarent ignem.

De Lucerna Delphica sempiternum ignem habente. Cap. XXIX.

PLutarchus ille Chæronensis Romanarum, Græcarumque rerum scriptor illustris, idemque Philosophus non ignobilis, in vita Numæ Pompilij, occasione Virginum Vestalium Romæ sacrum ignem custodientium, Græcos etiam suos habuisse ignem sacrum perpetuum memorat, & præsertim de Lucerna Delphica fuse pertractat in hanc sententiam, Insuper, inquit, Virginum Vestalium custos erat: quarum item cõsecrationem, & perpetui ignis, quem asseruabant hæ, curam, & religionem affignant Numæ: siue puram, & incorruptam ignis naturam integris, & impollutis credit corporibus: siue infecundam, & sterilem aggregauit Virginitati. Nam ignis Aristoteli [a] nullum animal generat; Plinioque [b] dicitur contrarium generationi elemẽtum; quibus assentitur Ouidius concinens,

„ *Nec tu aliud Vestam, quam puram intellige flammam;*

Græci perpetuum ignem habuere.

Vestalium institutor Numa.

Ignem cur seruarent Virgines.

Ignis sacer extinctus quomodo reparabatur.

Ignis nullum animal generat.

[a] 2. de gen. an. cap. 3.

[b] Lib. 11. cap. 36.

Ignis contrarium naturæ elementum.

De igne Vestalium Virginum æterno. Cap. XXX.

APud eumdem Plutarchum habemus historiã ignis perpetui; quem Romæ Virgines Vestales custodiebant; nam in Vita Numæ Pompilij quum dixisset Pontificem Maximum Virginum „ Vestalium custodem fuisse; quarum item „ cõsecrationem, & perpetui ignis, quem „ asseruant hæ, curam, & religionem assi- „ gnari Numæ, siue puram, & incorru- „ ptam ignis naturam integris, & impol- „ lutis crediderit corporibus; siue infe- „ cundam, & sterilem aggregauerit Vir- „ ginitati. Nam ignis Aristoteli [a] nullum animal generat; Plinioque [b] dicitur contrarium generationi elemẽtum; quibus assentitur Ouidius concinens,

„ *Nec tu aliud Vestam, quam puram intellige flammam;*

» *Nataque de flamma corpora nulla vides.*

Ignis cur sterilis, & purus.

quocirca scite Plutarchus infecundum, & sterilem esse ait, non minus ac sit purus, & incorruptus, siue imputrescibilis: Mox Romanum ignem Virginum Vestalium comparans igni Græco Delphis, & Athenis in Lucernis perpetuo ardenti, & a senioribus viduis mulieribus asseruato: Vnde constat aperte Virginum Vestalium ignem in lucerna exarsisse, non autem in rogo ligneo: cui fortasse igni alludere voluit in [c] Euangelio Dominus, dum Virginibus obuiam sponso ituris lampades ardentes assignauit in parabola; Subdit eo loci

Ignis Vestalium qualis fuerit.

[c] Matth. cap. 25.

Vestales præter ignem quid seruarent.

» Plutarchus, Ac nonnulli apud Virgines
» Vestales præter ignem illum æternum
» depositum nihil arbitrantur: alij sacra
» quædam nulli conspecta; alij condita ibi
» esse: de quibus quatenus audire, & dicere fas est, differuimus in Vita Camilli.

Vbi hæc ad verbum ex eodem autore

» legimus: Romani a Gallis victi, reliqua
» deserta Vrbe, Capitolium telis, & mu-
» nitionibus firmauerunt. Sacrorum pri-
» ma cura fuit, quorum partem in Capi-
» tolium comportauerūt. Sacrum ignem
» Vestæ Virgines cum sacris rapientes
» profugerunt: Ex quo modo comportandi constat ignem Virginum Vestalium non in lignorum strue accensum, sed in lucernis, & lampadibus exarsisse: Quomodo enim fugientes raptam igneam pyram comportare potuissent? quomodo non multam rogi fauillam, prunamque Sacram hostibus reliquissent? Addit autem Plutarchus, Scri-

Ignem Vestalium fuisse lampadem.

» bunt tamen nonnulli præter æternum
» ignem nihil eas seruare, quem Numa
» Rex tamquam rerum omnium princi-
» pium dedit colendum: Habet enim vim

Ignis vim habet mouentem supra cetera.

» mouentem supra cetera ignis; & gene-
» ratio motus est, aut cum motu certe:
» Reliquum materiæ destitutum calore,
» torpidum iacens, & mortuo simile, ve-
» lut animam, quærit ignis vim; quæ simul
» atque accessit, confert se ad agendum

Ignis ad aliam materiam se habet, vt eius anima

» quid, aut patiendum: Ignem igitur vi-
» rum curiosum, & quem fama tenet ob
» sapientiam cum Camænis consuetudi-
» nem habuisse, Numam consecrasse: &
» perennem mandasse seruandum, vt in-
» star æternæ, quæ vniuersitatem mode-
» ratur, virtutis. Hinc etiam patet Ve-
» stalium ignem in lucernis ardentem

A fuisse, fomitisque noui adiectione non eguisse; nam Virgines illum seruasse dicuntur, scilicet custodisse incolumem ab omnibus externis iniurijs illi vndecumque occursantibus; non autem illum aluisse repetita fomitis adiectione. Alij, subdit vir egregius, ignem Græcorum » Videlib. 4. cap. 37.
» more purum sacris proponi ardentem. »
Quæ maxime quoque conuincunt Vestalium ignem in lucernis exarsisse citra fomitis consumptionem: tum quia idem

B autor antea in Vita Numæ monuerat Græcorum ignem sacrum æternumque a Viduis, & Delphis, & Athenis custoditum fuisse in lucerna templi ardentem, non autem in lignorum rogo: tum quia ignis pyræ ligneæ, lucernæque fomitem consumens, purus non est, sed tetro exhalationum, caliginumque fumo impuro coinquinatus: ignisque vere purus est, qui sine fumo, atque adeo sine combustione fomitis ardet in lucer-

Ignis, qui sine fumo purus apud nos ardeat.

na. Sed & Ouidius ignem Vestalium

C Virginum fuisse puram lucernæ flammam illis versiculis videtur explicasse, dum ait,

Nec tu aliud Vestam, quam puram intellige flammam, »
Nataq. de flamma corpora nulla vides. »

Sed adijcit eo loci Plutarchus, cetera in » penetralibus condita, præter Virgines, » quas Vestales vocant, nemini conspecta; plurimorumque vulgatum sermone est Mineruæ signum ibi asseruari, ex » Troia in Italiam ab Ænea aduectum. »

D Sunt, qui fabulentur Deos ex Samothracia, quum Troiam conderet, attulisse eo Dardanum, atque sacrasse; sacraque, & ceremonias ijs instituisse. » Ænean inde capta Troia clam sublata » seruasse, dum in Italia consedit. Qui » vero maiorem habere se huius rei notiam iactant, duo aiunt illic reposita dolia esse; apertum alterum, atque inane: » alterum plenum, & consignatum, solarum vtrumque sanctissimarum harum

E Virginum permissum oculis. Hos alij » hinc arbitrantur falli, quod ea tempestate Virgines maximam sacrorum partem in duo condita dolia defoderint » sub æde Quirini; Vnde locus adhuc doliorum seruet nomen: Præcipuis vero, » & dignioribus sublatis sacris, trans » fluuium cæperunt fugam. Ibi L. Albinus de plebe homo, plaustro coniugem, »

Doliorum locus Romæ qui.

par-

» paruosque liberos suos cum rebus ne-
» cessarijs inter fugientes exportans, vbi
» ferre gremio Virgines sacra Deum cō-
» spicit omni destitutas ope, & fatigatas,
» cuestigio vxorem, ac liberos cum rebus
» suis detrahit ex plaustro, illas in vehi-
» culum imponit, vt in ciuitatem quam-
» dam Græcam recipiant se. His etiam

Vestali ignem arsisse in lucerna.

ostenditur Vestales non in rogo ignem, sed in lucerna, seu lampade custodiuisse; quæ namque ardentia ligna gremio ferre non poterant, eædem fugientes ignem lucernæ sacrum impune in gremio portare poterant. Atque vt probabile satis est ex aperto illo, & vacuo dolio erutum fuisse liquorem incombustibiliter ardentem in lampade sacra Virginum custodiæ commissa; ita verisimile satis est in altero pleno, & obsignato consimilis naturæ liquorem contineri; vt affinis valde fuerit lucerna Vestæ lampadi Olybianæ superioribus annis Atestę in agro Patauino inter duas ampullas liquore plenas inuentas sub terra; de qua lucerna late [a] superius. Quinimmo quum earum ampullarum altera humore aureo, altera liquore argenteo colore plena esset; argenteusque latex aquæ nomine passim ab antiquis donetur; huc fortassis ea spectant, quę aliter interpretatus [b] Lipsius etiam apud Suidam, & Georgium Cedrenum legit in hæc verba, *Numa Virgines Vestales ignis, & aquæ curam habere demandauit:* per aquam nos liquorem incombustibiliter ardere valentem in altero dolio clauso exponentes. Licet non diffiteamur, quod in Numa Plutarchus de alia retulit aqua Virginibus ijsdem sacrata, qua lustrarent, & aspergerent quotidie penetralia: probabile namque magis est has duas aquas fuisse; nam aliud est aquæ curam, vt & ignis habere; aliud est fontem, quo irrigatur campus, sacrandum Virginibus Vestalibus, cuius aqua lustrarent, & aspergerent quotidie penetralia: siquidem sacrare fontem Virginibus nihil est aliud, quam fontem reddere proprium Vestæ, aliosque omnes homines ab eius fontis vsu arcere, ac prohibere, vt a re sacra: sed non est aquę fontis curam habere, vt ignis: qua enim asperguntur, atque lustrantur penetralia, eius certe non cura habetur, vt ignis asseruati, sed ipsius vsus exercetur: Insuper autem Vestalium ignem in lucerna effulsisse pleraque demonstrant antiqua numismata; siquidem apud Lipsium [c] vidimus icones argenteorum, & aureorum plurium cum Vesta lucernam olearam manu tenente; cum Vestali Virgine itidem manu gerente lucernam; cum capite mulieris, & lucerna. Nec non apud Antonium [d] Zantanum cernere potuimus argenteum numisma Vespasiani sub numero trigesimo sexto cum imagine Vestæ sedentis, & lucernam manu gestantis, aliudque cum Vesta stante, manuque lucernam obtinente sub numero quadragesimoseptimo.

[a] cap. 9.

Dolia Vestalium quia in se continuerint.

Vide lib. 4. cap 37.

[b] De Vest. cap. 10.

Vestales aquæ curam habuisse.

[c] De Vest. ca. 3. & 9. Numismata Vestæ, & Vestalium cum lucerna.

[d] 1. lib. numism. edit. 2.

De Lychno lucis inextinctæ in Vrbe Munichia. Cap. XXXI.

STrabo quoque nobilis [a] Historiographus in Achaiæ descriptione, vbi de Munychia Vrbe Athenienſium ad Pyreum sita pertractat, de proposito scribit in hanc sententiam, Vrbs ipsa » saxum est in piano quaquauersum ha- » bitato: quo in saxo vetustum Mineruæ » templum Poliadis surgit; in quo lucis » inextinctę Lychnus est: & Virginum » domus, quam Iustinus condidit; vbi Pal- » ladium est ex ebore perfectum, opus » Phydiæ. Hæc vir eximius. Ex quibus primum colligimus huiusmodi lucernam inextinctæ lucis longe aliam ab illa esse, de qua supra [b] Plutarchus; licet vtraque perpetuo arderet in ditione Athenienſium; nam illa viduarum seniorum custodiæ commendata erat; hæc aut nullis, aut virginibus iunioribus asseruanda commissa fuerat. Deinde vero quum hic a Strabone Virgines non dicantur in templo Mineruę lucernam perpetuam custodiuisse; verum constituantur solum habitauisse in domo, Deæ simulachrum, nomine Palladium, ex ebore a Phidia perfectum continente; iam probabile satis est Virgines illas Atticas non igni sacro illi perpetuo custodiendo, sed Palladio conseruando, custodiendoque præfectas fuisse. Atque adeo Lychnum in eo templo inextinctæ lucis, fuisse lucernam, quæ citra omnem noui fomitis adiectionem diutissime arderet. Ac eo magis, quo nulla mentio fit affusionis

[a] Lib. 9.

Lychnus Mineruæ.

[b] cap. 28.

Viduæ seniores lychni custodes.

no-

nouæ materiæ in locum combustæ: Quum tamen agens alicubi Plutarchus [c] de lucerna integrum solum annum ardente in Delubro Iouis Ammonis aperte meminerit repetitæ quotannis noui olei affusionis; vt supra [d] commodiori loco demonstrauimus. Ita ergo & in ęde Mineruæ Poliadis apud Athenienses lucerna fuit, quæ sine repetita fomitis adiectione diutissime ardebat.

[c] De oracul. defect.

[d] cap. 5.

Poliadis Mineruę lucerna.

De alijs plerisque Lucernis ab antiquo sine noui fomitis adiectione ardentibus illustrium scriptorum varia testimonia. Cap. XXXII.

IOannes Costæus [a] vir doctrina, prudentia, & probitate spectatissimus, idemq; Præceptor mihi dilectissimus in aureo suo volumine De potu in morbis asseuerare non dubitauit constare satis eam fuisse veteribus parandæ lucernæ rationem, quæ in bene occlusis sepulchris iuxta cinerum vrnas accensa, numquam nisi ijs reclusis, atque nouo aere subeunte, extingueretur. Alexander Tassonius, vir egregie litteratus, in suis *Quæsitis* [b] *varijs* ita de proposito scribit, Romani suas illas lucernas inextinguibiles habuerunt, quę quingentos annos accensæ durabant in sepulchris: Et Diuus Augustinus meminit lucernæ, quæ ardebat assidue in templo Gentilium sub dio ventis, & imbribus, nec vmquam extinguebatur: Et fortassis erat illa, quam asserit Pausanias fuisse in delubro Mineruæ Athenis, fabrefactam a Callimacho, & annum integrum durare consueuisse accensam, quia ellychnium habebat ex lino Carpasio, vel asbestino, quod igne non comburitur. Sed nostri nõ applicauerunt ingenium ad conseruandas lampades accensas in sepulchris mortuorum, non credentes fabulas, quibus Ethnici fidem adhibebant: quia quando ad hoc animum appulissent, non erat difficilior hæc inuentio renouatu, quam fuerint tot alię, quæ nunc sunt omnibus communes. Immo scio ego viros, qui præsumunt se hanc inuentionem habere. Hæc ille: cui non assentior Christianos antiquos nõ consueuisse lucernas accendere in sepulchris mortuorum; nam hoc assertum plane conuellit antiqua lucerna tum

[a] lib. 1. c. 12.

Lucernæ veterum miræ.

[b] li. 10. qu. 26

L. Cæsæ cum imagine crucis; tum Pignoriana decima quinta, & Petauiana decima sexta Christi nomen inscriptum habentes; tum decima septima suo loco [c] infra describenda signum Crucis obtinens. Iulius item Iacobonius ad calcem suæ Appendicis ad Commentarios Io: Baptistæ Fonteij Primionis De prisca Cæsiorum gente, Ceterum, inquit, nec illud tum ex nostra, tum ex multorum obseruatione scitu dignum omittam, lucernas, lychnosque perpetuo ardentes in conditorijs, sepulchrisque iuxta cinerum ollas, vrnasque, ac mortuorum ossa collocari, oleo inextinguibili, dum aerem vitent: Quod in animæ immortalitatis signum (quam ignea representari specie nos alibi tetigimus) factum autumo. Hæc ille. Sed & Hermolaus ille minime certe Barbarus in suis [d] corollarijs asserit in subterraneis Italiæ locis inuentas esse lucernas ab antiquissimis temporibus perpetuo fulgore lucentes. Franciscus etiam Maturantius in Epistola ad Alphenum amicum scribit hoc ipsum de Lucerna Olybij; & Bernardinus [e] Scardeonius in opere de Patauinæ vrbis antiquitatibus. Melchior etiam Guilandinus in suo tractatu De papyro [f] inquit, Suidæ opinioni non parum fauere videtur id, quod super ea verba Apollonij ex secundo Argonauticorum τὸν ῥ' ἁ χρύσειον ἔθηκεν ἑρμείας, id est, quem aureum vtique posuit Mercurius, colligitur his verbis ab interpretibus: λέγεται τῇ τὸ ἑρμοῦ ἐπαφῇ, τὸ δ' ἔρας τὸ κριὸς γένεσθαι χρυσοῦν: dicitur scilicet contactu Mercurij pellem arietis factam esse auream: Quibus verbis videri potest significari non illum Deorum internuncium, atque interpretem, petaso, talaribus, & caduceo insignem; sed potius hydrargyrum, quo Chymici ad aurum conflandum vtuntur: hydrargyrum inquam non illud vulgare, sed quod ab vulgari per ignem, & arenam albam septies mundatum est, & priuatim argentum viuum sapientum, aqua mercurialis, materia metallorum, perpetua dispositio, materia prima artis, vitrum perenne, incorruptumque, & oleum vitri appellatur. Hoc genere liquoris fiunt lampades perpetuo ardentes; quod penitus incredibile videretur, nisi cum Hermolao Barbaro,

[c] lib. 3. ca. 11.

[d] lib. 5.

Lychni perpetuo ardentes in sepulchris.

[e] lib. 1.

[f] memb. 6.

Mercurius Chymicus qui.

Fran-

Franciſco Maturantio, Bernardino Scardeonio, Ioannes Baptiſta Porta, Hieronymus Ruſcellius, Conradus Geſnerus, Andreas Libauius, Franciſcus Citeſius, Petrus Appianus, Vvolfangus Lazius, Martinus Delrius, Sebaſtianus Eritius, Simon Maiolus, Langius, & quam plures alij grauiſſimi ſcriptores, de quibus antea, vno iam ore conteſtarentur æuo ſuo compertas fuiſſe paſſim reconditas lucernas ab antiquiſſimo tempore ardentes, perpetuoque fulgore ſplendentes: Vt iam de propoſiti exiſtentia tot experimentis, teſtimonijs, obſeruationibusque virorum inſignium confirmata dubitare non debeamus.

Ex ante habitis conſtare admirabilium Lucernarum exiſtentiam. Cap. XXXIII.

NOnnulli tamen adhuc inueniuntur, qui cum vulgo negent propoſitis hiſtorijs fidem eſſe præbendam; vt pote qui cuius effectus rationem aſſignare nequeunt, eum vſquam fuiſſe pertinaci contentione inficiantur, admirabilium euentuum cauſſas laborioſa inueſtigatione indagare nolentes. Qui ſane ſi aliquam ſui propoſiti rationem afferrent, nos vltro eam diligenter expenderemus; eique, ſi nos in *illorum ſententiam perducere valeret*, lubenti animo protinus aſſentiremur: ſed quando nullam ſui dicti cauſſam aſſignant; ſolumque aſſeuerare non deſiſtunt id nulla ratione fieri potuiſſe, vt in priſcorum monumentis, alibive ab antiquo reconditæ lucernæ denique noſtris, auorumque noſtrorum temporibus ardentes adhuc inuentæ fuerint, reclamantes habent eximios viros antea citatos, quorum autoritas longe maius momẽtum habet in litteraria Republica; repugnantemque ſibi ſentiunt inſignem Philoſophum [a] Plutarchum eos optima ratione in Sympoſio ita coarguentem ſub perſona Metrij Flori, famam, inquit, mirabiliter adſerunt ea, quæ eueniunt; ſed ignoratio cauſſæ fidem hiſtoriæ derogat: iniuria id quidem; etenim innumera ſunt, quorum ſubſtantia in aperto ſit, cauſſæ tamen nos latent: Omnino autem qui in ſingulis probabilitatem requirit; is quod mirabile eſt, ex omnibus rebus tollit: Atqui vbi cauſſæ ratio deficit; ibi dubitare, & inquirere, hoc eſt philoſophari incipimus: Vt Philoſophiam quodammodo perimant, qui admirabilibus fidem detrahunt. Oportet vero cur vnumquodque fiat, cauſſam ratione inueſtigare; an fiat, ex hiſtorijs eſt percipiendum: Narratę ſunt autem ex hiſtorijs ſuperius allatis multæ huiuſmodi lucernarum obſeruationes habitæ a viris fide digniſſimis. Quas & iſta ratio plane communit; quoniam ſi inter metallica, & foſſilia ſulphur citiſſime ab igne conſumitur, aurum ex aduerſo numquam poteſt ignibus abſumi; cur inter liquores, ellychniaque nullum eſſe valere dicamus eius naturæ, vt diutiſſime ardens vim flammę ſuſtineat? præſertimque ſi

[a] Quæſt. 7.

Famam adſerunt euenta.

Ignoratio cauſſæ derogat fidem hiſtoriæ.

Euidentium cauſſæ latere poſſunt.

Philoſophari quum oporteat.

An res ſit, ex hiſtoria percipiendum.

Metallica quæ cito igni abſumantur.

Aurum igne non abſumi.

„ *Tam magnum eſt naturæ numen, tantaque poteſtas,*

Naturæ magna poteſtas.

vt vela, retia, mappalia, & conſimilium genera multa ex carbaſio lino, asbeſtove, atque amianto lapide contexta flammis omnino inuicta vim ignis diu, ſæpiusque ſuſtineant abſque vlla ſui ipſorum iactura; quid ni fomes aliquis etiam arte parari poſſit, quem diutiſſimus ardor lucernæ non abſumat? Nil igitur impedit, quominus in vetuſtiſſimis defunctorum tumulis, & alibi paſſim reconditæ lucernæ ab antiquo ſemper ardentes demum compertæ fuerint.

FOR-

FORTVNII LICETI

De reconditis Antiquorum Lucernis

LIBER SECVNDVS,

In quo aliorum opiniones de propositi natura diligenter expenduntur.

PRÆFATIO

Attexens dicta dicendis.

HActenus quidem constare satis vnicuique potest reconditas in sepulchris, alibique locorum antiquitus, & nuper detectas lucernas vsque ad nostram, patrumve nostrorum ætatem ardentes perdurasse multa sæcula sine vllo fomitis adiectu illi humori, quem primum vnica vice a conditoribus infusum continuere. Qua ratione vero id fieri possit, vt adeo pauca humoris quantitas continendo sustinendoque igni ardenti voracissimæ, insatiabilisque naturæ tamdiu sufficere potuerit, nec a summo vigore flammæ tam longo temporis interuallo penitus absumpta fuerit; hoc illud est, in quo nutat humana ratio, in quo laborat humanum ingenium. Nos ergo qui huic argumento nostras contemplationes in præsentia dicauimus, opere pretium fore duximus aliorum opiniones, quotquot in proposito circumferuntur, expendere, anteaquam nostram sententiam ex rei natura deducere, deductamque in publicum afferre aggrediamur: ita enim fiet vt ob oculos vmbra quadam præposita, in huius admirandi luminis intimam naturam mentis obtutum defigere valeamus; non secus ac manu fronti apposita vmbram oculis prætendere solemus, quando visum in Solis iubar fulgentissimum conuertere volumus; alioqui sine vmbraculo intensissimam eiusmodi lucem intueri minime valentes.

Ignis natura vorax, & insatiabilis.

Vmbra obtutum iuuat ad splendidissima inspicienda.

Recensentur variæ sapientum opiniones de natura Lychni aiutissime ardentis a veteribus reconditi mox examinandæ.

Caput I.

DE perenni vetustiorum Lychno, seu reconditis antiquorum lucernis, quæ absque noui fomitis vllius adiectione multos annos ardentem continuere flammam, vt iuniorum nemo non multum admiratur; ita plerique celeberrimi scriptores admirabilis huius ignis naturam scrutati varias in proposito, dissidentesque inuicem opiniones habuere: Bonamicus enim existimauit in recludendis priscorum monumentis fulgorem illum, qui statim viso aere visus est euanuisse, nullam fuisse lucernæ flammam, sed pellucidum extitisse corpus in tenebris mire coruscans. Diui Augustini sententia fuit, vi malorum

De caussa diuturnitatis, ac durationis ignis lucernarum.

Opinio Bonamici.

D. Augustini.

A Dæmonum eiusmodi flammas ardentes conseruari tam diu potuisse. Simoni Episcopo Vulturarienſi placuit perennem illam flammulæ durationem miraculo, Diuinæque potestati adscribere. Iacobum Gutherium legimus asseuerantem in lucernis istis fuisse pulueres, aut liquores, qui ab aere ingrediente, dum aperirentur detecta nouissime sepulchra, flammam tum primum conciperent; quum antea numquam exarserint, effulserintve. A Ioanne Baptista Porta recepimus talium lucernarum flammam sub terra Naturam tot annis custodiuisse, ne vacuum infensissimum sibi admittere cogeretur. Idem autor cum Hieronymo Ruscellio voluit huiusmodi lucernas ardentes tam diu perduraſſe, quia fumi, e re combustibili virtute, actioneque ignis exhalantes iterum densari, cogique possint in li-

Maioli Episcopi.

Gutherij.

Portæ Neapol.

Ruscellij.

liquorem denuo inflammabilem, circu-
Citesij. latione perpetua. Franciſci Citeſij, multorumque ſcriptorum vulgata opinio circumfertur conſtituens in his lucernis fuiſſe ellychnium ex amianto, & oleum arte Chymica e metallicis eductum.
Lazij. Vvolfango Lazio ſcribitur propoſitas lucernas auro in pinguedinis liquorem arte ſoluto diutiſſime ardentem ignem fouiſſe, in ſinu terræ ventilatum ab aere per occultos canales in-
Libauij. grediente. Andream Libauium inſinuantem habent plerique viri eas lucernas, habuiſſe puluere s, & ramenta lapidis Gagatis appellati, ſuper quem ſemper deſtillans aquæ guttula, vel aqueus vapor tam diuturnam flammam iugiter excitaret, excitatamque continue conſeruaret.
Plutarchi. A Plutarcho recipiunt alij ambientis aeris in ſepulchro comprehenſi tum frigiditatem, & humiditatem; tum viciſſim caliditatem, ac ſiccitatem potuiſſe ab igne ardente in lucerna tollere vim conſumendi liquorem, & papyrum; vnde flamma illis innoxia tot annos facile perdurauerit.
De fine cur antiqui lucernas in ſepulchris conderent opinio. Sed etiam de Fine agentes, cuius gratia veteres in ſepulchris maxime tales reconderent lucernas, plerique viri alij
Iacobonij. Iacobonium ſecuti ſtatuerunt in tumulis ardentem lucernam olim recondi conſueuiſſe tum ſymbolum animæ, tum in ſignum grati animi erga *Deos Manes*.
Foxij. *Alij Foxio ſubſcribunt* aſſerenti priſcos lucernas in monumentis accendere ſolitos, vt ſignificarent animas immortales cum cadaueribus in conditorijs immorari.
Scaligeri. Alij cum Scaligero cenſere ſe aſſerunt antiquos in ſepulchris ardentes lucernas habere voluiſſe, ne ſuo cadaueri in tenebris quidquam con-
Bencij. tingeret incommodi. Alij demum Bencij ſententiam complectuntur aſſeuerantis olim recondi conſueuiſſe lucernas ardentes prope cadauera in honorem ſepulchri. Nos autem Ariſtotelis
[a] 1. Ethic. 1. Phyſ. 1. de An. 3. Meta. t. 1. [a] veſtigia ſectantes, eiuſdemque præceptis obtemperantes, ante omnia ſingulam propoſitarum opinionum expẽdere decreuimus, ac tamquam facem
Cur alienæ opiniones examinandæ ſint. quandam agitare, ſi forte nobis inde tantum lucis affulgeat, qua dudum extinctas, aut ſaltem teterrima fumi denſioris, hoc eſt ignorantiæ caligine obtenebratas etiam in humanis animis antiquorũ lucernas reaccendere, vnicuique-ve ſplendidas adhuc efficere valeamus.

Prima opinio Bonamici ſtatuentis in recludendis antiquorum tumulis affulſiſſe ſpectatoribus aliquid pellucidum eorum, quæ in tenebris effulgent, interdiu minime ſplendentia. Cap. II.

INter omnes prima ſe ſe nobis offert examinanda in propoſito quampluriũm, eorũmdemque grauium Philoſophorum opinio; in quorum agmine militaſſe noui Franciſcum Bonamicum, virum doctiſſimum, mihique amiciſſimum: quem de hoc argumento pridem conſuli, dum ſecum Piſis Philoſophiam publice docerem: Arbitrabatur autem cum egregijs aliquot alijs Doctoribus in ſepulchris vetuſtioribus repertas eſſe paſſim lucernas, alibi æreas, alibi fictiles, nullibi tamen ardentes, ac vere flammam in ſe continentes: At ſolum id aliquando contigiſſe, vt inter aperiendum ea monumenta, illico præſentium viſui quidam in illis obſcuri ſepulchri tenebris ſplendor effulſerit; qui repente ad præſentiam viuidioris luminis diei, maiorisque fulgoris Solis euanuerit. Qui ſane ſplendor emicare, prodireq; potuit ex aliquo pellucido corpore illius generis, quod noctu, ſiue in tenebris effulgeat, vt pote cuius exigua lux aerem ſibi circumfuſum illuminare valeat, non quidem adeo vt in eo aere cetera corpora colorata reddãtur actu viſibilia: ſed quo ſe tantum vindicet a tenebris, viſuique noſtro nobile appareat; interdiu vero, & ad Solem minime refulgeat; quippe ad præſentiam maioris luminis obtutum humanum mouere non valens ignobile deliteſcat.
Pellucida cur videantur in tenebris effulgere ſolum.
Pellucida multigenia. Huiuſmodi vero corpora pellucida in tenebris tantum effulgentia ſunt ea, quorum paſſim meminit Ariſtoteles,
[a] 2. de an. t. 72. de ſenſ. & ſenſ. cap. 2. [a] ligna putreſcentia, ſquamæ nonnullorum animalium, oſſa læuorem habentia, quiſquiliæque aliæ complures. Quoniam vero corpus id pellucidum exiguæ molis in tumulis inerat; ideo in eorum apertura fulgor ex eo ad inſtar fulguris illico euaneſcentis apparuit, ſeu a diurno lumine maiori extinctus, ſeu etiam vna cum ſuo ſubiecto a puluueris excitati copia obrutus, & obtenebratus.

tus. Talis autem splendor vulgo ab adstantibus relatus est in ignem, ac lucernæ flammulam; quæ viso illustri aere protinus extingueretur; quoniam in monumentis lucernas condere consuetudo antiquitus, religioque fuit: Alioqui lucernæ flammula, certis, & quotidianis experimentis id comprobantibus, necessario indiget perspiratu: Quilibet enim si lucernam, aut ardentem candelam intra vas vitreum sigillo Hermetico vndique clausum reponere tentauerit; næ is euidenter agnoscet, conspicietque breui flammulam extingui. Sed & commentum hoc esse de perenni antiquorum lychno ex eo constat aperte, quod inter celebriores vrnam, vel alteram lucernam reponere non dubitant earum admiratores, assertoresque, cuius igniculus non magno imbrium impetu, non vehementi ventorum flatu superari, extinguiq; potuerit, quod longe ab omni ratione abest, aduersamque, ac repugnantem habet experientiã. Quin, & antiquos artem admirabilis huius lucernæ præparandæ non calluisse, manifestissimum cuivis inde poterit esse, tum quod Hebræi, [b] olim populus Deo dilectus, quem perpetuo ardentem ignem in altari seruare ad sacrificia peragenda studebant, præcepto Domini, si forte fortuna vel incuria custodis non apponentis fomitem in dies, vel quauis alia de caussa extingueretur, non igne alio vllo, sed orationum vi cælitus impetrato victimas comburebant: rationi vero consentaneum non est, si alia gens ignẽ habuit absque noui fomitis accessione semper ardentem, & inextinguibilem, eo tunc temporis Hebræos, ac potissime Salomonem mortalium omnium sapiẽtissimum caruisse: tum quod Romani, & Persæ perenni [c] flammæ in suis Delubris conseruandæ mulieres præficiebãt, illi quidem Virgines Vestales appellatas, hi vero nuptas; quæ nouum fomitem semper in combusti locum apponerent: secus enim & impensa liberari, & nobiliori ratione Vestam venerari debuissent Quirites, si a M. Tullio lucernam perpetuo ardentem habere se posse cognouissent; quem fama est in conditorio Tulliolæ filiæ suæ lychnum ad vsque tempora nostra semper ardentem condidisse. Ac reuera in hanc sententiam [d] Plutarchus descendisse videtur, dum statuit Antiquos ignem sacram ne naturæ suæ ductu tandẽ consumpto fomite languesceret, semper nouo adiecto pabulo aluisse; ac ne ab externa vlla violentia extingueretur, diligentissime custodiuisse. Sic ergo existimant viri præclari figmentum esse, quod de lucernis absque noui fomitis accessione tamdiu ardentibus vulgo circumfertur.

Lucernas condere in sepulchris olim religio fuit.

[b] 2. Machab. cap. 1. & 2. Leuit. c. 6. Hebręi perpetuum ignem in altari cur seruarent.

Hebræorum sacer ignis extinctus, vt cælitus reaccenderetur.

Salomon sapientissimus hominum.

[c] Porta 12. mag. nat. c. 13.

[d] 7. Sympos. quæst. 4.

Expenditur opinio proposita, ostendendo Lucernas vere ardentes in reserandis antiquorum tumulis inuentas fuisse.

Cap. III.

SEd etsi proposita sententia multos habet, magnique nominis autores, eam allatis rationibus comprobantes; mihi tamen pluribus de caussis numquam probari potuit; In primis enim Pisana lucerna post aliquot annos ab incendio templi reperta est inter illius ruinas & calida, & fumans; atque vt ex fumo, & calore ignem in ea paullo ante præextitisse necessario colligimus; ita in alijs fulgorem a flamma prodijsse, non autem a pellucido corpore in tenebris tantum coruscante, dicendum esse coniectamur, conuincimusque. Deinde vero aurea lucerna Mineruæ [a] Atheniensis, & altera illa splendens in Delubro Veneris, nonne ardens sub dio tot annis vulgo conspecta est, quam nullus imber, nullaque ventorum tempestas extingueret? quomodo eius vtriusque fulgorem in pellucidi corporis in tenebris tantummodo splendentis naturam referant insignes viri? Deinceps autem quæ post multa sæcula ex locis reconditis ætate superiori lucernæ ad lucem eductæ fuere, non omnes moriente, vel mox extincto lumine visæ sunt; vt Nesideæ, ac Tulliolanæ contigisse fertur; sed earum plures ignem inextinctum in aere aperto diutule conseruauerunt; sic Antiochena, sic Viterbienses lucernæ, sic etiam Pallantina; quæ nisi disrupta fomitem effudisset, diutius flatu, & aquæ humore inuicta exarsisset; vt aperte constat ex historijs in superiore libro exaratis. Ad fidem enim faciendam de sensibilium existentia quum vna ex probatis autoribus sufficiat Historia, vnaque propositi

Fumus index caloris & ignis est.

[a] Lib. 1. cap. 8.

Ignis imbriũ, ac venti vim eludens.

Existentia sensibilium satis comprobatur Historia.

ti obseruatio; quando plerique viri celeberrimi multas de hoc argumento nobis dudum texuerunt historias, proposueruntque obseruationes; hominesque spectatæ fidei testati sunt se veterum lucernas nostro æuo adhuc ardentes in antiquissimis monumentis recens detectis conspexisse; quid ni eorum testimonio sine proteruiæ labe, sineque tergiuersatione acquiescamus? [b] lib.1.c.31. Sed & paullo antea ex [b] Plutarcho habuimus, quæ hanc opinionem funditus euertant. Cuius etiam fundamenta demoliri nullo negotio possumus ratione ducta ex rei natura; nam si exiguum auri fragmentum in ardente fornace candens per multos annos inuictum perdurare potest; cur pusilla lucernæ flamma liquorem seipsa longe maiorem ad multos annos indomitum, incombustumque complecti nequeat? Aurum igne non consumitur. Anne quoniam auri experimentum nobis est familiare, lucernæ vero perenne lumen paucis datum fuit intueri, nobisque nunc non est ita in promptu; propterea illud tamquam verum est accipiendum; & hoc tamquam fabulosum, & commentitium est respuendum? nihil minus. Sed si liquatum in fornace aurum ad multos annos ignitur absque sui consumptione: Quæ ardeant sine sui consumptione. sique funiculi ex amianto lapide, si lapis asbesti nomine donatus, si tela e lino Carpasio, Cyprioque contexta ignibus inflammatur citra vllum substantiæ suæ detrimentum, vt de visu testatur Ioan: Ludouicus Viues, Lib. 2. c. 14. 38. & seqq. D. Augustinus, Pausanias, Magnus Albertus, Plinius, alijque multi celebratissimi scriptores; quorum placita commodiori loco infra explicabimus: Nihil sane prohibet his rebus consimilis naturæ comparari, & comperiri posse liquorem, qui concepta vndecumque flamma exardeat, ardoremque fulgidum in se ad multos annos contineat, absque vlla, vel saltem cum exigua sui consumptione.

Soluuntur argumenta prosciſſæ opinionis, & primum a pellucido corpore in tenebris effulgente depromptum. Cap. IV.

CEterum argumenta, quibus euersa opinio communiebatur, adeo firma non sunt, vt eam nobis vmquam A persuadere potuerint. Quod enim primum attinet ad corpora illa pellucida, quæ non nisi in obscuro loco refulgere conspiciuntur; vltro concedimus & nos in rerum natura istiusmodi corpora multa reperiri; quibus inest lux tam exilis, vt non nisi in tenebris fulgorem suum nostro conspectui prodere valeant; qui fulgor ad maioris luminis præsentiam humanum obtutum mouere non valens, Aristotele [a] autore, ac experimento cõprobatore, interdiu ignobilis, inuisusque delitescat. Addimus etiam corpora sine luce innata, læuore polita in tenebris nocturnis, seu verius in nocturna serenitate lumen stellarum exiguum reflectere posse, nec nõ etiam tenebris latebrarum inuadentem illico diei lucem in earum apertione reflectere; qui splendor inde refulgens lucernarum morientium flammulas æmuletur; vt eas quoque, de quibus e celeri motu oculi nostri noctu erumpentibus

C Antiqui Philosophi, & [b] Aristoteles memmere: Talia vero pellucida sunt noctilucæ, siue cinedulæ, dactili marini appellati, capita, squamæque piscium, conchæ nonnullæ, oculi felium, fungi aridiores, putria ligna, lapilli quamplures, & alia multa, sed speciatim [c] pennæ auium Hercynię siluæ, de quibus nobile testimonium legimus tum apud Dionysium Afrum his versiculis expressum,

„ *Saltibus Hercinijs Germania subiacet atrox;*
„ *Hæc tergo similis taurino dicitur esse;*
„ *Et pascit volucres mirũ fulgentibus alis,*
„ *Queis ducibus noctu cernuntur flexa viarum.*

tum etiam apud Solinum, cui Saltus Hercynius aues gignit, quarum pennæ perobscurum emicant, & interlucent, quamuis densa nox obtegat, & denset tenebras: Vnde homines loci illius plerumque nocturnos excursus sic destinant, vt illis vtantur ad præsidium itineris dirigendi, præiactisque per opaca callium rationem viæ moderentur indicia plumarum refulgentium. Eodem autore infra Chrysotapsus lapillus est, quem lux cælat, prodit obscurum: Hæc enim est in illo diuersitas, vt nocte igneus sit, die pallidus. Quin & Dionysius Afer inter hæc adamantem numerat, de quo ita concinit,

Pellucida cur interdiu non fulgeant.

[a] Videlib. 4. c. 7. de sens. & sens. cap. 2.

Læuia & tersa cur noctu emicent.

[b] De sens. & sen. cap. 2.

Noctiluca quę sint.

[c] Polyhist. c. 22. & 32. Plumæ auium miræ.

„ *Hic Lychnis lucem ſimulat ſplendore lucernæ,*
„ *Hinc meruit nomen præclaro nomine dignum.*

Et Solinus Lychnitem lapillum, inquit, deinde fert India, cuius lucis vigorem flagrans ardor excitat lucernarum: Qua ex cauſſa λυχνίτην Græci vocarunt: Duplex ei facies; aut in purpuream emicat claritatem, aut meracius ſuffunditur cocci rubore per omne intimum ſui. Et Camillo Leonardo[d] Lychnites inter ardentes gemmas computatur, eo quod lucis vigorem excitat, ac ſi accenſa eſſet lucerna. Eidem autori carbunculus, qui & anthrax, ardentes vndique vibrat radios, & quaſi carbo ignitus videtur apparens in tenebris. Quorum corporum ſi quæ comperta fuiſſent in antiquorum ſepulchris, vbi lucernę, de quibus agimus, inuentæ fuere; procul dubio ſplendor ille adſtantium, præſentiumque hominum oculis occurrens in eorum pellucidorum corporum naturam referri potuiſſet: ſed quando nihil prorſus eiuſmodi politorum, fulgentiumque ſine ardoris incendio repertum eſt in monumentis illis, in quibus recludendis & lucernæ compertæ, & ſplendores conſpecti fuere; iam ſatis appareat vnicuique fulgores illos non e pellucido vllo ſine flamma corpore, ſed ex ellychnio ardentis lucernæ prodijſſe. Deinde vero cur in ijs tantum conditorijs, in quibus & lucernæ repertæ fuere, ſplendores illi conſpecti ſunt? an non potuere fulgida illa corpora ignis expertia promiſcue in tumulis lucernas non continentibus ineſſe, ac proinde ſine lucernis in ſepulchrorum recluſione apparere? at vere nullibi ſplendor apparuit priſcorum monumẽta detegentibus, niſi vbi lucerna inuenta eſt aliqua. Deinceps autem multi ex propoſitis fulgoribus in tumulorum apertione apparentibus per aliquot horas, notabileque ſpatium temporis in lumine diei ſeruati ſunt incolumes; id quod fulgori e corpore pellucido, terſoque prodeunti non euenire nobis conſentiunt ij, quibuſcum diſputamus, viri doctiſſimi. Demum voluntaria prorſus eſt hæc luminis a pellucido corpore in ſepulchrorum apertura promanatio; de qua nec vlla mentio fit ab ijs, qui A præſentes admirabili huic ſpectaculo ſæpe fuere; nec vlla ratio probabilis affertur ab ijs, qui talem tantæ rei cauſſam nobis propoſuere. Non enim ſat eſt Phyſiologo ſibi comminiſci, ac fingere pellucidum corpus exile adeo, vt in lumine diei minime compareat, nec ſub ratione corporis abſolute colorati: nam ex tantulo corpuſculo, ſeu verius ex atomo tantus in tenebris non poſſet emicare fulgor, qui ardenti lucernæ in flammam attribui poſſe videatur, immo vero etiam qui obtutum humanum in tenebris excitare valeat; quum experimento compertiſſimum habeamus, quęcumque in tenebris effulgent, omnia magnitudinem ſuæ molis habere ſplendori ſuo proportione reſpondentem; ac eo magis vbi fulgor iſte non ſit ex eorum luce directe proueniens, verum a læui politi corporis externa ſuperficie reflexus. Multo minus accipimus id pellucidum obtenebrari obrutum a copia excitati puluerıs in ſepulchri detectione, aperitioneve; tum quia non neceſſarium fuit ſemper inter aperiendum monumenta veterum tantum puluerıs concitari, quo pellucida corpora in ijs contenta obruerentur; tum quia quædam huiuſmodi etiam in puluere quantumvis obruta quandoque reperta fuiſſent: Quod vt nemo eorum, qui lucernas, & fulgorem in recens apertis priſcorum conditorijs adſpexerunt, videre potuit; ſic plane vir egregius in tam difficili argumento tam debile ſuæ opinionis fundamentum ſibi fingere non debuit; quod ſola ſua coniectura, voluntateque niteretur.

[d] 2. lib. de lapidib. cap. 7.

B

C

D

Fulgentia non eſſe molis minima.

Splendor in quibus tumulis aperiendis apparuerit.

Aeris perſpiratum, ac præſertim euidentem neceſſarium non eſſe ad quamlibet flammam ſuſtinendam, conſeruandamque: Vbi de triplici materia flammæ: deq; triplici ſuffocatione flammæ a fumo. Cap. V.

E

QVod autem deinde affertur in cõfutationem perennium lucernarum, argumentum ab aeris perſpiratu deſumptum, priori acutius eſt; non tamen adeo, vt oppoſitam ſententiam iugulet ad interitum: Flamma ſiquidem tribus materiebus adiungi, atque inniti poteſt; prima quarum eſt materia, quæ facile ab igne diſſipatur in fumum, re-

Flamma quot, quibusque materiebus inniti valeat.

resoluiturque in multam exhalationem; altera materia est, ex qua ignis minimum exhalationis etiam longiori temporum tractu extrahere potest; tertia demum materies est, ex qua nullus omnino halitus, nullaque penitus exhalatio per ignium quātumuis iugem actionem educi valet. Porro flamma exardens in materia, ex qua multam exhalationem, multumq. fumum breui tempore deducit, necessario indiget aeris perspiratu; eoque aperto, & euidenti; quoniam in loco vndiquaque clauso, & inuio copia exhalationis de combusta materia scandentis flammulam suffocat triplici ratione: prima est, quia si agat ignis in materiam multo humore aqueo refertam; ex ea primum attollit vapores aqueos, vt Sol[a] Aristoteli ex humido terræ circumfuso; qui vapores quum mole sua valde superent magnitudinem materiæ residuæ, a qua segregati fuere, nempe illam decupla circiter proportione [b] Aristoteleo monitu excedunt; ij loco illo angusto contineri nequeuntes, prævalentesque ob sui multitudinem ardenti flammulæ, ipsam tum sua frigiditate a loci frigore aucta extinguentes; tum suæ corpulentię mole suffocantes, destruunt, destruendoque cogunt in minimam aeris portionem; cuius flammæ proinde locum replent; *qui satis est eis etiam densatis in aquam, aqueumve humorem a loci frigiditate.* Secunda vero est, quia si ardens ignis in lucerna ex subiecto fomite, vt pote aereo, vel terreo multas igneas, fumidasque procreat exhalationes; istæ ampliorem locum postulantes mole sua obruunt identidem flammulam; illius locum pariter sibi occupaturæ; quando in angusto illo contineri nequeunt vllo modo. Tertia demum ratio est, quia si tanta fuerit exhalationis moles, vt nec locus flammæ illi sufficiat, impetu facto aut vas violentiori motu disrūpit; aut ab eius inuicti frigore densatur iterum in humorem: siquidem vas disrumpatur, affatim & exeunte fumida exhalatione, & viciſſim irrumpente aere nouo, tamquam a vento, flamma extinguitur: Quod in recludendis plurimis monumentis contingere potuisse, [c] infra suo loco manifestabitur: Sin autem vas integrum permaneat, suaque frigiditate sublatos a combustibili vapores, & halitus in humorem denuo cogat; ab eo humore deciduo, veluti ab imbre, flammula extinguitur: Ac proinde lucernæ vulgares, & candelæ nostræ ardentes in occluso vase minime seruantur. Si vero flammula in tali materia sit accensa, ex qua paucos admodum halitus longissimo temporis interuallo educat; hæc flamma in loco non ita peruio aeri externo; peruio tamen quoquopacto per latentes meatus, quos nemo sepulchris antiquorum penitus interdixerit; quum terra sit ad instar spongiæ liberum aquæ, nedum aeri longe aquis tenuiori aditum ad intima sui penetralia concedens: & vrnæ fictiles, in quibus mortuorum cineres, & lucernæ ardentes recondebantur a veteribus, vndique porosę meatibus vel cæcis visui nostro scateant, sed aeri non cæcis: & monumenta etiam marmorea suis non careant rimulis, in lapidum saltem commissuris: Quocirca in his cum aliquo aeris perspiratu lucerna diutissime ardens conseruari poterit. Si demum e subiecto materiæ ardentis corpore nulla per ignis actionem exhalatio prodeat; profecto huiusmodi flamma etiam in occluso loco citra omnem aeris perspiratum ad [d] longissimam temporis intercapedinem ardeat incolumis. Ceterum infra [e] nos ostensuri sumus lucernas istas a priscis ea fuisse arte fabrefactas, architectatasque, vt ignis e subiacente sibi materia vel nihil omnino, vel minimum, ac insensile quid exhalationis eliceret, attolleretque: Vnde potuere lucernæ in locis illis tumulorum clausæ tot annos aut sine aeris vllo perspiratu; aut cum eo cæco, & insensili flammam incolumem conseruare: Non alia enim ratione olim ostendimus animantia cuiusque generis, & homines præsertim, diutius absque alimento viuere posse, in opere tali argumento superioribus annis dedicato.

Ignis qui perspiratu indigeat.

Flamma clausa vt ab aqueis vaporibus suffocetur, & extinguatur.

[a] 1. Meteor. sum. 1. c. 4. sum. 2. c. 1. sum. 3. c. 1.

[b] 2. de gen. t. 37. 7. meteor. sum. 8. c. 3.

Vt a fumidis exhalationibus.

Vt a flatu.

[c] Lib. 3. c. 15.

Lucerna vulgares cur non ardeant in vase occluso.

Terra porosa est ad instar spongiæ.

[d] Lib. 3. cap. 24. 25.

[e] Vide lib. 4. cap. 22.

Flamma quæ non indigeat perspiratus ardeat in occluso loco.

Lucernæ quæ aeris perspiratu non indiguerint.

Viuentia sine alimento.

Flammam in rerum natura comperiri, arteque posse comparari, quæ nec ventorum flatu, nec imbrium humoribus extinguatur; non aduersante ratione, repugnante nec experimento. Cap. VI.

QVod autem afferunt præterea viri præclari, longe ab omni ratio-

ne abesse, reluctantemque habere quotidianam experientiam, dari posse lucernas, quarum flamma inextincta multos annos perseueret ventorum flatus, & humorum imbres impune sustinens, inuictaque despiciens; id nobis parum officit: ea etenim conditio est vulgaris ignis, a ventis, & imbribus extingui, ob ardentis materiæ proprietatem: At vero bituminis, naphthæ, lapidisque thracij ea natura est, vt vbi [a] cõceptis vndecumque ignibus ardet, aquis non extinguatur, sed magis magisque semper accendatur; Quod etiam confitetur aperte Dioscorides: Ardere in aquis & Caphuram testatur [b] Libauius Iatrochymicus: expertumque hoc idem esse se in distillatione succini scribit eiusdem Scholiastes. Sed & viuam calcem quis asserat aquis non inflammari, at extingui? Plinio in Lycia Epesti montes tæda flammante tacti [c] flagrant adeo, vt lapides quoque riuorum, & arenæ in aquis ardeant. Idipsum de [d] Thracio lapide legimus apud eumdem, & de Maltha [e] nuncupata, & de Gagate: De quo Dionysius Afer hos versiculos habet,

Insula perfulget nigro splendore Gagates,
Hic lapis ardescẽs austri perfusus aquarũ,
Ast oleo perdens flammas, mirabile visu.
Attritus rapit hic teneras, ceu succina, frondes.

Sed hanc theoriam fuse prosequitur Libauius agens De bitumine in opere proprio; nec nostri est instituti longius hæc persequi; nunc satis habentes in multiplici materia ignem accendi posse, quem aqua, potissimum pluuia de cælo cadens, vel etiam hominum manibus iniecta non extinguat. Sed & Solinus [f] oleum medicum appellatum ait ad incendium excitatum si obruere aqua gestias, ardet magis: de quo Dionysius Afer ita concinit,

Et mœsi Thracum Boreis in finibus orti,
In quorũ terris, quas ponti perfluit vnda,
Ignipotens oleo commisto gignitur herba
Medica, cui nomen, cuius cõpescere flãmas
Si qs aqua cupiat, plus ignẽ pascit in illa.
Pulueris hunc iactus potis est extinguere solus.

Flatu quoque valido flammas non semper extingui, sed quandoque vicissim excitari, docent nos prunæ, de quibus violentior flatus flammas excutere consueuit. Ventorum sane vis quo maior est, eo in materiam ardentem crassitudine pingui refertissimam flammas immittit altius: Atque absolute ventus, & imber ardenti materiæ huic occurrens ardorem, & flammam in partes intimiores fomitis concentrans viuidiorem efficere potest, extinguere vero non potest, nisi maximo excessu eam superauerit, & vndiquaque obsidens circumuallauerit. Non ergo absurdum est, aut factu difficile, flammam accendere in lucernis, quæ ventis, & imbribus inuicta diu duret inextincta; nam liquor ex materia eiusdem conditionis cum propositis inter aquas, & ventorum turbines ardentibus educi potest. Neque nobis imponet papyrus lychni, tum quia Rhemnius [g] Libauio describit herbam Medicam, cuius compescere flammas si quis aqua cupiat, plus ignem pascit: tum quia Io: Ludouicus Viues apud D. Augustinum [h] testatur se Lutetiæ Parisiorum vidisse multa ex amianto ellychnia, quæ arderent semper inextinguibilia, incombustibiliaque. Non igitur ex eo, quod nostrates, vulgaresque flammæ in lucernis ardentes flatu, & aqua extinguuntur, propterea dicendum est fictitium commentum esse inuentas vllibi fuisse lucernas, quarum flamma vim aquæ, impetumque venti sustineret incolumis, & inuicta; de quibus tam multa, & tam præclara spectatissimorum virorum [i] superius adduximus testimonia.

Ex Hebræorum igne sacro minime conuinci antiquos latuisse artem parandæ lucernæ ad multos annos ardentis absque noui fomitis adiectione. Cap. VII.

SEd altera oppositio ex perenni, & sacro Hebræorum igne desumpta, parum nos turbat; concedentes enim antiquitus Israelitas populum fuisse Deo summo dilectum, & inter eos natum Salomonem omnium hominum sapientissimum non caruisse, si placet, notitia parandæ lucernæ diutissime ardentis absque noui fomitis adiectione; sed, vt alia plurima, calluisse artem quoque admiranda huiusmodi ellychnia conficiendi: vltroque dantes eam gentem

Ignis quia-quis non extinguatur accensus est in bitumine.
Naphtha.
[a] Lib. 5. cap. 104.
[b] Lib. 1. de bitum. c. 10.
Caphura.
Calx aquis accenditur.
[c] Lib. 2. cap. 109.
[d] Lib. 33. c. 5
[e] Lib 2. c. 107
Lapisque Thracius.
Gagatis vires mirabiles.
[f] Polihist. cap. 23.
Venti vt flammam non extinguant, sed excitent.
Vide lib. 4. cap. 14.
Lucerna vim flatus & imbrium eludens vt parari queat.
[g] 2. bombic. cap. 9.
[h] 21. de ciuit. Dei, cap. 6.
Ellychnia incombustibilia
[i] Lib. 1.

tem ſtuduiſſe perpetuum ignem conſeruare, cuſtodireque in altari ad ſacrificia peragenda: Negamus rationi conſonum fuiſſe, ac melius cum ijs actum fuiſſe, ſi lucernam perpetuo ardentem ſine conſumptione fomitis habuiſſent, quam ſi æternum ignem ſeruarent repetita indies noui combuſtibilis iniectione, adiectioneque: ſiquidem in primis ea natio Idolorum culturæ deditiſſima, facile mirabilem hunc ignem, Perſarum more, ſibi in Deum adorauiſſet, vt in deſerto vitulum aureum a ſe manufactum: Ne igitur Idolatriæ crimine populus inquinaretur, non permiſit [a] Deus Optimus apud eos in altaritam admirabilem lucernam extare. Addo quia in Idolorum templis apud Gentiles ante cacodæmonum ſimulachra huiuſmodi lucernæ admirabiles abſque fomitis adiectione iugiter ardebant; ne viuentis Dei ſacerdotes quid ſimile gentiliſmo peragerent in templo, noluit Deus immortalis ſuos ſacerdotes conſimiles habere lucernas. Deinde vero ignis Hebræorum ſacer erat ad ſacrificiorum victimas comburendas; quæ vitulorum, & aliorum animalium carnes, non igne lucernæ, ſed lignorum ardentium flammis comburi poterant; vt conſtat e ſacris litteris; in quibus legimus hanc ſententiam, [b] Ignis autem in altari ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos ſubijciens ligna mane per ſingulos dies, & impoſito holocauſto, deſuper adipes adolebit pacificorum: ignis eſt iſte perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Hebræis igitur importuna, & penitus inepta extitiſſet lucerna ſine acceſſione fomitis diutiſſime ardens in altari ad ſacrificia. Deinceps autem quia volebat Dominus exercituum aliquando hunc ignem Hebræis extingui, vt mirabiliter ipſum de cælo demittens moneret hoc ſigno frequenter eam gentem ſe Deum illorum tutelæ ſemper inuigilare; vt ea Omnipotentem aſſiduis miraculis, ac beneficijs mota ex toto corde coleret; Deique legem ſeruaret aſſidue; quod apertiſſime conſtat e ſacra pagina; in qua ſcribitur non ſemel Orante Moyſe ad Dominum, deſcendiſſe [c] ignem de cælo a Domino, & conſumpſiſſe holocauſtum: & Orante [d] Salomone, deſcendiſſe pariter ignem de cælo, & conſumpſiſſe holocauſtum: & multo prius Orante [e] Dauid, ignem de cælo deſcendiſſe ſuper altare holocauſti: & Orante itidem Elia veniſſe ignem [f] de cælo, deuoraſſeque ſacrificium, & altare: Populumque admiratum cecidiſſe pronum in faciem ſuam, Deumque timuiſſe, laudauiſſe, illique gratias egiſſe. Nil ergo habent a ſacro Hebræorum igne viri præclari, quo ſuam ſententiam muniant.

Iudæi Idolatriæ dediti.

[a] Exod.c.22.

Lucernæ ſine fomitis adiectu ardentes in delubris Gentilium.

Ignis Hebræorum ſacer cui vſui ſeruaretur aſſiduus.

[b] Leuit.c.6.

Deus cur voluerit Hebræorum ignem extingui.

Orantibus pluribus Hebræis deſcēdit ignis de cælo.

[c] Mach.c.2. Leuit.c.9.

[d] 2. Paralip. cap.7.

[e] 1. Paralip. cap.21.

[f] 3. Reg. cap.18.

Ex fomite ignis Veſtalium virginum apud Romanos, & nuptarum apud Perſas haudquaquam colligi priſcos non habuiſſe lucernas diu ſine adiectione liquoris exardentes. Cap. VIII.

NEc diſſimili ratione diluas aliam obiectionem deſumptam e fomite, quem Romanorum virgines Veſtales, & Perſarum nuptæ ſuo igni ſacro ad eius perennitatem ſingulis diebus apponere conſueuiſſe dicuntur: nam quod attinet ad Romanos, aperte negamus eorum virgines ignem Veſtæ ſeruatæ noui fomitis in locum abſumpti diaria appoſitione: quum ſat ſuperque dudum [a] oſtenderimus ignem illum ſine vlla humoris combuſtione arſiſſe, ac proinde nulla indiguiſſe noui fomitis adiectione; atque a Virginibus ea tantum ratione ſeruatum, cuſtoditumque fuiſſe perpetuum, quia procul ab eo arcebant omnes externas iniurias, ventum, imbrem, brutorum, hoſtium, ſacrilegorumque hominum vim eum ignem extinguere, ac ſuffocare valentem. Quod autem pertinet ad Perſas, nos vltro concedimus ignem apud eos ſacrum a nuptis iugiter enutritum, & conſeruatum fuiſſe; cuius rei nobile Maximi [b] Tyrij teſtimonium hic præterire non debeo; Perſæ, inquit, adorant ignem Diarium, nimirum Diuinitatis ſignum, inſatiabilem, voracem. Huic quum ſacrificant Perſæ, alimentum præbentes, his verbis vtuntur.

Ede. Ignis. Domine

Qui quum eiuſmodi faciant, nonne merentur audire: o ſtultiſſimi gentium, qui poſthabitis tantis, ac talibus diuinitatis ſignis, vt eſt placida terra, vt lucidus Sol, vt nauigabile æquor, vt fecundiſſimi amnes, vt vitalis aer, vt poſtremo

[a] Lib.1.c.30. Vide lib.4. cap.37.

Veſtales vt ignem perpetuum ſeruauerint.

[b] Serm.38.

Perſæ ignē vt adorent.

» mo cælum ipſum, igni potius operam
» nauatis feriſſimo, ac leuiſſimo Deorum;
» quem non ſolum paſcitis lignis, extis,
» & odoramentorum omni copia; verum
» huic vel ſimulachro, vel Deo Erethriã,
» atque ipſas Athenas, Ionica templa,
» Græcorum Deorum ſimulachra dedi-
» ſtis abſumenda. Hæc ille. Quæ tamen
non conuincunt alibi nuſquam fuiſſe
lucernas diutiſſime ardentes abſq; no-
ui fomitis adiectione; quia concedentes
illos potuiſſe admirabilem habere lu-
cernam ſine pabuli adiectione diutiſſi-
mo temporum tractu ardentem, nega-
mus primo huiuſmodi lucernæ flam-
mam illis ex vſu eſſe potuiſſe ad com-
burendas victimas; nam ob ſacrificia
peragenda ea gens ignem ſacrum per-
petuum eſse volebant; cui ſane rei vt
ineptus erat ardor lucernæ, & neceſsa-
ria plane lignorum flamma; ita hæc
ſemper auidiſſime fomitem depaſcens,
diutius abſque noui appoſitione ſeruа-
ri non poterat; & varijs de cauſſis alijs,
vt imbre, vento, ſuffocatione, ſurreptio-
ne, diſperſioneve; ſiue ab irruente bel-
lua, ſiue ab irrumpente hoſte, ſiue ab ir-
reuerente fatuo, ſacrilegove homine
ingruat id malum, ignis ille corrumpi,
ac extingui valens, aſſidua cuſtodia in-
digebat: quo circa ſuæ flammæ ſacris di-
catæ iugiter nutriendæ, vt cum vulgo
loquar, & cuſtodiendæ ad ſingulorum
dierum ſacrificia, & hoſtias comburen-
das Perſæ nuptas mulieres præficie-
bant. Deinde vero quemadmodum
contingere potuit, vt primus ille apud
Perſas nuptarum ſacerdotum inſtitutor
artem parandæ lucernæ diu ſine fomi-
tis adiectione ardentis non haberet; ita
eam artem habentes poſteri, noluerunt
tamen huiuſmodi lucernam in locum
ignis lignorum, eo extincto, collocare,
ne ſacerdotum nuptarum ordo abole-
retur. Deinceps autem lucernarum fo-
mitis noui adiectionem haud poſtulan-
tium vſum in propoſito neglexere Per-
ſæ, eis præferentes ignem lignis accen-
ſum, vt ſuas illi nuptas in officio conti-
nerent. Id autem non tollit quominus
vera ſint tot hiſtoricorum, totque ho-
minum fide digniſſimorum teſtimonia
de flamma in priſcorum aliarum natio-
num lucernis longiſſimo tempore ſine
vllo noui fomitis adiectu exardente.

Tunc certe barbarus ignis Deos Græciæ nõ delectauit.

Perſæ cur ignẽ ſacrum iugem eſſe vellent.

Ignis lucernæ ſacrificijs ineptus.

Ignis Perſarum ſacer cur cuſtodia indigeret.

Perſæ cur lucernas fomitis indigas adorare noluerint, ſed ignem fomitis noui sẽper indigum.

A Quod autem inſuper adijciebatur ex Plutarcho[c] de igne ſacro, & perenni, quem ad ſacrificia priſci iugiter alebant nouo in dies adiecto fomite; atque ab externis etiam iniurijs cuſtodiebant, id nobis nihil officit; quia hæc aſſerens Plutarchus non negat, præter hunc ignem ſacrificijs dicatum, fomite nouo ſemper indigentem, habuiſſe veteres alium ignem ſacrum in lucernis diutiſſime abſque fomitis adiectione paſſim
B ardentem; ſed reuera nouit etiam Plutarchus antiquioribus duo fuiſſe ſacri ignis genera: quorum alter ignis lampadum, ſeu lucernarum perpetuo ſine fomitis vllo adiectu exardebat in honorem numinum Gentilium, cuſtoditus ab externis iniurijs ſacerdotum cura; de quo ipſe[d] alibi fuſe peregit. Alter ignis erat noui fomitis adiectione altus, & iugiter conſeruatus, ſeu in lampade, ſeu in lignea pyra; in lampade quidem apud eas gentes, quibus non erat facultas,
C aut ars parandæ lucernę admirabilioris in honorem ſui numinis: in pyra vero vbique ad holocauſta in ſacrificijs comburenda. Ita ergo Clariſſimi Bonamici ſententiæ ſubſcribere non poſsumus neganti vllibi reuera extitiſse lucernam per plures annos abſque noui fomitis adiectione iugiter ardentem.

[c] Sympoſ. quæſt. 4.

Ignis ſacri duo genera olim fuiſſe Plutarcho.

[d] In vita Numæ, & Camilli.

Secunda opinio ex Diuo Auguſtino ſtatuens huiuſmodi lucernas ardentes diutiſſime conſeruari vi cacodæmonum. Cap. IX.

D

DIuus autem Auguſtinus in ſuo volumine de Ciuitate[a] Dei, vt multi viri docti confitentur, eamdem ſententiam de propoſito profitentes, opinatur huiuſmodi lucernas tamdiu ſine fomitis adiectione ardentes opera cacodæmonum accenſas conſeruari; aſſerit enim arte magica, dæmoneque operante, quem Veneris nomine Gentiles colerent, factum eſse portentum illud,
E vt in Veneris phano lucerna ſub dio illæſa ventis, & intricta pluuijs tamdiu exardeſceret. Quod inde quoque probari poſſe videtur; quia lucernam conſimilem Plutoni cacodæmonum principi ſacrauerat antiquitus Maximus Olybius Ateſte in agro Patauino. Adijcitur etiam veteres in ſepulchris, quę Dijs Manibus illis ſuis, proindeque Dæmo-

[a] Lib. 21. cap. 5. 6.

Dijs Manibus antiqui ſepulcra ſua dicabant.

nibus

nibus inferis passim commendabant, dicabant, inscribebantque, consueuisse ponere lucernas ardentes; quas, vt impurus ille dæmon eos falleret, ipsis pro Deo se venditans, diutissime ardentes sibi conseruabat; siue oleo, liquoreve alio iugiter clanculum indito, ardentique, ac voraci flammulæ subdito, appositoque; siue quouis alio modo sibi noto, nobis ignoto. Alioquin, aiunt, quæ materia est, quam breui temporis interuallo exardens ignis voracissimus, & insatiabilis ob maximam sui actiuitatem physice non absumat? Sic ergo statuunt insignes viri lucernas tam longa mensium, & annorum serie sine fomitis euidēti adiectu exardentes opus esse potestatis Dæmoniacæ.

Dæmon vt potuerit ardentes lucernas diutissime cōseruare.

Examinatur allata sententia, demonstrando recens inuentarum lucernarum ab antiquo ardentium plurimas tandiu non arsisse vi cacodæmonum. Cap. X.

IS ego quidem non sum, qui negare velim, vel audeam posse Dæmones ardentem lucernam per multas annorum centurias, myriadesque in sepulchris, & alibi seruare, vel nullo, vel nobis ignoto flammulæ clam submini-
strato fomite; quos longe maiora efficere posse didici e sacris litteris asseue-
rantibus *non esse* [a] *potestatem super terram, quæ comparetur eis: Quo-*
rumque vi censeo factum antiquitus tum vt homines Phalisci super ardente rogo sine damno exultarent; vt monet [b] Solinus Italiam describens in hæc verba, Est e memorabilibus inclytum, & insigniter per omnium ora vulgatum, quod perpaucæ familiæ sunt in agro Phaliscorum, quos Hirpos vocant: Hi sacrificium annuum ad montem Soractem Apollini faciunt: Idque operantes gesticulationibus religiosis impune exultant, ardentibus lignorum struibus, in honorem diuinæ rei flammis parcentibus: ob cuius deuotionis ministerium munificentia Senatus honorata Hirpis perpetuo munerum vacationem dedit consulto omnium. Hæc ille. Quod mirum Apollo Dæmon præstare poterat clā circumfuso corporibus Hirporum inuisibili quopiam linimento flāmas eludente; nam peruncti manus A Semperuiui succo prunas innoxie contrectant Circulatores: tum vt vites absque igne sponte accenderentur, & flamma homines non adureret, eodem Solino sic referente in sua Siciliæ descriptione, Nec longe inde collis Vulcanius, in quo qui diuinæ rei operantur, „ ligna vitea super aras struunt, nec ignis „ apponitur in hanc congeriem, quum „ porricias intulerint: si adest Deus, si „ sacrum probatur, sarmenta licet viridia „ ignem sponte concipiunt, & nullo in- „ flagrante a litato numine fit incendium. „ vbi epulantibus alludit flamma, quæ „ flexuosis excessibus vagabunda, quem „ contigerit, non adurit. Nec aliud est, „ quam imago nuntia perfecti rite voti: „ tum apud Aethiopes, & apud Arabes cinnami iuste diuisi portionem Soli dicatam, peractis sacrificijs incendium sponte concipere, nullo igne admoto; vt idem Solinus autor est. Attamen dum conditiones inuentarum nuper lucernarum ab antiquo ardentium sigillatim animaduerto; in eam nequeo sententiam deuenire, vt diuturnum earum omnium lumen in potestatem referam cacodæmonis. In primis enim lucerna Tulliolæ alteraque illa Nesidea, & aliæ quam plures cur ingruente nouo aere in apertione loci, vbi diu delituerant, illico extinctæ sunt? an non poterat cacodæmon idem earum flammulam ab externi aeris iniurijs tutari, quarum humorem tot sæculis aut illibatum ab ignis voracissima natura defenderat; aut nouo clandestine adiuncto in eadem mensura conseruauerat? Quin etiam si ab imbribus, & a ventis sub dio illam alteram lucernam in phano Veneris ardentem impurus dęmon incolumem seruare, ac tamdiu custodire valuit; cur alias ab aeris mitiori virtute illæsas conseruare non potuit? Insuper si Dæmon ceteras per tot annorum decades conseruauit absconditas; cur auream illam Mineruæ Athenienſis lucernam vltra vnius anni curriculum ardere, coruscareque non efficiebat? Præterea si Dæmon impurus Pallanteam, & alias lucernas sub dio plurium horarum, & mēsium spacio; si easdem prius occultas plurium sæculorum continuata serie conseruare potuit iugiter ardentes; cur idem Ferentillas in agro Viterbiensi reper-

[a] Iob c. 41. Dæmonum magna vis.

[b] Polihist. cap. 7. & 10. c. 22. & 35.

pertas intra paucas horas aperto aeri extingui prohibere nequiuit? Amplius autem nefas, & impium plane fuerit Antiochenam illam lucernam, quæ Cedreni relatu ante Christi Redemptoris imaginem quingentos annos ardens in muro Edessæ supra portam Ciuitatis debtuerat, asseuerare vi mali Dæmonis fulgorem, & ignem tamdiu retinuisse: Abeat itaque ab his lucernis potestas impuri Dæmonis. Nos enim hoc opere non vnius, vel alterius, sed omnium ab antiquo sine fomitis adiectione ardentium lucernarum naturam inquirimus. Denique vero Physiologum decet propositi effectus causas naturales inuestigare, inuentasque promulgare; non statim ad eas confugere, quæ naturæ, ac Physiologiæ limites supergrediuntur, quarum rationem habere ad purum Theologum attinet.

Dæmon quam lucernam non conseruauerit.

Tolluntur argumenta obiecta, & primo desumptum ab autoritate Diui Augustini. Cap. XI.

QVæcumque vero in euersæ opinionis confirmationem rationes dudum afferebantur, omnes eiusmodi sunt, quarum ex rei natura possit haberi enodatio. Quod enim primum ex Diuo Augustino proponitur, id propositum a viris egregijs dogma comprobandi necessitatem non habet vllam; nam primo loco thesis hæc de Fide non est, aut quidquam ad Fidem pertinens, vt ob sancti Doctoris reuerentiam illius placito debeat quilibet acquiescere, vel ratione repugnante. Sed veluti probabilem sententiam proposuit vir ille Doctus, a qua potest quicumque, salua Fide, Autorisque sancti reuerentia, plane dissentire. Deinde vero nihil certo determinat in re proposita vir ille Deo dilectus, sed tamquam caussam admirandi huius effectus non impossibilem hæsitabundus affert potestatem, & astum maligni spiritus: cui effectui etiam caussam assignat aliã naturalem, desumptam ex natura lapidis asbesti nuncupati, vt supra vidimus: vnde constat Diuum [a] Augustinum sibimetipsi non satisfeciſſe dum lucernas ab antiquo ardentes asseruit seruatas fuisse vimali Dæmonis, nec in talis

[a] Lib. 1. c. 6.

S. Augustini opinio de lucernis antiquorum.

A caussæ assignatione illius mentem acquiescere potuisse. Deinceps autem sanctus ille Doctor non omnes lucernas citra noui fomitis adiectionem diutius ardentes, non speciatim reconditas, at illam solum, quæ in phano Veneris olim sic ardens videbatur; in cacodæmonis potestatem retulit: De alijs, quarum hic nos dedita opera tractamus, ne verbum quidem vir eximius: quo modo igitur ab vnius lucernæ conditione vniuersarum, & speciatim ab ea multum dissidentium naturam venari possunt insignes viri? Logicum etenim axioma est, ab vno singulari non posse colligi vniuersale.

Vniuersale nõ colligi ab vno singulari.

De consilio Maximi Olybij in sua lucerna Plutoni consecranda, & recondenda: vnde soluitur altera ratio superioris opinionis. Cap. XII.

C QVod autem de lucerna Olybiana deinde adducebatur difficiliorem habet explicationem, vt propterea ipsi aptissime congruat effatum nobilis Poetæ,

Ignis suluo clausus in auro
Latet obscurus.

non minus enim humanis oculis cum ampulla humoris aurei occulta erat ardens sub terra Olybij lucerna, quam eiusdem naturam etiam nunc latet humanum ingenium. Porro duplex haberi potest propositi explicatio, alteram quidem Hermolaus ille solo cognomine Barbarus, Venetæ nobilitatis inclytum germen insinuauit, & Hieronymus Ruscellius latius explicauit, Olybium nempe Maximum Chymicis operationibus post multos exanthlatos labores demum effeciſſe admirandum illum lapidem Philosophorum appellatum sub forma liquoris aurei, & argenti: quem in duplici ampulla contentum, concluſumque Plutoni veluti diuitiarum numini munus consecrauerit, indicans hoc vtroque latice posse vnumquemque ditissimum fieri: Ab hoc autem procul arcet fures, nimirum Chymicos vulgares, ac verius pseudochymicos, erronesque illos vagos nimis credulorum hominum crumenas, & domos expilare solitos; admonens ignotum illis esse hoc magisterium conficien-

Olybiani consilij explicatio.

Chymicum magisterium insinuatur.

ficiendi lapidis : nec ad tantum opus vulgari mercurio, vt plurimi opinantur, & quo furtorum Deo aliena bona furantur, eos vlla ratione pertingere posse: Insinuat autem Olybius se huiusmodi lapidis magisterium magno labore consecutum fuisse, assecutumque digerendo, ac purificando elementa. Docturus autem sola ignis vi ex huiusmodi liquoribus transmutationem metallicam fieri debere, lucernam diutissime vniformi flamma exardentem inter illas ampullas collocauit; descriptionibus additis in hæc verba maiori vrnæ insculpta,

» *Plutoni sacrum munus ne attingite fures;*
» *Ignotum est vobis hoc, quod in orbe latet.*
» *Namq. elementa graui clausit digesta labore*
» *Vase sub hoc modico Maximus Olybius.*
» *Adsit fecundo custos sibi copia cornu,*
» *Ne tanti pretium depereat laticis.*

quum in vrna minori hæc alia verba legerentur,

» *Abite hinc pessimi fures;*
» *Vos quid vultis cũ vestris oculis emissitijs?*
» *Abite hinc vestro cum Mercurio*
» *Petasato, caduceatoque.*
» *Donum hoc maximum Maximus Olybius*
» *Plutoni sacrum fecit.*

Quæ quidem explicatio vt propositis versiculis maxime consentanea videtur; ita rerum euentui plane dissentanea fuisse cognoscitur: *quum etenim Hermolao dictante, vel etiam nemine monstrante,* sed inscriptione ipsa sese in hunc sensum cuique legentium manifestante, res adeo facilis extiterit; cur dubitemus præclarissimos homines, ad quos ampullas illas peruenisse necesse est, ab omnibus mirifice optatam metallorum transmutationem periclitatos fuisse? habito namque lapide illo mirabili, iam nullo negocio sola proiectione minimæ particulæ ipsius, ad instar fermenti, in magnam metalli cuiusque massam, illico transmutatur vniuersa moles in aurum obrizum, in argentum purissimum: si vero facto huius operis experimento, res bene cessit; cur nullus tanti facinoris rumor in populo? Præterea si lapidis admirandi magisterium nouit Olybius; cur non inde ditissimus? cur non summis Principibus vnice dilectus? cur nullum posteris reliquit veræ, ac solidæ Chymiæ scriptum? cur tandiu cum suis vrnis latuit inglorius? cur inutile hoc Plutoni reconditum munus? non ne longe maiorem sibi gloriam comparasset ex apertis litterarum monimentis, quam ex hoc abscondito mortui, seu luminis, auri, & argenti monumento? sed quid eum certum reddere poterat hoc suum Plutoni dicatum munus aliquando e subterraneo loco in apertum aerem effossum, euectumque iri? Non igitur crediderim vere Maximum Olybium tale quid sibi voluisse, quale Ruscellius ex Hermolao Barbaro arbitratur: sed longe quid aliud: Nempe, maxima quum fuerit apud antiquos admirabilium sepulchrorum ambitio, quod ex Mausolæis, Pyramidibus, & Labyrinthis apud [a] Plinium constat aperte; nouum monumenti genus a nemine ante habitum, & vix a posteris imitabile, sibi condidisse virum inter ethnicos sapientissimum; in quo pulcherrima quadam metaphora æterni luminis, & aurei, argenteique liquoris, quidnam in sepulchris manere veteres opinarentur, insinuabat; nimirum animam rationalem, cuius duæ post hominis obitum supersunt illæsæ facultates, intellectus, atque voluntas; quarum illa pulchre argenteo latice representatur, hæc aureo liquore; ipsarumque post mortem hominis æterna operatio lumine perpetuo lychni incombustibilis: nam candidus argenti color omnes alios colores in se recipere potest, vt mens a corpore separata omnes rerum omnium notiones: auri supra omnia metalla perfectio, & violentiam ab igne rerum cunctarum actuosissimo nullam natura patiens, voluntatis probæ dignitatem, & libertatem æmulatur, quæ a nullo agente cogi valet vlla ratione: iugisque separati a corpore intellectus humani operatio, Aristoteli [b] etiam cognita, semper ardenti, perpetuoque refulgenti flammulæ aptissima proportione respondet, quæ Aristotele [c] autore non permanet vnquam, sed semper fit; quum intellectio quoque habeat suum esse in fieri, non permanens. Plutoni sacrum munus hoc suum dicat Olybius, quoniam Pluto, vt obseruat etiam Iulius Iacobonius in Appendice ad Fonteij Primionis commentarios De prisca Cæsiorum [d] gente, Pluto inquam, Diodoro teste, idem

[a] Lib. 36. c. 5. 12. 13.

Olybius non fuit Chymicus.

Animam veteres in sepulchro manere vt opinabantur.

Argentum est mentis symbolum.

Aurum voluntatis.

[b] 12. meta. t. 51. Flamma intellectionis.

[c] 2. meteor. tum. 1. c. 2.

[d] cap. 11.

idem quia primus ingentem pecuniam ex agricultura coaceruasset, ac primus in vsum custodisset, hinc diuitiarum Deus olim cognominatus est: & quoniam primus sepulchrorum, funerumque vsum introduxit; hinc vita functis illum dominari veteres putarunt; siquidem ob imperium, quod in mortuos exercebat, Vrago dictus est, ab vrgendis mortuorum animabus: Vt autem indicarent mortuorum animas in eius potestate esse, Plutoni claues terræ dabant vetustiores; quod ex hymno Orphæi constat, in quo legitur,

Pluto cur diuitiarū Deus antiquis.

Cur præesse mortuis putatus.

Cur claues terræ gerat.

Pluto, qui terræ claues, & regna gubernas:

Hanc ob caussam antiqui tum morituri sacrificabant Plutoni, sic apud Virgilium Dido,

Lib. 4. Æneid. *Sacra Ioui Stygio, quæ rite incæpta paraui,*
Perficere est animus, finēq. imponere curis.

tum eidem sepulchra mortuorum inscribebant: lapis Camerini repertus ita inscriptus conspicitur,

Inferno. Plutoni. Tricorpori
Vxori. Car. Proserpinæ
Tricipidique. Cerbero

& Patauij lapis alter, obseruatione item Scardeonij, sic inscriptus legitur,

D. M.
Portitori. Plutoni. Et. Proserpinæ
Haue. Iulia. C. F. Maxima. Felix. Domini
Tormentum
Salue. Animula. Dulcis
Animula. Suauis
Animula. In. Deorum. Numerum
Recepta
Vnde. Tale? Quando. Tale? Et
Cui. Tale?
V. A. LIX. M. VI. D. XII. Hor. Noc. IX.
T. Scribonius. Barbula. Coniugi
Incomparabili. B. M. P. C.

tum demum solebant prisci mortuorum animas Plutoni commendare, atque sacrare: ita Olybius in hoc suo tumulo, siue in vrna moriens propriam Plutoni consecrat animam, veluti munus: Indeque fures abigit; qui reconditam vrnam reperientes, thesaurum arbitrati, eam asportent, cineresque perdant, & Manes violent: eosque admonet, quod in orbe vrnæ reconditum latet, non esse quid, vnde ipsi diuitias comparare sibi vlla ratione valeant; sed esse quid eis ignotum, nempe graui labore mortis digesta, hoc est ab inuicem separata, elementa humanæ naturæ; quæ sunt anima, & cineres, Olybio. Quoniam vero pretium animæ vna est beatitudo, ac Dei summi fruitio; precatur animæ suæ vir vere Maximus, vt illi custos adsit immensa Dei bonitas, Deusque bonorum omnium elargitor liberalissimus; quem per fecundi cornu copiam apte insinuauit. Verum enimvero tali prohibitione suspicatus maiorem cupidinem inijci posse furibus ad interiora penetrandi, eos iterum arcet ab vrnæ interioris apertione, abire iubens fures omnium pessimos, nempe tum vulgares, qui sub Mercurio, latronum Deo, petasato, ideſt cooperto, caduceique somniferi virtute oculos perstringente militantes, alienis opibus noctis tenebris tecti, & sopore diuitum confisi, domos expilare consueuerunt: tum etiam cacochymicos, qui oculis suis emissitijs locupletum opes auidissime solent explorare, vt eas furentur: admonetque vulgares Chymicos, pseudochymicosque, ne putent liquores in ampullis inclusos, esse lapidis philosophici partes, quibus Elementa humanæ naturæ duo.

Animę pretiū beatitudo.

Mercurius cur petasatus, & caduceatus.

Cacochymici qui.

Mercurius illorum vulgaris cogatur, vel firmatus in argentum, vel mutatus in aurum: sed esse, cum ardentis lucernæ perenni flammula, symbolum eius defuncti representans animam a corpore seiunctam, intellectus, ac voluntatis munia semper exercentem: Quam Plutoni, Gentilium more, sacrat, donat, & commendat; Maximi Plutonis nomine Deum significans Ethnicis animarum custodem. Quam ergo Plutoni suo sacrat Olybius in tumulo lucernam, eam illi non commendat, vt ardentem diutissime seruet; quod viri clarissimi existimarunt; sed eius lucernæ, & liquorum ampullas replentium, signis, symbolisque dicat, & commendat suo illi Deo animæ suæ mentem, voluntatem, perennemque vtriusque a corpore separatæ operationem: precaturque, vt eas ille perpetua beatitate repleat, quę vna est omnium bonorum indeficiens possessio: siquidem veteres Ethnici mortuorum animas plerique non ad superos, sed ad Deos inferos pertinere opinabantur; quum in superorum potestate solos viuentes esse arbitrarentur: vnde Virgilius, [e]

Anima separata quid agat.

Beatitas quid sit.

Mortuorum animas ad quos Deos pertinere censuerint veteres.

[e] li. 11. Æneid. *(vllis*
Nos iuuenem exanimē, & nil iam cælestibus
De-

Debentem, vano mæsti comitamur honore.
[f] 12. Æn. & alio quoque in loco, [f]
——— vos ò mihi manes
Este boni, quoniam superis auersa voluntas.
Sancta ad vos anima, atq; istius inscia culpę
Descendam.

[g] cap. 11. Qua de re fuse Iacobonius in [g] Appẽdice. Ita ergo sat, superque constat ex Olybij versiculis colligi lucernas a priscis reconditas diutissime ardentes non conseruari potestate Dæmonum.

Ex inscriptione sepulchrorum Dijs Manibus non haberi lucernas intus ab antiquo ardentes a Dæmone conseruari.
Cap. XIII.

QVod autem præterea deducebatur ex vetusta sepulchrorum inscriptione *Dijs Manibus*, consueuisse priscos lucernas ardentes in monumentis Dæmonum curæ, custodiæque commendare; id totum est voluntarium insignium virorum assertum, nullam necessitatẽ habens proprij dogmatis confirmatricem; quia Manium nomine antiqui non semper Dæmones intelligebant, sed præter Dęmones, mortuorum animas etiam in tumulis cum cadauere, cineribus, ossibusve manentes significabant: sic apud Virgilium [a]

Manes veterum quidnam essent.

[a] 3. Æneid. *Libabat cineri Andromache, Manesque vocabat*
Hectoreum ad tumulum ——

[b] In Hecub. Sic apud Euripidem [b] legimus,
Namque ferunt decernere Graios
Celebri cætu tua vti gnata
Manibus occidatur Achillis:
Qui sublimem scandens tumulum
Scis fuluis quum apparuit in armis
Naues detinuit pontigradas,
Nixaque torto vela rudente,
Hæc vociferans, Quo iam Danai
Fugitis nostros
Cineres deserturi inhonoros?

Ceterum Antiqui mortuorum animas non solum Manes appellabant, sed etiã Diuinitatem ijs attribuebant, dum eas Deorum Manium nomine insignirent;

[c] lib. 7. c. 55. quod & alicubi Plinius [c] obseruauit inquiens ab antiquis Manes coli, Deumque fieri, qui iam etiam homo esse desierit. Triplici ergo de caussa mortuorum tumulos prisci Dijs Manibus inscribebant; vna est eorum, qui per Deos

Dijs Manibus cur veteres inscriberent sua monumenta.

A Manes Plutonem, & alios Deos inferos intelligebant; quibus illi defunctorum animas commendabant. Altera est eorum, qui Deos Manes ipsas mortuorum animas appellabant, quibus tum sepulchra constituebant: tum tertio lucernas in ijs iugiter ardentes accendebant. Sic igitur antiqui lucernas ardẽtes in mortuorum conditorijs, non dęmoni custodiendas commendabant; sed animis defunctorũ venerandis collocabant: quod

Lucernas cur in sepulchris conderent antiqui.

B Bencium [d] non latuit præclarum oratorem, dum asserit in hanc sententiam, agens de funere antiquorum Romanorum; Excelsiora igitur amabant antiqui „
sepulchra; indicium factorum claritatis, „
& animi magnitudinis: Quod declarabant pariter quum altis sub montibus, „ Sepulchra veterum cur magnifica.
& in montibus etiam ipsis sibi construerent monumenta; circum quæ, aut potius in quibus plures interdum volebãt „
esse accensas lucernas: vtque maiore „
afficerent locum honore, ac prope di-
C uino, sepulchra ipsa; quibus & lucos addebant, & nemora; ne vllo modo violari vnquam possent, graui in eos, qui „ Sepulchra nolebant violari veteres.
aliter fecissent, constituta pœna legibus „
prospexerunt. Hæc ille. Ita ergo Dæmonibus defunctorum animas in sepulchris olim antiqui commendabant; eisdemque suis animis lucernas ardentes dicabant, vt suis Dijs Manibus: Vnde patet non posse colligi lucernas ab antiquo ardentes virtute Dæmonum

[d] Orat. 26.

D tamdiu perduraſſe.

Plures esse substantias nostrates, quas ardens ignis non absumat. Cap. XIV.

QVod vltimo loco afferebatur, ideo tam diuturni luminis fulgorem in lucernis antiquorum ad virtutem Dæmonum clam lampadi fomitem adijcientium referendum esse; quia nulla materies apud nos inueniatur, quam breui temporis interuallo exar-
E dens ignis, agẽtium physicorum actuosissimus, non absumat; id etiam argumentum, intime prospecta rei natura, dilui poterit: In primis enim si physice fieri non potest, vt sine adiectione fomitis diutissime duret in lucerna splendor, & ignis: neque id vllius virtute Dęmonis igni fomitem non adijcientis vmquam fieri poterit; nam solus

Dæmon non agit supra naturæ limites.

Deus solus agere potest supra naturæ vires.

Omnipotens Deus est, qui supra naturæ limites agens, ab igne vim materiæ subditæ, ac inflammatæ consumptricem tollere potest; aut eam ociosam reddere, integro seruato, & viuido illius fulgore: quod olim præstitit in rubo Moysi [a] citra combustionem, consumptionemque mirabiliter ardente; necnon etiam in fornace iussu Nabuchodonosor [b] Babyloniorum regis septuplum succensa; cuius ignis in eam tres pueros immissos non exurebat, flamma ex ore illius exeunte Regis ministros comburente; vt docet nos sacra pagina. Deinde vero concedentes igni maximam inesse actiuitatem, inter agentia nostratia; vt proinde Plinius ignem scite nuncupauerit improbam rerum naturę portionem; negamus tamen nullam apud nos inueniri posse materiam, quæ ab igne non absumatur; namque aurum in fornace diutissime detentum liquatur quidem, candensque fit; nihil tamen eius absumitur. Adamantis etiam quædam species est, cuius natura ignium victrix in eo ardente diutissime detenta numquam mollescit, aut soluitur, aut calcinatur, aut vlla ex parte consumitur; quod asseuerant cum Plinio Enax in suo Lapidario, vt constat ex Autore operis, cui titulus est Hortus sanitatis, in tractatu de lapidibus; Magnus Albertus, Franciscus Ruueus in opere suo de Gemmis inscripto, Camillus Leonardus, Solinus, Isidorus, & alij multi celeberrimi scriptores de lapillorũ natura tractantes. Funiculus quoque contortus e lino Carpasio non consumitur igne, vt confitetur Pausanias. Asbestum item lapidem perpetuum ignem fouere sine sui consumptione, semperque ardere inextinguibilem, testatur Solinus, Diuus Augustinus in opere suo de Ciuitate Dei, & apud eumdem Io: Ludouicus Viues, alijque plurimi celebrati nominis autores. Inueniũtur etiam Solino tum Carbasa, quæ inter ignes valeant; tum gemmæ in Lusitania nomine Ceraunię, quas Indicis præferunt: qualitas igni probatur, quem si sine detrimento sui perferant, aduersus vim fulgurum creduntur opitulari. Et Plinius intuentum inquit esse linum, quod ignibus non absumitur; ardentesque in focis conuiuiorum ex eo vidisse se mappas, sordibus exustis, splẽdescentes igni magis, quam possent aquis. Regum inde funebres tunicæ addit, corporis fauillam ab reliquo separant cinere. Strabo linum e petræ capillamentis, pectine aptari ait, & ex eo telam confici, quam ignis non vrat, sed emundet. Amianti lapidis natura est, ex qua in linum redacta lychni confecti, ac telæ contextæ igne concepto ardeant sine sui consumptione; vt Venetijs, Romæ, Parisijs se vidisse testatur Podacattarus Cyprius in opere suo De rebus Cyprijs, Vulturariensis Episcopus in suis Diebus [o] Canicularijs, Thomas [o] Porcacchius in funeralibus antiquorum, Damasus in vita Syluestri [q] Papæ, necnon & Io: Ludouicus Viues in Commentarijs ad libros de Ciuitate Dei; vt plerosque alios insignes viros omittam breuitatis ergo. Herbas consimiliter igni ardere, ac non consumi ex Solino [r] memorat Maiolus in [s] Colloquijs. Sed & animalia inter flammas viuere obseruauit non solum Solinus asserens in Creta Carystias aues esse, quæ flammas impune inuolant: verum etiam [t] Aristoteles monens in Cypri fornacibus Pyraustas non nisi inter ignes viuere: ne huc etiam Salamandram afferamus. Ita ergo pleraque sunt, quæ ignis vel diutissime ardens non absumat; herbæ, lapides, & metalla: quidni etiam liquor huiusmodi vel ex ijs eductus, vel aliunde comparatus inueniri valeat, qui fomes adsit semper ardenti flammæ in lucerna recondita? Non est igitur, vt ad potestatem Dæmonis confugiamus inquirentes causſam, ob quam reconditæ priscorum lucernæ absque noui fomitis adiectione diutissime seruẽtur ardẽtes.

Ignis actiuitas maxima.

Lib.36.c.37.

Aurum ignem eludit.

Adamas igne non corrumpitur.

Vide li.4.c.8.

Lib.37.c.4.

Cap.1.

2.de lapid. tr.

2.cap.1.

Li.2.c.15.

2.de lapid.c.7.

Cap.53.

Lib.12.cap.1.

Igne non consumitur linum carpasium.

Asbestus lapis ardens non absumitur.

Cap.12.

Lib.21.ca.6.in comment.

Polihist.c.16.

25.

Ceraunia gẽma igne non absumitur.

Lib.19.c.1.

Telæ incombustibiles.

Cineres defuncti vt segregarentur a cinere pyræ. Lib.10.

Amianti lapis ardens non comburitur.

[a] Exod.c.3.

[b] Dan.c.3.

[o] Colloq.20.

[p] Tab.2.

[q] Lib.21. com.c.6.

Herbæ ardentes absque sui cõsumptione.

[r] Polihist. cap.16.

[s] Colloq.20

[t] hist c.19.

Tertia Maioli, & aliorum opinio putantium lucernas istas miraculo a Diuina virtute supra naturæ vires operante patrato tamdiu arsisse. Cap. XV.

SImon vero Maiolus Episcopus Vulturariensis, [a] idemq; Dierum Canicularium nobilis autor; & ante ipsum plerique alij viri præclari constituerunt hanc diuturnam ardentis flammæ durationem in reconditis antiquorum lucernis absque noui fomitis adiectione Diuinæ potestati adscribendam esse: quam

[a] Coll.22.

quam manifestam conspici asserunt in Antiochena lucerna Crucifixi Redemptoris ante imaginem accensa. Sed addunt alias etiam, quæ nec aqua, nec ventis extingui potuerunt, humanam, Dæmoniamque, ac proinde totius Naturæ vim superauisse: quandoquidem elemento aquæ natura inest vires obtinens ignem extinguendi: & homo, ac Dæmon ea, quæ naturæ aduersantur, eiusque vires exsuperant, nulla possunt, vmquam ratione præstare: sed solum Deum supra naturæ vires immensam potestatem habere cuncti confitentur, atque ideo constituendum esse, non aliunde lucernas antiquorum in monumentis, alibive reconditas tot annorum curriculo exardentes absque noui fomitis accessione, adiectioneque illibatam flammulam admirabiliter conseruasse, quam ex omnipotentis Dei supranaturali potestate. Ita de nostro argumento sentiunt eximij viri.

Aqua vires habet ignem extinguendi naturaliter.

Homo non agit supra nec contra naturam.

Deus solus agit supra naturam.

Proposita sententia proscinditur, ostendendo reconditas veterum lucernas tamdiu non arsisse miraculo a summo Deo in ijs effecto. Cap. XVI.

NOn diffitebor vmquam prępotentis Dei summa virtute hoc lucernarum semper ardentium, & longe admirabilius opus effici posse; *qui eius vim etiam Physiologus infinitam esse confiteor*; idque in commentarijs ad octauum Physicorum Aristotelis edita de proposito quæstione longe, lateque profiteor. Neque audebo inficias ire lucernæ Antiochenæ a summo Deo supra Naturæ leges operante id contigisse, vt quingentos annos intra murum inclusa Redemptoris ante imaginem sine noui adiectione fomitis iugiter ardens effulserit: Quando etiam illius oleum proximo igne inflammatum, & in Cosrois Persarum Regis Christianorum hostis immanissimi copias iectum, eas ad vnam omnes mirabiliter absumpsit. Sed quoniam in hoc opere de illa tantummodo lucerna non agimus; ast vniuersim de omnibus, quas antiquiores sub terra condidere, plurimos annos absque fomitis adiectu exardentes: & quoniam diuturna flammæ duratio proposita lucernæ Antiochenæ communis fuit cum multis alijs non in Dei viuentis venerationem, sed in cacodæmonis impium cultum, & in damnatarum animarum honorem ab antiquitate accensis; ideo tam longam luminis, & flammæ durationem in reconditis veterum lucernis absolute miraculo adscribendam non esse putamus. Quis enim Vestæ, Veneris, Mineruæ, Iouisque Idolis ardentes, quis Vulcano, Plutoni, Proserpinæ, Ditique dicatas; Quis Pallanti, Tulliolæ, atque alijs ethnicis accensas lucernas, & alias id generis asseueret Dei summi virtute supernaturaliter operantis tandiu sine adiectione fomitis noui ardentes, & splendidas conseruatas fuisse? nemo sanæ mentis.

Lucernæ, quæ non potuerint miraculo adscribi.

Respondetur argumentis euersæ opinionis, ostendendo lucernam Edessæ naturaliter potuisse tamdiu ardere, ac patefaciendo qui sit ignis aquam, & ventum eludens; & qua ratione physica id efficere valeat. Cap. XVII.

RAtio vero, qua superior opinio nititur, haud insolubilis est: Quod enim primo afferebatur de lucerna Edessæ, *id non arguit consimilem illi naturam in ijs, quæ cacodæmoni dedicatæ fuerunt.* Deinde non satis necessarium argumentum est eam tamdiu sine adiectione fomitis ardentem seruatam fuisse miraculo facto a virtute Diuina, eo quod ipsa vel ante Redemptoris imaginem in veri Dei cultum, & honorem ardens effulgeret; vel quod illius oleum inflammatum exercitus Christianis infensi turmas omnes cõsumpserit; tum quia & aliæ tamdiu ante cacodæmonum statuas in Idolorum cultum similiter effulsere; tum quia potest Deus exercituum, & vltionum Dominus re naturali ceu instrumento vti ad perdendos admirabiliter nefarios homines, ac sui nominis hostes: sic olim miraculo mundum aquis [a] vniuersum perdidit in diluuio; cuius aquæ naturales fuere: sic igne naturali ciuitates illas infames magno miraculo combussit. Quod autem secundo adducitur, hominem, ac Dæmonem ea non posse præstare, quæ supra naturæ limites longe transgrediuntur; solique Deo summo id conue-

Dei virtus infinita.

Oleum mirabiliter exercitum consumpsit.

Deus re naturali ceu instrumento vtitur ad opera miranda.

[a] Genes. c. 7. & 19.

Diluuij aquæ naturales fuere.

Igne naturali ciuitates infames consumptæ.

Ignis naturaliter aquis, & vento adolescens.

nire; nos viris egregijs vltro concedimus: At vero negamus ijsdem ignem omnem ita natura sua ventis, & aquis extingui, vt nequeat naturaliter etiam ignis vento, & aqua tum sæpe non extingui, tum etiam aliquando adolescere; namque vt varia proportione consociari possunt ignis & aqua, ignis & ventus; ita quandoque ignis ab aqua extinguitur, & a vento; nempe ignis exiguus ab aquis multis, & a vehementi ventorum flatu; qua de re infra commodiori[b]loco latius agemus: aliquando ignis affusione aquæ adolescit, scilicet magnus ignis affusa exili aqua; quod optime norunt fabri ferrarij calorem fucinæ magnum vegetantes, ac veluti nutrientes aquarum aspergine, ferrique candentis irroratione: Immo vero & ventis excitari flammas quotidie norunt etiam in suis culinis mulierculę nostræ de titione semimortuo flatibus flãmam excutientes; quod belle cecinit Ouidius, [c]dum inquit,

[b] lib. 4. c. 14.

Ignis vt adolescat aquis.

Flamma ventis excitatur.

[c] 7. metam.

---------- extinctaque flamma reluxit,
Vt solet a ventis alimenta resumere quæque
Parua subinducta latuit scintilla fauilla
Crescere, & in veteres agitata resurgere vires.

[d] li. 23 Iliad. Vide lib. 4. cap. 14.

Ventorum vt siluas arsisse.

Et apud Homerum[d] etiam Achilles ad pyram Patrocli bene comburendam ventos exoptabat, & apud Luctetium legimus vi ventorum siluas conceptam ab initio tenuem, exilemque flammulam quammaxime mox dilatare in hæc verba,

At sæpe in magnis sit montibus, inquis, vt altis
Arboribus vicina cacumina summa terãtur
Inter se, validis facere id cogẽtibus Austris,
Donec flammai fulserunt flore coorto.
Scilicet & nõ est lignis tamen insitus ignis,
Verum semina sunt ardoris multa: terendo
Quæ, quũ confluxere, creant incendia siluis.

Nonnumquam vero ignis vim habet æqualem actiuitati ventorum, viribusque aquæ; ac tunc tantumdem obtinens resistentiæ, quantum aqua, & flatus actiuitatis; illæsus in aqua, & vento circumagitatus permanet ignis. Deinde vero tantum abest, vt ignis quilibet ab aqua physice semper extinguatur, quod sępe sopitus igniculus aquis accenditur, gliscitque in flammam vberrimam, & euidentissimam; nonne calx aquarum affusione mirifice inflammatur? De hac re pulchre P. Ouidius [e] ita concinit,

Ignis aquam, & ventum eludens.

Calx aquis accenditur.

[e] 7. metam.

Aut vbi terrena silices fornace soluti
Concipiunt ignem liquidarum aspergine aquarum.

Casum quę notabilem in proposito Romæ accidisse concinit Sabæus [f] hoc epigramante,

[f] lib. 5. pag. 717.

Plenã calce ratẽ flauas per Tybridis vndas
Dũ conto impellunt Agnus, & ipse Peron,
Rima fatiscentis celocis suscipit amnem,
Excepta accensus quum furit ignis aqua
Dum miseri nautæ euitant instantia fata,
Vritur vnda Agnus, naufragat igne Perõ.

Adijciendum his est, multas esse materias, quę solo contactu aquarum inflammantur. Sed pleraque in aquis inextinguibili ardore cõflagrare multiplex iam docuit experimentum: Sic Thrasymenum lacum arsisse totum testatur alicubi[g] Plinius; qui & alibi[h] austros æstatibus integras accendere siluas cum Lucretio confitetur. Consimiliter autem lapis asbestus in aquis ardet, inextinguibilis etiam a vento, Plinij, Solini, Isidori, Alberti, & aliorum plurium testimonio; inter quos apte de proposito talia conciniſse videtur Dionysius Afer in suo poemate de Situ orbis,

[g] li. 2. c. 107.
[h] li. 12. c. 19.

Lapis thracius inextinguibilis.

Hic nasci lapidem, qui tacto accensus ab igni
Extingui nequeat; quem Graij nomine vero
Asbesten memorant; ferri nitet ille colore.

Libauij [i] relatu arsisse mare circa Siciliam constans fama est: a bitumine id ortum ille credidit incendium: & sane bitumen conceptam flammam in aquis etiam conseruat; eamque ab aquarum contactu primum concipit, eodem autore. In Lycia Epesti montes [k] tæda flammante tacti flagrant adeo, vt lapides quoque riuorum, & arenæ in ipsis aquis ardeant, alaturque ille ignis pluuijs, inquit[l] Plinius: Eos lapides Gagates esse Libauius [m] opinatur, & arenas terram Ampelitidem; quod vtrumque genus in aquis ardere testantur Autores plurimi. Sic demum Cardanus[n] ait sulphur cum cera æqualiter dissolutum, si sulphur valde purum extiterit, candelam constituere, quæ ardens extingui nequeat a flatu, nec aquæ aspersione, sed ipsam sensim se absumere, ab externo agente inuictam. Non igitur miraculo adscribendus est ignis omnis inter

[i] bombyc. cap. 8.
Mare vbi arserit.

Bitumen ardet in aquis.

[k] de bitum. c. 10.
Montes qui tacto igne ardeant.

Ignis qui pluuijs alatur.

[l] lib. 2. c. 109.
[m] De Gagat. cap. 1.

[n] 18. de subtilit.
Candela, quæ ardens flatu extingui nequeat, nec aquis, vt paretur.

ter aquas ardens, & a ventorum flatu inextinguibilis: Atque adeo priſcorum lucernæ diutiſſimam flammam ſine fomitis adiectione conſeruantes ſupra naturæ robur in Diuinam Omnipotentiam non ſunt neceſſario referendæ, quia vel Oppiano [o] teſte

[o] 3. De venation. Naturæ magna vis.

„ *Tam magnum eſt numen Naturæ, & tanta poteſtas,*

vt citra miraculum admirabiles huiuſmodi euentus propria virtute producere valeat.

Opinio quarta Iacobi Gutherij, & aliorum aſſerentium in lucernis veterum fuiſſe pulueres, aut liquores, qui ab aere ingrediente, dum aperirentur ſepulchra, flammam tum primum conciperent; non autem in ijs ignem antea ſemper extitiſſe.

Cap. XVIII.

SVccedit alia quarto loco inſignium virorum opinio, qui tot obſeruationes, & ſenſuum teſtimonia negare non auſi, & phyſicas non deſerentes propoſiti cauſſas; admittunt quidem in pleriſque veterum ſepulchris nouiſſime detectis, atque recluſis lucernas vere ardentes inuentas fuiſſe, quarum aliæ ſtatim, aliæ tardius; & aliæ ſponte a ſemetipſis, aliæ ab externo agente aliquo *extinctæ fuerunt: ſed aperte inficiantur huiuſmodi lucernas* a veteribus olim reconditas initio accenſas fuiſſe, ardentesque poſtea per tot annorum centena ſine fomitis adiectione permanſiſſe: Verum opinantur lucernas illas tali artificio ab antiquis efformatas fuiſſe, vt in obſcuro deliteſcentes non arderent; ſed in aperto aere poſitæ, dieique claro lumini expoſitæ flammam ſubito concipere valerent. Sed Iacobum Gutherium de hoc argumento loquentem audiamus in opere ſuo De iure Manium inſcripto; Quod, inquit vir [a] eximius, ad lucernas attinet, illæ in omnibus fere monumentis inueniuntur, quæ lychnuchi, & bilychnes dicuntur, vel plurium lychnorum: vidi enim vnam vndenum ενδεκάλυχνον. Coctilem habemus talis figuræ, quæ Vrſum referat. De ardente lucerna alia inſcriptio eſt Salerni.

[a] lib. 2. c. 32. Lucernę in omnibus fere ſepulchris veterum inueniuntur.

Haue . Septima . Sit . Tibi
Terra . Leuis . Quiſque
Huic . Tumulo . Poſuit
Ardentem . Lucernam
Illius . Cineres . Aurea
Terra . Tegat

Cuius rei miraculum vſus confirmauit: nam poſt multos annos aperti tumuli, immiſſo aere, lucernæ ſtatim illæ accenduntur. Qua arte id fieri poſſit, noſtrum non eſt diutius inquirere. Alij hac in re philoſophati ſunt multi; qui accenſis his luminibus aduolantes alas ingenij combuſſerunt. Hæc ad verbum ſcribit vir egregius. Cui ſubſcribentes alij Doctores addunt neque mirum eſſe reperiri potuiſſe in huiuſmodi lucernis aut puluerem, aut humorem, aut aliud quidpiam tale, quod ab externo aere flammam conciperet; quum illud compertiſſimum ſit, res multas in aquis igniri: ſi etenim calx aquis accenditur; ſi Spinus Theophraſto [b] irroratus vritur; ſi veſtiaria nauis eodem autore madefactis veſtibus inflammata, & incendio conſumpta eſt aliquando; ſi lapis idem Thracius [c] Ariſtoteli, & Maritha lapis aſperſus aqua flagrat; ſi eidem [d] circa Atitaniam iuxta confinia Apolloniatis quoddam ſaxum eſt, quod oleo deſuper aſperſum conſpicuo ex ſe emiſſo igne inflammatur: Sique Plinio [e] ex Democrito Arianidis herbæ tactu ligna peruncta oleo accenduntur: quid ni alia ſubſtantia reperiri valeat, quam aer natura calidus accendat? Sed nonne [f] Hippocratis etiam obſeruatione ab ambientis aeris vi concentrante calorem, & animalium ventres, & terræ ſinus inferiores, & in ijs degentes aquæ hieme incaleſcunt? nonne ab aere accendi combuſtibilia conſtat? in ſpeculo enim concauo reflexi radij ſolares, qui nihil aliud ſunt, quam aer illuminatus; quippe lumen Ariſtoteli [g] eſt actus perſpicui; & quo magis illuſtratur aer, eo magis incaleſcit, quia magis atteritur, ac rarefit, ignis naturam contrahens: radij ſolares, inquiunt inſignes viri, a concauo ſpeculo reflexi, & ab amphoris vitreis plenis aqua vrunt, accenduntque mapalia, & alia combuſtibilia. Deinde vero noſtra etiam tempeſtate contigit, inter ſepeliendum quendam mortuum, ex aperto ſepulchro ingentem flammam cum adſtantium maximo ſtupore, ac metu prodijſſe. Adij-

[b] lib. de lapidibus. Spinus irroratus accenditur.
Nauis aquis inflammata.
[c] de admir. aud. c. 39.
[d] de admir. aud. c. 34. Lapis oleo inflammatus.
[e] lib. 14. c. 20. Herba lignum accendens.
[f] ſect. aph. 15. Aere quæ incaleſcant.
Quæ accendantur.
[g] 2. de an. 69. Lumen quid ſit.
Radij Solis vrunt.
Flamma e ſepulchro ſponte prodiens.

ciunt etiam Piſis, dum in theatro Ioannes Ruſchius anatomen ſuperioribus annis adminiſtraret, apprehenſo manibus ventriculo ſubſtrati cadaueris, intra quem flatus contineri ſentiebatur, ex eo diſſecto ſtatim flammam non minori ſpectatorum admiratione cum ſonitu, ſeu ſibilo quodam exiluiſſe. Afferunt item nonnulla experimẽta Portæ Neapolitani[b]alicubi de propoſito ſic aſſerentis, Sunt qui dicant (nec eſt eorum imaginatio fatua) ignem in phiala non ſemper ardere, ſed in phiala conditam eſſe miſturam quamdam, quæ vbi aerem videt, illico accenditur, & ardere videtur eo ſolum tempore, quum numquam antea exarſerit; Hoc verum eſſe poſſet; quod ſæpenumero res chymicas operanti, vitrea vaſa optime clauſa poſt earum rerum combuſtionem oblita, multis menſibus, ne dicam annis derelicta, reſerata tandem flammam concipere, ardere, & fumum emittere videre contigerit; eorum, quæ combuſſeram oblitus ſum; ſed eiuſmodi eſſe poterant, quæ ab Amico audiui; cui idem acciderat; nam quum lithargyrum, tartarum, calcem, & cinnabarim ex aceto ebulijſſet, vſque dum in fumum euaneſceret; inde operto, & lutato vaſe vehementi igne excoctũ repoſuit quouſque frigeſceret; poſt aliquos menſes quum reſerare vellet, vt ſuum opus reuiſeret, repente flamma e vaſe exiliuit, vt cilia combuſſerit; quum ipſe nil tale putaret; quod & multis etiam accidit. Præterea quum lini oleum coquerem ad prælum, vbi flammam concepiſſet intus, pannis ollam operui, vt extingueretur; poſt aliquod tempus vas recludendo, oleum viſo aere iterum flammam concepit, & denuo reaccenſum eſt. Hæc ille. Quorum ſane admirabilium euentuum alia nulla poſſe videtur aſſignari cauſsa, niſi in huiuſmodi ollis, & cauitatibus vaſorum Chymicorum adfuiſse vaporem, liquoremve, aut aliud quidpiam eius naturæ, quod ab ambiente aere inflammari, & ignem concipere valeat, non ſecus atque ab aqua calci quotidie contingere nouimus. Quin & aliqui lapides natura ſua ex [i] Ariſtotelis, [k] Theophraſtique, vt vidimus, nec non etiam [l] Plinij, [m] Dioſcoridisque teſtimonio, humidorum tactu, ac præſertim aquæ, ac olei accenduntur, & flammigare conſpiciuntur. Alij vero etiam lapides arte parantur [n] Cardano, & [o] Scaligero Philoſophis, & [p] Libauio, [q] Langioque Iatrochymicis: qui humido quocunque accenduntur, & ab humana ſaliua, & ab aqua ſibi flammam arripiunt. Poſsunt ergo & in antiquorum conditis lucernis aliqua miniſterio artis ita elaborata contineri, quæ ab aere aperto igneam naturam acquirerent, atque inflammarentur. Sed & in pleriſque propoſitarum lucernarum, vbi extinctæ fuerunt, non nihil pulueris viſum eſt remanere, quem eius eſse generis, vt ab aperto aere poſset accendi, credibile ſatis eſt.

Flamma e vẽtriculo cadaueris emerſit.

Chymica vaſa dum reſerantur, flammam concipiũt.

Hiſtoria mira.

Lapis qui ſaliua, & aqua tactus accendatur, vt fiat.

[b] 12. Mag. nat. c. 13.

[i] De admir. aud. c. 34. 39.

[k] li. de lapid.

[l] lib. 2. cap. 206. 107.

[m] li. 5. c. 104.

[n] De ſubtil.

[o] exerc. 13. art. 3.

[p] li. 3. epi. 37.

[q] li. 2. epi. 52.

Propoſita opinio expenditur, demonſtrando lucernas in ſepulchris antiquorum poſitas fuiſſe olim etiam ardentes, non in ſola monumenti detectione, apertioneque, ab externo aere accendendas: explicando etiam quot, & quæ ſint cauſſæ ignem, & flammam procreare valentes.

Cap. XIX.

CEterum etiamſi nouiſſime allata opinio lõge quam ſuperiores probabilior eſſe videatur; non tamen penitus a me probari potuit vnquam: Et in primis, quia rationi conſentaneum non eſt, antiquos in ſuis huiuſmodi ſepulchris tales lucernas tanto animi ſtudio, tanto corporis labore, tanto etiam fortunæ, opumque diſpendio, vt par eſt, condidiſſe; ſi illæ in conditorijs non ardentes, ſed in eorum apertione poſt integra ſæcula flammam concepturæ, nihil opis autoribus afferrent ſuis; ſed nobis tantum admirationem parerent: cur etenim veteres eas ponerent in monumentis, quæ ipſi neſciebant an vmquam in poſterum eſſent aperienda? ſi tales lucernæ ſolum in apertura tumuli viſo aere ignem concipere poſſunt, antea vero numquam exarſerint, effulſerintque; quisnam finis autorum ſuorum eſſe potuit in ijs recondendis? Deinde vero in pleriſq; veterum lucernis compertum eſt oppoſitum, nempe inter aperiendum monumentum antiquiſſimum in recondita intus lucerna flammam ab aere nouo extingui veterem il-

Lucernæ plerãque viſo aere nouo extinctæ.

illico, non autem vllam procreari nouam. Deinceps autem huic placito lucerna illa repugnare videtur aperte, quę relatu Portę[a] Neapolitani ardens intra vitream phialam, in tumulo cuiusdam Romani antiquissimo reconditam, comperta demum est in Nesidę insula in Neapolitano cratere sita; namque ardens lucerna in vitreo vase clausa contactum, commerciumque aeris externi nullum habuit e sepulchro educta; vnde prius non ardens, protinus ab ambiente nouo aere accendi potuerit. Sed apertissime propositam Gutherij sententiam demolitur Salernitanæ lucernę inscriptio ab eodem viro commemorata; in ea enim legimus tumulo Septimæ positam fuisse lucernam ardentem, non autem extinctam, demum aliquando in monumenti apertione accendendam. Amplius autem ignis, & flamma non potest accendi, nisi vel a calore ingenti, vel ab attritu (si placet hanc a priori caussa distinguere) vel etiam a contrario frigore per antiperistasim, mutuato iam a Græcis nomine, appellatam: licet a multis caussis hæ ignium procreationes fiãt, vt ait Theophrastus: [b] Modo in aperiendo monumento nulla fit aeris attritio vehemens, vnde accendi queat lucernæ fomes: *nullamque habet ingrediens aer caliditatem actualem* adeo validam, vt nouum ignem in re combustibili procreare valeat; nihil enim agit vltra suas vires; quum ignis ardens in lucerna sit quocumque ingrediente aere longe calidior; quippe aeri qualitates naturales ex [c] Aristotelis etiam doctrina insunt insensibiles, vel ad summum vix sensibiles: Aduentitia vero aeris caliditas numquam ignis natiuam caliditatem æquauerit, ob adnatam illi humiditatem, quæ caloris aciem vbique retundit: ob quam humiditatem quoque aer calore suo aduentitio, vndecumque is illi aduenìat, numquam ex se in re vlla combustibili flammam excitare potest; quicquid ex antiquis autoribus referat aliquando Plinius [d] de Austris, quos alicubi monet tam ardentes flare, vt æstatibus siluas accendant. Neque vero aer ille nouiter ingrediens recens aperta veterum sepulchra tantam habet in se frigiditatem, vt calorem in fomite lucernæ concentrare valeat; neque tantam densitatem obtinet, vt concentrato calori diu circumobsistere possit, ac per antiperistasim eum adeo augere, vt ipsum in igneum, flammeumque conuertat: neque fomes in lucerna post tot annorum decades, centuriasve intra terræ frigida viscera conclusus tantum caloris habet, vt a frigore per antiperistasim augeri valeat in igneum; calor enim animalium sanguineorum viuidus ab ambientis frigore hieme concentratus per antiperistasim adolescit in viuidiorem: at exanguium animalium languidus calor per hiemem ab aeris externi frigore fere prorsus extinguitur; vnde animalia hæc exanguia hieme torpent semimortua, Galeni [e] etiam obseruatione. Quinimmo si ab aere viso per antiperistasim lucernæ istæ in antiquorum sepulchrorum apertione accenduntur; cur non ante aperturam eorumdem tumulorum ab aere frigidiore intra terræ viscera flammam conceperunt, illaque concepta in tenebris multo prius effulserunt? an non erit subterraneus aer longe frigidior nostrati? quum ille a terra continentis frigiditate iugiter cogatur in aquarum stillas intra terræ cauernas; vnde ijs pluribus in vnum coactis Aristotele [f] Doctore fluuiorum, riuorumque fontes primum oriuntur; hic vero apertus aer radijs solaribus attritus quotidie incalescat.

[a] 12. Mag. nat. c. 13. Lucerna in vitreo vase ardens sine aeris externi contactu.

Lucernæ in monumentis ponebantur ardentes.

Flamma quot modis, & a quibus accendi valeat.

[b] Li. de igne.

Nil agit vltra suas vires.

[c] 1. phys t. 64

Aeri qualitates vix sensibiles insunt.

Aer cur nequeat esse calidus vt ignis.

[d] lib. 12. c. 19 Vide lib. 4. cap. 9.

Aer cur flammam excitare nequeat in combustibili.

Aer non potest per antiperistasim accendere lucernas.

Aer cur possit animalium calorem concentratione augere.

Exanguia hieme caloris extinctione pati. [e] 1. Aphor. com. 15.

Aer subterraneus frigidior nostrati cur sit.

[f] 1. meteor. tum. 4. c. 1. Fontium origo vt fiat.

Soluuntur argumenta superioris opinionis, & primum ostendendo, etsi ab aqua valeat quid inflammari per antiperistasim appellatam, nil tamen vlla ratione ab aere accendi posse: vbi antiperistasis natura explicatur; & ratio, qua ignem procreet. Cap. X X.

QVæ vero in superioris opinionis confirmationem afferebantur argumenta, ea nobis rem sic se habere nõ persuadebunt, si vim eorumdem perscrutemur intimius; nam omnia illa falso nituntur fundamento, aeri nempe vim inesse accendendi combustibilia. Quod enim primum de aqua proponitur, nimirum si aqua vires, ac potestatem habeat inflammandi quidpiam; ergo & aeri eamdem facultatem inesse de-

debere: at quum ſæpenumero videamus in aquis combuſtilia tum flammam in ſe concipere, tum pertinacius etiam conflagrare: vt calci euenire certum eſt, lapidi Thracio, qui & Spinus appellatur, asbeſto, alijsque plurimis artificioſis; nihil plane mirum ſi & aeri concedatur vis igniendi aliquod combuſtibile; ac eo magis, quam aquæ; quo aer ſua natura calidus eſt; aquis autem a natura ineſt nulla caliditas, ſed ſumma, ſeu mera frigiditas: hoc inquam argumentum diluitur negata conſequentia; nam concedentes aquam poſſe accendere aliqua per antiperiſtaſim; negamus ab aere poſſe quid vlla ratione inflammari; quoniam aqua, vt quæ tota diametro igni opponitur; & craſſioris eſt, denſiorisque ſubſtantiæ; vbi proportionatum combuſtibile receperit, circumobſederitque a prædominio igneum, ſua frigiditate, naturaq; contraria exhalationes igneas de combuſtibili halare ſolitas, caloremque illius halituoſæ ſubſtantiæ nixum a partibus extimis ad intimas compellens, ſua craſſitudine concentratorum halituum calidorum exitum impedit; ac tunc forti, vehementique antiperiſtaſi calor ille in anguſto coactus loco maiores acquirit ſibi vires, igneusque redditus in multis illis feruidis exhalationibus concentratis, concentratione coaceruatis in vnum: vnde flamma exoritur ardens reſiduum combuſtibile: Ab ambientis enim contrariæ aquæ viribus fugatæ partes igneæ miſti exhalationibus contentæ, atq; innixæ, ad centrum; & quaſi ab alijs eiuſdem miſti elementis, quibus temperabantur, ſegregatæ, in eoque miſto in portiunculam ſimplicis ignis redactæ, viribus auctæ, nouo impetu facto reliquas in miſto elementorum partes ſibi aduerſas hoſtiliter inuadentes, vltrici flamma graſſantes omnia complent, priſtinam fugam victoria, more Parthico, redimentes: Ita ſane ab aqua poteſt calx, & gypſum etiam, [g] Theophraſti obſeruatione, inflammari: ſic & a ſputo lapis Thracius, & quivis alius arte factus accendi: Sed de calcis ab aquis accenſione diſſerumus etiam in libris *De Spontaneo viuentium ortu* [h] nuper inuulgatis. At vero nihil penitus ab aere flammam concipere valet; quippe aer ex ſe calidus eſt remiſſiori calore, ac ſubſtantia rara, fluxili, mollique: quare qua calidus eſt, ideo nequit per antiperiſtaſim, vt aqua, ignire, & accendere quidquam; ſiquidem a ſola contrarij circumobſiſtentia per antiperiſtaſim res igniuntur; qua vero aer calorem obtinet imbecillum, proinde non valet ignem ſe longe calidiorem directe, hoc eſt ſine antiperiſtaſi procreare; nil enim agere poteſt vltra ſuas vires: qua demum aer mollem, ſeu raram, fluxilemque ſubſtantiam obtinuit, propterea nequit fomitem in lucerna quieſcentem atterere, attritioneque ipſum inflammare; motus enim attritionis calorem gignẽs igneum, Ariſt. [i] doctore, ac experimento cõprobatore, eſt vel motus corporis ſolidi, conſiſtentisque, vel motus radiorũ directorum Solis in reflexione celerrime multiplicatorum. Sin autem ab externo aliquo agente frigiditatem aduentitiam nanciſcatur aer; illam ob ſuæ ſubſtantiæ naturalem raritatem, mollitiemque, non adeo efficacem ſortitur, qua miſti partes igneas, exhalationesve calidiores, atque ideo calorem ipſum ijs innixum concentrare valeat ad ignem procreandum, flammamque, ac ardorem vllum excitandum. Si etiam adeo frigidus, vndecumque id illi contingat, eſſe ponatur aer, vt primo impetu miſti calorem, igneasque illius exhalationes concentrare poſſit; non poterit ille tamen, ob ſuæ ſubſtantiæ raritatem, atque mollitiem, prohibere citum caloris refluxum ad partes miſti exteriores, effluxumque a toto miſto, antequam in eius centro vires igneas conceperit: ſic certe ab aeris hiberni frigore ad intima terræ viſcera calor de ſoli ſuperficie propellitur; vbi vegetior euadit; ſed tamen inde non effluit ignis, etſi exeant puteorum aquæ longe calidiores, quam æſtate: conſimiliter [k] Hippocrati animalium viſcera, ob concentrationem ſpirituum influentium, prohibitamque liberam exhalationum calidarum euaporationem a toto corporis habitu, hieme calidiora ſunt, quam æſtate; non tamen inde vllus vmquam emicat ignis ab aere ſolo frigiditate aduentitia per concentrationem illam excitatus; quoniam aſſidue ſemper, & hieme ſpeciatim, cum de terra exhalationes igneæ attollun-

tur;

Spinus idem eſt cum lapide Thracio.

Aquis nulla caliditas ineſt.

Aqua frigida vt flammam accẽdere poſſit.

Antiperiſtaſis vt fiat.

Antiperiſtaſi vt citetur ignis.

Victoria Parthica.

Gypſum accẽditur aquis.

[g] lib. de lapidib. in f.

[b] lib. 2. c. 30.

Ab aere cur nil flammam concipere poteſt.

Antiperiſtaſis cur ab aere fieri nequeat.

Aeris qualitates ſecundæ quæ.

Motus qui calorem igneum gignat.

[i] 2. cæl. t. 42. 1. meteor. ſu. 1. c. 4.

Frigiditas aeris cur calorẽ miſti adeo cõcentrare nequeat, vt in igneum mutet.

Aquæ puteorum cur hieme calidæ.

[k] 1. Aphor. 15.

tur; tum etiam de animalium corporibus exeunt per expirationem manifestam, & per occultam quoque transpirationem; & siquidem non tantæ, vt æstiuo tempore; tantæ tamen, vt concentratas igneam naturam adipisci non patiantur: Antiperistasis enim ignem de misto procreans per frigidi circumobsistentiam talis est, vt omnino circumobsessa caliditas exitum non habeat vllum anteaquam igneam naturam adepta per contrarium suum violenter sibi præparet, & aperiat iter: sic exhalatio fumida intra nubem ab aqueo vapore frigido circumobsessa nubē disrumpens non penetrat, ex eoque non egreditur, nisi vbi commutata fuerit in ignem fulguris, fulminisve. Quin ex Theophrasto in suo libro de Igne frigiditas aeris ignem non gignit; sed efficit vt ignis, & calor magis vigeat, sitque actuosior; „ Quæ cremantur inquiens citius deflagrare hieme quam æstate; imbecilliorem enim ignem reddit æstas; vt & Sol, „ & ignis ipse lumen: at hiems, & ambiens „ aeris horror colligunt; quicquid autem „ collectum est, corroboratur: Quocirca „ & in lucernis lumen clarius lucet: in totum consociata, & collecta potestas „ omnis corroboratur, ponderis more, „ quod maius redditur. Multa eiusdem „ generis a calore asciscere licet, verbi „ gratia, vnctorum sudationes, & balnearia hieme, quam vere, aquilone quam „ austro calidiora sunt. Sed numquam tamen ab aeris frigiditate ignem procreari monet Aristotelis alumnus. Deinde vero aer ob sui mollitiem combustibilia in lucernis quiescentia non potest atterere, atque attritione vllam inde flammam nouiter excutere, vt nuper explicauimus. Sed quando lucernæ in apertione vetustissimorum sepulchrorum ardentes visæ, aliæ compertæ sunt æstate in aere calido, aliæ hieme in frigido, aliæ vere, & autumno in tepido; ac rursum aliæ in aere quiescente, aliæ in agitato a ventis; iam non omnes accendi potuerunt ab externo aere apertum tumulum ingrediente, neque vt frigido per antiperistasim; neque vt calido, ceu a caussa vniuoca; neque per motum attritionis seorsum; neque ab omnibus his caussis quomodocumque copulatis, ob rationes nuper allatas.

Antiperistasis ignem procreans qualis esse debeat.

Fulgura vt fiant in nubibus.

Aer cur non atterat combustibilia.

Lucernæ cur ab aere accendi nequiuerint.

A *Combustibilia, quæ a Solis radijs accendantur, ab aere non inflammari, sed ab igne: vbi de radiorum essentia, & de modo, quo ignem producunt. Cap. XXI.*

SVbtilius adhuc argumentum est, quod postea proponebatur, de combustione rerum a radijs solaribus; qui nil aliud esse dicuntur; quam aer illuminatus: Hoc tamen argumento non conuincitur intentum. Negamus enim radios solares nihil esse aliud, quam aeris illuminati portiones; quia radij re vera sunt aut lumen; quod est forma perspicui ex [a] Aristotele; aut si placet etiam, perspicuum illuminatum: hoc autem perspicuum eidem [b] Aristoteli non est aer; sed natura quædam communis aeri, aquæ, cælo, crystallo, & multis alijs, ac speciatim igni: radij vero Solis, qui reflexione vel a crystallo, vel ab alio corpore denso multiplicati proxime accendere tum alia combustibilia, tum etiam mappalia possunt, mantiliaque quantumvis candida; Vidi enim ego ipse Genuæ in paterna domo super mensa crystallinam amphoram aqua plenam receptis, refractis, reflexisque Solis æstiui radijs meridianis lineam mappam candidissimam stratam combussisse, vt proinde a radijs illis nec sit etiam candor illæsus; quicquid vulgo fama persuaserit: radij solares inquam isti reflexi, & combustibilia deurentes, non sunt portiones aeris illuminati, nec aquæ, nec cæli; sed puræ sunt, puræque portiones ignis ex aere recens procreati; quoniam in aere si fuerint corpora solida, & læuia reflectentia, & multiplicantia quomodocumque aliter solares radios in se admissos; quando in tali multiplicatione oportet aerem ad minima diuidi, vt vnicuique radio subiectum numero distinctum detur, variumque a subiecto alterius cuiusque radij; nam plura eiusdem speciei accidentia in eodem numero subiecto formaliter consistere nequeunt; siquidem numero dissident inter se accidentia eiusdem speciei ad subiecti distinctionem; nam quorum vna est materia numero, non quidem remota solum, sed proxima, & immediata, ea omnia vnum numero esse decreuit Aristoteles: [c] radij vero solares accidentia sunt in eadem specie inter se solo nu-

Radij nō sunt partes aeris illuminati.

Quid sint.

[a] 2. de an. t. 69.

[b] 2. de an. t. 68.

Perspicuum quid proprie sit.

Crystallum vt radijs reflexis vrat.

Candor illæsus non est a radiorum reflexu.

Radij reflexi vt ignem procreent.

Accidentia duo eiusdem speciei cur esse nequeant in eodem subiecto.

Vide lib. 4. cap. 32.

Vnum numero sunt, quorum est vna materia numero, non remota, sed proxima.

[c] meta. t. 12.

Radij sunt accidentia eiusdem speciei. Vide lib. 4. cap. 10.

numero dissidentia; Vnde fit vt in multiplicatione radiorum subiectus aer atteratur; & attritione, diuisioneque ad minutissimas partes amittat natiuam sibi humiditatem, qua tamquam glutine quodam partes eius in vnum corpus continuum connectebantur: Amittens autem humiditatem aer, & eius loco non valens nisi contrariam siccitatem contrahere; nam motus quilibet inter contraria fit: Siccitatem acquirens aer [d] Aristoteli euadit ignis: Atque hic est ignis ille, qui per multiplicatos radios ex aere genitus quamuis ob raritatem summam ex se inuisibilis, mantilia, mappas, escam, & alia quæcumque vrit combustibilia, inflammatque inflammabilia: Sed quia vulgus ignem hunc in aeris attriti materia rara, vt nec in propria sphæra, minime cernit; cernit autem lumen radiorum visile; ideo combustionem opinatur, & ait fieri proxime a Solis radijs, quum vere fiat immediate ab igne genito ex aeris partibus attritis, & exsiccatis per multiplicationem radiorum, vt fusius ostendimus in libris *De* [e] *Vita*. Non ergo aer vrit, accenditve combustilia, quæ a Solis radijs in reflexione multiplicatis accendi, & inflammari dicũtur: sed ea comburit ignis nouus, in quem mutatus est aer. Deinde vero etiam ex ijs, quæ dudum in opere [f] *De spontaneo viuentium ortu* constituimus, apertissime constat aerem a radijs solaribus in reflexione multiplicatis summam acquirere, ac vltimam dispositionem ad induendum igneam naturam: eam vero ignis naturam, essentialemque formam sortiri ab igne delitescente in quocumque misto, quod in eo aere insit, siue sit mole sua euidenti conspicuum, ac ipsummet combustibile, siue sub atomorum specie vulgus lateat, volitare visum in radijs illustrioribus: a quo igne ignitus, & accensus est aer in nouum ignem oculis quidem occultum, atque adspectui inadspectabilem, ob nimiam substantiæ suæ raritatem, ac tenuitatem: tactui tamen perceptibilem euidentissime, ob sui maximam caliditatem. A quo sane igne nouo res aduersæ radijs facile inflammantur, & concepta flamma etiam deuruntur. Nec mirum sit ab ignea portione misti combustibilis in aere radijs oppositi, aeris attriti, summeque ad ignem dispositi portiones, ignis nouam formam acquirere, ignemque fieri nouum, qui postea combustibile totum incendat: quoniam in materiam dispositissimam agens debile formam suæ consimilem facillime producit, vt eo loco latius explicauimus. Verum quoniam in apertione monumentorum antiquissimorum, in quibus ardentes lucernæ compertæ sunt, non vbique, ac fortasse nusquam fuit aer iste radiorum solarium reflexione, multiplicationeve attritus, attritioneq; redditus aptissimus, cui præsentis cuiusque misti pars ignea, quantumvis viribus eneruata, ignis formam, & naturam conciliaret; nam pleraque huiusmodi sepulchra in locis subterraneis inuenta fuerunt: propterea constituere minime debemus in lucernis ab antiquorum solertia intra sepulturas olim reconditis flammam tunc primum accensam fuisse, & non aliunde, quam ab aere nouiter ingrediente, quando sepulchra illa paucis ab hinc annis aperiebantur: vt cum Gaitherio censent plerique viri Clarissimi.

Motus omnis inter contraria fit. [d] 2. de gen. t. 22. & seqq.

Ignis ex aere ortus cur sit inuisibilis.

Ignem a radijs non vere ortum cur vulgus ab eis ortum putet.

[e] lib. 4. c. 34. Aer per radios non vrit, sed ignis ex aere genitus in radijs reflexis.

[f] li. 1. c. 107 lib. 3. cap. 48. Ignis ex aere non fit proprie a radijs, sed solum dispoſitiue,

Ignis in radiorum reflexu vt fiat ab igne præexistente, ac præsente.

Ignis qui possit esse inuisibilis, & tactibilis.

In materiam dispositissimã agens debile formam procreat.

Vnde ortum habuerit spectaculum flammæ de sepulchro recens aperto mirabiliter exeuntis. Cap. XXII.

QVod autem posterius obijcitur de flamma, quæ inter sepeliendum mortuum ex monumento aperto visa est exilire, id etiam non ostendit aeri vim vllam esse flammarum procreatricem; quandoquidem non ita nude, vt dicitur, ad apertionem sepulturæ, inde flamma emicuit illico viso aere; quasi vapor, aut aliud quidpiam intra tumulum solo externi aeris contactu ignem conceperit: sed spectaculum istud hinc suam causam, originemque habuit, quod curiosus quidam e circumstantibus intra sepulchrum ardentis cerei flãmam quum protendisset, vt eo lumine quid in conditorio reconditum esset prospicere posset; illud euenit, vt a flamma candelæ intrusæ accenderentur vapores multi pingues; qui e dissolutis putredine cadaueribus antea elati vniuersam monumenti capacitatem forte replebant; quibus ostio sepulchri concluso prius non patuit aditus ad aera:

Vapores multi pingues in sepulchris.

ra: sic autem igniti vapores illi foras ex monumento in flammam prosiliere, magna cum vulgi adstantis admiratione, ac pari cum eiusdem horrore. Nisi etiam dicamus in eo tumulo (quod sæpe in latrinis, cloacisque putridorum corporum exceptioni destinatis euenire compertissimum est) fuisse magnam salnitri copiam parietibus adnatam; quę ab igne intrusi cerei accensa foras in flammam exiuerit: scio enim, quum homuncio quidam huic arti sordidæ operam nauans ingressus esset domesticam cloacam, vt eam plenam repurgaret, secumque per cæcos latrinæ meatus ad noscendum securum iter lucernam ardentem intulisset, eum breui progressum lucernæ flammula in vberem salnitri aceruum inducta flammam accendisse maximam, qua semiustus, ac semianimis fere suffocatus animam efflasset, ni statim a socijs incendium adspicientibus e cloaca eductus fuisset: qui multos inde menses ægritudinem passus, tandem sanitati restitutus ad eamdem artem redire non dubitauit, & rem mihi ex ordine totam narrauit, dum in consimilem cloacam Patauij descensurus, lucernam secum ferre per subterraneas tenebras recusaret.

Salnitri copia vbi.

Historia.

Pisani spectaculi de igne prosiliente ex ventriculo cadaueris inter manus Anatomici explicatio. Cap. XXIII.

ID etiam, quod in dissectione ventriculi Pisis contigisse scribitur, consimilem habet priori caussam, & originem a pingui vapore per ardētem candelam accenso; nam in dissecando illo ventriculo Scholaris Anatomiæ Præfectus (vt moris est in Theatro Pisano) candelam ceream accensam in manibus habens prope locum dissectionis, illius igne flatum, halitumque pinguem e disciisso stomacho egredientem inflammauit; nempe valde pinguis vapor aliquis illi flatui copulatus a propinquo igne candelæ tactus, illico in flammam conuersus est; quæ ob rei nouitatem inexpectata magnam adstantibus admirationem præbuit. Quam fere explicationem tunc etiam proposito adhibuit insignis Philosophus Franciscus Bonamicus illi spectaculo præsens; vt apertissime constat ex litteris altero hinc lustro ad me de proposito rogantem ab Anatomico Ioanne Ruschio datis; cui ventriculum illum dissecanti portentum huiusmodi accidit; quæ litteræ Viri Excellentissimi sic habent ad verbum,

Ignis vt emicuerit e ventriculo cadaueris.

Fortunio Liceto in Patauina Schola Philosopho primario Ioannes Ruschius in Pisano Gymnasio Anatomiæ professor. S. P. D.

Gratissimis litteris tuis, datis sub die 29. mensis proxime præteriti respondebo seriem facti puram enarrans. Potuit Excellentia tua & a me, & a multis audiuisse Anno Domini M D XCVII. in theatro nostro dum dissecarem ventriculum cuiusdam mulieris, qui repletus erat multo flatu; quum muliercula quatuor dies absque assumptione alimenti ob desperationem transilijsset; post obitum illius cadauer adeo tumidum habuit imum ventrem, vt populus diceret eam esse prægnantem; sed tumor ille fuit ob flatuum copiam: Et dum inciderem tunicas ventriculi, eum tenens manu sinistra satis arcte, ipsumque turgidum, ac durum ea parte reddens; iam sublata prima tunica peritonei communi, & duarum propriarum dissecta carnosiori externa, dum gladiolo punctim perforarem interuam, repente, ac inopinato foras exijt a facto foramine flamma cum strepitu perdurans continue per temporis spacium notatu dignum, vt id esset, quo cito ter dicitur, videte, videte, vide. Assistentibus ostentum id fuit admirationi, & mihi metum incussit res ita inexpectata, & noua. Color illius flammæ fuit vt picis græcę, aut sulphuris ardentis, flauus ad viridem inclinans, non tamen inde mihi notatus fuit odor vllus. Excellentissimus Dominus Bonamicus præsens inter multos Philosophos, & Medicos statim asseruit fuisse siccam exhalationem; quæ facto foramine angustissimo impellebatur a mea sinistra manu stringente, comprimenteq; apprehensum ventriculum; & accensam fuisse ab ardente candela, quæ proxima splendido igne fulgebat, a Scholare Anatomię præfecto detenta, vt scit Excellentia tua esse in more positum: Memini me repente caput erexisse, atque in hæc verba prorupisse, quid domine hoc erit?

Historia mira.

Ieiunio venter cur intumuerit.

Ventriculus cadaueris vt ignem halauerit.

Et

„ Et certe res inopinata, metusque in
„ cauſſa fuere, vt ego manum ſiniſtram
„ aperirem ſtomachum defunctæ relin-
„ quens; nam ſecus flamma diutius per-
„ duraſſet. Et hoc illud eſt, quod eo tem-
„ pore contigit: Huiusque oſtenti men-
„ tionem feci in meis obſeruationibus;
„ vnde hodie deſumpſi hoc, quod Excel-
„ lentiæ tuæ ſcribo. Cui ſi alia quauis in
„ re ſeruire valeo, certo ſcias te a me vni-
„ ce diligi, & mihi libere poſſe imperare.
„ Ac niſi tam prouecta eſsem ætate, ſpe-
„ rarem aliquando te frui. Deus opti-
„ mus permittat euenire quod melius eſt,
„ & comitetur omne tuum deſiderium
„ ſua ſancta gratia. Piſis decima die Maij
„ M D C X I. Hæc nobilis Anatomicus.
Qua quidem in re non ita facile dede-
rim acutiſſimo Bonamico flatum illum
accenſum, fuiſse abſolute ſiccam exha-
lationem; nam ſic halitus ex ore pro-
diens, & ventus quilibet per aera vagus
impingens in ardentem quamcumque
flammam, ab ea ſimiliter accenderetur;
quod experimento minime reſpondet:
Quare crediderim potius eum fuiſse
pinguem quemdam vaporem facile in-
flammabilem, ſeu ſolitarium, ſeu etiam
exhalationi ſiccæ copulatum: Quod &
ea coniectura ſatis aperte comprobare
videtur, quod in ventriculum mulieris
quatriduum totum ab omni cibo, potu-
que abſtinentis violentia famis attra-
ctum fuiſse veriſimile eſt multum colli-
quati adipis, ac pinguedinis ab vniuer-
ſo corpore: nam fame vigente de ſen-
tentia doctiſſimi Bonamici, [a] alibi a
nobis explicata, ſtomachum tandem
trahere ſuſque deque a toto corporis
habitu ſuccum, qui morſui ſuctus in ore
ventriculi medeatur, nouum non eſt:
& in diuturna inedia primum adipes
conſumi, & a calore colliquari, vetus
eſt. Ceterum etſi nos in opere *De his
qui diu ſine alimento viuunt* [b] Bonami-
co non conceſſerimus in abſtinentibus
colliquationes partium omnium ad vē-
triculum confluere ceſſuras in nouum
alimentum corporis: non negauimus
tamen ad ſtomachum famelicum trahi
poſſe vapores aliquos pingues, in quos
agens calor debilis flatum procreet ha-
litu pingui refertum. Nec omittam in
propoſito Piſani ſpectaculi ſimile quid
contigiſſe Chirurgo amico meo, qui

Halitus facile inflammabilis non eſt exhalatio ſicca, ſed vapor pinguis

Ieiunio longo quid in ventriculum trahatur.

[a] 1. de alim. cap. 5. 6. 7. 12. 39. 3. de alim. c. 50 & 58.

[b] 2. de his qui diu ſine al. viu. c. 151. & ſeqq.

A dum candenti ferro excreſcentias car-
nis adoleſcenti cuidam ſuccubo circa
podicem inureret, flatus ex ano in fer-
rum ignitum irrumpens flammam re-
pente concepit non ſine adſiſtentium
admiratione, ac Medicorum riſu multo
maiori, quam apud Iuuenalem, cui[c]
„ ---------- *podice leui*
„ *Cęduntur tumidæ Medico ridēte mariſcæ.*
nempe flatus ille admiſtum habuit va-
porem pinguem vel ex adipe, quo in-
B trinſecus inteſtina craſſa conueſtiuntur,
ac ſpeciatim rectum in ſua parte poſtre-
ma; comportatum: vel ex pinguedine
ſubcutanea igniti ferri aduſtione ſtatim
excitatum, probationemque perhibet
M. Albertus [d] inquiens, *Tale quid vide-
re eſt in ventoſitate ſicca egrediente de
ventre hominis; hæc enim ſi per pannum
ſubtilem emittatur, & candela adhibea-
tur, tota inflammatur flamma lata & di-
ſperſa:* & alibi ſcribens: *Sunt autem qui-
C dam, qui capita lauantes cum aqua calida
& acuta, ſiue lixiuio, & radentes pilos
capitis, & quum extergunt capita ſua pan-
no aſpero, euolant de capite ſcintillæ; quæ
profecto ſunt partes terræ, in quibus ignis
natura eſt micans per modum dictum.
Huius autem cauſſa eſt quare ſcintillans
eſt etiam aqua maris fortiter mota; quia
ſcilicet partes ſalis combuſtæ multæ ſunt
in ea, in quarum ſuperficie eſt ignis mi-
cans.* Ita ſane conſimile ſpectaculum
habeas ad libitum, ſi aqua vitæ nuncu-
D pata vas repletum inflammaueris: & in
aliqua capſula repoſueris, ne fumus
exeat: poſt multas horas aperta capſa,
nihil plane viſui occurret; ſed intromiſ-
ſo ardente cereo, ſtatim ob tenuitatem
fumus ille inuiſibilis ex ardente aqua
combuſta ſublatus ignem concipiet, in
ardentemq; flammam ſe ſe circumſtan-
tibus in conſpectum dabit, potiſſimum
noctu in thalamo non nimium illuſtra-
to. Hinc ergo non colligitur vllum com-
E buſtibile ab aere poſſe inflammari.

*Vaſa Chymica diu procul ab igne ſeruata,
qua ratione, dum tandem aperiuntur,
flammas euomant, ſi non accendantur
ab aere. Cap. XXIV.*

QVod vlterius ex Neapolitano Por
ta de Chymicis ollis affertur, eam
non habet cauſſam, vt materia in illis
tam-

Hiſtoria ridicula.

[c] Satyr. 2.

Inteſtina quæ ſint adipe referta.

[d] 3 meteo. tr. 3. c. 4.

2. de an. trg. c. 12.

Ludicra flamma.

tamdiu incluſa viſo externo aere ignẽ A conceperit; quod aſſerunt viri præclari: ſed quia in putrefactione cuiuſque miſti elementa ſegregantur ab inuicem, & ad ſuam quæque regionem cõmeant: ignis ad æthera, terra deorſum, humor ad aquam, & aer ad ambientem aerem: ſi ergo quapiam ex cauſſa contigerit, vt ignis a reliquis elementis ſeparatus aliquem vaporem oleaginoſum, fumumve pinguem ſibi commiſtum habuerit, in flammam conuerſus euadit B viſui conſpicuus: delituit autem in ollis illis non ignis tamdiu, ſed poſt multum tempus in fine putrefactionis ſenſim factæ genitus paullo antea, quam vas aperiretur, & demum qua data porta foras erupit emicans in flammam. Et ſane vt ſub cineribus diu viuidus ignis conſeruari poteſt, quia procul ab eo arcent externas iniurias; ita profecto etiam intra illa vaſa concluſus ignis illibatus diutule contineri valuit, conſeruarique rutilus inter illos craſſiuſculos vapores, velut inter cineres: nam contenta in ijs ollis vſtibilia eius naturæ fuiſſe, vt ignea quum eſſent a prædominio pleraque, per diſſolutionem in magnam fumidæ, craſſiorisque exhalationis vbertatem abierint, compertiſſimum habemus. Quod inſuper de lini oleo ignito & pãnis cooperto adijcitur, non eſt etiam explicatu difficile: recluſo etenim vaſe flamma exiliuit, non quidem quam de no- D uo aer exterior excitauerit, vt cenſent viri præclari: ſed vetus, quæ a pannis fere ſuffocata impediebatur aſcendere; interim ſub fumida exhalatione, veluti ſub cinere focus, diutule conſeruata. Niſi etiam dicamus eiuſmodi flammam a veſtium impoſitu perſpiratione priuatam, non quidem omnino ſuffocatam, extinctamque fuiſſe: at ſolum maxime labefactatam, vt intermortua videretur: ſtatim tamen amoto impedimento priſtinas recuperaſſe vires, ac veluti E reuiuiſcentem denuo emicuiſſe: non alia ratione ac eueniat calori exãguium animalium, qui ab ambientis frigore hieme quaſi extinctus torpet in ijs ſemimortuis intra terræ viſcera delitescentibus: & abeunte frigore vernis diebus tepidioribus adoleſcit rurſus in vegetum, animantia ſua viuificans, motuens, enutriens more ſuo, fecundaque reddens: quod[a] Galenum minime latuit, nec [b] Ariſtotelem. Dicere vero nequeas calorem eorum animalium ab ambientis verni calore vegetari: quia veris initio, totoque medio vere non adhuc ineſt tantus calor in ambiente, quin vegetior ſit ille torpens in viuentibus animalibus; quum potius tepo- ris principium quam calor exiſtat tunc temporis in continente, vnde proxime frigus abierit. Sed & ipſe[c] Porta, cuius experimentis propriam ſententiam communire volunt inſignes viri, aperte illorum placitum eodem in loco demolitur, immediate propoſitis antea ſubiungens, Sed huic opinioni, ponenti ſcilicet lucernas in aperitione veterum ſepulchrorum antea frigentes tum primum ab ingrediente nouo aere accendi, repugnat experientia; nam qui viderunt lucernam vitreo vaſe clauſam optime flammam retinere, & lucem emittere conſpexere; Quia ſecus ab aere nouo dum incipit accendi frigida lucerna, primo ſenſim diſponitur incaleſcens; deinde flammam debilem concipit, exiguamque lucem fumi caligine non deſtitutam; quæ vtraque deinceps adoleſcit in maiorem, viuidiorem, ſplendidioremque naturam: Quod non ſemel obſeruauimus, dum radijs reflexis a concauo ſpeculo ſtuppam, eſcam, & alia id generis inflammaremus: quum tamen aer a radijs in reflexione multiplicatis igneam naturam adeptus longe citius, quam aer vulgaris combuſtibilia quæque accendere debeat. Non ergo ex propoſitis a Porta experimentis habent viri doctiſſimi, ab aere quidquam inflammari poſſe, ac lucernas veterum detectas illico accendi.

[a] 1. aphor. com. 15.
[b] 2. de gen. t. 55. & ſeqq.
[c] 12. Mag. nat. c. 13.

Putrefactione miſti quid elementis accidat.

Flamma e vaſis chymicis diu frigidis vt prodierit.

Cineres diu ſeruãt ignem.

Flamma ſub fumo velut extincta.

Exanguia hieme quid patiantur.

Exanguium calor vere nõ ab aeris tepore vegetatur.

Ignis in frigida materia vt fiat ſenſim.

Diluitur argumentum deductum a lapidibus, qui ſaliua illiti, aquave, aut liquore quouis alio aſperſi flammas concipiunt: & ars eorum lapidum conſtituendi explicatur. Cap. XXV.

QVod prẽterea de lapide illo artificioſo afferebatur, qui ſputo illitus flammam [a] concipiat; id non oſtendit ab aere quidquam accendi poſſe; dicimus enim id a ſaliua ei lapidi contingere, quod ab aqua gypſo, & calci

[a] cap. 17. 20. Lapis vt ſaliua igniatur. Lapis inflammabilis ſputo vt conficiatur.

passim euenire notauimus: quam sane veritatem arguit apertissime calx eiusdem lapidis constitutioni necessaria: siquidem Libauio [b] tum nonnulli ex puluere pyrio, camphora, calce, asbesto, oleo laterum, & vini spiritu, adiecta mastiche concinnant lapidem sputo inflammabilem ad necessitates nocturnas: tum huius loci est ludicrum illud, quo flammam ex puteo emicare faciunt, impleta scilicet oui testa calce viua, & sulphure, vel caphura iniecta: tum etiam sulphur cum calce viua, oleoque lini, & gummi arabico, caphuraque commistum corpus ab aqua flammam trahit. Cardano [c] quoque lapis, qui saliua sponte accenditur, constat ex libris tribus calcis viuæ, picis græcæ vncijs tribus, & herculei lapidis vncia: coquuntur trita in olla fictili lateribus concluſa; inde sepelitur in oleo laurino per dies quindecim; inde seruatur in ficco. Hoc, inquit ille, minus habet veritatis, quia non semper accenditur: at nobis in proposito sat est ipsum aliquando accendi. Scaligero [d] Seniori similiter, hosti circulatorum maximo, ponitur ignis confectio, qui sputo accendatur; Recipit nempe olei sulphurini, laricini, cedrini, picis liquidæ ana vncias quatuordecim, salis petræ vncias sexdecim, salis ammoniaci, vitrioli, tartari calcinatorum ana vncias octo; magnetis calcinati, calcis viuæ ex silicibus fluuialibus ana semunciam; seui, adipis anatis ana vncias sex; aqua vitæ cooperta omnia sepeliuntur in equi ventre per menses tres, siue in equæ fætæ ventre; quarto quoque die conturbantur; tum igni decoquuntur quod abeat liquor, & remaneat fæx; ea, vase rupto, extrahitur, ac teritur. Hoc aspersa puluere si aqua perfundantur, igne concepto ardere ait vir sublimis. Langio [e] denique idipsum scribitur in hanc sententiam, Ignem aqua accendi artem, & pyrouales in testes adducamus, qui ex machinis æreis globos igniuomos eiaculantur in castra, & vrbes, pontes, & aquas; qui ex prædictis igne fomentis, pice nauali, græca, sulphure, tartaro (quem fæcem vini appellant, de qua sic alicub [f] Plinius, & fex vini siccata recipit ignes, ac sine alimento per se flagrat: cinis eius nitri naturam habet, easdemque vires; hoc amplius, quod pinguior sentitur) farcocolla, halinitro, naphtha, petrolei bitumine, addita duplo pondere calce viua, constant: De quibus, addito quoque asphalto, vna macceratis pilas fingunt, quæ spontaneis accenduntur imbribus; proiectæ in amnes ardent; pontes succendunt. Illius inuentionem M. Gracco acceptam ferunt; græcum quoque ignem appellant. Quibus certe misturis omnibus vt calx inest, cuius proprium est ab aqua inflammari, & accendi; sic alia ingredientia præstant, vt vndecumq; conceptum ardorem pertinaciter etiam in aquis retineant. Ceterum calx vt ab aqua frigida ex [g] Aristotele per antiperistasim accendi potest; sic ab aere flammam nulla ratione concipere valet; vt late superius ostendimus. Quod autem de Spino, seu Thracio lapide adducitur, quem [h] Galenus, [i] Plinius, [k] Dioscorides, [l] Theophrastus, & omnium instar vnus [m] Aristoteles asserit aqua resperſum conflagrare: licet [n] Nicander asseueret eumdem lapidem non ab aquis accendi; sed extra eas quomodocumque succensum, ab eis non extingui, sed etiam mersum ardere, his versiculis,

Vel tu Thraicium flāma succende lapillū,
Quem licet immergas, mersus tamen ardet in vndis;
Aſt oleo effuſo protinus restinguitur; ad nos
Thraicij hūc mittūt fluminis de litore Pōti.

Quod inquam de lapide Thracio, Maltha, & alijs rebus si quæ huiusmodi sunt vt ab aquis accendantur, dicebatur, ideo soluitur; quia talis flammæ ab aquis origo est per antiperistasim; nam ab [o] Aristotele didicimus a frigido quædam calefieri, quia illorum calorem expansum congregat ad centrum; qui contrarium fugiens in centro sui corporis coactus calor viuidior euadit; ac procreatiuus noui caloris in partibus antea relictis: quædam vero etiam a frigido vri, & accendi; quia frigiditas circumobsidens concentratam caliditatem, atque impediens quo minus genitum ab ea caloris gradum multiplicem in vlteriores partes diffundat, eum sibi vniens igneā naturam adipiscitur, qua subditum sibi corpus vrit, & inflammat: quæ omnia fuse [p] superius: Hæc autem ab aqua

calci

[b] lib. 3. epi. 37.

Flammam ex puteo micare vt facamus.

[c] 18. de subtil.

[d] Exerc. 13. art. 3.

[e] li. 2. epi. 52. Ars faciendi ignem, qui accēdatur aquis.

[f] lib. 14. c. 20. Vini fex p se ardet.

Tartari cinis habet naturam nitri.

Ignis græcus qui.

[g] 4. meteor. ium. 2. c. 2.

[h] 9. de simp. med. fac.
[i] lib. 33. c. 5.
[k] li. 5. c. 104.
[l] li. de lapid.
[m] de admir. aud. c. 110.
[n] in Theriacis.

[o] 4. meteor. ium. 2. c. 2.

Frigido vt quædam calefiant.

Frigido vt quędam vrantur, & accendantur.

[p] cap. 20.

calci accidunt, lapidique Thracio, quatenus aqua est frigida, & densioris substantiæ; frigore namque calorem sibi contrarium trudit, fugatque ad centrum calcis; densitate vero prohibet concentrati caloris refluxum ad partes calcis exteriores: Quod vtrumque præstant etiam stringentes digiti lapillo Pyrrhiti, de quo Dionysius Afer,

Calx vt aquis accendatur.

Vide lib. 8. cap. 39.

Nec non Pyrrhites, digitos qui strictus adurit.

Lapis vrens digitos.

Quorum neutrum efficit aer tum sua natura calidus, tum semper mollis, seu rarus, ac cedens; nam si quandoque aduentitia frigiditate calorem concentrare valet; numquam tamen ob inseparabilem a se raritatem, atque mollitiem, concentrati caloris refluxum, aut ab eo nouiter geniti effluxum prohibere potest. Quare nec inde habent viri eruditi, quo probent veterum lucernas in recludendis eorum tumulis ab aere accendi valuisse.

Aer cur nihil accendat vt aqua.

Puluis in extinctis quibusdam lucernis antiquorum residuus quam naturam habuerit. Cap. XXVI.

QVod vltimo loco de puluere in priscorum huiusmodi lucernis extinctis inuento adijciebatur; id certe non arguit in eis præextitisse huiusmodi misturam, quæ ab aeris externi contactu, coituque ignem conciperet; tum quia nō in omnibus lucernis priscorum puluis iste compertus est, quæcumque ardentes inter aperiendum sepulchra conspectæ fuere; tum quia non omnes lucernæ vetustæ viso aere illius puluer is beneficio succensæ sunt in tumulorum apertione; sed nonnullæ ipsum in aere aperto frigidum retinuere; tum quia id generis mistura, dum ab autore suo lucernis olim prima vice inderetur, necessario contactu aeris inflammata fuisset; seseque arrepto igne consumpsisset, anteaquam tumulus post tot annos aperiretur. Sed reuera puluis ille cinis erat combusti prius ellychnij; quotidie siquidem in lucernis nostris olearijs id experiri possumus, si accensę permittantur ardere; nempe demum consumpto penitus oleo, in ijs extinctis inueniemus residere cineres combusti ellychnij, cum terrena olei parte sub A specie puluer is. Nisi etiam dicamus eiusmodi puluerem forte fortuna in lucernam aliunde irrepsisse; scilicet vel a carie loci, vel in effossione, detectione, apertioneque sepulchri, vel quauis alia ratione; qui proinde aptus non est flammam concipere. Non est ergo vt ijs assentiamur, qui cum eruditissimo Gutherio statuunt reconditas antiquorum lucernas non arsisse in abscondito, sed in recludendis monumentis ab externi aeris contactu primum flammas concepisse.

Puluis in lucernis quid.

Vide infra cap. 47.

Quinta opinio Portæ Neapolitani statuentis propositarum lucernarum ignem Naturam tamdiu custodiuisse ob metum vacui. Cap. XXVII.

IO: Baptista Porta, vir euentuum in naturæ maiestate reconditorum solertissimus contemplator, in opere suo *De naturali magia* [a] duas de proposito sententias attulit, quæ hic sigillatim a nobis expendendæ sunt, quia subtiles, & ingeniosæ: Constituunt enim ambæ propositas lucernas a veteribus in sepulchris conditas fuisse primum ardentes, & in eis ignem semper arsisse per tot annorum longissimam seriem vsque ad nostram, patrumve nostrorum tempestatem, quando compertæ sunt in monumentis apertis. Prima quidem opinio huius admirabilis effectus caussam retulit in Naturæ vacuum fugientis necessitatem: Hoc pro rato, & firmo habendum est, inquit vir egregius, mirabilium caussam esse, vacuum non dari; & potius mundi machinam disrumpi, & omnia retrocedere, quam illud admitti possit: Vnde si flamma vitro clausa fuerit, spiramentis omnibus intercluſis, & si momento durauerit, perpetuo duraturam, nec extingui posſibile esse. Multa mirabilia hoc in libro declarata, multaque declarabuntur, quæ non aliam caussam habent: sed quomodo accendatur intus flamma, hoc opus, hic labor est: liquor subtilissimæ substantiæ sit oportet; & minimæ euaporationis; vnde & si clausa vitro introducitur, permanebit; quod speculis, igne, industria, & solertia facile fieri potest: non extinguetur; quum nullibi aer immitti possit repleturus ina-

[a] lib. 12. cap. 13.

Vacui metus multa mirabilia profert.

ne phialæ. Quam opinionem maxime communire videtur Nesidea Lucerna intra phialam vitream vndique clausam ardere comperta in vetustissimi sepulchri apertione; aliæque similiter intra murum conditæ, ac intra sepulturas profunde sub terra sitas collocatæ; ad quas nullus aeri externo patebat aditus.

Expenditur allata sententia, ostendendo non omnes, immo nullas Lucernas veterum ardentes conseruatas diutissime fuisse ob metum vacui, & non habuisse liquorem tenuis substantiæ, nec vllius euaporationis. Cap. XXVIII.

DOleo me hinc non percipere causam tam diuturnæ durationis flāmæ in reconditis antiquorum lucernis absque noui fomitis adiectione. In primis enim hac ratione deducta ex metu vacui, seu verius ex aeris externi exclusione, lucernis omnibus ab antiquo ardentibus satisfieri non potest; nam quæ subdio & Romæ, & Athenis, & apud Delphos integrum annum ardebant aeri aperto expositæ, vacui metum non imponebant: Quæ item in sepulchris, & in vrnis omnes, vna excepta Nesidea intra vitream phialam accensa, repertæ sunt, loca incolebant quoquo pacto externo aeri peruia; nec in vitreo vase vllas alias reconditas fuisse legimus; vt iam nullus eximio viro ad earum ignis extinctionem vacui metus esse debeat: aere per poros terræ; fictiliumque vrnarum meatus, vel nostro visui minime patentes, non difficile permeante. Licet ergo vacui fuga sit admirabilium plurimorum euentuum causa in Natura rerum; eius tamen effectus causa non est, cuius modo rationem quærimus, nempe durationis diuturnissimæ flammæ in reconditis antiquorum lucernis. Immo vero etsi disputationi demus lucernas intra vitreā phialam sigillo hermetico posse adeo concludi exardentes, vt exterior aer nulla ratione ad eas ingredi valeat; non tamen inde habebit vir eximius lucernas illas iugem seruaturas esse sibi flammam ob metum vacui; nam si flamma consumit vel subiectum fomitem, vel ambientem aerem, profecto eas substantias non annihilat; vt proinde locus ab ijs pridem occupatus debeat remanere vacuus; sed eas resoluit in rariorem materiam; atque adeo fomitem in exhalationem seu fumidam, seu vaporosam; & aerem in ignem: quibus ampliorem locum expostulantibus, tantum abest, vt vllus ingruat vacui metus; quod potius nimia plenitudo, penetratioque corporum contingere debeat; quam vt euitet Natura, illam non minus, quam vacuum, abhorrens, statim flammam extinguit, eam suffocans exuperante fumo. Minus illud accipimus, huiusmodi lucernarum liquorem esse oportere subtilissimæ substantiæ, tum quia quæ in plane regio illo Excellentissimi Aldrouandi præceptoris Musæo a me sæpius visæ fuerunt, omnes illitæ sunt, ac sordidæ liquore viscidi, tenacissimique bituminis corpulentiam, consistentiamque obtinente: tum quia quāto subtilior est humor, tanto facilius ab igne in fumum, & ignem transmutabitur; minusque agenti flammulæ resistet; vnde cito & humore combusto, ad fomitis consumptionē flamma ignis extinguetur; & ab exhalationis copia ignis ardens in angusto, & concluso loco suffocabitur: tum etiam, quia lapis asbestinus, amiantum, aurum, & alia corpora huiusmodi, quæ incombustibilia igne concepto ardent sine sui consumptione, singula crassissimam habent substantiam. Minime recipere possumus in huiusmodi lucernis intra vas imperuium penitus reconditis liquorem esse debere minimæ alicuius euaporationis: quoniam in vase vitreo aeri nulla ex parte peruio si claudatur exardēs flamma in materia exiguæ quantumvis euaporationis; iam necessariū erit post paruum temporis interuallum flammulam ab euaporationibus ampliorem sibi locum postulantibus omnino suffocari; alioquin corporum vetitam Naturę penetrationem inuecturis; vt nuper obseruauimus. Potius ergo dicendum erat in vitreo vase flammulam ardentem niti humore tum crassiori; quo ignium violentiæ diutius resistere valeret: tum nullius omnino euaporationis, ne ab ea in occluso loco suffocaretur.

Vacui fuga non est causa durationis lucernarum.

Flamma consumendo non annihilat.

Ignis resoluit combustibilia in rariorem substantiam.

Penetrationē corporum Natura euitans miranda facit.

Lucernarum liquor nō fuit subtilissimus.

Humor subtilior facilius ab igne consumitur.

Ignis in angusto vnde suffocetur.

Natura non patitur corporum penetrationem.

Vide lib. 4. cap. 22.

Diluun-

Diluuntur argumenta Portæ, ostendendo tum ardentes ab antiquo tempore lucernas non omnes locum aeri externo inuium habuisse: tum flammam in tali loco clausam, si momento, aut breui tempore maneat, diutissime, aut perpetuo non duraturam: tum aeris ingressum ad inanem locum replendum non requiri.

Cap. XXIX.

NEc sane rationes, quibus eximij viri sententia communitur, eam mihi persuadere poterunt: Quod etenim primo affertur, si flamma vitro clausa fuerit, spiramentis omnibus intercluſis, si momento durauerit, ne detur vacuum, eam perpetuo duraturam; nec extingui posse; quum nullibi aer immitti valeat repleturus inane phialę; id argumentum multifariam eliditur: in primis enim supponit lucernas omnes ab antiquo latenter ardentes ad vnam in vitreo vase, vel alio consimili aeris corpulentiæ non peruio conditas fuisse; quod tamen vni soli Nesideæ contigit; alijs omnibus intra vrnas fictiles, easque vitro nec intrinsecus, nec extrinsecus illitas; aut intra terræ caueas; aut intra sepulturas cum per occultos poros, tum etiam per cæcas rimulas aeri externo peruias, olim reconditis. Deinde vero etiamsi demus lucernam ardentem in vase vitreo per temporis interuallum notabile, ne dum per momentum insensibile, permanere: negamus ideo in tali vase ardentem flāmam perpetuo, aut diutissime permansuram: quandoquidem aeris intra phialæ capacitatem comprehensi ea natura, & conditio est, vt condensari valeat aliquantisper, & cogi, locumque cedere alieno corpori: Quare si materies ardens fuerit intra phialam minimæ pauciſſimæque exhalationis (qualem esse reconditarum ab antiquo tempore semper ardentium lucernarum liquorem asserit vir egregius, quocum disputamus) iam exhalatio illa per notabile spacium temporis occupabit locum, quem sibi cedit aer intra phialam coactus, & condensatus: sed sensim ex ardente fomite prodiens exhalatio, vbi tandem ad magnam molem deuenerit, quæ locum ampliorem sibi postulet, quam ille sit, quem aer intra suæ crassitudinis, & naturæ terminos consistens illi concedere valeat, tunc necessarium est, ne detur corporum penetratio aut phialam disrumpi; quo aeri, exhalatione foras pateat exitus; aut potius ignis flammam suffocari (quod facto facilius est) quo non amplius generetur exhalatio noua. Deinceps autem non ideo non extinguitur ignis lucernæ in phiala, quia nullibi aer immitti possit repleturus inane phialæ; quod placuit viro insigni; quoniam quem locum amittit flamma, dum extinctione sui cogitur in exiliorem molem; eumdem protinus occupat cum exhalatio ex ambusto fomite nata; tum etiam ab ardente igne rarefactus aer intra phialam comprehensus: Quod eo facilius contingere potuit, quo flammulæ locus in phiala perexiguus extitit: Quinimmo illa eadem exhalatio de combustibili ardente sublata, vt sibi locum in phiala pararet, flammulam extinxit, extinctione illam cogens in minorem corpulentiam, cui locus exilior sufficere debeat: cuius plane rei clarum habeas in medicis cucurbitulis ægrotanti corpori affixis experimentum: in quibus exortus e flamma fumus eam euidentissime suffocat: Quod etiam experiri cuicumque liceat in magno vase vitreo inclusa flāmula ex materia paucæ admodum exhalationis excitata; nam in eo paullulum perdurare poterit ardens igniculus; aere in se cedente; atque densato, constrictoque; & ita locum enascenti exhalationi concedente. Immo vero nec ardens flamma in momento agit, conuertens subditum sibi fomitem in euaporationem; aeremque proximum rarefaciens, in igneamque substantiam commutans: sed hoc vtrumque in tempore molitur, alias quidem breui: si magna sit flamma, & fomes halituosior; nam inde genitus in multiplicata proportione ignis celerrime, vt Cæneo concedit aliquando [a] Aristoteles, multusque vapor locum ampliorem illico requirunt: Quum autem intra phialam tantus eis locus præsto non adsit, post celerem remotioris, distantiorisque a flamma aeris coactionem, & quantulamcumque densationem, ad fugam penetrationis corporum a natura inuectas, protinus aut flamma extinguitur, aut vas diffin-

Aeré condensari posse.

Flamma in cucurbitulis medicis a quo extinguatur. Vide lib. 4. cap. 11.

Flamma non agit momento.

Ignis in celerrima proportione gignitur.

[a] 2. Post. anal. t. 92.

gitur, aut a natura vtrumque simul efficitur: alias autem longiusculo, si parua flammula materiam habeat minime vaporabilem in vase ampliori, quod non ita facile frangitur: nam tunc eousque flamma intra vas illud occlusum perdurat ardens, quousque aer longe ab igne degens in se condensari potest, ac locum exhalationi concedere: sed tandem vlterius cogi non valens, exhalatio flammam extinguit: aut vas, quantumvis fractu difficile, disrumpit: ne corporum penetratio naturæ insensissima contingat. Quam theoriam [a] Theophrastus apertissime confirmat inquiẽs ignem ab aere densato compressu quodam suffocari: multoque magis, & celerius ab aere incenso. Quod vltimo loco de Nesidea, & Antiochena, ceterisque lucernis in aliquo vase vndiquaque optime clauso comprehensis asserebatur, ideo soluitur, quia in ijs diutissime permansit lumen ardoris, non ob metum vacui, quod nullum imminebat: sed quia ignis substantiam fomitis in exhalationem non dissoluebat: quacumque ex caussa id cõtingeret: vt euenit etiam asbesto lapidi, amianto, & auro candenti: vel quia per cæcos meatus, latentesq; rimulas aer, & exhalatio penetrationem corporum fugiens egrederetur: vel quia in temporis tractu longissimo nonnisi exigua portio euaporationis ex ardente fomite halaret: cui contentus intra vas aer in se coactus locum tamdiu concedere valeret: vel quomodocumque aliter. Ex habitis ergo satis apparere potest viro eximio subscribendum non esse, dum asserit lucernas ab antiquo reconditas tamdiu arsisse, quia non patebat aditus externo aeri ad replendum inane vasis, vacuumque locum, in quo ardens flamma continebatur.

Exhalatio cur vasa durissima disrumpat.

[a] Libro de Igne.

Vacui metus nullus in lucernis antiquorum.

Opinio sexta eiusdem Portæ, Ruscellijque decernentium lucernas antiquorum perpetuo ardentes conseruari, quia fumus illarum, circulatione perpetua, vertitur in humorem iterum aptum inflammari.

Cap. XXX.

SVbiungit autem eodẽ in loco Neapolitanus Porta diuturnam flammę hanc durationem aliunde quoque sui caussam habere posse; nimirum quoniam ab igne fomes intra lucernam contentus assidue soluitur in fumum; qui quum vlterius in aerem solui non valeat, rursus abit in oleum, & denuo postea nouam in flammam accenditur: atque hac ratione perpetuo quodam seu fluxu, seu circulo, igni ardenti materiã iugiter subministrare potest. Huic placito subscribit aperte Hieronymus Ruscellius inquiens inueniri posse aliquod genus olei vel naturalis, vel etiam arte parati, a quo ardente fumus elatus resolui queat iterum in oleum, & rursum ardere, ac fumum alare; qui consimiliter in oleum concrescat; & ita deinceps in infinitum, rotatione perpetua. Cuius dogmatis rationem habere videmur a natura cuiusque fumi de quocũque combustibili elati; nam & flamma quęlibet [a] Aristoteli est fumus ardens; & quilibet fumus extinctus iterum ignẽ concipit, & ardet; vnde [b] Aristotelis etiam obseruatione inferior lucerna statim ab extinctione adhuc fumans per eumdem fumum a superiori ardente lucerna flammam sibi arripere potest, ac iterum accendi. Deinde vero constat apertissime in Chymia sæpe fieri circulationes multorum mensium: suntque viri docti, qui viderint aquam vitæ per quatuor integros annos intra vitreum vas hermetico sigillo clausum perenni circulo in vapores exaltatam, & ex ijs vaporibus concretis semper regeneratam: idem alij in alijs liquoribus experti sunt in pellicano ad Solem tota æstate integra detento: quid ni ergo consimiliter intra phialam vitream per longe plures annos perenni circulo, ex oleo sublati fumi opera flammæ, rursum in oleum a substantia vasis densari potuerint consimilium fumorum materiam indeficientem, sobolemque perpetuam? Deinceps autem obseruatum sæpius est in plerisque distillationibus oleum in vapores resolui, qui rursum in oleum facillime coguntur. Tum vero non vno in loco nos docuit [c] Aristoteles aquam perpetuo quodam circulo in vapores vi Solis attenuari; & hos a frigore denuo in aquam pluuiam commutari: cur ergo & intra priscorum lucernas ab antiquo ardentes eiusmodi naturæ oleum reperiri non potuit, quod

[a] 2. de gen. t. 28. Flamma est fumus ardens.

[b] Meteor. fum. 3. c. 2. 1. Meteor. su. a c. 1. Fumus extinctus ardere potest iterum.

Lucerna per fumum accenditur.

Chymicæ circulationes diuturnæ.

[c] 2. de gen. t. 24 & seqq. 2. Meteor. su. t. c. 2. Aquæ, & vaporis perennis circulatio.

ex

ex se vi flammæ talem fumum ederet, A qui denuo frigore vasis ambientis coactus in similis olei substantiam concrescere valuerit? Hanc opinionem videtur Magnus Albertus[d] etiã communire, constituens in viuente animali posse diuturnum ieiunium fieri, pituita cedente in alimentum corporis, & vi caloris substantia corporis resoluta denuo in pituitam, siue in succum aptum nutrire corpus, circulatione perpetua: & similiter fumum elatum a fundo cooperte ollæ ad flammas debiles efferuescentis reflexum ab operculo conuerti denuo in aquam in idem vas recurrentem; indeque iterum in fumum consimilem perenni circulo tranſmutandam. B

[d] 7. de animal. tr. 3. c. 3.

Lepores alternis annis cui mutẽt sexum.

Denique adjciunt viri præclari tum lepores, tum etiam Hyænas alternis annis perpetua circulatione sexum mutare, masculis femineum, & feminis vicissim masculeum sexum induentibus; ac de leporibus id esse commune placitum asseuerant; de Hyænis autem afferunt C in testimonium non solum [e] Ouidium asserentem,

[e] 15. Metam.

Hyænas alternis annis mutare sexum qui velint.

Si tamẽ est aliquid mirænouitatis in istis
Alternare vices, & quæ modo femina tergo
Passa marem est, nunc esse marem miremur Hyænam.

[f] de venat.

& [f] Oppianum similiter asseuerantem,

Maius eo referunt etiã miraculũ, Hyęnas
Alternis annis naturæ iura nouare, vt
Ambiguus fiat modo mas, modo femina D
fœta:
Et qui caligans ardebat sponsus amatã,
Sedula sponsa nouo partu tumefacta laboret.

[g] lib. 1. c. 25.

verum etiam [g] Aelianum historicum alicubi scribentem, Hyænam si videas, vno quidem anno marem, altero videbis feminam: si vero nunc feminam, postea marem; vtriusque enim sexus particeps est. Eumdem marem, cui antea nupserat, vxorem ducit; quotannis autem genitalia immutat. E

Hyænas duum esse generum. [h] Coll. 7.

Hyænas vero duum esse generum, alias quadrupedes, alias serpentes [h] Maiolus in colloquijs contestatur: illis Ouidius, & Oppianus; his autem Aelianus circularem sexus mutationem tribuit. Si ergo in animalibus perenni circulo sexus mutari potest, iam multo facilius inter oleum, & fumum circularis mutatio perennis physice contingere valebit. Hæc illi.

Exutitur allata sententia, ostendendo non dari perpetuam, nec diuturnam circulationem fumi, & olei in vase vndique clauso: & non posse fumum iterum in oleum mutari, quod flammam denuo rutilam concipere sit aptum: & speciatim hanc fumi, & olei circulationem in phiala vitrea lucernæ Nesideæ factam non fuisse. Cap. XXXI.

AT vero neque isti opinioni mens acquiescere potest multis nominibus; & primo quia si reuera fieri potest perennis ista olei circulatio in fumum, & fumi rursus in oleum, absque eo quod aliquid in auras dissoluatur vnquam; iam sane flamma posset huiusmodi artificio fieri absolute perpetua; cõtra tamen apud omnes Philosophos ex [a] Aristotele certa lege decretum est, nullum per se caducum, cuiusmodi est omne mistum, ac speciatim flamma rerum nostratium, ab agente naturali aut artificioso perpetuari valere. Deinde vero flamma intra vas aliquod inclusa conuertens oleum in fumum si diutius contineatur; quum fumi ad oleum, pro ratione suæ tenuitatis, & illius crassitiei, decupla sit, vel adhuc magis multiplicata proportio; si quidem vna olei portio in longe plures fumi portiones necessario soluitur; si vas flãmam intra se continens nullos meatus habeat, per quos fumi aliqua portio egredi valeat; necessarium est plane aut vas ipsum disrumpi, quia locus in eo vase capax non est tanti corporis de nouo geniti, sub specie fumi; aut saltem flammam eamdem a fumo exuperante citissime suffocari; quo flamma in minimum vel aeris, vel fumi, cinerisque redacta, locum paret, cedatque fumo, quem peperit: Et propterea non poterit huiusmodi flamma tamdiu intra vas illud rutila conseruari, vt propositæ superius multorum mensium olei, & fumi circulationes valeant iterari. Deinceps autem illud etiam falso supponitur, fumum virtute, actioneque ignis ex oleo, aut quouis alio corpore combusto sublatum, sola frigiditate vasis continentis conuerti rursus in oleum eiusdem na-

[a] 1. cæl. cap. vlt. Mistum omne caducum. Ignis est caducus. Caducum nil perennare.

Fumi ad oleũ decupla proportio.

Fumum ex oleo sublatum non abire in oleum denuo.

naturæ cum eo, ex quo elatus est; quoniam frigoris in fumum alia nulla est actio, quam post refrigerationem condensatio: at vero si fumus a frigore condensetur; quum nihil in se habeat humoris, potissimum aerei, vel parum admodum; quippe ille totus, vel fere totus in flammam abijt; profecto abibit fumus in terram, siue in siccam substantiam a prædominio terream; non autem in oleum, quod est temperamento calidũ, & humidum; atque omnino a prędominio aereum: quum etenim oporteat aliquam olei portionem abire in ignem præter eam eiusdem olei portionem, quæ a flamma separatur in fumum: Quumque rationi consentaneum sit in flammam abire partes olei aereas, & igneas; aqueis, ac terreis in fumum abeuntibus: quomodo fumus a frigore cogi poterit vmquam in oleum priori simile, quod sit a prædominio aereum, & igneum? vel etiam quod sit cum tanta ignis, & aeris portione, quanta satis est ad olei naturam? an ne poterit frigus condensans, cogensque fumum, eius aliquas partes in aerem, & ignem commutare? nihil minus; quum aer, & ignis corpora sint fumo longe tenuiora, & rariora. Sed quum reuera sicca omnis exhalatio, qualis est fumus, a cogente, ac densante frigore in terream substantiam transmutetur; non autem in igneam, aeream, & oleosam; siquidem calido, & sicco, vti est fumus omnis, qui Aristotele [b] doctore quædam est exhalatio a vapore distincta, qui humidus est; si calido inquam, & sicco fumo frigus caliditatem demat; quum eidem siccitatem demere nequeat; nam eam secum frigus compatitur; iam fumus remanet post actionem frigoris corpus frigidum, & siccum; tale quid autem vel terra est, vel mistum a prædominio terreum [c] Aristoteli, non oleum vlla ratione. Ac certe nos quotidie videmus fumum ab igne in camino elatum, refrigeratumque a parietum frigiditate in vocatam vulgo caliginem conuerti; quæ parum abest quin terra fiet: ita plane oleariæ lucernæ si super imponatur corpus aliquod crassum, & densum excipiendo fumo, qui ex illa sursum ascendit; adhærebit ille fumus ei corpori denso ab eiusdem frigiditate A coactus, commutatusque in substantiam nigram, & crassam, viscidamque, ob admistionem aquei vaporis non in totum ab igne consumpti: quæ massa in ignem iterum demissa conflagrabit quidem, sed lucem nullam omnino, aut flammam turbulentissimam ad summum procreabit: Imo vero si rursus in oleum decidat ea fuligo, illi crassitudinem nimiam concilians, ipsum in lutulentam substantiam conuertens, igni longe minus aptum, quam foret antea, reddet; fulgenti vero flammæ faciet ineptissimum: at lucernæ veterum, ac Portæ ipsius testimonio Nesidea speciatim, post longam seriem annorum ardentes, igne rutilo, ac mire splendenti conspectæ fuere: quare in ijs flamma tamdiu conseruari non potuit per iteratam sæpius circulationem conuerso fumo in olei pristini substantiam iterum semper splendide inflammabilem. Insuper autem fumus est mistum imperfectum ex terra, & igne, nullius particeps aeris, cum aquæ tantillo; vt in opere nostro [d] *De spontaneo viuentium ortu* ex eo probauimus, quod fumus ascendit ob ignem; parietibus camini ascendens aliqua ex parte adhæresci, ob aqueum lentorem sibi admistum; & adhærescens non diffluit, sed concretus in caliginem riget, ob terram: at vero nullum mistum imperfectum vnica functione, ac immediate ab eodem agente conuerti potest in mistum perfectum: Quare fumus per solam sui condensationem a frigore cogi nequit in oleum iterum inflammabile; quod est mistum perfectum omnia in se continens elementa. Præterea nec mistum perfectum (si disputationi detur tale quid esse fumus) a prædominio terreum, & igneum sola concretione a frigore conuerti potest in mistum perfectum a prędominio aereum, & aqueum; quia ignis refrigeratione decreto [e] Aristotelis commutatur in terram, non autem in aquam, aut aerem: terra item refrigeratione non vertitur in aerem, aut aquam; sed humectatione; quæ nulla prouenit fumo a frigiditate loci, seu a continente vase: Quum ergo fumus mistum sit corpus a prædominio terreum, & igneum; oleum vero vicissim corpus mistum sit a prædominio aereum, &

Frigoris in fumum actio quæ.
Fumus densatus in quid abeat.
Oleum a prædominio aereum.
Olei portio quædam vi flammæ in ignem abit.
Olei quæ portio abeat in fumum.
Aer est fumo tenuior, & rarior.
Fumus omnis est calidus & siccus.
[b] 1. Meteor sum. 1. cap 4 & seqq. 4. Meteor. cap. vlt.
Frigus fumi siccitatem demere nequit
[c] 2. de gen. t. 23.
Fumus a frigore in quid mutetur.
Caligo quid & vnde crietur.
Fuligo turbat flammæ splendorem.
Lucernarum conditarum flamma pura?
[d] Li. 4. c. 48.
Fumus cur ascendat.
Cur adhæreat.
Cur in caliginem rigeat.
Oleum est mistum perfectum.
Fumus est a prædominio terreus & igneus.
[e] 2. de gen. t. 27.
Elementorum mutatio vt fiat.
Oleum vt fumo cõtrarium in genere mixti.

& aqueum; quod indicat cum facilis olei ardor, & inflammatio; tum quoque maximus olei lentor; nam aer facile, ac maxime in ignem [f] commutatur, quia cum eo symbolum habet in primis, & in secundis etiam qualitatibus; aqua vero fons est lentoris, materque visciditatis in quocumque misto: vt infra [g] demonstrabitur: Profecto fumus e lucerna sublatus vi comburētis ignis ex oleo non potest a frigiditate loci, seu vasis ambientis condensari ea condensatione, qua commutetur in oleum; sed vertetur solum in densam fuliginem, seu terram, seu salem, pro varietate olei, ex cuius combustione fumus ascendit: atque adeo lucernæ ab antiquo in sepulchris ardentes flammam tamdiu sibi conseruare non potuerunt ob iteratam sæpius versionem fumi in oleum denuo semper inflammabile. Denique vero fumus iterum a frigiditate vasis per cōdensationem in oleum mutari aptus, viscidus est, ac suo lentore vasi non adhærere non potest; illudque si vitreum fuerit, non coinquinare non valet adeo vt ineptum efficiat, per quod iam non amplius diaphanum splendor ignis interni transpareat, trāsluceatque: quum igitur vel Portæ doctissimi testimonio in Nesidea lucerna per vitrum flamma splendida conspiceretur; proculdubio in ea fumi, & olei perennis circulatio proposita facta esse nequiuit. Non igitur antiquorum lucernæ tamdiu absque fomitis noui adiectione ardentes perdurauerunt, quia in illis circulari mutatione fumus in oleum denuo inflammabile, ac fumigabile conuerteretur.

Olei lentor maximus.

Aer cur facile mutetur in ignem.

Fumus densatus in quid abeat.

[f] 2. de gen. t. 24. Aqua fons lentoris.

[g] Lib. 3. c. 20. Vide lib. 4. cap. 25.

Soluuntur argumenta propositæ opinionis, declarando primum in quod vertatur fumus ex ardente lucerna sublatus; & perennem fumi, & olei circulationem labefactando. Cap. XXXII.

SEd & rationes, quibus insignes viri propriam sententiam roborare studeant, adeo firmæ non sunt, vt propositum sibi dogma illis necessario concludant: Quod enim primo loco dicitur, fumum scilicet virtute ignis ex oleo sublatum, quum verti nequeat in aerem, ex necessitate in oleum mutari; & denuo accendi; atque ita perpetuo fluxu, refluxuque fomitem igni suppeditare; id multa continet, quæ rationem habent sibi reclamantem: atque illud in primis absolute falsum est, fumum ex oleo sublatum a comburente flamma in aerem verti non posse; quandoquidem fumus est exhalatio mediæ cuiusdam naturæ inter ignem, ac terram; quæ pro ratione, seu varietate agentis, a quo patitur, in aerem haud minus, quam in ignem, atque in terram commutari potest: namque obseruatione Aristotelis [a] elementa omnia in se se mutuo transmutari valent; ac proinde quodcumque mistum in quodlibet elementum aliquando conuerti potest, pro natura, & ratione agentis: Et profecto si agat in exhalationem purus ignis, eam ab illo dabimus vltro in ignem verti; si terra in terram; sin autem aer, aut aeri proportione respondens, calore, ac humore pollens, & agens; quidni ab eo agente fumus in aerem vertatur? Ita sane arbitror non paruam manum fumi ascendentis ex ardente fomite ab aere immenso eam vndique complectente in aeris substantiā commutari: quum itaque plurimæ lucernæ ab antiquo reconditæ sub terra exarserint: vbi loca solent esse humidiuscula, & ab ardente quoque illarum igniculo concalefacta; quidni ab humido loci tepore fumi ascendentes in aeris naturam conuertantur? nihil enim loci deest aeri, qui facile potest summa sui tenuitate vel cæcos permeare terræ meatus: terra namque spongiosam naturam obtinet, quam alte si sensu iudice penetrant aquæ: multo sane magis persuadere quibit, atque debebit aquis omnibus longe tenuior aer. Si vero loquantur speciatim de Nesidea lucerna, quæ in vitreo vase recondita fuisse perhibetur; profecto vitrum si aeri peruium non fuerit, intra ipsum fumi ex oleo flammulæ visublati in aerem conuerti non potuerunt; alioquin vetitam a Natura corporum penetrationem intulissent: non tamen ideo cōstituendum est eosdem in olei naturam fuisse reuersos: tum quia quum vitrum id nullis tenebris, caliginibusve ab ardente lucerna obductum fuerit: sed clarum, perspicuumque semper, vel ipsi Portæ, flammam continuerit, visuique ad-

Fumus est medius inter ignem, & terram.

[a] 2. de gen. t. 24. & seqq. Elementa omnia mutuo in se transmutari.

Mistum quodvis in quodlibet elemētum abire posse.

Fumi portio maxima in aerem ab aere mutatur.

Lucernarum loci qualitates.

Aer tenuitate permeat cæcos terræ meatus.

Terræ spongiæ instar porosa est.

Vide lib. 4. cap. 12.

Fumum a flamma in aerem verti posse.

Penetrationem Natura non fert.

adſpiciendam exhibuerit: dicendum eſt neceſſario lucernæ illius in vitro tamdiu exardentem ignem nullos vnquam expiraſſe fumos: ab ijs enim non potuiſſet vitrum caligine non infici, eaque poſt tot annos adeo denſa, vt vel intus ardentis flammæ proſpectum omnino impediret: nam ex ardente oleo ſublati fumi, ac potiſſimum qui rurſus in oleum commutari poſſe dicuntur, denſi, craſſi, viſcidique ſunt ex neceſſitate: tum quia ſi fumus ille in aerem ſe ſubtiliorem, ac rariorem non ſoluitur intra vitream phialam, ne in ea detur inuiſa Naturæ corporum penetratio; non propterea in oleum ſe denſius, & craſſius commutari debet; ſed ſolui poteſt, immo vero item debet in terram: non quidem ſoluitur in aerem exiens fumus e recondita in vitro lucerna etiam, quoniam aer eſt humidus, calidus, & longe tenuior fumo; fumus autem mutatur a pariete loci, vaſisque continentis a prædominio terrei, actuque frigidi in terream ſubſtantiam ſub ſpecie duræ, ſiccæque caliginis, in quam, ſi ex calido fiat frigidus ille fumus, facillime conuerti poteſt; quum inſitam ſibi, ac potius innatam habeat ſiccitatem: Non poteſt autem fumus idem in oleum cogi, tum ob allatas antea [b] rationes: tum etiam quia oleum adhuc remanens intra lucernam in fumum a ſe diſtantem non agit; agit autem in eumdem terra, ſeu ſicca frigiditas loci continentis, vaſisque durus, frigidusque paries; at vero naturaliſſimum eſt, Ariſtoteleo [d] monitu terræ terram gignere ex eo, in quod agit, non oleum procreare. Amplius autem eſto fumus quacumque de cauſſa in oleum commutabilis; non poteſt certe diuturna in reconditis lucernis duratio flammæ ad circulationem fumi, & olei perpetuam vlla ratione referri; quia fumus, cui virtute frigoris condenſantis in oleũ tranſitus eſt immediate, neceſſario ſubſtantiam craſſam, viſcidam, & lentam, ſummeque pinguem obtinere debet; at vero fumus iſte viſcidus, & craſſus a flamma lucernæ prodiens quidni parietibus loci, vaſisque continentis adhæreat magna ex parte? licet enim vnicuique id experiri in fumo lucernę aut candelæ ſebaceæ vulgaris; adhæreſcente autem fumo parietibus vaſis ob ſui

Lucernæ fomes in vitro ardens non fumigat.

Vide lib. 4. cap. 22.

Fumus oleum denſus, craſſus, & viſcidus.

Fumus frigore non abit in aerem.

Aer eſt fumo tenuior.

Fumus a frigore loci in quid mutetur.

[b] cap. 31.

[d] 1. Mag. mor. c. 10

Naturaliſſimum eſt cuique generare ſibi ſimile.

A lentorem, quæ illius portio decidere poterit in lucernam denuo tot ſæculis ad innumeras circulationes ſuffectura?

De fumi ardore, ac flamma ſecundum argumentum enodatur; explicata duplici ſpecie fumi. Cap. XXXIII.

NOn magis vrget in propoſito ſecunda ratio: quod enim primo loco ex Ariſtotele [a] adducitur, flammam nil eſſe aliud, quam fumum ardentem, ſeu fumi ardorem; id quidem recte adducitur; ſed hoc theorema longe alium habet intellectum, ac opinentur viri Clariſſimi: quoniam ignis agens in materiam quamcumque inflammabilem, primo eiuſdem rei ſubſtantiam attenuat in exhalationem igneam; cuius exhalationis igneæ materia eſt fumus pinguis; forma vero eſt ignis, ſeu potius ardor; & ex his duabus naturis phyſice conſtitutum corpus eſt flamma; quam alibi Ariſtoteles [b] optime definiuit eſſe ardorem ſpiritus ſicci, & Theophraſtus [c] humorem igneſcentem; nam humor igneſcens nihil eſt aliud quam halitus ex humore vi caloris exiens, & ardens, ſiue humor in halitum a calore mutatus, & ardens. Ceterum vbi actuoſo ignis vigore tota illius exhalationis pinguedo, vel eiuſdem pinguedinis maxima ſaltem pars conſumpta fuerit; tunc remanet fumus alius teter a priore illo claro, & ſplendido ſpecie diſtinctus: qui ſi nonnihil etiam priſtinæ pinguedinis in ſe retinuerit, eius vnius adipis beneficio flammis admotis iterum accendi poterit; quod mox item recte adducebatur ex eodem [d] Ariſtotele. At vero flamma huius ſecundi fumi exiguam pinguedinem in ſe obtinentis tetra, & valde turbida eſt, longeque ab ea diſſidens, quæ ſplendida, & clara in reconditis antiquorum lucernis ardere conſpecta eſt, Portæ quoque teſtimonio. Damus itaque fumum ex ardenti combuſtibili ſublatum, ſi exceptus quomodocumque in ardentem ignem proijciatur, denuo igniri poſſe, atque comburi; ſed aſſueramus eum ita exuri, vt minimum ſplendeat, nec flammam pariat vllam, niſi furuam, tetram, ac turbulentam: Immo vero in oleum ſi decidat fumus ille coactus, aſſerimus eum olei ſubſtantiam craſ-

[a] 2. degen. t. 28. 4. meteor. ſu. 3 c. 2. 1. meteor. ſu. 2 c. 1. Flamma quid.

Flamma natura explicata.

[b] 1. meteor. ſum. 2. c. 1. Vide li. 4. c. 22

[c] lib de igne pag. 428.

Fumi duplex ſpecies.

Fumus qui reaccendi valeat.

[d] 1. meteor. ſum. 2. c. 1. Flamma quæ turbida.

Fumus oleum incraſſat.

craſ-

craſſam redditurum, atque impuram, A ſplendidæque flammæ ineptiſſimam: quum tamen lucernæ omnes ab antiquo reconditæ puriſſima ſemper effulgere flamma conſpectæ fuerint. Deinceps autem quum ardor flammæ iugiter fomitis pinguedinem conſumat: iam ſenſim conſumpta in flammis ab ardore pinguedine, tertiæ, vel quartæ inuectæ ab eximijs hiſce viris circulationis vi funnus omni pingui ſubſtantia demum deſtitutus nouam ab igne flammam breui temporis interuallo concipere minime valebit; ſed vlteriori flammæ actione in ignem inadſpectabilem partim, partimque in terreni cineris atomos commutabitur.

Circulationem olei, & fumi fieri non poſſe in lucernis, vt ſit humoris, & vaporis circulatio in Chymicis.

Cap. XXXIV.

QVod autem poſterius ex Chymicis deſtillationibus proponebatur; id etiam, introſpecta rei natura, facile diluitur: In primis etenim ſi vinum deſtilletur, & vapores ex eo aſcendentes iterum cogantur a corpulentia vaſis in humoris conſiſtentiam; illi vapores non in vinum rurſus, ſed in aquam vitæ nuncupatam longe a vini ſubſtantia diuerſum temperamentum habentem, variamque ſpecie naturam obtinentem conuertuntur: Conſimiliter in alijs fere cunctis ſublimationibus ab herbis, lapidibus, ſuccis, mineralibusque vigore iguis, calorisve cuiusvis alterius virtute vapores elati in aquam, aut oleum, aut aliquid aliud diuerſa natura ab eo, vnde vapores ijdem emerſerunt, tranſmutantur; nunquam autem in eiuſdem generis eſſentiam; vt ponunt inſignes viri; quod experimento comprobatiſſimum habemus. Deinde vero ſi deſtilletur oleum, vel aqua vitæ, inde ſublati rurſum vapores coacti ſemper in ſubſtantiam puriorem, ſimplicioremque conuertuntur; atque adeo ſpecie diuerſam ab ea, vnde fuerant exaltati. Deinceps autem diſputationi demus, & viro egregio plane concedamus, in miſti alicuius deſtillatione id fieri poſſe, vt vapores aſcendentes concreti redeant poſtea rurſus in naturam eiuſdem miſti, a quo prius effluxerant: negamus tamen eamdem eſſe rationem de fumo lucernæ; quandoquidem aliud eſt deſtillatio, & aliud miſti combuſtio; certe ſi oleum deſtilletur, aſcendent partes olei ſubtiliores, vel etiam tota olei ſubſtantia rarefacta, & attenuata ſub ſpecie vaporis (eſt enim aſcendens iſte in olei ſublimatione vapor nil aliud, quam olei ſubſtantia tenuior, aut rarefacta) qui vapor ſi denuo a frigore loci ambientis incraſſetur; ſenſui rurſus priſtinam olei naturam, conſiſtentiamque repreſentabit: quia in ea deſtillatione oleum non corruptione vlla propriam naturam amiſit, ſed ſolum alterationem paſſum nudam conſiſtentiæ qualitatem exuit: quam, illæſa intima ſubſtantia, rurſus a cogente frigore indui potuit: Ita ſane liquata glacies in aquam conuerti [*a*] dicitur a calore; quum glacies ſit aqua congelata virtute frigoris excedentis: At vero ſi oleum ardenti flamma comburatur; C iam id ab ignis maxima [*b*] violentia corrumpitur, totumque amittit priſtinam eſſentiam; quia olei partes tenuiores, vt puta igneæ, ac aereæ in flammam proxime vertuntur; craſſiores autem, vt aquæ, terreæque in fumidam exhalationem; quæ ſpeciem, & eſſentiam ab olei natura diuerſam omnino retinet; fumus enim ſiccus eſt a prædominio; vnde maxime affligit oculos, qui contrariam habent temperaturam, eſſentiamque a prædominio aqueam [*c*] Ariſtoteli; & fumus eſt imperfectum miſtum ex terra, & igne cum minima participatione aquæ; quum ex aduerſo oleum ſit humidum temperamento; & miſtum perfectum a prædominio aereum. Non diſſimili ſane ratione circulatio aquæ vitæ in vitro clauſo per hermeticum ſigillum nullis omnino datis aeri ſpiraculis, perennat ad Solem; qua quod attollitur, non eſt diuerſæ naturæ ab eo, a quo aſcendit; ſed eſt aquæ vitæ ſubſtantia per ſimplicem alterationem in vapores attenuata; qui vapores ideo a frigore coacti denuo concreſcunt in aquam vitæ rurſus euaporabilem: Sed in flamma lucernæ ardentis oleum ignis vi corrumpitur in fumum per ſubſtantiæ priſtinæ tranſmutationem in alienam; quæ ſola concretione, alterationeque a frigore loci non poteſt ite-

Vini vapores non redeunt in vinum.

Aqua vitæ ſpecie differt a vino.

Vapores a quouis miſto per deſtillationem ſublati coguntur in aliam naturam.

Deſtillatio differt a combuſtione.

Vapor quo differat a re vnde eleuatur.

Deſtillatio non eſt corruptio eius, quod deſtillatur.

Glacies quid ſit.

[*a*] 2. de gen. t. 21. Vide lib. 4. cap. 35.

[*b*] 2. de gen. t. 23.

Olei combuſtio eſt olei corruptio.

Olei variæ partes combuſtione in quid mutentur.

Fumus cur maxime torqueat oculos.

[*c*] De ſen. & ſenſ. 2.

Fumus cuiuſmodi miſtum eſt.

Oleum quo differat a fumo.

Circulatio aquæ vitæ in pellicano cur perennis.

Alteratio simplex non mutat substantiã.

iterum in olei naturam commutari; tum quia simplex alteratio non potis est mutare substantiam: tum quia mistum imperfectum immediate per concretionem solam in misti perfecti substantiam conuerti nequit; tum quia vi frigoris cogentis nunquam fumida exhalatio à prædominio terrea in oleum, quod est ea calidius, & humidius, commutari valet: nam agentium naturalium est generare sibi similia, ex [d] Aristotelis obseruatione: quomodo ergo parietum continentis loci frigiditas transmutare queat fumi partes terreas in oleum a prædominio aereum? temperamento calidum, & humidum?

Misti imperfectũ concretione non muratur in perfectum.

Agens naturale generat sibi simile.

[d] 1. mag. moral. c. 10.

Circulum naturæ in pluuia non arguere circulum fomitis, & fumi lucernarum ab antiquo ardentium.

Cap. XXXV.

EX nuper explicatis non est solutu difficilis alia ratio de perpetuo circulo, qui a natura fit in hac regione nostrati, dum vi caloris de humido terræ circumfuso ascendentes aquei vapores densantur a frigore in aeris media regione reperto, cogunturque ab eo primum in nubium consistentiam, & deinde in aquam pluuiam; quæ iterum perenni circulo in vapores dissoluitur, mox vi eiusdem frigoris in nubes, & aquam conuertendos: quoniam in primis tanta est vaporis, nubium, & aquæ familiaritas, vt specie fere non diffideãt: nec vnum in aliud per corruptionem, transmutationemque substantiæ commutetur: sed per simplicem alterationem; adeo vt vapor sit aqua rarefacta, nubes autem sit vapor condensatus, & pluuia sit nubes concreta; vnde nubes, & vapor [a] Aristoteli dicitur aqua alterationem passa, & aquæ naturam obtinere: vnde facile possunt hæc tria perpetuis vicibus promiscue in se inuicem sola operatione frigoris condensantis, & caloris rarefacientis, atque adeo simplici alteratione circulariter mutari: At vero fumi, & olei naturæ maxima diuersitas est, summaque speciei varietas; altero misto perfecto existente a prædominio aereo; & altero misto imperfecto cum terræ dominatu: nec olei mutatio in fumum est alteratio nuda, sed substantialis mutatio; combustio nempe, quæ vere fumi generatio est, & olei corruptio simpliciter: Quare non est par vtriusque ratio; si enim loci frigiditas alteratione densare potest vapores in nubem, & nubes in aquam cogere; non tamen potest ambientis, continentisque corporis eadem frigiditas generare oleum ex fumo, transmutando fumi substantiam in olei naturam. Deinde vero qui fieri possit vt sola frigiditas continentis condensando ex fumida exhalatione, quæ mistum est imperfectum cum prædominio terræ, oleum procreet mistum perfectum a prædominio aereum? Deinceps autem nec verum est assertum insignium virorum absolute aquam in vapores, istos in nubes, & eas in aquam verti perenni circulo in vapores iterum dissolubilem; nam & ex aere, cui pridem origo ex igne potuit esse, aqua generari potest; quum [b] Aristoteli quodlibet elementum ex vnoquoque alio promiscue fieri valeat: secus enim æstate minime vigent nubes, ac pluuiæ; dum tamen maxima fit a vehementiori calore vaporum excitatio; quia hi excitati a calore in aerem dissoluuntur in aeris infima regione validissimo, anteaquam ad mediam ascendant, vbi a frigore in nubes, & aquam densari valerent; licet eorumdem vaporum pars crassior a nocturno frigore in roris consistentiam cogatur, [c] Aristotelis obseruatione: modo flammulæ calor, longe quam aeris æstiui caliditas robustior, spirituosam olei substantiam combustione in aerem conuertere debet; qui solo vasis ambientis frigore in oleum redire minime potest: vnde fit, vt etiam fumis in olei naturam vi frigoris recurrere valentibus (si hoc disputationi dare velimus) breui absoluenda sit circulatio; nihilo in consumptæ partis, quæ in aerem commutata est, influente: At perennis esse valet pluuiæ, nubium & vaporum circulatio; quia in locum nubis consumptæ, vaporosæque substantiæ in aerem mutatæ, potest ex aqua, & aere reliquo nouus procreari vapor nouæ nubis, nouæque pluuiæ materia.

Frigus non vertit fumum in oleum.

Nubis, vaporis, & aquæ in vere sit perẽnis circulatio.

[b] 2. de gen. t. 24. & seqq.

Nubes minime vigent æstate & cur.

Ros vnde oriatur.

[c] 1. meteor. tum. 3. c. 1.

Vaporis & pluuiæ circulus perennis.

Vapor, nubes, aqua, an specie diffideant.

Vapor est aqua rarefacta.

Pluuia quid sit.

[a] 1. meteor. tum. 1. c. 4. 1. meteor. tum. 3. c. 1. De sen. & sen. cap. 5.

Vapor, nubes, & aqua cur facile mutuo inuicem mutentur.

Olei mutatio in fumũ quid sit.

pi-

Pituitæ cum alimento circularis commutatio a Magno Alberto inuecta, & aquæ cum vapore in olla, huic sententiæ non fauere ostenditur. Cap. XXXVI.

QVod posterius ex Magno Alberto de pituitæ cum alimento perpetua circulatione proponebatur, veluti causſa, ob quam plerique hominum lucernarum reconditarum conditionem habentes diu sine vllius externi alimenti vsu viuere potuerint; id nihil omnino suffragatur viris eximijs; primo enim sat, superque in opere nostro *De his qui diu viuunt sine alimento*[a] probatum fuit huiusmodi pituitę cum alimento perennem circulationem fieri non posse, Alberti opinione rescissa; quæ rationes multæ inde huc nobis transferendæ non sunt; quum liber prostet. Deinde vero si disputationi demus fieri posse mutuam alimenti cum pituita perpetuo circulo transmutationem; non tamen propterea concedere poterimus consimilem fieri valere in antiquorum lucernis fumi cum oleo circulationem: quoniam pituita, & alimentum sunt in eodem genere misti perfecti; & a seinuicem essentia non dissident apud [b] Albertum, sed sola qualitate; quum pituita dicatur esse sanguis crudiusculus: modo inter habentia symbolum, consimilemque *naturam*, Aristoteleo monitu, facilis est, eademque circularis etiam mutatio: Quum autem fumus, & oleum essentia nedum specifica, sed etiam proximo genere dissideāt; illo ex duplici elemento, igne, ac terra constituto in genere mistorum imperfectorum; & hoc ex quatuor elementis coagmentato in genere misti perfecti: proinde vt combustione olei magna pars in fumum corrumpitur; ita fumus condensatione a vasis frigore in oleum rursus commutari minime potest. Consimile iudicium promendum est de iugi circulatione fumi cum aqua in lebete feruente ad ignem illi, quod [c] antea tulimus de circulatione vaporis, nubisque cum pluuia; nam ex aqua feruente sublati fumi ab operculo lebetis frigido mutabiles in aquam vapores aquei sunt, & aquæ substantia rarefacta, & attenuata; & proinde a subdito ignis calore nudam alterationem passa; non essentialiter transmutata; cui sane calori subtus ardentis ignis opposita superna operculi frigiditas contraoperari potest, eosdem vapores denuo in aquā cogens, incrassans, & condensans: ac veluti eadem aqua virtute caloris calefieri, & a frigore vicissim frigefieri potest, alterationem sustinens secundum primas qualitates, non mutata substantia; ita sane potest eadem aqua in secundis qualitatibus alterationem perpeti, non variata similiter essentia; dum a calore attenuatur, atque rarescit in vapores; & hi a frigore densantur, coguntur que denuo in aquam: At fumi, & olei circulationem similem huic fieri non posse dudum ex varia vtriusque natura confirmauimus.

Aqua potest mutari secundum qualitates illæsa substantia.

Circularis mutatio sexus, & natura Hyænarum, & Leporum explicatur. Cap. XXXVII.

QVod autem postremum ex Oppiano, Ouidio, & Aeliano afferebatur de circulari mutatione sexus Hyęnarum in singulis annis, & ex vulgo de consimili Leporum natura, propositam opinionem minime communit; quia in primis Ouidius non asseueranter, sed ex suppositione loquitur, vulgi rumorem potius, quam propriam sententiam de proposito adducens. Deinde Oppianus etiam non tamquam verum dogma id pronunciat, sed veluti vulgi placitum, Hyænas quadrupedes altero quoque anno de masculis feminas fieri, & masculos de feminis; cui vulgatæ opinioni eum subscribere nihil est, quod ostendat. Sed hoc vulgi placitum aperte damnat Aristoteles [a] tum vbi de hoc argumento hæc ad verbum scribit, „ Hyæna colore lupi prope est, sed „ hirsutior; & iuba per totum dorsum prę- „ dita est. Quod autem de ea fertur, ge- „ nitale simul & maris & feminæ eam ha- „ bere, commentitium est. Sed virile si- „ militer atque in lupis, & canibus ha- „ betur: Quod vero femineum esse vi- „ detur, sub cauda positum est, figura „ simile genitali feminæ; sed sine vllo „ meatu: sub hoc meatus excremento- „ rum est. Quin etiam femina Hyæna, „ pręter suum illud, etiam simile, vt mas, „ habet sub cauda, sine vllo meatu; sub „

[a] 6. de hist. a.cap.32.

Hyænas non mutare sexum Aristoteles ostendit. Hyęnę descriptio.

[a] li.2.c.133.

Pituita vt ad alimentum se habeat in genere misti.

[b] 20. de gen. 25.

Pituita nutriendo apta est sanguis crudiusculus.

Fumus & oleum vt genere differant.

Lebetis circulatio cui similis sit.

[c] cap.35.

» quo excrementorum meatus est; atque
» sub eo genitale verum continetur; vul-
» uam enim Hyæna femina, vt ceteræ
» huiuscemodi feminæ animantes, habet.
Hyæna raro capitur. » Sed raro Hyæna femina capitur; iam
» inter vndecim numero vnam tantum
» cæpisse Venator retulit quidam. tum
[b] 3. de gen. an. cap. 6. » quoque [b] alio in loco, vbi asseuerat ita,
» Quin etiam de Trocho, & Hyæna stul-
» te, magnoque errore narratur, Hyæ-
Trochi misū ex Herodoto. » nam enim complures aiunt, Trochum
» Herodotus Heracleota scribit duplex
» genitale habere, maris, ac feminæ, &
» Trochum seipsum inire, Hyænam inire,
» & iniri annis alternis. Sed visa est Hyæ-
» na mas, & altera femina sui discrimine
» genitalis: locis enim nonnullis penuria
» huius conspectus non est: verum Hyæ-
» næ tam mares, quam feminæ habent
» sub cauda lineam quandam consimilem
» genitali feminino: quæ quidem nota
» quamuis communis sit, tamen in mari-
» bus potius cernitur, quia mares, quam
» feminæ magis capiuntur: Itaque qui
» rem parum diligenter considerant, in
» hanc aberrant opinionem; qua statuunt
» Hyænam alternis annis sexum perenni
[c] lib. 8. c. 30 » circulo mutare. Aristoteli hac [c] in re
[d] lib. 28. c. 8. » consentit Plinius [d] non vno in loco,
» dum sexus mutationem decantatam ait
» esse vulgi credulitatem; quam negare
[e] lib. 2. c. 10. » dicit Aristotelem. Clemens [e] etiam
» Alexandrinus in sua Pædagogia de
» proposito hæc affert, Nequaquam cre-
» dendum est Hyænam mutare naturam:
» idem enim animal non habet simul am
» bo pudenda, masculini, & feminini, sicut
» nonnulli existimarunt, Hermaphrodi-
» tos prodigiose narrantes, & inter ma-
» sculum, & feminam, hanc ex viro, & fe-
» mina constantem naturam innouantes.
» Valde autem falluntur, vt qui non ani-
Natura mater omniū amans filiorum, Hyæna salacissimū animal. » maduerterint, quam sit filiorum amans
» omnium mater, & genitrix natura: quo-
» niam enim hoc animal, Hyæna inquam,
» est salacissimum, sub cauda ante excre-
» menti meatum adnatum est & quod-
» dam carneum tuberculum feminino pu-
» dendo figura persimile. Nullum au-
» tem meatum habet hæc figura carnis
» in vllum vsum desinens, vel in matri-
» cem, inquam, vel in rectum intestinum;
» solam autem habet multam concauita-
» tem, quæ inanem excipit libidinem,
» quando auersi fuerint meatus, qui in

A concipiendo fætu occupati sunt. Hoc »
ipsum autem & masculo, & feminæ ad- »
natum est, quod sit insigniter pathica: »
masculus enim vicissim & agit, & pati- »
tur; vnde etiam rarissime inueniri po- »
test Hyæna femina; non enim frequen- »
ter concipit hoc animal, quum eis tuto »
redundet satio præter naturam. & paul- »
lo post subdit idem Autor, Sola ergo »
varia in Hyænis natura superfluo coi- »
tui superfluum hanc partem excogita- »
uit; & ideo est etiam aliquantisper con- »
B cauum, vt prurientibus partibus inser- »
uiat; exinde autem excæcatur concaui- »
tas, non fuit enim fabricata ad genera- »
tionem. Hactenus ille. Cui assenti-
tur Mazzonius in Dantis defensione, [f] lib. 3. c. 9. Colloq. 7.
& Maiolus Episcopus [f] in Colloquijs.
Verum quoniam his non acquiescunt
plerique non de plebe viri, dicentes
Aristotelem ea de proposito scripsisse,
quæ a Venatoribus audiuerat: & non
consentientes Alexandrino Naturam
C Hyænis ob salacitatem præter puden-
dum femineum dedisse meatum cęcum,
in quem inanem libidinem mares extin-
guerent; tum quia etiam alijs animali-
bus Hyæna non minus salacibus talem
meatum ob eamdem caussam dare de-
buisset; tum quia solis feminis eum con-
cedere potuisset; tum quia præter natu-
ram est a Natura institutum fuisse vas, Natura non agit præter naturam.
in quod Hyænarum masculi ferere pos-
sent præter naturam. Propterea nos,
D vbi aliqua ratione verum sit hoc natu- Hyæna serpēs omnis hermaphrodita.
ræ miraculum in quapiam Hyæna, &
potissimum in serpente, de qua non
egit locis allatis Aristoteles; dicimus id
contingere posse, quia Hyæna singula
naturam habeat Hermaphroditam,
vel quia talem non semel viderint He-
rodotus; & alij vetustiores; quæ vno an-
no masculeum, & altero femineum se-
xum exerceat ad propriæ speciei an-
drogynæ perpetuam propagationem,
vt de muliere non vna olim adnotaui- [g] lib. 2. c. 53.
E mus in opere nostro [g] *De Monstrorum natura, cauſſis, & differentijs*. Aliquid au-
tem fumo, & oleo propositis consimile
contingere non potest; quum fumi, &
olei natura penitus distincta sit; nec vllo
pacto in vnam tertiam Hermaphrodi-
torum more coalescens, ob rationes
dudum allatas. Quod autem de Hyęnis
pronunciauimus, id ipsum de Leporibus Leporum natura hermaphrodita.
af-

assertum esse volumus; nempe vel fal- A sim recipitur, clarosq; habet autores in
sam esse vulgi famam de circulari mu- populo, multosque patronos; Quorum
tatione sexus, de qua nec verbum qui- alij putarunt oleum huiusmodi consu-
dem Aristoteles vllibi: vel naturam ha- mi quidem ab igne; sed adeo lente, vt
bere vtroq; sexu præditam, vt de Hyæ- post multas annorum decurias, centu-
nis admonuimus; quam sententiam riasve illius detrimentum sensus vix
confirmare videtur Episcopus Vultu- agnoscere valeat: alij tum ellychnium,
[b] Coll. 7. rarien sis in [b] Colloquijs ex [i] Aeliano, tum etiam oleum existimant ardere in-
[i] 13. de » dum Præterea, inquit, illud quoq; adij- combustibiliter, & nihil eorum vmquam
ani. c. 12. » cere licet memoratu dignum, mares le- absumi. Sed præstat horum autorum
» pores vno, eodemque tempore tum verba subnectere: Franciscus quidem
» alios implent, tum ex se pariunt, tum B Citesius in opusculo suo de Abstinente
» nutriunt; nempe qui sint vtriusque se- Confolentanea scribit in hanc senten-
» xus participes; quin mas semimortuus tiam. Sic lucernas ardentes grauissimo- »
» captus inuentus prægnans tres lepu- rum virorum fide constat in veterum »
» sculos ad matricem continebat: ij pri- sepulchrorum cippis reperiri, quas ipsa »
» mum extracti fuere immobiles; deinde inscriptio ante innumeros annos ibi cõ- »
Historia mi- » ad Solẽ tepescentes reuixerunt; ac lin- ditas testatur: eæ tamen exiguo fomite »
rabile de le- » guam porrigentes, cibique desiderio, os quam diutissime sustinentur; quia hu- »
pore gra- » aperientes lac admotum excepere, at- mor is, qui olei vicem præbet, tenacissi- »
uido. » que aliti sunt. Hæc ille. Quæ in olei, mus est, & bene vndique sibi constans: »
& fumi circulatione adstruenda non siue is sit humidum illud, quod Chymi- Chymicorum
maius habent momentum, ac habuerit ci radicale vocant, ex auro (cui vni re- humidum ra-
Hyænarum consimilis Natura. Non est C rum nihil deperire creditur) tractum; si- dicale.
ergo illis assentiendum, quicumque sta- ue quid ei proximum; vt denotare vide-
tuunt reconditas antiquorum lucernas tur elogium in vrna Olybij notatum.
tamdiu absque noua fomitis adiectione Vuolphangus autem Lazius in suis Rei-
arsisse, quia perenni circulo fumi ex ar- publicæ Romanæ [a] commentarijs la- [a] lib. 3. c. 18.
dente flamma sublati a frigore loci de- tius de proposito pertractat asserens, pag. 363.
nuo concreuerint in oleum inde in lu- Superest, vt etiam consuetudinem eius »
cernam instillandum rursus inflãmabile. populi, quam in cremando, condendo- »
que cinere adhibebant, ostendamus. »
Septima opinio vulgaris, a Citesio, & Lazio Erat autem huiusmodi; quod cadauer »
maxime probata, constituit in his luce- in pyra, & pice cremabatur; atque cinis » Romano-
rnis fuisse ellychnium ex amianto, & exinde in ollas colligebatur, atq; phia- » rum mos
D *oleum ex eodem lapide, aut metallicis,* las; libamento in vitreo, vel phiala ex » in cadaue-
ac potissimum ex auro per Chymiam vino, & lacte adiecto; & lumine: quod » re cremando, & con-
eductum. Cap. XXXVIII. subinde in erutis monumentis Roma- » dendo cinere.
norum inuenimus. Quemadmodum & »
POst examinatas hactenus opinio- Patauij in Italia, in hominum memoria, »
nes in conspectum venit vulgaris phialæ cum lumine adhuc ardente, & »
doctorum hominum sententia, consti- duplici vase inclusæ repertæ sunt; qua- »
tuens reconditas priscorum lucernas rum effigies, ac inscriptionum rhapso- »
absque noui fomitis adiectione tamdiu dia exemplis vetustatis ab Appiano in- »
ardere potuisse; quia in eis ellychnium sertæ cernuntur. Tanta fuit eius popu- »
constaret ex amianto lapide, ex quo li industria, & sumptus tanti, vt auro in »
veteres mapalia, & carbasa conficere E pinguedinis liquorem arte soluto diu »
solerent, quæ ignibus ardentia non tissime, & per multa sæcula arsurum »
consumerentur; oleum vero Chymicæ ignem foueret: idque sub terra; quod »
artis opera eductum esset vel ex eo- magis mirandum est, absque aeris ad- »
Amiantum dem amianti lapide, quem plerique alu- miniculo; quamquam occultos canales »
plerisque cre men scissile nuncupatum esse opinan- foras in ambientem directos credide- »
ditur esse alu- tur; vel ex alijs metallicis, ac speciatim rim extitisse, qui aerem intro ferrent, ac »
men scissile. ex auro in liquorem pinguem dissolu- perpetuum illum ceu ignem ventila- »
to; cuius natura ignium victrix, & flam- rent. Huic opinioni subscribere videtur
mis est indomita. Quod placitum pas-

[b] 2.miner.tr. 2.c.1.

Asbesti virtus mira.

Humidum vnctuosũ ab asbesto inseparabile.

Caryſtia rupes mira desijt.

Lapidea fila.

[c]li.de Naphta c.6.

Magnus[b]Albertus alicubi dicens, Asbeſton autem coloris eſt ferrei: qui ſecundum plurimum in Arabia inuenitur: cuius virtus mirabilis narratur, & in templis deorum eſt manifeſta; eo quod ſemel accenſus vix vnquam poterit extingui, eo quod naturam habet lanuginis, quæ vocatur Salamandræ, cum modico humido vnctuoſo pingui inſeparabili ab ipſo; & illud fouet ignem accenſum in ipſo. Ab eodem placito non videtur abhorrere Plutarchus ad calcem opuſculi ſui *De oraculorum defectu* aſſerens, Neque diu eſt quod Caryſtia rupes deſijt ſimul cum marmore proferre ſtamina quædam mollia, & quaſi fila lapidea (exiſtimo enim quoſdam veſtrum vidiſſe mantilia, retia, & inuolucra capitis ea ex materia confecta; quæ neque vruntur: & quum vſu ſordes contraxerunt in ignem conjecta nitorem, ſplendoremque ſuum recipiunt) plane enim deſijt; & vix graciles quędam tamquam fili, & quaſi capilli eius materiæ per metalla diſcurrunt. Sed Tritenhemius, referente Libauij[c] Scholiaſte, *lucernas duas perpetuo ardentes fabricatus eſt ex asbeſto, & metallicis*; tertiam conſimiliter Libauius effecit.

Expenditur allata ſententia, & oſtenditur in veterum lucernis non fuiſſe ellychnium ex asbeſto, aut amianto; nec oleum ex ijſdem lapidibus, aut metallicis vllis eductum. Cap. XXXIX.

Ellychnium in lucernis veterum non inuentum eſt asbeſtinum.

CEterum neque propoſita opinio, etſi a pleriſque viris eximijs recepta, ea eſt, cui mens acquieſcat; primo enim non in omnibus lucernis, quæ diu arſiſſe compertæ ſunt, inuentum eſt asbeſtinum, amiantinumve ellychnium; immo vero nullus eſt, qui vſquam in repertis huiuſmodi lucernis tale quid offenderit; quum earum inuentores, & poſſeſſores nihil omnino de hac re obſeruatum memoriæ mandauerint: Si enim lucernæ iſtæ ellychnio prædítæ fuerunt incombuſtibili ex lapide amianto, asbeſtove; cur non obſeruauiſſent, obſeruatumque id prodidiſſent lucernarum detectores? cur in ijſdem ſeruatis aduſque tempora noſtra ellychnium id non haberent, cuſtodirentque ſedulo illarum poſſeſſores? Deinde vero etiam demus in diſputationem ellychnium tale cunctis lucernis illis extitiſſe; inficiari tamẽ cogimur in eiſdem oleum ex eodem lapide asbeſto, aut amianto infuiſſe: nam lapis iſte, quisquis ille fuerit, eius eſt cum reliquis lapidibus naturæ, cum ceterisque metallicis eſſentiæ, vt virtute chymica ex eo non niſi difficillime pauciſſimum olei extrahere poſſis; idemque adeo craſſæ, ſolidæ, denſæque ſubſtantiæ, vt vix fluat, plerumque non ardet, aut peſſime ardeat (quod in plurimis metallorum oleis eximios viros expertos nouimus) &, ſi ardeat quomodocumque, id flammam non emittat vllam: ſin autem flammiget, rutilo ſplendore non fulgeat, ob denſitatem, coloremque inflammatæ ſubſtantiæ; ac, ſi claro lumine ſplendeat, vna cum flamma tetros, & craſſos neceſſario de ſe fumos eructet: Quum tamen ex aduerſo tamdiu ardentes lucernæ fumum non halauerint vllum: ac potiſſime denſum, turbidumve non expirauerint halitum: claramque flammam habuerint, maxime ſplendidam, ſine vlla vaſis, aut loci ambientis inquinatione; quem a craſſo, denſoque fumo non infici non potuiſſe compertiſſimum eſt vnicuique. Deinceps autem, Libauij[a]teſtimonio, lucerna plumoſi aluminis a tempeſtate, ac imbre tuta non eſt; quum tamen lucerna Pallantis omnem ventorum, & imbrium violentiam eluderet, inuictaque ſuperaret. Præterea linum, & oleum asbeſtinum ab autoribus inextinguibile dicitur, aquarumque affuſione magis efferari: quum igitur detectarum lampadum plurimæ in apertione ſepulchrorum aere viſo extinctæ fuerint; ſatis apertum eſt in eis ellychnium, & oleum asbeſti amiantive non exarſiſſe: Immo vero etiam inde manifeſtum eſt in eis non fuiſſe oleum vllo ex metallo eductum; id enim, quod foret adeo contumax ignium violentiæ, cur flammæ vim actuoſiſſimam ſuperans in pleriſque lucernis, cur inquam idem imbecillimam externi aeris actiuitatem tolerare non potuit? Amplius ab eodem & olei, & ellychnij genere quomodo tam variæ naturæ lumina condi potuerunt? cur non omnes lucernæ violentiam aquæ, flatuumque impetum

Oleum ex lapidibus vt educatur.

Lucernæ veterum an fumigauerint.

[a] bombic. cap.9.

Lucerna plumoſi aluminis imbri, ac vento non reſiſtit.

Asbeſtinum oleũ, & linum ardet inextinctum aquis.

Oleum metallicum non habuere veterum lucernæ.

tolerauerunt, vt Pallantea? cur non omnes viso aere statim extinctæ fuerunt? cur non omnes in aere aperto aliquot horarum spacio ardentes perdurauerunt? Denique vero neque illud accipere possumus, omnes ab antiquo ardentes lucernas oleum habuisse Chymico magisterio ex metallicis, ac lapidibus eductum; quia constat Chymiam non esse adeo vetustam, vt Pallanti, Tulliolæ, alijsque antiquioribus oleum parare potuerit ad lucernarum lumina diutissima; licet Olybianæ lucernæ, & alijs non ita priscis fomitem comparare valuerit.

Chymia non est admodum vetusta.

Soluuntur argumenta proscissam opinionem communientia, explicando primum naturam flammæ telas asbestinas non consumentis. Cap. XL.

NEc profecto rationes illæ, quibus vulgata sententia circumuallatur, sunt inexpugnabiles. Ad primam etenim dabo lubentissime Plutarcho, & Plinio, ceterisque citatis antiquos habuisse filum, quo contextæ mappæ, ac tunicæ ignium vim eluderent ardentes in flammis absque detrimento: Vtroque concedam ex eodem lino lucernarum ellychnia fieri potuisse: aperte nihilominus primo loco negabimus in *lucernis omnibus, quæcumque hactenus ab antiquo* ardentes inuentæ fuerunt, tale genus ellychnij extitisse; quandoquidem illarum repertores, possessoresque id non obseruauerunt. Negabimus deinde asbestinum, amiantinumque ellychnium eiusdem generis oleo imbutum tam diuturnam in se flammam seruare potuisse; nam mappalia ex eius lapidis filamentis contexta in ignes ad purgandum coniecta breui conceptam flammam exuebant; nempe vbi sordium materia igni consumpta fuerat. Negare deinceps etiam non sine ratione possemus ex asbesto, amiantove simplici ellychnium, & oleũ posse ab igne vllo flammam in se admittere; nam ex eo lapide contextę tunicæ, in quibus olim prisci diuitum cadauera comburebant, ne cineres busti cum lignorum cinere confunderentur; & mappæ, quæ igni purgabantur, substantiam habuerunt ignibus inuictam,

Mappæ ac tunicæ ardentes absq; sui consumptione.

Asbestina lucerna cur diu flammam non edat.

Asbestina tela cur breui extingueretur.

Asbestina tunica ex se accendi nequit.

A non tamen ex se flammigabilem; tunc autem solum flammas concipiebant, edebantque de se, quando excrementorum, pinguiumque humorum inquinamento sordidæ ignibus admouebantur: flamma inaduentitio illis humore pingui vere concepta, & vsque ad eius consumptionem conseruata; sed eo humido consumptu, sine flamma tunicæ asbestinæ in igne remanebant. Non ergo ex amianto, asbestove simplici ellychnium, & oleum in reconditis lucernis extitit; quæ tamdiu flammam conseruare potuerunt sine noui fomitis adiectione. Sin autem huiusmodi ellychnio pingue aliquod inflammabile adiectum fuisse dicatur; debebant viri præclari talis pinguedinis naturam explicare; ac rationem reddere cur tamdiu flammis indomita eas in se continere potuerit.

Asbestina tela vt accendi valeat.

Lucernas veterum non habuisse oleum, & ellychnium ex amianto.

Lucernis ab antiquo ardentibus non extitisse liquorem ex auri metallo, aut alio vllo eductum: vnde tollitur altera ratio. Cap. XLI.

SEd huiusmodi pingue humidum nõ potuit esse substantia vlla ex auri metallo educta; quia in primis plurimæ lucernæ ab antiquo ardentes nullum in se habuerunt auri vestigium. Addo in Olybiana lucerna liquorem nullum metallicum fuisse, licet in ampullis duabus penes eum in vrna compertis liquor & aureus, & argenteus inuentus fuerit: Quo quidem liquore si vulgo creditur lucernam illam tamdiu arsisse; vulgata hęc opinio nullis munita rationibus, sed potius pleraſque sibi repugnantes rationes habens, mihi probari nequit: non enim consentit rei naturæ, nec experimento chymicæ artis; cuius nulla vnquam opera ex auro pingue humidum elici valet, quod in lucerna ellychnio adiectum flammam concipiat; quoniam tale humidum vel est auri mera substantia liquefacta; vel substantia ex auro educta, seu genita, ab eo tamen specie distincta: siquidem asseras humidum id fuisse aurum alteratione sola colliquatum; inde profecto nihil habebis, quo diuturnum lucernarum ardorem tuearis; namque aurum in igne liquatum candescit, vt ferrum, & vitrum; sed tamen

Lucernas veterum non habuisse oleum auri, aut alterius metalli.

Humidum pingue non elicitur ex auro.

Aurum non emittit flammam dū ignitum candet.

men flammam ex se non emittit; qualis reconditarum lucernarum flamma fuit rutilo fulgore longe, lateq; coruscans: quippe flamma ex [a] Aristotelis decreto est pinguis exhalatio e corpore combustibili per combustionem exiens, & ardens: ex [b] auro autem vi ardentis ignis nulla penitus euaporat exhalatio pinguis; quum nihil pristini ponderis amittat aurum ex diuturna mora in igne: vt propterea scite constituerit [c] Aristoteles aurum non igniri, scilicet igne concepto splendidam de se flammam non emittere. Deinde vero aurum tamdiu candens, liquidumque permanet, quamdiu in igne ardente in aliena materia fuerit; quo extincto, remotove, aut ad materiæ alienæ consumptionem emarcescente; sensim & breui aurum ab interno principio pristinam recuperat duritiem, reassumitque frigiditatem; vt aqua feruens remoto igne subdito a semetipsa refrigeratur: Quapropter aurum eliquatum diuturnæ flāmæ lucernarum fomes esse non potuit. Si vero dicas ex auro pinguedinem ab eo specie diuersam, eamque inflammabilem educi posse; iam quum id nonnisi virtute ignium ars chymica possit admoliri; audacter contra omnem experientiam inficiaberis aurum esse ignibus inuictum; statuesque ipsum per corruptionem ab igne in alienam substantiam posse commutari; quod experimento maxime repugnat. Deinceps autem si pinguedo ista fuerit diuersæ speciei ab auro; illa plane aliam habebit ab auri affectione proprietatem: quare si auri conditio est, vt illæsum diutissime candeat in igne: pinguedo ex auro genita non poterit diu illæsa in se flammam ardentem continere. Posterius etiam si velis humidum istud pingue in auro latitasse, atque inde magisterio chymicæ artis extractum fuisse; procul dubio in tali magisterio auri massa prior ab igne consumptionem aliquam perpessa fuerit; quod tamen experimentis minime respondet; nam aurum igne quantumuis acri, ac diuturno [d] liquatur quidem, vt alia metalla omnia, quæcumque a frigore concreta fuerunt: at nulla ex parte vmquam consumitur, si purum extiterit: Sin autem alieni aliquid in se admistum habuerit, massa prior imminuitur aliquantulum, ignibus illo [e] consumpto alieno corpore. Postremo aurum, & metalla omnia, obseruatione [f] Aristotelis, a prædominio sunt aquea, minimeque aeris participia: quod etiam illorum grauitas, & summa densitas ostendit aperte: modo in quibus aer exiguus cum multa coniungitur aqua, ea corpora sunt, quæ nec flammigare valeant, nec in se pingue humidum obtineant splendidæ flammæ concipiendæ oportunum: cuiusmodi ea flamma fuit, quæ diutissime in reconditis lucernis enituit, emicuitque.

Aurum igne non vinci.

Aqua feruens vt refrigeretur.

Specie diuersorum variæ sunt proprietates.

Aurum igne non consumi.

[a] 2. de gen. tex. 28. 1. meteor. sum. 2. c. 1.

Flammæ definitio.

[b] 4. meteor. sum. 3. c. 2.

Ignis ex auro nullam excutit exhalationem.

[c] 3. meteor. cap. vlt.

Aurum non igniri vt dicat Aristoteles.

Aurum quamdiu perseueret ardens.

[d] 4. meteor. sum. 2. c. 3.

Aurum ab igne quid patiatur.

[e] 3. meteor. cap. vlt. &

[f] 4. meteor. sum. 4. c. 1.

Aurum est a prædominio aqueum.

Flāmam quæ nequeāt emittere.

Liquorem in lucernis ex metallo aliquo eductum non tamdiu flammam conseruasse ob summam suæ substantiæ crassitiem. Cap. XLII.

MInus autem accipiendum est, ex metallis eductum oleum crassissimum flammam in reconditis lucernis tamdiu custodire potuisse; quandoquidem e metallis, quorum naturam vidimus esse a prædominio aqueam cum nullo, vel exiguo aere, non potest artis vllius magisterio inflammabile oleum educi, cuius natura est vicissim a prædominio aerea, cum exigua participatione aquæ. Deinde si e metallis pingue oleum extrahi valeat, idemque ob aeris prædominium inflammari aptum: diu id flammam in se non retinebit: quoniam aerea cuncta facile in ignis naturam transmutantur, cum quo symbolum habent, [a] Aristotele, ac experimento doctore. Deinceps autem humiditas crassissima e metallis educta si flammam in se concipiat; conceptamque diu conseruet; ea profecto turbulentissimam edet, a qua corpus lucernam continens, & ambiens necessario inquinabitur; quod tamen in lucerna Nesidea, & in alijs obseruatum non habemus; immo potius oppositum Neapolitani [b] Portæ animaduersione. Præterea vero cur in adeo crassa pinguedine tamdiu ardorem conseruans flamma ab externi aeris contactu adeo facile in plerisque lucernis extincta fuit? nouimus enim rationibus, & experimentis confirmatum habuimus in bituminum crassiori materia diu ardentem flammam pertinaciter se a flatuum ve-

Metalla sunt a prædominio aquea.

Oleum inflāmabile non educitur e metallis.

Aerea facile in ignem conuertuntur.

[a] 2. de gen. t. 25.

Humor e metallo eductus flammam non nisi turbidam edit.

[b] 12. mag. nat c. vlt.

Bitumen pertinaciter ardet flatu, & aqua inuictū.

he-

hementium, & aquarum irruentium violentia incolumen conseruare.

Lazij ratio diluitur, ostendendo perpetuum ignem in metallico ellychnio, & humido pingui exardentem, non fuisse ab aere per occultos canales ingrediente conseruatum. Cap. XLIII.

NEque vero, quos eruditus Lazius ille comminiscitur, occulti canales aerem intro ferentes ad lucernæ reconditæ flammam in auri substantia ventilandam, huic vulgatæ opinioni satis suffragantur; namque absolute igniũ flammis canales aerem ad illas ventilandas deducentes necessarij non sunt; quippe vulgaris etiam ignis in occluso vndique loco extinguitur, non quidem ob defectum aeris ventilantis, nec etiam quo ceu pabulo indigeat, emarcescens: sed a fuliginum, in quas materia combustibilis ignis actione transmutatur, copia suffocatus; quas per canales, aut meatus, vbi foras exire contigerit, in loco non vndique clauso flamma seruatur: si ergo liquor vllus auri flammam in se concipiat; iam nullis a se fuliginibus emissis (est enim auri substantia igne non dissipabilis in fumos) canales non postulat vllos, per quos eas fuligines egerat. Amplius autem si ex auro nulla *substantia educi potest, quæ in lucernis flammam* concipiat: vt paullo [a] antea fuse probauimus; certe nec metallicis vllis intra cauitates ardentibus adueniens, siue per occultos canales arte factos, siue per cæcos naturæ meatus, aeris substantia diu flammam lucernæ conseruare valebit; non enim aer in flammam sensui cõspicuam commutari potest; sed ipse ob sui raritatem inuisibilis in ignem se rariorem, inadspectabilioremque conuerti solummodo valet: at vero lucernarum flamma corpus mistum fuit ex igne, & materia densa, ob corpulentiam visibile in antiquorum tumulis.

Flamma non egetaeris ventilatu absolute.

Flamma in occluso loco cur extinguatur si non defectu ventilationis, nec pabuli aurum igne non fumat.

[a] cap. 39. 40. 41.

Aer in flammam visilem verti non potest.

Tritenhemij, & Libauij lucernas proscriptam opinionem satis non communire. Cap. XLIV.

POstrema vero ratio ex Tritenhemij, Libauijque lucernis depromta dissolui exacte nequit, nisi perspecta prius illarum constitutione. Illam autem sic nobis Libauij Scholiastes describit inquiens, Addere his placuit etiã Chymica illa Tritenhemij artificia, quibus ignes æternos procurauit, recensente quodam anonymo in aureo vellere, nomine Bartholomæi [a] Korndorferi. Sunt autem duo lumina æterna; quorum prius Miscet sulphuris, & aluminis calcinati quaternas vncias, & in sublime actis flores conficit: Florum sextantem cum semuncia iungit Borasi crystallino Veneto vnciali: inque concha vitrea contritis affundit spiritum vini quater destillatum, & facta digestione, abstracto illo, nouum reponit; idque repetit bis, ter, vel quater, donec sulphur in ærea lamina candefacta sine fumo instar ceræ fluat: Hoc pabulum est. Postea adornandum & ellychnium est hac arte. Asbesti lapidis filamenta longitudine fere digiti auricularis, crassitie vero media colligantur serico albo. Factum inde ellychnium in vitro Veneto sulphure, seu alimento prius purgato conspergitur, tumulaturque: & in arena calente horis vigintiquatuor decoquitur, ebulliente semper sulphure. Inunctum, delibutumque sic ellychnium disponitur in concha vitrea, vt emineat paullulum: aggeritur sulphur præparatum: concha in arenam calentem infertur, vt liquescat sulphur, & comprehendat ellychnium. Tunc hoc incensum ardet iugi flamma. Poteris lampadem quolibet loco reponere. Hic est ignis æternus prior. Posterior ita habet: Salis tosti libræ affunde acetum ex vino forte; abstrahe vsque ad consistentiam olei. Redde nouum, macera, destilla, vt ante; idque quater: In aceto hoc infunde vitri antimonij subtilissime læuigati libram: Repone infusionem in cinerem calidum horis sex clauso vase, vt extrahatur tinctura rubicunda: Effuso aceto isto, submitte aliud, atque iterum extrahe, repetens laborem donec tota rubedo resoluta sit, & extracta: Coagula extractiones vsque ad olei consistentiam; quam in Balneo rectifica ad puritatem: Cape deinde puluerem antimonij, ex quo rubedo extracta est, & in minutissimum pollinem redige; cui in vitrum iniecto infun-

Lucernas diutissime ardentes, & fecerit Tritenhemius.

[a] Lib. de Naphtha c. 5.

„ infunde oleum rectificatum: abstrahe,
„ & redde septies, donec corpus deuo-
„ ret totum suum oleum, fiatque siccum:
„ Hæc extrahe per vini spiritum toties
„ mutatum, donec essentia tota exierit:
„ Menstrua collecta in phiala Veneta in-
„ ducta papyro quintuplici destilla vt spi-
„ ritu exeunte, in fundo maneat oleum
„ incombustibile; cuius vsus est cum el-
„ lychnio, vt sulphuris, de quo ante. Hæc
„ sunt illa Tritenhemij æterna lumina
„ (subdit Libauij Scholiastes) quæ non
Naphtha cõsumitur ardens. „ quidem plane conueniunt cũ Naphthæ
„ pertinacia; verumtamen talia se illu-
„ strare mutuo possunt; Naphtha non ita
„ durat, vt non comburatur; exhalat
„ enim, & deflagrat: sed si figatur, adie-
„ cto succo lapideo asbestino, etiam æter-
„ num fomentum præbere potest; vt su-
„ pra de continuatione incendiorum na-
„ turalium diximus. Hæc ad verbum in
„ propositio scribit vir insignis. Ceterum
nos, vt ingenue propriam sententiam
profiteamur, neque ob ista egregiorum
virorum opinioni subscribere debemus;
in primis enim si huiusmodi lumina per-
petuo durauerunt, vel ad multos an-
nos absque noui fomitis adiectione pe-
rennare potuerunt; id certe non ha-
buerunt ex materia metallica, & fossili
Antimonium igne consumitur & sal, & aceum. minerali, ex qua cõstructa fuerunt; quia
sulphur, naphtha, vini spiritus, sal, ace-
tum, & antimonium, igne consumun-
tur; nec diu possunt eius actuirati resi-
stere: nec ex admistione asbestini pul-
ueris, cui vis inest ignibus insuperabilis,
id sortiri possunt, vt ignium vim elu-
Per se combustibile semper tale. dant omnino; nam quod est per se ab
igne consumabile; id semper, cuicum-
que rei admisceatur, propriam naturam
sibi retinebit, iuxta vulgatum dogma,
Quod est per se tale, semper est in quo-
Quod est per se tale, semper est in quocũque tale. cumque tale; sed ea lumina diuturnam
sui durationẽ habuerunt aliunde: cuius
durationis caussam ex rei natura nos in-
[b] lib. 3. Æternum lumen arte parari non posse. fra latius [b] inuestigabimus. Deinde
vero falso, aut saltem minus proprie
dicitur, arte parari posse lumen æter-
num ex materia subcælesti, ac elemen-
tari: tum quia omne arte factum, vt sui
prima obtinuit exordia, sic oportet vl-
timum suæ durationis finem aliquando
[c] 1. cæl. tex. 121. & seqq. Genitũ omne est caducum. tandem habere: quum fuse demonstra-
uerit [c] Aristoteles genitum, & corru-
ptibile inuicem reciprocare: tum quia

A omne materiale subcæleste, ac speciatim mistum ex elementis est per se corruptibile, nec vlla ratione in æternum perdurare valet. Sin autem æterni vocabulo diutissimam luminis durationem intelligant viri præclari, nos ex allatis verbis æternos ignes chymicis artificijs procurasse Tritenhemium habemus: at eum voti sui compotem factum fuisse non habemus: & Libauij Scholiastes coniectura, & ratione seu logica, seu probabili æternæ flammæ fomentum nobis insinuauit: sed experimento, & ratione necessaria id minime cõprobauit. Si enim tanta res, tamque præclara, Principibusque viris mirum in modum expetita propositorum vllo artificio fieri potuit: quidni a Tritenhemio facta æterna lumina etiam nunc apud aliquem Principem extent? Quidni a Libauio insigni Iatrochymico parata lucerna semper ardens prostet? an non eximium virum perpetui luminis parandi gloria titillare debuit? an non vtilitas maxima parati mouere potuit? an non curiosissime talia miracula insectantium plurimorum aliquem descriptæ formulæ ad experiendum hoc opus impellere debuerunt, potueruntque? Certe vt præclaros viros Chymiæ studiosos antea notatas Tritenhemij operationes non semel habuisse verisimile est; ita plane illos numquam non intento fine frustratos lumen æternum ijsdem magisterijs conficere nequiuisse probabile satis est. Quare nec mentem firmant clarissimorum virorum dogmata constituentium reconditas antiquorum lucernas diuturno igne splendidas habuisse ellychnium, & oleũ ex amianto, asbestove, ac ex auro, metallicisve alijs arte chymica elaboratum; hisque solis inniti perennem illam flammæ durationem. Sed existimamus diuturnæ istius flammæ oportere inesse illam ad humidum inflammabile proportionem, quam suo loco infra [d] explicabimus: quæ si flammulis istis Tritenhemij detur inesse, ea illis inerit, non ex conditione materiæ, vt plerique opinantur; sed ex gradu mistionis, compositionisque ingredientium: qui gradus adhuc non explicatus, in profunda latet Naturæ maiestate reconditus.

Æternum dicitur etiam quod diu durat.

[d] Lib. 3. c. 22. & seqq.

Octa-

Octaua ex Libanio ducta opinio constituens in reconditis antiquorum lucernis fuisse pulueres Gagatis, in quos destillans iugiter aquæ gutta perennem flammulam excitaret, conseruaretque.

Cap. XLV.

[a] 6. de Gagat. c. 31. Gagatis lapidis ex aquæ stilla inflammatio.

SVnt præterea, qui apud Andream [a]Libauium legentes lapidem Gagatis nomine dictum eius esse naturæ, vt ex eo instillatæ aquę flammam excutiant; hinc opinati sint in reconditis antiquorum lucernis fuisse pulueres, aut ramenta quædam lapidis Gagatis; in quæ ramenta iugiter aquarum guttulæ, aqueive vapores crassiusculi, qui numquam non in locis subterraneis inueniuntur, instillarent, inciderentve: qui vapores, quæve guttulæ contactis illis pulueribus, ramentisve Gagatinis, inde flammulam statim excitarent, excitatumque igniculum deinceps in plurimos annos conseruarent, fouerentque iugi, & continua regeneratione: cuius rei signum euidentissimum illud esse volunt, in huiusmodi lucernis omnibus inuentos fuisse pulueres, compertaque plurima id generis ramenta.

Vapores aquei sunt in subterraneis.

Pulueres inuenti intra veterum lucernas.

Expenditur allata opinio, probando non in omnibus lucernis ab antiquo ardentibus extitisse Gagatis ramenta; non in ea decidisse vbique stillas aquæ; non posse continuam eorundem irrorationem ad plures annos ignem conseruare: patefacta ratione, qua ex eo lapide aqua flammam excutiat: & calx extincta denuo inflammari nequeat nouæ aquæ affusione.

Cap. XLVI.

SEd neque huic opinioni assentiri valemus, multis rationibus ab ea nos auocantibus: primo enim quicumque tales lucernas in aperiendis antiquorum tumulis inuenerunt, luminis quidem in eis ardentis mentionem habuerunt, sed Gagatini pulueris nullius vmquam, aut ramenti meminerunt: Vt fundamentum propositæ sententiæ sit mere voluntarium; & sola coniectura, eademque leuissima innixum quam maxime nutare videatur. Deinde vero falsum est absolute in reconditas illas lucernas assidue ab ambiente loco incidisse guttas aqueas, irrepsisseve aqueos vapores de puluere Gagatis flammam excutere valentes; nam lucerna Nesidea intra vitream phialam inclusa nullum aeri aditum, nedũ aquarum guttulis, vaporibusque longe illo crassioribus ingressum ad se præbere potuit: Olybij quoque lucerna in duplici vrna fictili permanens ab omni loci humore tuta, intactaque remansit: Antiochena similiter intra murum supra Ciuitatis portam inclusa lucerna, vnde, quomodove aqueas guttas per tot annorum curriculum habere valuit, aqueosve vapores? assidue namque ab ijs parietem irrigantibus nõ longo temporis interuallo & murus corruptus diffluxisset, & imago illa Redemptoris Domini plane destructa fuisset: Pallantina vero, & Tulliolana lucerna in aridissimo loco inuenta est; in quo vi nimiæ siccitatis cadauera illa vetustissima tamdiu conseruari potuerunt, quæ solo tactu in pulueres minutissimos abierũt; siquidem in loco humidiori carnes cito computrescunt, & a se ipsis in elementa diffluunt; non autem in pulueres pristinam figuram retinentes exsiccantur. Deinceps etiam falso & illud asseritur, paucos pulueres, paucave Gagatis ramenta ex iugi aspergine posse multorum annorum, sęculorumque flammam excitare, & conseruare; quoniam ignis, qui ex aspersione Gagatis excutitur; non est pura aqua a lapide accensa; quod supponere videntur insignes viri; aqua enim potis non est ita in flammam splendidam accendi; sed est vapor quidam pinguis ex irrorato Gagate exiẽs, per concentrationem caloris, portionisque igneæ in Gagate delitescentis, atque adeo per antiperistasim accensus, & in flammam sursum euolans, eo modo prorsus, quo ex calce viua ignis affusione aquarum excitatur: Verum enimvero quum vapor ille pinguis Gagatinus ab igne ardente consumatur; fieri profecto nequit, vt qui exiguus inest in paucis illis seu pulueribus, seu ramentis, tam diuturnæ multorum annorum flammulę sufficiat; sed breui aliquot ad summum mensium curriculo cõsumptus idem vapor ex aquæ instillatione tandem pulueres Gagateos nullam ex se flammulam edere iam amplius aptos relinquet. Videmus enim calcem affusione

Lucernas veterum non patuisse vlli stillicidio.

Lucernæ plures conditæ fuerunt in aridissimo loco.

Cadauera in aridissimo loco vt seruentur.

Aqua non ardet in flammam. Vide lib. 4. cap. 40.

Lapis Gagates vt inflammetur.

Calx extincta cur iterum nõ inflammetur nouę aquæ effusione.

sione aquæ semel flammas vbi conceperit, ea breui extincta ob consumptionem pinguis illius fomitis, denuo igniri non posse, licet repetamus nouum aspergimen aquarum.

Diluitur argumentum desumptum a ramentis, & pulueribus inuentis intra lucernas antiquorum. Cap. XLVII.

QVod autem in proscissæ opinionis comprobationem afferebatur argumentum, deductum a pulueribus, & ramentis intra reconditas ab antiquo tempore lucernas inuentis, sat superque solutum fuit in superioribus apud [a] Gutherium: Quibus nunc addere liceat in repertis huiusmodi lucernis quam pluribus nullos omnino pulueres compertos fuisse, nullaque lapidis vllius ramenta conspecta, sed potius fluxilem quamdam substantiam, pingueque humidum, non autem lutulentum; quale id esse oporteret, quod ex aquarum guttis, & lapidum pulueribus ad instar cæni coagmentatur: Et certe in Olybij lucerna latex luculentus, non liquor lutulentus compertus est. Adijcio in plerisque lucernis ab antiquo reconditis intra mortuorum tumulos, quę non diuturnam habuere flammam, sed breui tempore consumpta fomitis materia extinctæ fuerunt, passim repertos fuisse pulueres, & ramenta similia his, de quibus viri clarissimi: Quum ergo in ijs lucernis hi pulueres perennem flammulam non seruauerint, qui fieri potuit vt in illis alijs eadem ramenta ignículum æternum seruare valuerint? certe vt illi nihil aliud fuere quam cineres combusti ellychnij, fomitisque residui; aut e loco defluxa caries, aut etiam terrena portio vndecumque lucernis extinctis incussa, ita plane ramenta hæc non alieni generis existunt. Deinceps autem si Gagatini pulueres ad perenne lumen in sepulchro seruandum lucernis iniecti fuerunt pridem ab earum autoribus; cur in Nesidea lucerna intra vitrum inclusa reconditi sunt, ad quos accendendos nulla vaporis, aquęve stilla ingredi potuit? cur in Olybiana intra duplicem vrnam? cur in Tulliana, & Pallantea in loco aridissimo sitis? rationi enim consentaneum est Autores

[a] cap. 26.

Pulueres non in omnibus lucernis inueniri.

Humor in Olybij lucerna qualis fuerit.

Pulueres in lucernis veterũ inuenti quid fuerint.

A huiusmodi lucernarum in eis non alia de caussa Gagatinos pulueres imposuisse, nisi vt ij assidua irroratione continuã flammam exhiberent; at in hunc finem lucernas in humente loco, & aquarum aspergini patentes recondere debuissent. His igitur nominibus apparet non esse vt eam opinionem accipiamus, quã sancire non dubitant insignes viri flammam in reconditis ab antiquo lucernis tamdiu perdurare potuisse, quia intra eas lapidis Gagatini aquarum aspersione inflammabilis ramenta, & pulueres inesent; in quos assidue aquarum guttæ, vaporesve crassiores instillarent.

Nona Plutarchi sententia dicentis ignem lucernarum diutissime durauisse, illo aeris ambientis constitutione vel frigida, & humida: vel vicissim calida, & sicca impedito ne cito possit fomitem consumere. Cap. XLVIII.

INter omnes alios Doctores naturalem caussam diuturni lucernarum luminis, æternique illarum ignis assignare videtur, eamque subtilissimam e Naturæ penetralibus educere Plutarchus in vestibulo sui libelli *De oraculorum defectu* inscripti: asserit enim lucernæ flãmam absque noui fomitis adiectu per temporis pene infinitum spacium conseruari posse duplici ratione, & vtraque mere naturali: Vna quidem est, si lucerna ex communi oleo, & vulgari ellychnio ardente coruscans recondita sit in loco, vbi aer ambiens frigidus, & humidus perpetuo contineatur; namque ab his qualitatibus aeris in eo degens ignis labefactatus, vt pote a suis contrarijs eneruatus, vires non habebit, quibus possit vel ad multum temporis interuallum exiguam fomitis portionem absumere: Quare ad sui conseruationem accessu noui fomitis non indigebit, & absque illo diutissime perdurare valebit. Altera vero caussa est, si eadem lucerna vicissim permaneat semper in aere calido, & sicco; quia talis ambientis caliditas rarefacit ignis substantiam in ardente lucerna; ignis autem in rara substantia exardens imbecillas habet vires; vt experimentum ostendit, & ratio suadet: nam hieme ignis ab ambientis frigore in se coactus plus habet virium,

Plut. physice magis philosophatus.

Ignis ab aere vt labefactetur.

Ignis vires qui habeat imbecillas.

rium, & melius ardet: in æstate viciſſim rarefacta illius materia languidiores, imbecillioresque vires obtinet; vnde non poteſt fomitis exiguam particulam niſi ad multum temporis interuallum abſumere: Quo fit vt in tali loco ardens lucerna diutiſſime flammam in ſe retinere valeat. Quam Plutarchi ſententiam fouere videtur Theophraſtus, dũ ait, In Sole malignius vrit ignis, quam in vmbra: & lucernæ minus lucent igni ardente, extinguunturque omnino ſupra flammam poſitæ. Sed præſtat aurea Plutarchi[a] verba de propoſito in medium adducere; agens enim de Ammonis annua lucerna ſic ad verbum infit: Ergo ne res ea fefellerit reliquos homines, apud quos ignes coluntur, adſeruanturque per temporis pene infinitum ſpacium? Quod ſi quis tamen omnino veram eſſe rem ponat; & quidem præſtat cauſſam adſcribere frigiditatibus aliquibus, & humiditatibus aeris; quibus ignis languefactus non poſſit multum conficere alimenti; neq; opus eo habeat: Aut ſiccitates contra, & caliditates cauſſari; iam enim audiui, qui de igne dicerent, hieme eum melius ardere, plusque habere virium, frigore in ſe ſe coactum, ac ſtipatum; in æſtu autem raritate contracta imbecillum reddi, ac languidum: & ſub Sole accenſum remiſſius agere, materiamque mollitet inuadere, ac tardius conſumere. Hæc Philoſophus eximius: Cuius opinionem & ea ratio communire, ac explicare videtur, quod in ſubterraneis locis, vbi reconditæ lucernæ ab antiquo ardebant, aer vniformis conſeruatur aſſidue alibi frigidus, & humidus; alibi calidus, & ſiccus; vt propterea nil prorſus igni occurreret, quod ipſius vires roborare poſſet; vnde fomitem cito conſumere valeret.

Igois hieme cur validior, æſtate debilior.

[a] Libro de Igne.

Aeris frigiditas, & humiditas vt afficiant ignem.

Aeris caliditas, & ſiccitas vt ignem affi ciant.

Aer vniformis vbi ſit, & conſeruetur.

Examinatur allata ſententia, demonſtrando lucernas non poſſe ab ambientis vlla conſtitutione diutiſſime ardentes conſeruari. Cap. XLIX.

AT vero licet ambæ iſtæ cauſſæ a Plutarcho propoſitæ durationem annuam magnæ lucernæ, quę cum multa olei menſura in Templo ſemper ardens a Miniſtris cuſtodiebatur quotannis nouo infuſo oleo, promouere valerent; nulla tamen earum efficere poteſt vt puſillæ lucernæ cum exiguo fomite in ſepulchris, alibive ab antiquo reconditæ vltra centum annorum ſpacium ardentem ignem in ſe conſeruarent. Ac certe Plutarchus eo loci dedita opera de Ammonis lucerna, & alijs illi conſimilibus diſputationem habet, quæ in Gentilium Deorum delubris ab eorum ſacerdotibus adſeruabantur, noua in abſumpti locum olei affuſione; quam vel quotidie, vel ſingulis hebdomadibus, aut menſibus, aut annis iterabant; pro maiori, vel minori olei menſura, quę in maiori, aut in minori lucerna, longiori, aut breuiori temporis curriculo igni ardenti ſufficiebat: Nullamque rationem habet vir inſignis, nullamque admirationem de diuturna flammæ illius duratione; quam olei menſuræ proportionatam eſſe ſupponit: ſed ſolum admiratur varietatem durationis eiuſdem ignis in eadem lucerna cum pari olei menſura exardentis: & cauſſas affert, cur in lucerna Templi Ammonis perpetuo ardente ſubinde poſteriori anno minus olei abſumatur, quam præcedente; quum Sacerdotum opinionem minime probet aſſeuerantium id prouenire, quia ſequens annus ſemper ſit ſuperiore breuior: At nos de diuturna multorum annorum duratione ignis ardentis in exiguo fomite tractamus: quam non tetigit eo loco Plutarchus. Adiungere quoque liceat egregium Philoſophum illas propoſiti cauſſas tamquam probabiles attuliſſe, non autem ijs veluti neceſſarijs acquieuiſſe; tum quia rationi conſentaneum non eſt in Ammonis delubro ſemper poſteriore anno aerem fuiſſe, quam in præcedente, aut magis frigidum, & humidum; aut magis calidum, & ſiccum: nonne vnquam ibi annus fuit, in quo aer calidus, & humidus; aut frigidus, & ſiccus ardentis ignis vires non labefactaret, ſed potius in celerem fomitis perniciem adaugeret? tum quia magis probat rationem tertiam Plutarchus eodem in loco ſtatim ſubnectens, Maxime vero liceat cauſſam in ipſum conferre oleum; non enim abſurdum eſt olim id ex recenti natum ſtirpe plus aquei habuiſſe admiſtum; minusque alendo valuiſſe: poſtea coctum in

Plutarchus quarum lucernarum naturam tractauerit.

Quid admiretur in Ammonis lucerna.

Non putat annos eſſe inæquales.

Oleum nouellæ ſtirpis plus aquei habet, quam veruſtæ.

„ in perfecta, ac coactum, eadem quan-
„ titate plus potuisse, ignemque facilius
Lucernæ cum pari mensura & minori oleo, vt diutius ardeant.
fouisse. Ac re vera lucernæ, in quibus
cum oleo admista est aqua, diutius cum
eadem mensura durant, quam oleo
simplici, ac syncero plenæ; quoniam
Aqua sub oleo cur lucernas diutius ardere faciat.
aqua & magis resistit actuitati flammæ;
cui nihil, aut parum obsistit oleum; &
ignis sibi contrarij vires quoquo pacto
eneruat: & ignem auocat ad se, oleique
consumptionem procrastinans magis
[a] lib. 2. c. 11.
retardat: quod in opere nostro [a] *De Vita* ex eo demonstrauimus, quia non
aliunde tum lucernæ, in quibus oleo
aquæ nonnihil permistum est, diuturniorem flammam seruant, quam simplici oleo plenæ: tum olearum, laurique
Lauri frondes virētes in igne cur crepitent.
virentes frondes in ignem proiectæ primum crepitant, postea demum silentes
ardent; quam eo, quod in illis flamma
primo loco depopulari, & consumere
studet amurcam, & aqueam humiditatem, veluti sibi magis contrariam; remittendo interim, ac retardando quadantenus olei sibi familiarioris consumptionem: Oliuarum quoque nouellæ
Oliuarum nouellæ cur humidiores vetustis.
humiditate aquea magis abundant,
quam seniores plantæ in eadem specie,
siquidem & magis luxuriant; atque ad
celeriorem auctionem pluri humore
indigent iuniores; & senium est humidi
Senium quid sit.
substantifici maxima, & perennis exsiccatio in omnibus viuentibus nostratibus, Hippocratis [b] etiam obseruatione.
[b] 1. Sectio. aphor. 14.
Sed & quarta problematis solutio per
inficiationem, qua Plutarchus illis Ammonis administris fidem derogare videtur, mihi maxime probatur; subdit enim
„ eo loci, Oportebat Ammonis adminis-
„ stros seruare propositum suum; quam-
„ quam abhorrens a fide, & insolens.
Ceterum in proposito nostro fieri nullo modo potest, vt ambientis aeris vlla
Aeris nulla qualitas prohibet consumptionem fomitis ab igne.
qualitas adeo hebetet vim ardentis
ignis, vt prohibeat quo minus ille subditam sibi olei materiam exiguam per
longissimum annorum tractum consumat; nam vt de frigiditate, ac humiditate prius eloquamur, tanta hæc non fuit
Ammonis Tẽplum in qua regione fuerit.
in Ammonis Templo, vt ardentis ignis
vim posset hebetare adeo, vt eius actionem impediret; quoniam Templum id
non in Zonis glacialibus; ast in regione
temperata fuit ad calidam vergente,
apud mare rubrum in Aegypto; vt in-

A nuit Plutarchus: in quo sane Templo,
& aere quum viuerent homines absque
eo quod blandus eorum calor insitus
impediretur ne subditum sibi primigenium humorem iugiter absumeret; multo sane magis actuosior flammæ calor
hebetari adeo non potuit, vt languidus
olei substantiam humanis corporibus
molliorem, dissolubilioremque consumere nequiuerit. De aeris calida, &
sicca dispositione pariter asserimus in
B ea si vis ignium languidior fieri statuatur, oleum tamen etiam celerius consu-
Aeris constitutio quæ acceleret consumptionem olei lucernæ.
metur; non solum quia id calore ambientis attenuatur, ac rarefit, maximeque disponitur, quod ab ardente igne
debiliori cito absumatur; sed etiam quia
simul a duobus corruptionibus destruitur; nam & ignis ardens in lychno, &
calor ambientis æstuans oleum certatim dissipant, & depascuntur: Si enim
olei cadum ardentibus Solis radijs æstate media exposueris, breui oleum ma-
C xime consumi experieris; sin autem ardentem ignem ellychnio admoto eidem oleo adiunxeris, næ multo citius
oleum totum absumi videbis. Præterea
Qualitates actiuæ magis sunt validæ in subiecto densiori.
vero certum est actiuas qualitates, quo
sunt in subiecto densiori, eo magis
actuosas esse, magisque validas: Qui ergo fieri possit vt caliditas, & frigiditas
Fumus est aere densior.
in aeris substantia rara, tenui, ac molli
viribus præualeat calori ardentis flammæ in lucernis, qui calor subiectum habet olei, ellychnij, & fumi longe den-
D siorem substantiam? est enim fumus adspectabilis aere ob raritatem inadspectabili longe densior, ac multo etiam
magis oleum, & ellychnium; est au-
Flamma quid sit.
tem flamma ex Aristotelis [c] decreto
[c] 2. de gen. t. x. 28. 1. meteor. su. 2. c. 1. 4. meteor. su. 3 c. 2.
fumus ardens: Si ergo actuosior, &
robustior est calor ardentis ignis in ellychnio fulgidæ lucernæ, quam frigiditas, caliditas, aliaue qualitas vlla in
aere vigens; quid, obsecro, est in causE sa, vt ignis lucernæ a qualitatibus ambientis aeris eneruari queat adeo, vt
elangueat; & torpens subditum sibi
oleum exiguum per multas annorum
decades non absumat?

Di-

Diluuntur allatæ rationes, oſtendendo qua ratione ignis ardens in aere tum impenſe frigido, tum etiam calidiſſimo vires habeat languidiores. Cap. L.

SEd & rationes in propoſiti confirmationem ex Plutarcho deductæ diuturnam reconditæ flammulæ durationem non ſatis comprobare videntur: In primis enim abſolute negamus omnes ab antiquo ardentes lucernas in aere aut frigido, & humido; aut calido, & ſicco permanſiſſe; nam plurimæ in loco frigido, & ſicco reconditæ fuerunt, & ſpeciatim Tulliolana; non alunde ſiquidem cadauer Tulliolæ recens inuentum ſolo contactu in pulueres abijt, niſi quia in frigido, & ſicco aere demum omni extincto calore, omnique conſumpta humiditate, cineres, terreneque miſti partes relictæ ſunt priſtinam cadaueris figuram ſolam adhuc retinentes; vt monuit alicubi etiam [a] Ariſtoteles, & ratio confirmat; quia in humido loco putredinem concepiſſet neceſſario cadauer humanum; nec eius figuram priſtinam reſidui a putredine cineres vlla ratione in ſe retinere valuiſſent: in calido etiam loco ab ambientis calore miſti proprium ad ſe auocante cadauer humanum computruiſſet, putredineque in tabum fætidum diffluxiſſet, tandemque nil niſi cinis, ac puluis infiguratus remanſiſſet: vt experimentis quotidianis comprobatum habemus. Deinde vero quum terræ, intra quam conditæ fuerunt ab antiquo ardentes lucernæ, varia ſit altitudinis menſura; ſiquidem locatæ fuerint prope ſoli ſuperficiem lampades ardentes; iam ibi non potuerunt iugem habere continentis temperaturam aut calidam, & ſiccam; aut frigidam, & humidam; quoniam æſtate frigus maxime viget in terræ viſceribus, & hieme calor; vt aqua puteorum, & aer ſpeluncarum certo nobis experimento demonſtrat; ratioque confirmat; nam hieme ab ambientis intenſo frigore tum genitus pridem a Solis radijs reflexis ad perpendiculum, aut fere, in ſuperficie terræ calor veluti contrarius pellitur, fugaturque, & intra terræ viſcera concentratur: tum etiam in terræ ſinibus inferioribus ſeu exarden-

A te ſulphure, ſeu alia quacumque ratione calor exortus, & ad auras inhians, prohibetur ne ſurſum ad æthera, quo propenſus eſt, libere ſcandat: Aeſtate vero ab ambientis aeris calore intimus hic vterque terræ calor, veluti a familiari, foras euocatur; terraque ſui natiua frigiditate, ac ſiccitate aerem intra ſuas cauitates comprehenſum refrigerat, ſiccitateque afficit; vt propterea lucernæ ſitæ non longe a terræ ſuperficie ſemper non incolant aerem aut frigidum, & humidum; aut calidum, & ſiccum. Si vero locatæ fuerint adeo longe a terræ ſuperficie, vt ad eum locum calor vllus penetrare nequeat, vllaque mutatio primarum qualitatum quacumque de cauſſa pertingere; næ ibi ſemper vigebit incluſus aer frigidus, & ſiccus a terræ proprijs qualitatibus vniformiter affectus. Deinceps autem concedentes diſputationi flammam in aere frigidiſſimo, & humidiſſimo viribus eneruari; vt propterea & Marcus [b] Polus teſtatus ſit in Prouincia Vochan apud Septemtrionem hiberno tempore ab aeris intenſiſſimo frigore flammas viribus adeo hebetari, vt parum ſplendeant, nil coquant, corpusque proximum non calefaciant, aut vix calefaciant: & idem expertus ſit Hollandenſium tertiæ nauigationis autor [c] in Noua Zembla: negamus in ſubterraneis Italæ terræ locis, vbi lucernæ ab antiquo ardentes nuper inuentæ fuerunt, aerem fuiſſe adeo frigidum, qui flammæ vires, vt in regionibus illis Septemtrionalibus, eneruare potuerit. Addo aliud eſſe comparare ignium vires cum materia combuſtibili, in qua ignis accenſus ardet; atque aliud cum vicino corpore non ardente: nam ardens flamma ſubditum ſibi fomitem comburebat vndique ipſum ambiens, & in Vochan, & in Noua Zembla nuncupata; vnde Bataui ligna quamplurima, & carbones abſumere cogebantur, vt corpora ſua quomodocumque calefacerent, ne ab intenſo frigore necarentur; licet ipſi frigidiſſimo ab aere vndique circumdati parum admodum ab igne calefierent, præualente aeris plurimi ſummo frigore viribus exiguæ flammæ: Vt ergo intenſiſſima frigiditas, & humiditas aeris in Noua

Zem-

Lucernæ veterum in omni aere viguerunt.

Tulliolæ cadauer cur tactu in puluetes abierit.

[a] 4. meteor. cap. vlt. 4. meteor. ſu. 1. c. 2.

Cadauer in quo loco neceſſario putreſcat.

Terra vt aerem intra ſe afficiat.

Qualitatum mutatio in qua terræ parte non fiat.

Flamma in quo aere viribus eneruetur.

[b] lib. 1. c. 28.

Flamma vbi nil coquat ob ſui debilitatem.

[c] cap. 7. & 8.

Vide lib. 4. cap. 15. Cur in ſubterraneis æſtate frigeat, hieme caleat.

Zembla non potuit ardentis ignis vires adeo hebetare, quo minus hic ſubditum ſibi lignorum, & carbonum duriſſimorum fomitem euidenter, ac breui tempore miſeris illis Hollandis abſumeret; ita multo minus id contingere potuit reconditis lucernis ab antiquo ardentibus, quod earum ignis ab aeris ambientis humida frigiditate adeo labefactaretur, qui ſubditam ſibi fomitis liquidi materiam per multas annorum decurias, centuriasque conſumere non poſſet. Amplius & altera ratio a calore ſicco deprompta non minus eluitur; quia primum concedentes in aere impenſe calido, & ſicco flammas ardentes minus habere virium calefaciendi propinqua ſibi corpora; quocirca ſubtili [d] Scaligero notatum etiam eſt alicubi flammas in radijs Solaribus viuidioribus ardentes minus viuidas eſſe, minus calfacere, minusque cibum coquere; non quidem, vt ipſe retur, quia ignis in aere ſimiliore, atq; tenuiore diſſipetur; ſed, vt ego cenſeo, & in opere *De Spontaneo viuentium ortu* [e] adnotaui, quia calor a prunis, & ab ardente fumo ad ambientis calorem accedens a ſimili validiori attractus prunas, & flammas eneruatas relinquit: Negamus primo in ſubterraneis lucernarum locis aerem adeo calidum, & ſiccum ſemper extitiſſe; ob rationes nuper allatas. Negamus deinde ignem in aere calidiſſimo, & ſicciſſimo exardentem non conſumere ſubditum ſibi fomitem, & breui tempore id non efficere; namque ab aeris conſtitutione tali rarefit, incalefcit, ac exſiccatur, attenuaturque maxime fomitis materia; promdeque aptiſſima redditur, quæ citiſſime vel ab exillimo igne conſumatur, eoque imbecillimo: nonne ſcintilla ignis, flammaque ſtuppæ, ac palearum, quam impune diu manibus tractare poſſumus ob ſummam eius igniculi debilitatem, citiſſime ſulphuris, & pyrij pulueris magnam maſſam accendit & abſumit, ob maximam eius materiæ ad ignis naturam induendam propenſionem? Ita ergo in ambiente calidiori, ac ſicciori flammæ ardentis vires quidem labefactantur; ſed ſimul etiam ſubiecti fomitis materia diſponitur, quæ a debili flamma cito conſumatur: Quare lucernæ antiquitus ardentes id non habuerunt ab ambientis aeris intenſo calore ſiccitati coniuncto, vt earum ignis fomitis ſubſtantiam non conſumeret: Ignis quidem in materia rarefacta vires habet languidiores, quibus non facile conſumit aliena; ſed rarefactam ſibi ſubditam ſubſtantiam facile conſumit; nonne palearum, ſtuppæve flamma, quam impune tractamus, breui paleas, & ſtuppam conſumit? Ad tertiam rationem ex ſuperioribus negandum eſſe conſtat ardentes ab antiquo lucernas in locis ſubterraneis habuiſſe aerem ſemper vniformem, aut calidum, & ſiccum: aut frigidum, & humidum; quia vbi poteſt pertingere concentratio, & euocatio caloris ab ambientis frigore, aut calore vehementi; eo in loco ſubterraneo æſtate frigus, hieme viget maxime calor; non autem ſemper eadem, & vniformis primarum qualitatum conſtitutio: Vbi vero quapiam ex cauſſa in loco ſubterraneo fieri non poteſt neque ab aeris externi ſummo frigore caloris concentratio; neque ab eiuſdem intenſiori calore caloris terreni auocatio; ibi terrenum temperamentum ſemper viget frigidum, & ſiccum. Sic igitur nec ex Plutarcho habemus cauſſam, ob quam in locis ſubterraneis conditæ lucernæ ab antiquo ardentes tamdiu ignem, & flammam ſuam abſque noui fomitis adiectione conſeruare potuerint.

[d] Exerc. 73. Flammæ in Sole cur minus validæ.

[e] Li. 4. c. 33.

Aer non ſemper vniformis vbi ſit.

Ignis in aere calidiori citius fomitem abſumit, tardius alia.

Flamma quæ impune manibus tractetur, & cur.

Opinio decima, quam aliquando habuit Autor exiſtimans ardentes ab antiquo lucernas tamdiu flammam conſeruaſſe, ne daretur corporum penetratio. Cap. LI.

DVdum ego de propoſito philoſophatus, quum nulla promulgatarum opinionum mihi mentem firmaret, in eam denique ſententiam abij, vt exiſtimarem lucernas antiquorum reconditas tanto tempore flammam ſine vlla noui fomitis adiectione in ſe retinuiſſe, quia Natura omni conatu, omnique ingenio corporum penetrationem fugiens, vbi lucernam in arcto loco incluſam haberet, extra quem noui fumi exitus nullus exiſteret; ignis fomitem ſubiectum vrens, & inflammans, iam non amplius conſumeret, nec

Natura penetrationem vitans.

in

Igne non absumi ardens mistum non est absurdum omnino.

in nouam exhalationem resolueret: Natura enim semper de duobus absurdis minus eligere consueuit: quum autem longe minus inconueniens sit ab igne ardente fomitem non absumi, quando aurum, asbestum,& amiantum tale quid natura sustinet; quam dari corporum penetrationem; quod nusquam natura patitur: proinde lucerna in loco vndique bene occluso ardens quum flammam habeat,a qua fumus de combustibili genitus non potest in eo loco amplius contineri, nec extra illum vndiquaque clausum exire; ne detur corporum inuisa penetratio, ignis ardens e combustibili nullam excutiet amplius exhalationem; quare flamma fomitem non comburens diutissime in sepulchris, & alibi conseruari poterit nullo noui fomitis adiectu.

Expenditur allata sententia, ostendendo metum penetrationis non esse caussam diuturnæ durationis ignium ardentium in reconditis antiquorum lucernis.
Cap. LII.

CEterum diu multumque postea rei naturam quum animaduerterim, seduloque considerauerim,conceptam pridem opinionem exuere demum coactus fui; Natura siquidem semper efficit, quod factu facilius est; quum autem factu longe facilius sit ignem ab exhalatione de combustibili exorta in loco angusto suffocari, quam fomitem ab ardente flamma non consumi; proinde occlusa in arcto loco flammula statim extinguitur a fumo suffocata, priusquam ingruat metus penetrationis, nedum priusquam immineat duorum corporum penetratio, quam tantopere abhorret Natura,& semper euitare studet: cui sane veritati quotidianum suffragatur experimentum. Deinde vero nulla, præter Nesideam, quæ intra vitream phialam illustris ardebat, lucerna recondita est in loco; vnde fumus, aut eo tenuior aer per occultos terræ meatus, cæcasque vrnarum, sepulchrorumque rimulas exire non potuerit nouo fumo locum daturus: Quare non oportuit ob metum penetrationis ignem diu ardere sine fomitis consumptione. Deinceps autem cur statim

Natura efficit semper factu faciliora.

Facilius est flammam suffocari quam fomitem non absumi.

viso,tactoque aere nouo plerçque olim reconditæ lucernæ inter aperiendum antiquorum tumulos extinguebantur? an non flamma diutule in eo fomite perdurare potuit extra sepulchrum,quę intra illud condita diutissime durare quiuit? Denique vero id non est caussam propositi afferre propriam, quam inquirimus; nec explicare cur ita se res habeat; sed est absurdi vi conuincere propositum aliter se habere non posse: Nos autem rei existentiam modo non quærimus;quam ex historijs antea relatis euidentem,ac certam habemus; sed veram propositi caussam inquirimus, ac intimam naturam; quam nobis allata opinio non manifestat.

Lucernæ plerçque extinctæ fuerũt.

Absurdi vi conuincere non est afferre caussam propositi.

Soluuntur adductæ rationes, ostendendo quomodo,& cur ignis occlusus extingui debeat,si fumigauerit,a fumo suffocatus.
Cap. LIII.

NEc profecto rationes in propositæ sententiæ confirmationem allatæ satis nobis eam persuadere potuerunt: Concedentes enim Naturam omni conatu semper euitare corporum penetrationem; & vbique de duobus absurdis minus eligere consueusse: Immo potius constituentes Naturam nullum inconueniens vnquam admittere; si enim humanis legibus cautum est, non esse facienda mala vt eueniant bona; quanto minus naturæ lex iustior, & illis potentior patietur absurdum aliquod euenire, ne maius inconueniens accidat? Quare dicimus primo absurdum non esse ignem non consumere subditum sibi corpus: nam id,præter omnem absurditatem,auro, amianto,asbesto,& ex his contextæ tunicæ multiplici sæpissime contigit in apertissimo loco. Dicimus deinde,si lucerna exardens in loco penitus occluso, & omnino imperuio reponatur,vnde nihil prorsus egredi valeat aeris,aut fumi;& in ea ignis accẽsus sit in vulgari oleo, & ellychnio; statim flãma de fomite fumum excutiens,huic exhalationi locum primo dabit aer ambiens intra vas contentus, se se cogens in densiorem substantiam: quam deinde, vbi non amplius in arctum cogere poterit,exoriens de nouo fumus illico flãmam suffocabit, eiusdem extinctæ lo-

Natura euitat penetrationẽ.

Natura non admittit vllũ inconueniens.

Natura lex iustior, & potẽtior humanis.

Ignis quę physice ardentia non absumat.

cum occupans: Quæ flammæ ſuffocatio ab excedente fumo tum factu facilior eſt, quam ignis ardor ſine fomitis conſumptione; tum etiam abſurditatis nihil prorſum in ſe continet. Ita ergo quum de cauſſa effectrice, materiali, ac formali tam diuturnæ flammæ in veterum ſepulchris iugiter ardentis nihil a ſummis viris habuerimus, quod mentem firmare valeat. Age nunc videamus, an ab eis aliquid de propoſiti cauſſa finali haurire poſſimus.

Flammam in fumo ſuffocari facile eſt.

Iulius Iacobonius finem, cuius gratia veteres in ſepulchris lucernas conderent iugiter ardentes, ait eſſe tum immortalis animæ ſymbolum, tum grati animi ſignum erga Deos Manes appellatos. Cap. LIV.

VArij ſcriptores luminis æterni a priſcis in tumulis conditi varios fuiſſe fines comminiſcuntur; & inter alios Iulius Iacobonius in Appendice ad Commentarios Fonteij *De priſca Cæſiorum Gente* duplicem finem ſepulchralium huiuſmodi lucernarum attulit; vnum quidem, dum [a] aſſerit antiquos exiſtimaſſe animam eſſe vim quamdam igneam; eamque non penitus cum corpore ſuo extingui; ſed circa demortui tumulum aſſidue volitare: atque hinc factum eſſe, vt in ſepulchris ignis; vel eius ſimulachrum, veluti animæ ſymbolum, paſſim poneretur: Alium vero, dum [b] ſcribit exiſtimatum fuiſſe ab antiquis viuos homines in poteſtate ſuperorum Deorum eſſe; mortuos vero ad inferna pertinere numina; quæ nomine Manium appellabant, quia putabant Deos inferos manere in tumulo cum cadaueribus; quare in grati animi argumentum ſepulchra non minus mortuis, quam Manibus inſcribebant: quorum exempla innumera ſunt apud inſcriptionum priſcarum collectores: Qua coniectura dicere poſſumus etiam, ait Iacobonius, antiquos lucernas accendere ſolitos intra monumenta Dijs Manibus grati animi ergo, quod in ſepulchris cum cadaueribus, quorum curam habebant, Manes Dij permanerent. Hæc vir inſigniter eruditus.

[a] cap. 10. Animam veteres circa ſuũ cadauer manere putabãt.

[b] cap. 11. Homines viuos in poteſtate ſuperorum eſſe rati ſunt veteres.

Sepulchra quibus inſcribebant veteres.

A *Conuellitur allata ſententia, oſtendendo quæ ſit natura ſigni, ſeu ſymboli; & quid ex veterum opinione Dij Manes in monumentis efficerent. Cap. LV.*

NOs autem neutrum allatorum finium in præſentia recipere valemus: Non quidem aſſeruerim Veteres in ſepulchris ignem æternum condere, tamquam ſignum immortalitatis animæ; tum quia non omnium antiquorum opinio fuit animas noſtras eſſe immortales; quum tamen omnes paſſim lucernas in monumentis ardentes ponerent; tum quia ſignum, cuius cõditio eſſentialis eſt, vt alijs rem latentem deſignet, occultum eſſe non debet, ſed euidens; non ergo vere dicitur a viro inſigni lucernas in ſubterraneis veterum conditorijs ardentes poſitas fuiſſe in ſymbolum perpetuitatis animæ; quum plurimas earum lucernarum neminem vnquam viſurum eſſe veriſimile ſit; & omnes tamdiu latuerint: tum quia hæc ſententia quum minus autori ſuo aliam afferenti ſatisfaceret; nobis ſatisfacere minime poteſt. Nec vero etiam acceperim ab erudito viro lucernas in tumulis antiquorum condi ob grati animi notam erga Deos Manes, qui mortuorum corpora in ſepulchris benigne cuſtodirẽt; tum quia ſic oportuiſſet lucernas Dijs Manibus inſcribi, non defunctis; at vero nulla illis Dijs lucerna inſcripta fuit, ſed omnes illæ ſolis mortuis inſcribebantur, quæcumque inſcriptionem aliquam habebant; vt Iacobonius ipſemet aduertit in fine ſui voluminis: tum quia Deos Manes non cuſtodiendo in monumentis cadaueri, ſed animæ defunctorum illos vacare cenſuit antiquitas; videbant enim veteres cadauera fere omnia breui temporis tractu per putredinem in elementa diſſolui, adeo vt nihil priſtini corporis remaneant, cum quo Dij Manes in tumulis permanere dicerentur: Quin & plurima cadauera cremabant priſci ante ſepulturam, cineresque ſeruabant in vrnis: Quare Manes corpori defuncto cuſtodiendo non vacabant; nec id priſci opinabantur; atque adeo putandum non eſt antiquos in ſepulchris ardentes lucernas poſuiſſe Manibus cadauera cuſtodientibus grati animi ergo.

Antiqui non omnes animã putarunt immortalem.

Signum quam habeat eſſentialem conditionem.

Lucerna nulla inſcripta Dijs Manibus.

Manes quid agerent in ſepulchris apud veteres.

Cadauera cremabant veteres, & condebant cineres.

Se-

Sebastiano Foxio finis, ob quem prisci lucernas in monumentis accendebant, fuit, vt significarent animas immortales immori cum cadaueribus in sepulchro.

Cap. LVI.

SEbastianus autem Foxius Peripateticæ, Academicæque doctrinæ peritus de proposito scribit in hanc sententiam, Aegyptij vitam lucerna significantes occasionem veteribus dedere ponendi lucernas perpetuas in sepulchris; ibi cum cadaueribus animas immortales morari semper innuentes; non enim bestijs id officij præstabant; quibus nouerant contigisse animam mortalem. Cui dogmati subscribendum ideo videtur, quia Schytas, quos hodie Tartaros appellamus, animas censuisse cum cadaueribus permanere inde nobis coniectari licet, vel potius certo confirmare, quod Marci [a] Poli relatu, antequam a magno Cham regerentur, barbaram illam haberent consuetudinem, qua si quispiam vir nobilitate, pulchritudine, fortitudine, aliaque virtute præcellens ad eos diuerteret, noctu ab ijs interficiebatur; non vt eius pecunia vterentur; sed vt illius anima cum virtute fortitudinis, & prosperitate sensus in ea domo remaneret; ex cuius habitatione omnia sibi prospera euenirent: Et quum eorum quisque beatus sibi esse videretur, qui domi animam alicuius viri nobilis habebat; propterea multos domi necabant: sed vbi Magnus Cham illis dominari cepit, eum detestabilem morem sustulit, ingenti pæna fontes puniens: Quocirca ea gens a tanto facinore destitit.

Scytharum opinio de anima defuncti.

[a] lib. 2. c. 40.

Reprobatur ista opinio, demonstrando Aegyptios censuisse brutis etiam animas immortales inesse; animasque de vno in alterum corpus transmigrare; non autem humanas cum cadaueribus in tumulo semper immorari: veteresque brutis & sepulturam dedisse mortuis, & epitaphia posuisse: & Empedoclem male pisces igneos esse constituisse. Cap. LVII.

CEterum neque huic opinioni mens acquiescere potest; primum quia &[a] Porphyrius in opere suo *De abstinentia ab esu carnium* ab Ægyptio didiA cisse se confitetur brutorum animalium etiam animas esse immortales, commorarique cum suis cadaueribus; ac proinde vaticiniorum peritiam assequi cupientes, coruorum, talparum, & aliorum vaticinatoriorum animalium corda deuorant, cum ijs eorumdem animas excipere se arbitrantes: iureque Philosophum ait debere ab esu carnium abstinere, ne cum ijs brutorum animas illis cadaueribus affixas deuoret. Deinde quia quum passim viderent Ægyptij defunctorum hominum corpora breui temporis curriculo putredine concepta destrui; taboque diffluere tetro, & in elementa dissolui; haudquaquam verisimile fuerit viros illos doctissimos, a quibus Pythagoras, Plato, & alij sapientes plurimi didicisse gloriantur, existimasse animas in sepulchris cum cadaueribus semper commorari; vnde veteribus nullam Ægyptij occasionem præbuerunt ponendi lucernas perpetuo ardentes in monumentis. Quod autem affertur, Ægyptios id officij bestijs non præstare, quod nouerant ijs animam contigisse mortalem, viro eximio non satis suffragatur; tum quia nec omnibus hominibus, sed valde paucis id officij præstabant, quod perpetuas lucernas in sepulchris conderent; quum tamen omnibus hominibus agnoscerent animas contigisse immortales: tum quia brutis si non lucernas in sepulchris reponebant veteres, id accidebat, quia propriarum animarum homines curam habebant; brutorum nihil ad se attinentium curam habere non debebant: tum quia brutis pleriſque veteres monumenta, & cum elogio constituebant; vt apud varios autores videre licet; quos operæ pretium duximus in re non ita vulgari paullo diligentius afferre, ne videamur immerito Foxium, virum egregie doctum, accusare; necnon etiam ob argumenti iucunditatem. In primis autem Sirenophænix ille Virgilius culici suo post longum carmen, floridum tumulum, & epitaphium dedit huiusmodi;

Aegyptij brutis dabant animas immortales.

Aegyptij cur, & quæ corda brutorum deuorent.

Ægyptij doctissimi.

Brutorum sepulchra, & elogia.

His tumulus super inseritur: tum fronte locatur
Elogium, tacita quod format littera voce:
Parue culex, pecudū custos tibi tale merēti
Funeris officium vitæ pro munere reddit.

Culicis.

[a] Lib. 2. prope fin.

[b]lib.2.epigr. p.276. Formicæ.

Faustus deinde [b] Sabæus e Græco incerti Autoris Epigramma in Formicæ sarcophago descriptum retulit inquiens hoc modo,

» *Hic tibi formica infelix operosa parauit*
» *Aream apud gleba sarcophagum aridula:*
» *Spicifer vt sulcus Cereris te morte iacẽtem*
» *Rurali, & culto mulceat in thalamo.*

[c]lib.5 epig. pag.806. Locustæ.

Idem autor [c] e Græco transtulit Epigramma Phenni poetæ in Locustæ tumulo hunc in modum,

» *Dum Locusta liram tetigi plaudẽtibus alis,*
» *Dulcis erã oblectans carmine Democritũ.*
» *Ast vbi me rapuit durus sopor, ille decenti*
» *Orophon iuxta me tumulauit humo.*

[d]pag.766. Locustæ & Cicadæ.

Idem e Græco [d] Archiæ poetæ versum Locustæ, ac Cicadę commune proponit epitaphium vni tumulo inscriptum ita,

» *Mulcenti Locustæ agros, quercusq. Cicadæ,*
» *Cõmunem tumulum struxerat ipsa Myro:*
» *Surripuit duplicẽ ludũ implacabilis Orcus;*
» *Caussa hac irriguis Virgo madet lachrymis,*

[e]pag.767.

Cui Sabæus [e] idem huiusmodi allusionem posuit illico subdens,

» *Sub tumulo tristis communi Virgo Cicadã,*
» *Locustamq. premit nunc miserata Myro:*
» *Vtraque terrigena, exanguis, volucrisque, loquaxque,*
» *Atque puellares vtraque delitiæ:*
» *Cantillant ambæ pariter plaudentibus alis;*
» *Sibilat ista tamen, concinit illa magis;*
» *Dispare sed forma, tũ pastu dispare, agrestes*
» *Altera tristificat, altera lætificat.*

Cicadæ.

[f] lib.5. pag. 766.

Cicadæ soli Græcum epitaphium aliud Archiæ [f] Sabæus itidem transtulit in Latium hoc modo,

» *In viridi ramo pinifrondentis, opacæ*
» *Aut vlmi extremæ implicita in foliis*
» *Mulcebas spinæ penna rutilante cicada*
» *Pastores, cythara dulcius ipsa canens:*
» *Nunc data formicis, Herebi spelea tenẽt te,*
» *Insperata necis caussa viator erat.*
» *Dignũ erat hoc venia, si tu captiua fuisses;*
» *Nãq. etiã hymnorũ qui fuerat Dominus,*
» *A piscatorum implicitis ambage loquelis*
» *Fuit ad infernas captus Homerus aquas.*

Cicadæ.

[g]lib.5.pag. 798.

Cicadæ aliud item a Nicia conscriptum epitaphium e Græco transtulit eodem volumine Sabæus [g] inquiens,

» *Nõ plus dulcisonã potis ipsa emittere vocẽ,*
» *Dum viridi cantas fronde Cicada sedens:*
» *In dextram pueri postquã iucunda volasti,*
» *Cantantem improbulus tradidit ille neci.*

A Lazarus Bonamicus, seu Alexander Ferratius hoc epitaphium cecinit in mortem Philomelę, Philomelæ.

Cecropios edocta modos Philomela, canendo »
Altera quæ Syren, altera musa fuit, »
Cui volucres circũ mirantes carmina cũctę »
Cessere oblitæ, dum canit illa, sui: »
Continuitq. gradũ properãs tũ sæpe viator; »
Constitit ipse suo & flumine Medoacus; »
Delinita etiam dulci Proserpina cantu »
Ad stygios rapuit gaudia nostra lacus. »
At Dominus tãtæ volucris perculsus amore, »
Huic docta erexit digna sepulchra manu. »

[h] li.5.p.641.

E græco etiam vertit Sabæus [h] in Latinum hoc epitaphium ab Archia poeta vetusto Picæ auis tumulo inscriptum inquiens, Picæ.

Ante ergo pastores mulcebã carmine, et illos, »
Qui fallunt pisces, falce secantq. nemus. »
Sæpe etiam reboans veluti resonabilis Echo »
Mordacem effinxi gutture Pica tonum. »
Nunc me terra tegit; nec sum magis æmula vocis; »
Lingua etenim me, et vox, vitaq. deseruit. »

Mergi. [i] lib. 5. pag. 733.

Idemque Faustus [i] Mergo aui marinæ a Mnesalco antiquitus tumulo inscriptum e Græco epigramma sic Latinum fecit,

Vẽtipedis Mergi hũc tumulũ appellato viator, »
Terra pedes cuius iam celeres tenuit. »
Nam spacium effecit multis ęquale carinis, »
Longi auis vt cursus approperaret iter. »

Perdicis.

[*] lib. 5. pag. 764.765.

Perdici quoque a Fele mortuæ grecum Agathię scholastici epitaphium sic Latine vertit idem [*] Sabæus.

Nõ mage eris scopulis alibi miserabilis exul, »
Te Perdix retinet vimine texta domus: »
Tu neq; concuties alarum extrema, calore »
Te oblectans primo dum rubet athra die; »
Nam caput incidit Feles tibi, cetera cuncta »
Absumpsitque gula, est nec saturata sua. »
Nunc grauis occultet puluis te, & plurimus inquam, »
Ne forte indaget ossa relicta tua. »

[k] 4. de symb. Heroi. c. 7.

Patris Siluestri [k] Petrasanctæ, viri eruditione, doctrinaque cl. testatu,

Cornicis.

Manthes Aegyptius Rex Cornicem cicurem habuit, eaque tanquam fideli tabellaria diu est vsus; vt curauerit propterea mortuam sepeliri honorifice, ac tumuli honore etiam ipsam decorauerit. Plinius [l] alicubi testatur olim Romanos loquaci Coruo regale funus celebrauisse, tumulumque in Appia via dedisse, ita de proposito ad verbum scribens, Reddatur

[l] lib. 10. c. 43

» tur & Coruis ſua gratia indignatione
» quoque populi Romani teſtata, non ſo-
» lum conſcientia: Tiberio Principe ex
» fætu ſupra Caſtorum ædem genitus
» pullus in oppoſitam Sutrinam deuola-
» uit, etiam religione commendatus offi-
» cinæ Domino; Is mature ſermoni aſ-
» ſuefactus omnibus matutinis euolabat
» in roſtra, in forum verſus, Tiberium,
» dein Germanicum, & Druſum Cæſares
» nominatim, mox tranſeuntem popu-
» lum Romanum ſalutabat; poſtea ad ta-
» bernam remeans, plurium annorum of-
» ficio mirus: Hunc ſiue æmulatione vi-
» cinitatis manceps proximæ Sutrinæ, ſi-
» ue iracundia ſubita, vt voluit videri, ex-
» crementis eius impoſita calceis macu-
» la, exanimauit, tanta plebei conſterna-
» tione, vt primo pulſus ex ea regione;
Corui. » mox & interemptus ſit: Funusque in-
» numeris aliti celebratum exequijs con-
» ſtratum lectum ſuper Aethiopum duo-
» rum humeros, præcedente tibicine, &
» coronis omnium generum, ad rogum
» vſque; qui conſtructus dextra viæ Ap-
» piæ ad ſecundum lapidem, in Campo
» Rediculi appellato, fuit: Adeo ſatis iu-
» ſta cauſſa populo Romano viſa eſt exe-
» quiarum ingenium auis, aut ſupplicij de
» ciue Romano in ea Vrbe, in qua mul-
» torum Principum nemo duxerat fu-
» nus; Scipionis vero Aemiliani, poſt
» Carthaginem, Numantiamque deletas
» ab eo, nemo vindicauerat mortem.
» Hoc geſtum M. Seruilio, C. Sextio
» Coſs. ad v. Calend. Aprilis. Hæc ille.
Quæ fuſius etiam afferre voluimus,
quia ex his aperte magis patet Epita-
phium Pſittaci Atedij Melioris a Sta-
[m] lib. 2. tio [m] Papinio in Siluis proprijs cele-
bratum his metris,

» *Pſittace dux volucrum, Domini facunda*
voluptas,
» *Humanæ ſolers imitator Pſittace linguæ,*
Pſittacco- » *Quis tua tam ſubito præcluſit murmura*
rum. *fato?*
» *Heſternas miſerande dapes moriturus iniſti*
» *Nobiſcũ, & gratæ carpentem munera mẽſæ,*
» *Errãtemq. coris mediæ, plus tempore noctis*
» *Vidimus, affatus etiam meditataque verba*
» *Reddideras, at nunc æterna ſilentia Lethes*
» *Ille canorus habes: cedat Phaetontia vulgi*
» *Fabula, nec ſoli celebrant ſua funera Cycni:*
» *At tibi quanta domus rutila teſtudine ful-*
gens,

A *Connexusq. Ebori virgarũ argenteus ordo* »
Argutumque tuo ſtridentia limina cornu, »
Et querulæ iã ſponte fores: vacat ille beatus »
Carcer; & auguſti nuſquam conuitia tecti: »
Hunc doctæ ſtipẽtur aues, quis nobile fandi »
Ius natura dedit; plangat Phœbeius ales, »
Auditasq. memor penitus dimittere voces »
Sturnus, & Aonio verſæ certamine Picæ, »
Quique refert iungens iterata vocabula »
Perdix,
Et quæ biſtonio queritur ſoror orba cubili, »
B *Ferte ſimul gemitus; cognataque ducite* »
flammis
Funera; & hoc cunctæ miſerandum addi- »
ſcite carmen:
Occidit aeriæ celeberrima gloria gentis »
Pſittacus ille plagæ viridis regnator Eoæ; »
Quem nõ gẽmata volucris Iunonia cauda »
Vinceret aſpectu, gelidi non Phaſidis ales, »
Nec quas humenti Numidæ rapuere ſub »
Auſtro
Ille ſalutator Regum, nomenque locutus »
C *Cæſarum, & queruli quondam vice fun-* »
ctus amici, (verba
Nunc conuiua leuis, monſtrataque reddere »
Tum facilis, quo tu, Melior dilecte, recluſo »
Nũquam ſolus eras: at nõ inglorius vmbris »
Mittitur; Aſſyrio cineres adolentur amomo, »
Et tenues Arabũ reſpirant germine plumæ, »
Sicanijsque crocis; ſenio nec fuſus inerti »
Scandit odoratus Phœnix felicior ignes. »

At vero & ante Statium P [n] Ouidius [n] libro 2. eleg. 6.
alteri Pſittaco ſuæ Corinnæ longiuſcu-
lum epitaphium cum tumulo poſuit;
D quod in eius elegiacis legitur huiuſ-
modi,

Pſittacus Eois ales mihi miſſus ab Indis »
Occidis: exequias ferte frequenter aues: »
Ite piæ volucres, & plangite pectora pẽnis; »
Et rigido teneras vngue notate genas; »
Horrida pro mæſtis lanietur pluma capillis; »
Pro longa reſonent carmina veſtra tuba: »
Quid ſcelus Iſmarij quereris Philomela
tyranni? »
Expleta eſt annis iſta querela tuis; »
E *Alitis in raræ miſerum diuertite funus:* »
Magna ſed antiqua eſt cauſſa doloris Itys. »
Omnes, quæ liquido librati in aere curſus, »
Tu tamen ante alias Turtur amice dole: »
Plena fuit vobis omni concordia vita; »
Et ſtetit ad finem longa, tenaxque fides: »
Quod fuit Argolico iuuenis Phocæus Oreſti, »
Hoc tibi, dum licuit, Pſittace, Turtur erat: »
Quid tamen iſta fides, quid rari forma co- »
loris?

Quid

» *Quid vox mutandis ingenioſa notis?*
» *Quid iuuat, vt datus es, noſtræ placuiſſe puellæ?*
» *Infelix auium gloria namque iaces:*
» *Tu poteras virides pennis hebetare ſmaragdos,*
» *Tincta gerens rubro punica roſtra croco.*
» *Non fuit in terris vocum ſimulantior ales;*
» *Reddebas blæſo tam bene verba ſono.*
» *Raptus es inuidia; nõ tu fera bella mouebas;*
» *Garrulus & placidæ pacis amator eras.*
» *Ecce Coturnices inter ſua prælia viuunt;*
» *Forſitan & fiunt inde frequenter anus.*
» *Plenus eras minimo; nec prę ſermonis amore*
» *In multos poteras ora vocare cibos.*
» *Nux erat eſca tibi; cauſſæque papauera ſomni;*
» *Pellebatque ſitim ſimplicis humor aquæ.*
» *Viuit edax Vultur, ducitque per aera gyros*
» *Miluius, & pluuiæ Gracculus autor aquæ.*
» *Viuit & armigeræ Cornix inuiſa Mineruæ,*
» *Illa quidem ſeclis vix moritura nouem.*
» *Occidit illa loquax humanæ vocis imago*
» *Pſittacus extremo munus ab orbe datum.*
» *Optima prima fere Manibus rapiuntur auaris;*
» *Implentur numeris deteriora ſuis:*
» *Triſtia Phylacidæ Thersites funera vidit;*
» *Iamque cinis, viuis fratribus, Hector erat:*
» *Quid referam timidæ pro te pia vota puellæ*
» *Tota procelloſo per mare rapta Noto?*
» *Septima lux venit non exhibitura ſequẽtẽ;*
» *Et ſtabat vacuo iam tibi Parca colo;*
» *Nõ tamen ignauo ſtupuerunt verba palato;*
» *Clamauit moriens lingua, Corinna vale.*
» *Colle ſub Eliſio nigra nemus ilice frondet,*
» *Vdaque perpetuo gramine terra viret;*
» *Si qua fides dubijs, volucrũ locus ille piarũ*
» *Dicitur, obſcænæ quo prohibentur aues:*
» *Illic innocui late paſcuntur Olores,*
» *Et viuax Phœnix vnica ſemper auis;*
» *Explicat atque ſuas ales Iunonia pennas,*
» *Oſcula dat cupido blanda Columba mari:*
» *Pſittacus has inter nemorali ſede receptus*
» *Conuertit volucres in ſua vota pias:*
» *Oſſa tegit tumulus; tumulus pro corpore magnus,*
» *Quo lapis exiguus par ſibi nomen habet.*
» *Colligor ex ipſo dominæ placuiſſe ſepulchro,*
» *Ora fuere mihi plus aue docta loqui.*

[o] lib. 5. pag. 733.

Fauſtus itidem Sabæus [o] ab Autore græco ignoti nominis antiquitus inſcriptum Leporis tumulo epitaphium ſic Latio dedit,

A *Nuper adhuc tenerum conuulſit ab vbere matris* » Leporis.
Auritum, & celerem me pedibus Leporem »
Phanium, & in gremio, atque ſinu dulciſſima alebat, »
Floribus & vernis me ſaturabat amans: »
Nec mage amor matris tangit me; ventre repleto »
Eſcarum ingluuie turgidus emorior. »
Meque torum iuxta condit, vigilansque, cubansque »
Vicinum vt me habeat, ſæpius & videat. »

B Cui quidem epitaphio Fauſtus & ipſe ſuo marte alluſionem fecit huiuſmodi,
Si ſupereſt nobis aliquid morientibus, illud »
Tot tibi pro officijs contribuiſſe velim. »
Præter te, matrem non noui, Phanion, vllam; »
Præ me nullus erat charior atque tibi. »
Quod teſtata cibo es, gremio, pietate, ſepulchro, »
Immo toro, vt mecum poſt mea fata cubes. »

C Maiolus Epiſcopus Vulturarienſis in ſuis Canicularium dierum Colloquijs [p] Romæ, inquit, Epitaphium, atque inſcriptio cuiuſdam Canis publico cernitur his verſibus, [p] Tomo 5. coll. 2 p. 16.
Longo, ac fido amore probatus domino, » Canum.
Senio confectus, ſeruata ſtirpe hic iaceo. »
Hoc me ſepulchri honore dignatus eſt Herus. »

Sabæus [q] e græco incerti Autoris epitaphio Canis Latinum fecit epigramma inquiens, [q] libro 2. p. 278.
Multa laborantem ob victum Lampona moloſſum »
Traxit aquam ad Stygiã pernicioſa ſitis: »
Nam pedibus fodiebat humum, gemituque vocabat, »
Et latebris pigras ſollicitabat aquas. »
Deficit, & moritur, prope poſt Lampona fluebant, »
Iris ceruorum quæ medicantur aquæ. »

Deinde vero [r] Fauſtus idem eidem Lamponi Cani ab Antipatro poſitum epitaphium græcum ſic in Latinum vertit, [r] libro 5. p. 736.

E *Venantem Lampona Mydæ, tum multa ferentem* »
Pro victu, extinxit, heu, ſitis ipſa canem. »
Vnguibus humidulam terram fodiebat auaram »
Ob fontem; at tardæ ſollicitantur aquæ. »
Deficiens cecidit, Ceruorum parcat vt iræ; »
Quid iuuat extinctum, ſi fluit vnda modo? »

Cui

Cui epitaphio pariter idem Sabæus talem apponit eodem in loco ſtatim alluſionem,

» *Emoriens Lāpon peperit tibi ſtagna viator,*
» *Qua Canis hic periit, ne moriare ſiti.*
» *Miraris? viuens Ceruos donauit, & Apros;*
» *Quid mirum ſi poſt funera donat aquas?*

In veteribus etiam Poematijs elogium extat ſepulchrale Catellæ his verſibus exaratum,

» *Quod potui, poſui tibi, fida Catella, ſepulchrum,*
» *Digna magis cæli munere, quam tumuli.*
» *Candenti ex lapide hæc tibi conuenit vrna; fuiſti*
» *Candida tota fide, candida tota pilo.*
» *Si cælum, vt quondam, Canibus patet; haud tua terras*
» *Incendet, ſed ver ſtella perenne dabit.*

Equorum.

Plinius[q] deinceps Bucephalam Vrbem Indiæ ab Alexandri equo Bucephalo ibi ſepulto cognominatam conteſtatur; non diſſentiente [r] Strabone, nec hiſtorico [ſ] Iuſtino; ſed perſpicue aſſentiente[t]Solino. Hadrianum Auguſtum equo ſuo Boriſteni, quo in venando plurimum vtebatur, vita defuncto ſepulchrum feciſſe, columnam erexiſſe, & epitaphium inſcripſiſſe apud Dionem legit Maiolus Epiſcopus, & apud Spartianum in eius vita compilator veterum poematum; vnde nobis huiuſmodi elogium ſepulchrale deſumere licuit:

[q] lib.6. c. 20.
[r] lib.15.
[ſ] lib.12.
[t] Polyhiſt. cap.46.

» *Boriſtenes Alanus*
» *Cæſareus Veredus*
» *Per æquor, & paludes,*
» *Et tumulos Etruſcos*
» *Volare qui ſolebat;*
» *Pannonicos nec vllus*
» *Illi apros inſequenti*
» *Dente aper albicanti*
» *Auſus fuit nocere;*
» *Vel extimam ſaliuam*
» *Sparſit ab ore cauda,*
» *Vt ſolet euenire:*
» *Sed integer iuuenta*
» *Inuiolatus artus,*
» *Die ſua peremptus,*
» *Hoc ſitus eſt in agro.*

Autore[u]Plinio, fecit & Diuus Auguſtus equo tumulum, de quo Germanici Cæſaris carmen eſt. Iulius[x] Capitolinus, Maioli[y] teſtimonio, etiam memoriæ prodidit Verum Imperatorem

[u] lib.8. c.42.
[x] tomo 5.
[y] coll. 1. p. 11.

A equo ſuo volucri (quem ita amauit, vt aureum ei ſimulachrum fecerit, & paſſas vuas, nucleosque in vicem hordei in præſepe poſuerit) ſepulchrum in Vaticano fieri curaſſe. Agrigenti complurium equorum tumuli pyramides habent[z]Solini, & [a]Plinij relatu. Sed & Proſphoro equo admirabili, iuſſu Auguſti, epitaphium tale poſuit[b]Auſonius inter Heroica.

[z] Polyhiſt. cap.46.
[a] lib.8. c.42.
[b] Epitap.35.

» *Proſphore, clamoſi ſpatioſa per æquora Circi*
» *Septenas ſolitus victor obire vias:*
» *Improperāter agēs primos a carcere curſus,*
» *Fortis prægreſſis vt potereris equis;*
» *Promptum & veloces erat anticipare quadrigas:*
» *Victores etiam vincere laus potior.*
» *Hunc titulum vani ſolatia ſume ſepulchri,*
» *Et gradere Eliſios præpes ad alipedes.*
» *Pegaſus hinc dexter currat tibi, lęuus Ariō;*
» *Funis & ad quartū det tibi Caſtor equū.*

Martialis[d] itidem Scorpo alteri equo nobili duo cecinit epitaphia; quorum alterum quidem legitur huiuſmodi,

[d] lib.10.

» *Frangat Idumæas triſtis Victoria palmas,*
» *Plange Fauor ſæua pectora nuda manu.*
» *Mutet Honor cultus, & iniquis munera flammis.*
» *Mitte coronatas Gloria mæſta comas.*
» *Heu facinus? prima fraudatus, Scorpe, iuuenta*
» *Occidis? & nigros tam cito iungis equos?*
» *Curribus illa tuis ſemper properata, breuisq.*
» *Cur fuit & vitæ tam prope meta tuæ?*

Alterum vero eiuſdem equi ab eodem Poeta decantatum epitaphium eſt tale,

» *Ille ego ſum Scorpus clamoſi gloria Circi,*
» *Plauſus, Roma, tui, deliciæque breues:*
» *Inuida quē Lacheſis raptū trieteride nona,*
» *Dum numerat palmas, credidit eſſe ſenem.*

Mula.

Sed neque Mulas epitaphijs tumularibus defraudauit Antiquitas; namque Thomas[e]Porcacchius agens de funeribus antiquorum teſtatur ſe Anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio in agro Sabino equitantem obſeruaſſe in via ſuppedaneum quoddam ob vetuſtatem aliquantulum dirutum, in quo erat hoc epitaphium Mulæ Publij Craſſi deſcriptum, ridiculum quidem, ſed non indignum animaduerſione,

[e] Tab.3.

» *Dis pedib. Saxum,*
» *Ciuciæ Dorſiferæ, & Cluniferæ,*
» *Vt inſultare, & deſultare*

Com-

» *Commodetur, Pub. Crassus mulæ*
» *Suæ Crassæ beneferenti*
» *Suppedaneum hoc cum risu pos.*
» *Vixit annos XI.*

Quod etiam epitaphium paullisper alteratum legimus apud Maiolum Episcopum in Colloquijs ita de proposito asseuerantem, Quid mirum? quum hodie etiam adhuc Romæ in vinea Cardinalis Sermonetæ monumentum sane ridiculum Mulæ conspiciatur; quod est huiusmodi?

» *Dis pedibus saxum:*
» *Chiuediæ dorsiferæ, & cluniferæ,*
» *Ac pessuetæ, & mansuetæ,*
» *Cuius vt insultura desulturæ commodetur,*
» *Publ. Crassus multa suæ Crassæ beneferenti*
» *Suppedaneum hoc cum risu pos.*
» *Vixit ann. III. mens. XV diet noct* $2\frac{1}{2}$

Nisi etiam dicamus duo hæc esse varijs in locis, aut ab eodem autore eidem mulæ, aut duabus condita; aut etiam a varijs autoribus efformata epitaphia: & in postremo ludatur assignatio temporis, vel mendum irrepserit in scriptura, legendumque sit ita,

» *Vixit ann. XV. mens. III. diem. I. noct. II.*

[f] libro 5. p.800.

Faustus denique Sabæus [f] græcum Delphini piscis epitaphium antiquum ab incerti nominis Autore conscriptum transtulit in hoc Latinum epigramma,

Delphini. » *Ad terram tractus Delphin fluctu, atque procella*
» *Hospitibus terræ publica pompa fui.*
» *At, me vt cæpit humus, moti pietate vidētes*
» *Extemplo in tumulum me posuere viri.*
» *Quam dederat vitam rapuit mare, nulla profundo*
» *Danda fides, proprijs sæuit & in socijs.*

Tot igitur quum habeamus bestijs vita defunctis ab Antiquis data & funera, & sepulchra, & epitaphia; quæ vna cum alijs quamplurimis descriptis in variorum epigrammatum græcorum Florilegio a Planude collectorum, selectorumque notata legimus: quomodo Foxio, viro alioquin erudito, subscribat quis asseueranti Veteres belluis officium sepulchri non præstitisse? Quid moror? Nonne a veteribus hunc morem mutuati sunt etiam Neoterici? Nonne Foxius, etsi nullum antiquum elogium sepulchrale feris inscriptum vidisset, ex Iunioribus, qui belluarum epitaphia passim condiderunt ad Antiquorum imitationem, priscis id in more positum fuisse coniectari potuisset? Certe idem Sabæus [g] ad alium Delphinum geminum, qui expirauerat in litore, duplex elogium sepulchrale posuit; quorum alterum ita legitur,

Iuniores mutuati morem bestijs epitaphia scribendi a veteribus.

[g] li.5.p.823.

Quid tibi opus tumulo, & titulo placidissime Delphin? » Delphinis.
Quumque homines, & Di dent monumenta tibi: »
Nam canit elogiū in terra seruatus Arion. »
Seruatusque suis Ennosigeus aquis. »
Quod magis est laudi dandum, cælo ipse sereno »
Inter & Heroes, inter & astra natas. »

Alterum vero epitaphium veteri Delphino positum est, de quo [h] Solinus D. Augusto Principe, inquit, in Campania Delphinem puer fragmentis panis primo illexit; & in tantum consuetudo valuit, vt alendum se etiam manibus ipsius crederet: Mox quum profluxisset puerilis audacia, intra spacia eum Lucrini lacus vectitauit; vnde effectum vt a Baiano litore equitantem puerum Puteolos vsque perueheret: hoc per annos plurimos tamdiu gestum est, donec assiduo spectaculo desineret miraculum esse, quod gerebatur: Sed vbi obijt puer, sub oculis publicis desiderij mœrore Delphin interijt. Quam historiam Sabæus expressit paullo post his versiculis

[h] Polyhist. c.17.p.846.

Vocis amans nostræ, qui gaudet amare, & amari,
Illæsum per aquas ferre & amantis onus,
Ac parere illi, iacet hac Delphinus arena.
Multo maiori dignus honore fuit.
Qui puerum frustra expectans in littore amatum,
Hic, vbi habet tumulum, liquit amore animam:

Idem Sabæus [i] Formicæ in Succino tumulatæ tale cecinit epitaphium,

[i] lib. 5.p.475.

Prouida canæ hyemis, quæ grandia farra » Formicæ.
recondit,
Parca sui, & victus, atque laboris amans, »
Clauditur Heliadum luctu Formica tenaci, »
Nititur illa tamē trudere grana humeris. »
Extenuata artus, quia vitā incusat inertē, »
Aurata emeruit Succina pro tumulo. »

In oppidulo Arquà, municipio Patauino, domus est, quam viuens olim habitabat Franciscus Petrarcha, Etruscus ille Poeta Lyricorum princeps; in qua præ-

præter alia multa, cadauer ſuæ Felis adhuc ſeruatur conſpicuum hoc elogio in pariete celebratum,

Feli. „ *Etruſcus gemino Vates exarſit amore,*
„ *Maximus ignis ego, Laura ſecundus erat.*
„ *Quid rides? Diuinæ illam ſi gratia formæ,*
„ *Me dignam eximio fecit amante Fides:*
„ *Si numeros, geniũq. ſacris dedit illa libellis,*
„ *Cauſa ego ne ſæuis muribus eſca forent.*

Sed & in cadauer aridum, quaſi ſceleton eiuſdem Felis, ita luſit Antonius [k] Quærengus, æui noſtri Lyricus puriſſimus,

[k] lib. 4. var. carm.
„ *Vatis amor Tuſci Felis, qd ſacra tot annos*
„ *Extincto vitæ lumine tecta colis?*
„ *Diuinos Domini pergo ſeruare libellos,*
„ *Terrifico iniciens muribus ore metum,*
„ *Arcebam ſacro viuens a limine mures,*
„ *Ne Domini exitio ſcripta diſerta darent.*
„ *Incutio trepidis eadem defuncta pauorem,*
„ *Et viget exanimi in corpore priſca fides.*

Canibus. [l] Exer. 202.
Iulius Cæſar [l] Scaliger in Exercitationibus de ſubtilitate ad Cardanum Cani cuidam Corſo, fide præſtanti erga domini ſui cadauer, ait ſe Mauſoleum cum elogio libentius condere malle, quam Sultano Solimano. Verum epitaphia plura Canibus inſcripta non ita pridem a Iunioribus vulgo habentur: Maiolus [m] enim Epiſcopus epitaphium, inquit,

[m] Tomo 5. coll. 1. p. 16.
„ lepidum admodum extat in quadam
„ villa ſuburbana prope Bononiam, tale
„ videlicet,
„ *Furẽ allatraui, parcens taciturnus amanti:*
„ *Sic placui domino, ſic placui dominæ.*

Quos verſiculos Etruſcus poeta pulcherrime tranſtulit ita,

„ *Latrai al Ladro, & a l' Amante tacqui;*
„ *Coſi a Meſſere, & a Madonna piacqui.*

Sed Etruſca Muſa in elogio defuncti Canis in memoriam argutum Canis grandioris epitaphium mihi reuocat, de quo quum rogatus fuiſſet ab Eſtenſe Duce, qui viuum Canem amauerat, Poeta nobilis; huic ſubirata Muſa talem dictauit ſepulchralem titulum,

„ *Giace ſepolto in queſta oſcura buca*
„ *Vn cagniaccio ribaldo, e traditore,*
„ *Ch' era il Diſpetto, e fu chiamato Amore;*
„ *Non hebbe altro di buon, fu can del Duca.*

Extare quoque Romæ ſcribit Vulturarienſis Epiſcopus monumentum Titæ Catellæ blandiſſimæ, quod illi Antonius Theobaldus poſuit. Borgetto Catello epitaphium concinit etiam Andreas Naugerius. Marcheſinæ Catellæ necem lepidiſſimis nænis tumularibus quamplurimis celebrat Io: Baptiſta Pinellus Genuenſis, vir perquam eruditus: quas demum hoc epitaphio concluſit,

Marcheſina, iuuenculæ, ſopora, „
Catella, Auriades, feneſtra, „
Hic iacet, lacrumantur, interemit. „

In Catellam Hippolyti Medices hoc edidit epitaphium Sabæus [n] ille toties in hoc argumento a nobis allegatus, [n] li. 5. p. 778.

Et licet Elyſios tendam cultiſſima ad hortos „
Delitiæ Ditis, Perſephonesque ioci: „
Hic, vbi ſublimes animæ feliciter æuum „
Poſt ſua ſuprema funera pacis agunt; „
Te tamen inuitum Princeps lachrymoſa „
relinquo;
Nec vellem cæli tertius eſſe Canis. „

Alterius etiam Catellæ tumulum cum titulo, ſeu ab Antiquis, ſeu a Iunioribus, deſcriptum ſic legimus apud eumdem [o] Sabæum, [o] li. 5. p. 779.

Si domino dilecta fui, teſtentur honores „
Ex ebore, ex auro, donaque, & vrna, mei: „
Quid potuit maius, tumulo quam condere „
eburno,
Me quoque cum nummis, denique cum la- „
chrymis?

Sed Ioannes Cotta, referente Matthęo Toſcano, cecinit epitaphium Caparionis Canis Bartholomæi Liuiani clariſſimi exercituum ductoris hoc verſu,

Caparion ego ſum, quem viuum maxime „
amauit
Liuiades, tumulum poſt dedit, & titulum. „
Plura Cani ingenuæ de ſe ſibi nõ licet: at mi „
Nunc audita meo accipe de domino. „
Latrantem me forte phalanx Germana per „
vmbras
Vt vidit, de more affore Herum timuit, „
Et fugit trepida; at ridens ait vna Dearum, „
Quæ ante Iouis ſoliũ ferrea pẽſa trahunt, „
Ne trepidate; ſemel ſatis eſt timuiſſe; neque „
illum,
Quem fugitis, prius huc Fata venire ſi- „
nent,
Quam Gallos male fœdifragos demiſerit „
Orco,
Et quiſquis vexat barbarus Italiam. „
Quiſquis ades, Domino hæc referas; hæc „
quoque pauca
Addito, amat te etiam trans ſtygia Capa- „
rion.

A Laurentio Pignorio, ſpectabilis eru-

di-

ditionis viro, festiuissimum hoc etiam habui

Epitaphium Gruis,

Grui. *Hic iacet vetula Grus,*
Cui Mulio confregit crus:
Gaude Mus, Gaude Sus,
Haud vobis iam amplius
Rostro erit infesta Grus:
Florent Domina, & Dominus
Quod Gracilipes non ludet plus.
Grues plangite, Pygmæi plaudite.
M DC XIV.

Equis. Dierum Canicularium Autor Maiolus Episcopus asserit Regem Poloniæ Stephanum Equo suo generosissimo, qui eodem die, quo frater eius Dominus Transsyluaniæ extinctus est, exanimis concidit, in loco, quo non procul ab Arce Vuilnensi defossus est, monumentum erigi curauisse. Thomas etiam Porcacchius in eodem opere suo de Funeribus Antiquorum testatur se non Tab. 3. ita vetustum epitaphium legisse Florentiæ prope Forum Vinarium ad spondam fluminis Arni, quod Equo suo posuerat Herus illius in hæc verba,

Ossa Equi Caroli Capelli
Legati Veneti
Obsessa Vrbe.

Marcus Antonius Muretus ille politissimus, elegantissimusque Rhetor, in gratiam Liuij Pagelli nobilis Vicetini, Mulæ hoc epitaphium descripsit.

Mulæ. *Caue tibi Viator*
Ad Mulæ Tumulum
Pueri ne temere accedite
Ore risit
Pede lusit
Dorso tulit
Omnia belle
Vixit ann. V I I.

Veteres itaque pariter, ac recentiores bestiarum cadaueribus funeris, monumenti, ac elogij quoque sepulchralis officia non denegabant: secus atque opinatus fuerit insignis Foxius: immo vero plerique seniorum, & illi maxime, qui Pythagoræorum doctrinam sequebantur, profitebanturque; atq; adeo Ægyptiorum (nam ab Ægyptijs Pythagoras Philosophiam didicit: quemadmodum in illius Vita testatus est [p] Diogenes Laertius) Antiquiores inquam plurimi

Pythagoras ab Ægyptijs edoctus animarum migrationem in varia corpora. [p] lib. 8.

ponentes hominum defunctorum animas in irrationalium animantium exorientium corpora demigrare, belluis itidem animas immortales inesse arbitrabantur: quod non solum contestatur cum Ouidius[q] alicubi, dum canit, [q] 15 Metam.

---------- & quoslibet occupat artus
Spiritus, eque feris humana in corpora
transit;
Inque feras noster: nec tempore deperit vllo.

tum Græcus antiquior Poeta in Empedoclem disticho sic Fausti[r] Sabæi opera translato, [r] li. 2. p. 209.

Iam fueram quandoq. puer, quãdoq. puella,
Arbor, auis, piscis flammeus inque mari.

nam veteres plerique censuerunt, ac inter ceteros Empedocles pisces esse a prædominio calidos, igneosque: ac proinde a natura collocatos in aquis; vnde natiuus illorum æstus temperaretur, vt ceterorum animalium calor internus non ita flammeus aeris non ita frigidi attractione refrigeratur: quam sententiam [s] Aristoteles aliquando proposuit asserens (vt alibi quoque [t] notauimus) in hæc verba, *Etenim nonnullis aquatilia terrestribus esse calidiora placet, argumento quod loci frigiditas calore naturæ eorum compensetur.* Quam opinionem alibi oportuniore loco demolitur idem[u] Aristoteles inquiens, Empedocles autem non recte hoc dixit, dicens calidissima maxime, & ignem habentia plurimum, animalium aquatilia esse, fugientia excessum eius, quæ in natura, caliditatis, vt quo nam frigido, & humido deficiunt, in loco seruentur contraria existentia: humidum enim calidum esse minus aere. Omnino igitur absurdum quomodo cõtingit factum vnumquodque ipsorum in sicco, permutare locum ad humidum: fere enim sine pedibus plurima ipsorum sunt. Dicens autem ipsorum a principio constitutionem, genita quidem esse in sicco ait, fugientia autem venisse ad humidum. Præterea neque videntur calidiora esse quam pedestria: hæc enim ipsorũ exanguia omnino; hæc autem pauci sanguinis sunt. Sed qualia quidem dicere oportet calida, & frigida secundum se considerationem sumpsit. De qua autem dixit caussa Empedocles, aliquo quidem modo habet quæsitam rationem; non tamen quod ille ait, verum est:

[s] 2. de par. cap. 2.
[t] 4 de sp. viu. ort. cap. 52.
[u] de respirat. 13.

Empedocles cur pisces igneos crediderit.

Id reprobatur.

Quia pisces apodes e terra in aquam meare non potuerunt.

Quia pisces calidiores non sunt pedestribus: quũ exangues, aut pauci sint sanguinis.

„ est: Habituum enim excessus haben-
„ tia, loca contraria, & anni tempora
„ conseruant; natura autem in proprijs
„ maxime seruatur locis: non enim est
„ idem & materia animalium, ex qua est
„ vnumquodque, & habitus, & dispositiones ipsius. Dico autem vt si quid ex
„ cera constituisset natura, non vtique in
„ calido ponens seruasset; neque si quid
„ ex glacie: corruptum enim fuisset vti-
„ que cito propter contrarium: liquefa-
„ cit enim calidum, quod a contrario
„ constitutum fuit: Neque si quid ex sa-
„ le, aut nitro constituisset, in humidum
„ vtique ferens deposuisset; corrumpit
„ enim humidum, quæ a sicco, & calido
„ constituta sunt. Si igitur materia om-
„ nibus corporis humidum & siccum, ra-
„ tionabiliter quæ quidem ex humido cõ-
„ stituta sunt, in humido sunt: quæ au-
„ tem ex sicco, in sicco. Propter hoc ar-
„ bores non in aqua nascuntur, sed in ter-
„ ra, quamuis eiusdem rationis est in
„ aquam, propterea quod ipsæ quam sic-
„ cæ sunt, quemadmodum præignea, ait
„ ille: non enim propter frigidum veni-
„ rent in ipsam, sed quia humida. Natu-
„ ræ igitur materiæ, in quali quidem loco
„ sunt, tales existentes sunt; quæ quidem
„ in aqua, humidæ, quæ autem in terra,
„ siccæ; quæ autem in aere, calidæ: Ha-
„ bitus tamen, qui quidem excedentes
„ sunt caliditate, in frigido: qui autem
„ frigiditate, in calido positi seruantur
„ magis: reducit enim ad mensuratum lo-
„ cus habitus excessum. Hoc igitur opor-
„ tet quærere in locis proprijs vniuscuius-
„ que materiæ, & secundum permutatio-
„ nes communis temporis anni: habitus
„ enim contingit locis contrarios esse,
„ materiam autem impossibile. Quod
„ igitur non propter caliditatem naturæ
„ hæc quidem aquatilia hæc autem pe-
„ destria animalium sunt, quemadmo-
„ dum Empedocles ait, tot dicta sint.
Eamdemque opinionem Empedoclis confutat etiam [x] Theophrastus, dum ait, Res enim contraria neque alere, neque seruare apta est, sed similis: Vnde Empedocles inepte illud quoque asseruit; naturam scilicet ad locum humoris transtulisse, quæ in arido generauit: quo enim pacto animantes aquarum incolæ, vel quantumlibet temporis persistere in arido potuissent; si modo

Quia natura maxime seruatur in locis proprijs & similibus.

Quia natura corrumpitur cito in locis contrarijs.

Quia nec arbores siccæ nimiũ in aquis humidis degunt.

Vide li. 4. cap. 43.

[x] 1. de caus. plant. c. 7.

Quia nil alitur contrario, aut seruatur, sed simili.

Quia pisces in arido extra humores cito moriuntur.

A his nostri temporis similes fuerint? Item quod nostris temporibus in generatione euenire sentimus, rem plane declarat; nam vniuersum animalium, plantarumque genus tum generari, tum permanere suo tantum in loco posse videmus: Quocirca suo quoque loco affici nequeunt; contrario, & aduerso affectionibus patent; vt pote quum distractio, & permutatio magna ita accedat. Sed iam redeamus ad institutum. Non solum igitur Empedocles, qui a Pythagora item edoctus, ab animantibus omnibus abstinebat; nam, vt retulit Athenæus [y] alicubi scribens, Empedocles „ [y] 1. dipnos. cap. 1. Empedocles victor Olympiorum.
quoque Agrigentinus, quum equestri „
certamine Olympia vicisset, Bouem ex „ Bos ex aromatibus.
myrrha, thure, & pretiosissimis aroma- „
tum generibus composuit; eumque spe- „
ctatoribus occurrẽtibus distribuit; quip- „
pe qui Pythagoricus erat, & ab animatis omnibus abstinebat. Licet apud eũdem [z] Athenæum Epicharides carnes comederet, inuiolatis ratus legibus Pythagoricis; de quo sic Alexis in Tarentinis, [z] 4. dipnos. cap. 19.

Pythagoristæ, sicut olim audiuimus, „
Obsonio haud vescuntur vllo: non edunt „
Aut quidpiam viuum: merumq. respuunt. „
Epicharides ex Pythagoricis solus at „
Cedens canes, ijs vescitur: nam tum neque „
Viuunt. „

verum etiam [a] Plato, dum Pythagoram seu sectatus, seu imitatus in Timæo [a] ad calcem.
scribit Homines innocentes, & simplices, leues tamen, & curiosos, ac fatuos in aues transire: Homines vero a Philosophia penitus alienos in gressibiles feras transmigrare: Hominesque omnium insipientissimos in serpentes abire, ac tandem stolidissimos, & imperfectissimos omnium hominum in pisces transformari; singulis eorum animis in ipsorum obitu de corporibus humanis in prædicta belluarum enascentium corpora demigrantibus: Eamdemque sententiam Timæus Locrus ante Platonem exarauit in opere suo *De Mundi Vniuersitate*; vnde Plato [b] proposita theoremata desumpsisse plane videtur, ac verius totum Timæi librum transcripsisse, atque ampliasse; illud enim Plato erga Locrum in libro Timæi præstitit, quod & Apuleius erga Lucianum in libro de Asino aureo; nam Luciani

Timæi Locri opinio de animarum migratione.

[b] in fine.

opus ampliatum, & illustratum pro suo nobis attulit Apuleius; & consimiliter Timæi libellum de Vniuersitatis natura illustratum, & ampliatum valde sub nomine Timæi, vel de Natura posteris pro suo reliquit Plato. Ceterum veteres tantum abest vt brutis numquam exequiarum, sepulchri, ac tituli officium præstiterint, quod potius ijsdem belluis Diuinitatem adscripserint, numinisque cultum quotannis instituerint: sic honoribus diuinis [c] legimus coliconsueuisse Lupam a Romanis; Leænam ab Athenienſibus; Ichneumonem, canem, lupum, & bouem ab [d] Aegyptijs; serpentem; [e] & quodcumque in orbe reperitur animal irrationale ab Indis. Aegyptij ergo, qui præter alia multa, Pythagoram animarum immortalium de corporibus humanis in brutorum corpora; & vicissim de ferarum corporibus in humana corpora transmigrationem edocuerunt: quique Clementis etiam obseruatione a Polydoro Virgilio [f] contestata, primi omnium hominum lucernæ vsum inuenerunt; (etiamsi tum Solini veridico relatu Ignis primum inuentus sit in Ortygia Insula Cycladum, vt etiam Tabula; quæ propterea Pyrpole cognominata fuit; tum Apulcij commentitio suspicatu, lucernam Amator aliquis, vt diutius cupitis etiam nocte potiretur, primus inuenerit) non bene ab insigni Foxio dicuntur occasionem dedisse veteribus ponendi lucernas ardentes intra defunctorum hominum sepulchra, vt significarent animas nostras immortales in monumentorum cauea cum nostris cadaueribus immorari; & huius rei certissimum illud esse argumentum, quod solis hominibus, non item brutis animantibus animas immortales inesse arbitrabantur: quodque solis cadaueribus humanis, non item ferinis exequiarum honorem, sepulturæque officium, & epitaphij laudem impertiebantur: nam ex aduerso Veteres, & eorum exemplo etiam Iuniores plerique brutis vita functis elogia sepulchralia, monumenta, & funera, exequiasque non denegarunt; Aegyptijque præsertim belluis animas immortales, perinde atque hominibus inesse existimarunt. Quod autem præterea de barbaro Scy-

Plato Timæi librum manicripsit, & ampliauit.

Brutis antiqui diuinitatem tribuebant.

[c] Lact. Firm. lib. 1. c. 20.

[d] Plutar. 7 Symp. q. 7.

[e] Maff. Indic hist. lib. 1.

Ægyptij lucernæ vsum inuenerunt.

[f] de inuent. rer. lib. 2. c. 19 Polyhist. c. 16.

Ignis vbi primum inuentus.

tharum more proponitur, parum, aut nihil fauet egregio viro, tum quia Tartarorum gens Veteribus ignota illis occasionem dare non potuit recondendi lucernas iugiter ardentes intra sepulchra: tum quia natio illa efferata, soli Marti belligero initiata, nullis disciplinis condecorata, quamque vel absurdissimam opinionem facile imbibere potest; at illam veteribus, præsertimque Mineruæ sapienti vitam deuouentibus, eam persuadere minime potest.

Tartarorum gens bellicosa.

Illiterata.

Alij ex acutissimo Scaligero decernunt antiquos in tumulis ardentes lucernas habere voluisse, ne suo cadaueri quidquam contingeret incommodi. Cap. LVIII.

ASseuerant autem alij plerique Iulium Cæsarem [a] Scaligerum censuisse veteres in sepulchris ponere consueuisse lucernas ardentes, ne in tenebris cadauera male haberent, incommodeque consisterent; eo quod appetentes simus immortalitatis; cuius quædam semina nobis cognata sint; eiusque viri verba citant in hanc sententiam, Sunt igitur cognata nobis semina quædam immortalitatis, cuius adeo appetentes sumus, vt & sepulturæ prospiciamus; & nolimus cadauer nostrum male haberi. Humanum vero ingenium, quod animæ nostræ vis est, quum se sciat immortale, optat illud quoque, vt corpus ipsum quoque & comes, & domicilium suum, quoad fieri possit, eadem felicitate perfruatur. Ædificat iccirco pyramides, eique ita condito imponit, vt si non vniuersa temporum spatia æquare possit, aliqua tamen quam maxime longinqua superet. Mezentius itaque id procurat orans, qui mortem non deprecatur: Nullum, inquit, in cæde nefas; Id supplex vnum oro,

Corpus humo patiare tegi: scio acerba meorũ
Circumstare odia: hunc oro defende furorẽ;
Et me consortem nati concede sepulchro.

Dicent hic Philosophi non omnes, sed naturæ oblatratores: Quid tum postea? jam cadauer neque sentit, neque tuum est amplius. At fuit. At nunc sensus est mihi viuenti earum incommoditatum, quas passurum sit cadauer meum: Iccirco veri, ac sani Poetæ suas personas pin-

[a] 3. Poet. c. 20.

Homo immortalitatis appetens.

Cadauer nostrũ male haberi nolumus.

» pingunt cuiuſmodi expoſitæ ſunt a na-
» tura;non quales ferrei quidam fingunt.

Proſcinditur hæc opinio demonſtrando priſcos in ſepulchris non poſuiſſe lucernas, vt inde cadauera commodi aliquid haberent. Cap. LIX.

NObis autem allata ſententia non recipitur; in primis enim Scaliger in citato loco ne verbum quidem vllum de lucerna in ſepulchris ardente; vt illi non vere adſcribatur iſta opinio. Deinde vero cadauer luce, ſenſu, vitaq. caſſum nihil vnquam commodi ab ardente intra tumulum lucerna habere poteſt; quia nihil patitur a tenebris. Deinceps autem ſciebant veteres in ſepulchris cadauera tandem corrumpi,ac putredine in elementa diſſolui;nulla illis ab ardente lychno commoditate proueniente. Dein etiam priſci rogo cadauera ſua cõburentes, ea multo peius habebant, incommodiusque tractari ab igne ſponte patiebantur, quam qui eadem in tenebroſo monumento ſine lumine reponebant: Certe qui nolunt cadauer ſuum male haberi,& quibus viuentibus ſenſus eſt earum incõmoditatum,quas perpeſſura ſint ipſorum cadauera;deberẽt optare potius in tenebris condi quam ignibus vri;quod ſcite notauit etiam[a] Papinius de Abaſcantio in funere Priſcillæ ſuæ dilectiſſimæ coniugis,his verſiculis,

[a] lib.5.ſilu.1

» *Hic te Sidonio velatam molliter oſtro*
» *Eximius coniux(nec enim fumantia buſta,*
» *Clamoremque rogi potuit perferre) beato*
» *Compoſuit,Priſcilla, toro;nil longior ætas*
» *Carpere,nil æui poterunt vitiare labores*
» *Siccatam membris, tantas venerabile mar-*
» *Sæpit opes.* ---------- *(mor*

Denique iſtam vel Scaligeri ſententiam plane conuellit[b] Seneca, Neminem de

[b] Epiſt.92.

» ſupremo officio rogans, nulli reliquias
» ſuas commendans; ne quis inſepultus
» eſſet, rerum Natura proſpexit. Diſerte
» Mecænas ait,
» *Nec tumulum curo ſepelit Natura relictas.*
Altecinctum, ideſt gnauum,forte,induſtrium,Lipſio putes dixiſſe;habuit enim ingenium & grande, & virile. His patria[c] Lucanus in Cæſarem, qui inſepultos ciues in Pharſalia reliquit,

[c] lib.7.

» *Nil agis hac ira: tabesne cadauera ſoluat,*
» *An rogus,haud refert:placido Natura recee-*
» *Cũcta ſinu,ſinẽq. ſui ſibi corpora debẽt.(ptat,*

A Non ergo veteres in ſepulchris lucernas ardere volebant, ne quid incommodi paterentur a tenebris cadauera.

Bencius voluit olim recondi conſueuiſſe lucernas ardentes prope cadauera in honorem ſepulchri. Cap. LX.

FRanciſcus [a] Bencius orator egregius aſſerit Romanos, aliosque veteres honoris cauſſa voluiſſe in tumulis cadaueri ſuo ardere lucernas; qui vt locum monumenti maiore afficerent honore,ac prope Diuino, ſepulchra ipſa, quibus lucos addebant, & nemora, ne vllo modo violari vnquam poſſent,graui in eos, qui aliter feciſſent, conſtituta pœna legibus proſpexerunt.

[a] Orat.26.

Veteres monumenta honorabant.

Conuellitur opinio propoſita. Cap. LXI.

SEd neque huic ſententiæ ſubſcribere poſſumus;quum enim nemo ſit non auidus honoris: eiusque appetentiores plerumque ſint plebeij homines; iam omnes antiqui debuiſſent honoris cauſſa in tumulis cadaueri ſuo lucernas accendi mandare; ac ſpeciatim plebeios oportuiſſet in ſuis monumentis id inſtituere; contra tamen ſoli nobiles antiquitus lucernas in ſuis ſepulchris accendi curabant. Et ſane legibus [a] cautum eſt indicta pæna ne quis violaret monumenta non ſolum nobilium,ſed abſolute omnia cuiuſcumque generis: nam veluti ſacroſancta indifferenter vniuerſa habebantur cum nobilium, tum ignobilium monumenta; locusque religioſus efficiebatur ſola mortui tumulatione. Ita ergo quum hactenus de natura, & cauſſis lucernarum ab antiquo tempore ardentium nihil habuerimus a viris eximijs, in quo mens plane conquieſcere poſſit; operę pretium, immo vero iam neceſſarium eſt ex rei natura veram cauſſam inueſtigare, ob quam tum priſci lucernas in monumentis reconderent; tum olim reconditæ diutiſſime flammam abſque noui fomitis adiectu conſeruare valerent.

Honoris appetentes plebeij.

Lucerna in ſepulchris accẽdebant ſoli nobiles.

[a] L. Mæuia, ff. de manum. teſtam.

Monumenta omnia ſacra habebantur.

Tumulus mortui locum reddebat ſacrum.

» *Quæ quum ſic habeãt ſe ſe,nempe altius iſti*
» *Principium* Lychno,*rerumq. latẽtior ordo,*
» *(Ni fallor) grauiorq. ſubeſt, & maior origo:*
Quam ex rei natura præſtat nunc diligenter in Peripato expiſcari.

FORTVNII LICETI

De reconditis Antiquorum Lucernis

LIBER TERTIVS,

In quo ex Autoris propria sententia disquiritur de natura, caussis, & proprietatibus huius admirandi luminis.

PRÆFATIO

Attexens dictis dicenda.

QVicumque de reconditis, & ab antiquo ardentibus lucernis recens inuentis philosophati sunt viri præclari; ea de hoc argumento in medium attulerunt; quibus tum nulla ratione acquiescendum esse perspeximus; tum etiam nos vltro ad huius admirabilis euentus naturam indagandam acrius impellimur. Præstat igitur post alienarum opinionum examen habitum in superiore libro, ex rei natura in hoc tertio diligenter inquirere quid vere sentiendum sit de perenni hoc antiquorum igne; inuestigando ipsius originem, caussas, & proprietates, quoad maxime per nos fieri poterit.

Antiquos lucernas ardentes passim recondere consueuisse, potissimum in sepulchris. Cap. I.

ILlud in more veteribus, præsertimque Romanis positum fuisse, vt pluribus in locis, at potissimum in sepulchris ardentes lucernas conderent, non pauca sunt, quæ monstrent apertissime: Atque in primis talium multitudo lucernarum, quæ passim tota Italia nostro, patrum, auorumque nostrorum tempore tum extinctæ, tum etiam num ardentes intra muros, intra monumenta in ciuitatibus, in agris, & in montibus inuentæ fuerunt; quarum celebriores historias in primo nostri huius operis libro satis exarauimus. Deinde vero plane hoc idem comprobant frequentia, & euidentia illustrium autorum testimonia, qui vno iam ore consentiunt omnes olim studuisse priscos huiusmodi lucernis condendis, recondendisque: Ac vt alios quamplurimos omittam, Iulium Iacobonium, & Ioãnem Costęum in medium adducere non pigebit; ille namque in Appendice ad opus Fonteij *De prisca Cæsiorum Gente* de proposito ita fatur, Ceterum neque illud tum ex nostra, tum ex multorum obseruatione, scitu dignum, omittam; lucernas, lychnosque perpetuo ardentes in conditorijs, sepulchrisque iuxta cinerum ollas, ac mortuorũ ossa collocari; oleo inextinguibili, dum aerem vitet. Quod in animæ immortalitatis signum (quam ignea represẽtari specie nos alibi retigimus) factum autumo. Qua de re Foxius ita: *Ægyptij vitam Lucerna significantes, occasionem veteribus dedere ponendi Lucernas perpetuas in sepulchris, ibi cum cadaueribus animas immortales morari semper innuentes; non enim bestijs id officij præstabant.* Hinc apud antiquos in more fuit, nunquam extinguere Lucernam, nec insufflatu, nec alia vlla violentia, sed permittere vt ipsa de se sponte marcescens extinguatur: significare volentes, non licere interficere quemquam, neque semetipsum; quod non pauci faciebant. Vnde Plato dixit, *Animam nobis custodiæ creditam tamdiu seruare debemus, quoad a Principe Deo repetatur; ne, si fractis ergastulis, perfossisque carceribus, effugerimus, diuinas leges, quotquot sunt, in nos, nullo relicto defensio-*

Lucernas antiqui cur in sepulchris hominum, non bestiarum ponerent.

Cur nũquam extinguerent lucernam.

Ad finem.

nis

nis loco, conuertamus. Lucernas huiuſmodi plurimas cum æneas, tum fictiles inſpiciendi mihi copia fuit. Ardentes nunquam vidi; ſed cum ijs, qui viderant, ſum ſæpe locutus; legique ſcriptores, qui id affirmant multos. Petrus Appianus in ſuo *De antiquis inſcriptionibus* libro refert Patauij vrnam fictilem vetuſtiſſimam repertam, intra quam erat altera vrnula, quæ lucernam adhuc ardentem continebat inter duas ampullas; quarum altera ex auro, altera puriſſimo erat argento; liquore quodam vtraque referta. Lucernas ipſas vt plurimum eorum nomine, quorum cinis, oſſave condita ſunt, inſcriptas inſpexi: &, vt omittam quamplurimas, vnam fictilem afferam, a Cęſijs forte non alienam; nam in ima parte, fundoq. ipſo hæ litteræ inciſæ ſunt, L. CAESAE. Eam in admirabili Gazophylacio nuper reperi Vlyſſis Aldrouandi; in quo, veluti in aliquo Microcoſmo, ſpectantur omnia tum Medicis ipſis, tum rebus alijs vſui, atque oportuna. Hæc ad verbum ex Iacobonio. Doctiſſimus autem Coſtæus [b] in opere ſuo *De Potu in morbis* (quod antea quoque notauimus) aſſerit in hanc ſententiam, Illud enim conſtat eam fuiſſe veteribus parandæ lucernæ rationem, quæ in bene occluſis ſepulchris iuxta cinerum vrnas accenſa numquam niſi ijs recluſis, atque nouo aere ſubeunte, extingueretur. Deinceps autem propoſiti dogmatis veritatem Lex Mæuia, ff. de manum. teſtam. certo cuique demonſtrare poteſt; ea enim lege conſtat aperte nobiles antiquitus teſtamento mandare ſolitos vt Liberti monumẽto aſſiduam lucernam accenderent, & ſepulturam cuſtodirẽt. Erat autem lucerna plurimum bimeſtris, vt ex lege apparet vnicuique; nam ſic in ea legitur, Mæuia decedens ſeruis ſuis Sacco, & Eutychiæ, & Hirenæ ancillæ meæ, omnes ſub hac conditione liberi ſunto, vt monumento meo alternis menſibus lucernam accendant, & ſolẽnia mortis peragant: Quæro quum aſſidue monumento Mæuiæ Saccus, & Eutychia, & Hirene non adſint, an liberi eſſe poſſint? Ex notis Ioſephi Scaligeri in Flaccum & Sextum Pomp. de verbor. ſignificat. Gloſſarium. Silicernium: *περίδειπνον λύχνος γὰρ ἄπτειν ἐν πένθει οὐ δίωις*. videtur accepiſſe, quaſi ſelucernium, hoc eſt *ἀλυχνία*. Rationem hanc eruimus. Natali die Lucernæ accendebantur. Mortuali, vt loquuntur Cato & Plautus, id non faciebant optima de cauſa, vt *τὸ ἀντίστροφον τῆς γενέσεως, καὶ τῆς τελευτῆς* oſtenderent. Perſius:

---------- *vnctaque feneſtra*
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere Lucernæ.

Tertullianus libro de Idololatria: *At nunc lucent tabernæ, & ianuæ veſtræ. Plures iam Ethnicorum fores ſine lucernis, & laureis, quam Chriſtianorum.* At *ἐν πένθει* quidem, vt puto, non accendebant. Ceterum ſemper in Cippis ſepulchrorum ſuſpendebant lucernas; cuiuſmodi fictiles multas videmus ex veteribus monumentis erutas. Dio in Domitiano: *ἡ πρότον μὲν σηλην ταφροειδῆ ὀπάσῳ σφῶν παρέσησε το, τ' ὄνομα αὐτὲ ἔχουσαν, καὶ λυχνέχον μαρον οἷόν ἐν τοῖς μνημείοις κρουανται*. hoc eſt, Ac primum omnium iuxta vnumquemque columnam collocat, factum inſtar ſepulchri, in qua nomen eius ſcriptum erat pendebatque de ea Lychnuchus paruus, vt aſſolet in monumentis. Inde puto apud Gellium Laberis cippum vocat Lucium, quod ex eo Lucerna luceret, vt ille apud Athenæum, qui Columnam vocat *μενανδρον*, quod ſuſtineret innitentem virum. Porro quemadmodum ergaſtulus dictus, qui in ergaſtulo maneret: ita ſilicernius, qui dignus erat, vt pro eo ſilicernium pararetur. Cincius Alimetus de Gorgia Leontino: *Qui dum iam ſilicernius ſui finem temporis expectaret, etſi morti non potuit, tamen infirmitatibus inſultauit*. Manifeſtum eſt igitur conſueuiſſe priſcos lucernas ardentes potiſſimum in ſepulchris condere.

[b] lib. 1. c. 12.

Liberti lucernas accendebant domino defuncto.

Lucerna bimeſtris.

Frequentes fuiſſe lucernas a veteribus reconditas. Cap. II.

NOn ſolum autem ardentes lucernas ab antiquis recondi conſueuiſſe certum eſt; ſed etiam frequenter id factitatum, & maximo numero eas olim reconditas fuiſſe ſatis apparet primum quidem ex obſeruatione Franciſci [a] Bencij, qui ex profeſſo agens de funere antiquo Romanorum, aſſerit

[a] Orat. 26.

eos excelsiora amauisse monumenta, indicium factorum claritatis, & animi magnitudinis; quod pariter declarabãt, quum altis sub montibus, & in montibus etiam ipsis sibi constituerent sepulchra; circumque, aut potius in quibus plures interdum volebant esse accensas lucernas. Deinde vero id etiam constat ex Sebastiano Eritio, & Iulio Iacobonio, qui lucernas istas fictiles, & metallorum pulcherrimorum affabre varijs figuris, & stemmatibus insignitas reperiri ait magno in numero intra priscorum sepulchra; ad quorum ora conspicitur signum ardentis ignis per multa sæcula; sub quibus lucernis fictilibus vidisse se quoque inquit varias litteras insculptas, testaturque apud se aliquot earum lucernarum habere. Deinceps autem experimento idipsum confirmatur; nam quotidie fodientes, Romæ potissimum, vix antiquum monumentum reperiunt, aperiuntque, in quo non aliquam aut ardentem adhuc, aut extinctam lucernam comperiant. Immo vero sæpenumero in vno conditorio multæ lucernæ inueniuntur: Et reuera huiusmodi plurimas Bononiæ, Pisis, Venetijs, Patauij, & alibi conspexi, habuique domi tum fictiles, tum æreas, variæ magnitudinis, atque figuræ. Aloysius Coradinus in hoc Lyceo Pandectarum interpres multas in suo Musæo viuens seruabat partim ex agro Patauino eductas, partim ex Vrbis Romanæ solo ad se transmissas. Vt iam satis eluceat crebras fuisse lucernas ab antiquo reconditas.

Sepulchra cur magnifica vellent antiqui.

Lucernæ affabre factæ.

Romæ in omnibus fere sepulchris lucernæ.

Quid antiquorum plurimi loco Lucernæ semper ardentis in tumulis ponere consueuerint. Cap. III.

ADeo quidem exoptabant Veteres in suis monumentis ignem coruscare, vt qui perpetuas huiusmodi lucernas habere non poterant, neque vulgaribus alijs minoris durationis contenti erant; ij, vt poterant perennem flammam æmulantes, in sepulchrorum lapidibus ardentis ignis imaginem insculpi procurarent: ita enim non solum apud Io: Baptistam Fonteium [a] Primionem in suis Commentarijs *De prisca Cæsiorum gente*, in Betuciæ Proculæ filiæ A Lucij Betucij Proculi, & Cæsiæ Victricis monumento, quod Rauennæ in Æde Diui Ioannis Apostoli conditum est, inspicitur vas affabre factum, e cuius apice flamma tenuissimis linguis emicat ascendens: Verum etiam apud Iacobonium in Appendice ad idem opus in monumento a Vibia Polla sibi, & Coniugibus, Libertis, Libertabusque, posterisque comparato (Romæ id in via Appia ad Diui Sebastiani in tabernæ pauimento viderunt Achilles Statius, & Fonteius) flammæ in vtroque latere sepulchri videntur insculptæ: Atque vt assentior Iacobonio existimanti veteres aliquos ideo ignem perpetuum hunc in sepulchris effinxisse, quia verum ignem perennem faciendi scientia, vel facultas deesset; ac vtriusque ignis tum ficti, tum veri apud illos eumdem fuisse finem: Ita nec illi, nec Eritio consentire possum fictum, insculptumque hunc ignem in externa tumuli superficie signum fuisse ardentis ignis veri intra conditorium deliteſcentis, tum quia in sepulchris extrinsecus igne facto, exculptoque conspicuis nullus internus ignis vere ardens vmquam inuentus fuisse habetur vllo scriptorum testimonio: tum quia in quibus monumentis vere ardentes lucernæ compertæ fuerunt, in ijs nulla ignis effigies exterius insculpta, vel quouis alio modo efficta conspicitur: tum demum quia plane contradictorium est asserere Veteres in sepulchris ignem semper ardentem effinxisse eo quod illis ignem verum, eumdemque perennem faciendi scientia, vel facultas deesset; atque asseuerare fictum ignem in externa tumuli superficie insculptum fuisse ab antiquis tamquam signum ignis vere ardentis intra conditorij latebram. Quare nos posteriori causſa penitus omissa priorem accipimus asseuerantes olim homines in sepulchris perpetuum ignem emicare concupiuisse; & qui lucernam semper ardentem in monumentis condere nesciebant, ij vtcumque sui voti compotes se fieri arbitrabantur depicto, exculptove in tumulorum lapidibus igne flammas expirante.

Cap. 10.

Vide lib. 4. cap. 23. Ignis tumulo insculptus nõ fuit veri interioris signum.

Sepulchra lucernas ardentes habentia non habuere ignem depictum.

Lucernæ loco quid in tumulis poneretur.

Ignis imago cur in sepulchris sculperetur.

[a] li. 2. c. 18.

Quot,

Quot, quibusque in locis antiqui Lucernas diutissime ardentes collocarent. Cap. IV.

POrro sapientum virorum testimonio, multiplicique historia constat antiquos non vno in loco, sed in pluribus, ijsdemque varia conditione differentibus suas illas perpetuo ardentes lucernas collocare consueuisse; scilicet

Lucernæ in Templis.

in templis Deorum conspicuas, intra muros ante numinis imaginem occultas, sub terra & ad aram, & intra sepulchrum absconditas: Etenim ardebat in Deorum Gentilium delubris antiquitus lucerna illa Callimachi aurea in Æde Mineruæ apud Athenienses, & alia in aris apud Delphos, & alibi alia in Templo Veneris, & præter multas, de quibus fuse nos in primo huius voluminis libro, illæ, quarum ex Theophrasto Porphyrius in opere suo [a] *De Abstinentia ab esu carnium* præclaram huiusmodi sententiam protulit inquiens, Antiquitus homines in Templis conseruare solitos ignem immortalem, ignium sacrificio cælestia numina honorantes; Innumerabile, ait, fere quoddam tempus est, ex quo omnium eruditissimum hominum genus, vt inquit Theophrastus, qui sanctissimam a Nilo conditam regionem incoluerunt, a Vesta, & foco sacrificare cælestibus Dijs primi cæperunt; non myrrhæ illi quidem, neque cassiæ, aut thuris croco mistorum oblationes; multis enim ætatibus post assumpta etiam hæc fuerunt; qui primus erroris gradus extitit; quando homo in necessarij victus inopia cõstitutus multis cum laboribus, & lachrymis guttas horum Dijs obtulit; sed his tamen prius non sacrificabant; sed herba ipsa, quam veluti quandam feracis naturæ lanuginem manibus decerpissent; nam arbores antequam animalia terra elidit: herbam item, quæ annua germinatione exoritur, multo ante quam arbores emisit: cuius folia decerpentes, & radices, quin integros quoque ipsos caules flammis adolebant: Sacrificio hoc cælestes Deos, qui videbantur, excipientes, & igne honores ipsis immortalitati consecrantes: nam his quoque ignem immortalem in Templis solemus conseruare; quippe qui simillimus ipsis sit.

[a] Lib. 2. init

A Hæc ille. Cui nos cetera concedentes, negamus multo posterius apud homines celebratum fuisse animalium, quam stirpium sacrificiũ; nam apud antiquissimum scriptorem [b] Moysem legere potuit duo prima sacrificia simul a duobus primis fratribus Abele, & Cain, primi omnium hominum filijs in mundi fere incunabulis, vt ita dixerim, Deo rerum conditori oblata eiusmodi fuisse, vt obtulerit Cain agricola de fructibus terræ munera Domino; Abel autem
B pastor de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Sed Porphyrius [c] ille, qui testimonio tum Marsilij Ficini apud Magnum Plotinum, tum Nicephori, tum Cardinalis [d] Baronij, tum D. Hieronymi, [e] ex Iudæo primum Christianus, post Apostata ad Gentilismum delapsus caussam suscepit contra Christianos, a quorum lege [f] Plotini sui dilectissimi præceptoris mentem non fuisse penitus alienam Ficino satis ostenditur,
C Porphyrius inquam ille, qui Diuinę parere legi recusauit, sacrarum scripturarum testimonijs in proposito impie repugnauit. Ast eo redeat, vnde nuper digressa est oratio nostra. Intra parietem diutissime ardens supra portam Vrbis Edessæ accensa fuit ante Crucifixi Redemptoris imaginem lucerna [g] Cedreni; de qua late superius egimus. Sub terra etiam ante Aram Ditis, & Proserpinæ ignem diutissime ar-
D sisse, vnde fumus per cæcos humi meatus noctu exire videretur, autor est [h] Maximus Valerius; vt supra [i] etiam notauimus: Verisimile autem est ante subterraneam Aram hominibus inuisam, ac penitus occultam nullum alium tamdiu arsisse ignem, nisi in condita ibi lucerna. Nec iurarem tale quid non contigisse sub Olympo Lyciorum monte; de quo nobile habemus Maximi Tyrij testimonium; Apud Lycios, inquit, „ Olympus ignem emittit haud admo-
E „ dum similem Ætneo; quum placide, at- „ que ordinate mittatur: is ignis & sacer, „ & diuinitatis apud Lycios est signum: „ Mons hic est ad mare rubrum in Æthiopia, haud longe ab Heliopoli oppido, „ qui Oriente Sole vsque ad quintam diei „ horam flammas emittit. Etsi ego non repugnauerim, si cuipiam ibi magis arriserit perennem ignem in bitumine, aut sul-

[b] Gen. c. 4. Sacrificia prima quæ fuerint.

[c] En. 2. li. 11. cap. 9. Lib. 5. c. 13. & lib 10. cap. 33.
[d] Annal. to. 3
[e] lib. in epist. ad Galat. Porphyrius ex Iudæo Christianus; inde Gentilis.
[f] En. 2. lib. 11. c. 1.

Lucerna intra parietem.

[g] Lib. 1. c. 7. Sub terra ad Aram Ditis.

[h] lib. 2. c. 1.
[i] lib. 1. c. 24.

Serm. 18. Lycij montis ignis e condita lucerna.

ſulphure,vt in Ætna,& Veſæuo, arſiſſe; indeque tum fumos,tum ignes aſſiduos euomuiſſe. Sub terra tamen plures ardentes lucernas Vulcano priſcos, & ſi placet vnicam ad multa ſæcula Plutoni Maximum Olybium accendiſſe vidimus in [l] ſuperioribus. In mortuorum denique ſepulchris ſub terra lucernas huiuſmodi diutiſſime ardentes olim conditas fuiſſe apertiſſime conſtat ex allatis antea hiſtorijs in primo huius operis libello.

[l] lib.1.cap.9. & 26.

Lucerna in ſepulchris ardens.

Cur extra ſepulturas antiqui locarent ardentes diutiſſime lucernas.
Cap. V.

ILlud porro iam apud omnes adeo inuulgatum eſt, vt ignis ante aras, & Diuorum imagines tam in eorum templis, quam alibi ardeat accenſus ab homine honoris, cultusque gratia; quod hic ſolus a Porphyrio, Seneca, Lipſioque propoſiti finis aſſignatur,tamquam nullus alius aſſignari, ac inueniri valeat: Inquit enim Porphyrius [a] ſacrificio ignis cæleſtes Deos a Veteribus excipi, & igne honores ipſis immortalitati conſecratos; quia & in templis ignis immortalis cõſeruari ſoleat; quippe qui cæleſtibus ſimillimus ſit. Cordubenſis autem Seneca [b] ex Marco Bruto in Epiſtolis infit, Quomodo Dij colendi, ſolet præcipi: accendere aliquem lucernam ſabbathis prohibeamus; quoniam nec lumine Dij egent; & ne homines quidem delectantur fuligine. Ad quem locum Lipſius addit, lucernas accendere in honorem Deorum, aut Principum, feſtis diebus, mos apud Romanos: ſed, vt apparet, paullatim Iudaici ritus inualuere, & Sabbathi diem illa ſuperſtitione coluerunt. Perſius Satyra quinta,

Herodis venere dies, vnctaque feneſtra
Diſpoſitæ pinguẽ nebulã vomuere lucernæ.

Attamẽ ſi quis intimius propoſiti rationem internoſcere voluerit,duas illi ego proferam eſſe cauſſas,cur ab hominum memoria Deo conſueuerit honoris ergo lucerna, & ignis quilibet alius accendi, ardensque ante illius aras, aut imagines, aut abſolute diu cuſtodiri, & conſeruari: Altera quidem eſt; quia in ſignum grati animi Deo ſummo, a quo bona omnia, & ipſummet eſſe omnes acceperunt, vel Ariſtotelis [c] confeſſione, munera, ceu primitias, pro innumeris beneficijs ab eo habitis, quod eius ſummam ſimplicitatem, ac puritatem decet, puriſſimum, ac ſimpliciſſimum elementum, maximeque formæ [d] naturam redolens, illi offerre conſueuerunt ab antiquiſſimo tempore gentes: Sic (niſi ſepulturam Olybij eam fuiſſe dicamus, vt [e] antea) Plutoni ſuo ſacrum munus lucernam igne perpetuo ſplendidam,puriſſimique auri,& argenti liquorem obtulit Olybius. Altera vero cauſſa, ob quam veteres extra ſepulchra perennem ignem accenderent, ea fuit; quia vitæ ſymbolum eſt ignis; vt belle animaduertit alicubi Plutarchus, [f] dum quærit, cur veteribus Romanis mos fuerit, lucernam numquam extingui ſinere, ſic ad verbum ſcribens, Ceterum ſacrum ignem Dijs non ideo ab hominibus fuiſſe cultum,quod eum alio igne putarent meliorem, dignioremve eſſe; ſed quemadmodum Ægyptiorum alij totum genus canum venerantur atque honorant; alij luporum; alij crocodilorum; vnicum tamen vel canem, vel lupum, vel crocodilum alunt, quia vniuerſos non poſſunt: Sic priſcorum cultum, & cuſtodiam ſacri iſtius ignis teſſeram fuiſſe obſeruantiæ aduerſus omnes ignes: nihil enim animato ſimilius eſſe quam eſt [g] ignis; qui per ſe mouetur, & nutritur, ſuoque ſplendore, animæ in morem, res manifeſtat omnes; & maxime vim non expertem vitalis principij oſtendit, dum extinguitur, ac perit, inter pereundum vocem edens, ac reluctans interitui, animalis inſtar, quod vi necatur. Quia ergo vitæ ſimulachrum eſt ignis; perpetuæque actionis; quia ſemper mouetur; vitæque puræ,ac intaminatæ; quippe omnes ſordes conſumit; naturæque ſimplicis hieroglyphicum; quando nullam alienam materiam diu ſibi hærere patitur: propterea vt quiſque Deum ſummum, quem colit, apto aliquo ſigno confiteretur, & laudaret eſſe viuentem, puriſſimum actum, ſimpliciſſimumque, ſemper omnia moderantem, apteque gubernantem; muto ardentis ignis perpetui ſigno quilibet laudes Deo canit: ſic Athenis in Prytaneo

[c] 1.cæl.t.100

Ignis attributa perfectiſſima.

[d] 2. degen. t.50.

[e] lib.2. c.12.

Ignis vitę ſymbolum.

[f] 7.Sympoſ. quæ.4.

[g] Ariſt.2. de gen. tex.50.

[a] 2. de abſt. ab eſ.car.

Ignis cur in templis immortalis conſeruatus.

[b] Epiſt.95.

Lucernæ cur in templis accendantur.

Iudaici ritus apud Romanos inualuere.

Deo cur ignis accendatur in templis.

Ægyptij varias honorãt belluas.

Ignis animato ſimillimus.

Ignis moriens cur vocẽ edat animalis inſtar.

Ignis conſumit omnes ſordes.

Lucernæ multis Dijs accensæ.

taneo ignis æternus in aurea lucerna Mineruæ olim ardebat; sic in Vrbe Munychia; sic in Ammonis æde; sic in Britannicæ Mineruæ delubro; sic in altari Delphico; sic in Pyrethiorum ara; sic alibi etiam in phano Veneris; sic in Terentini Ditis, & Proserpinæ ara subterranea perpetuus ignis collucebat; sic Antiochiæ intra murum Ciuitatis ante Redemptoris imaginem recondita lucerna diutissime coruscauit; vt in primo huius nostræ theoriæ libello fuse narrauimus.

Finis politicus, cuius gratia veteres in mortuorum conditorijs ardentes lucernas ponerent, fuit signum nobilitatis. Cap. VI.

FInis autem, cuius gratia prisci lucernas ardentes in sepulchris condere consueuissent, multiplex esse potest. Nos vero duos præcipue fines fuisse censemus, propter quos antiqui solebant lucernas ardentes in monumentis collocare; moralis, siue politicus vnus; & naturalis, siue physicus alter: Politicus finis erat in signum nobilitatis familiæ defuncti; quoniam lucernæ ardentes, vel etiam extinctæ in tumulis nobilium solummodo comperiuntur: non autem vmquam vllæ in plebeiorũ conditorijs, aut vrnis (quod ego quidem obseruare potuerim) repertæ fuerunt: & hoc assertum satis aperte constat, cum ex historijs de propositio allatis in primo libro huius voluminis: tum etiam ex Lege Mæuia, ff. de manum. testam. vnde manifeste patet, non omnes indifferenter antiquos, sed nobiles tantum testamento mandare consueuisse, vt Liberti monumento lucernam accenderent, & sepulturam Dominorum custodirent.

Finis moralis cur lucernæ in sepulchris cõderentur.

Finis physicus, ob quem in vetustis conditorijs ardentes lucernæ olim conderentur, latius explicatur fuisse, ne anima defuncti cum cadauere priscis manere putata, diu misere iaceret in tenebris. Cap. VII.

NAturalis autem finis, cuius gratia in conditorijs prisci lucernas accenderent, vnus ille fuit, quoniam antiquitus opinio, vel potius vana superstitio inualuit etiam apud viros sapientiores, in hominum obitu, eorum potissime, qui rationi minime obtemperantes ad appetitum vixerunt, quique violenta morte interierunt, animas illorum corpora sic non deserere, quin in sepulchris vna cum cinere, aut cadauere, ossibusve vniuscuiusque anima fati cuiusdam lege conquiesceret; quod ex Philosophorum, Poetarumque testimonijs manifestissimum cuiuis fieri potest. Ammonius etenim suo illo ad Prædicabilia Porphyriana commentario tractans de Philosophiæ definitione, qua dicitur esse Meditatio mortis, Quemadmodum, ait, in meditatione Philosophi anima etsi a corpore seiungitur, tamen corpus ab anima non separatur; quum viuat: Ita in obitu corpus etsi ab anima dissociatur, anima tamen suum corpus non omnino deserit; sed circa illud manet in sepulchro, vel prope: Sciendum autem non omnino, quum corpus separatur ab anima, & animam separari a corpore; ita namque corporum amatrices sunt animæ, vt post mortem adhuc tamen eodem amore tenẽatur: atque ob eam caussam fieri autumant, quæ circa mortuorum tumulos videri solent, vmbrarum apparitiones: Verum neque, quum anima separatur a corpore, corpus omnino separatur ab anima; Philosophi enim etsi per nimiam contemplationem vehementius se se a corporibus auocent, viuunt tamen, nec prorsus commoriuntur; Plinio [a] huic postremæ sententiæ minime reluctante, dum alicubi scribit, morbum esse aliquem per sapientiam mori. Plato in Phædone asseuerat animas impuras circa sepulchra versari, & videri. Quem Platonis locum fortasse citat Ioannes Grammaticus [b] in hæc verba, *Si enim quæ extra corpora sunt animæ, quæ corporis sunt animantes, cum corpore sunt semper, & in sepulchris; quid enim absurdum etiam eas, quæ sunt in generatione, animas circa immaterialia operari? & sic quidem Plato.* Porphyrius itidem ostendit hanc esse communem veterum sacerdotum, & Ægyptiorum opinionem; cui & ipse assentitur [c] inquiens animas violenta cæde interemptorum, & sepultura carentium morari circa sua cadauera: & proinde multas visas esse lamentari; ijsque vti

Animas circa sepulchra morari censebant veteres.

Mortis duplex genus

Apparitiones vmbrarum vt fiant antiquis.

[a] Vide li. 4. c. 13 [4] lib. 7. c. 5.

[b] 3. de an. t. com 67. Animæ, quæ circa sepulchra versantur, & videntur Platonicis.

[c] 2. de abst. ab esc. car.

vti consueuisse maleficas ad suum ministerium, compellendo illas corpus, vel corporis sui partem assumere, ac motitare. Achilli Statio[d] quoque scribitur animas eorum, qui in aquis pereunt, non omnino ad infera descendere, sed propter aquas circumferri, ex communi hominum decreto. Cui & Marcus [e] Tullius assentitur alicubi scribens, namque eorum animi, qui se voluptatibus corporis dediderunt, earumque se quasi ministros præbuerunt, impulsuque libidinum voluptatibus obedientum, Deorum & hominum iura violauerunt, corporibus elapsi circum terram ipsam volutantur. Plotinus etiam inquit [f] animas vitiosas, postquam deposuerint corpus, eodem luto reuolui. Macrobius[g] ex Plotino constituit morte violenta coacto exitu a corpore, animam circa corpus magis, magisque vinciri; & reuera ideo sic extortas animas diu circa corpus, eiusve sepulturam, vel locum, in quo iniecta manus est, peruagari. Lucianus pariter in Philopseude refert ex Pythagoreorum sententia, eorum, qui violenter interierint, animas circa sua cadauera permanere. Plutarchus non aliter in opusculo De Herodoti malignitate inscripto recenset honoratum in isthmo sepulchrum, cum hoc epitaphio,

» *Nos vitam in extremo discrimen Hellada cunctam*
» *Tutati nostris condimur heic animis.*

Maleficæ ad suum ministerium quibus animis vtantur.

[d] 5. de amor. Clit.

[e] De somno Scip. in fi.

[f] 1. En. lib. 8. cap. 13.

[g] in Somn. Scip. c. 13.

Poetæ animas morari ponũt in sepulchris.

Inter Poetas passim ponentes animas cum cadaueribus in sepulchris commorari, primus se se nobis offert P.[h] Ouidius, qui de anu malefica sic infit,

» *Euocat antiquis, atauosque sepulchris,*
» *Et solidam longo carmine findit humum.*

[h] lib. 1. eleg. 8.

Alioque in loco [i] Medeam introducit de se ita loquentem,

» *Et siluas moueo, iubeoq. tremiscere montes,*
» *Et mugire solum, manesq. exire sepulchris.*

[i] 7. metam.

Deinde Virgilius[k] in Eclogis pulcherrime concinit,

» *Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena*
» *Ipse dedit Mæris; nascuntur plurima Ponto.*
» *His ego sæpe lupum fieri, & se condere siluis*
» *Mærim, sæpe animas imis exire sepulchris,*
» *Atque satas alio vidi traducere messes.*

[k] Eclog. 8.

Et denuo sub persona Didonis in Epopeia, [l]

[l] 3. Æneid.

A *Ille meos primus, qui me sibi iunxit, amores* »
Abstulit; ille habeat secum, seruetque sepulchro. »

Et eodem opere inducit Polydori animam ita dicentem,

---------- *gemitus lachrymabilis imo* »
Auditur tumulo, & vox reddita fertur ad aures, »
Quid miserum Aenea laceras? iam parce sepulto. »

Et paucis interpositis,

B ---------- *animamque sepulchro* »
Condimus, & magna supremũ voce ciemus. »

Euripides etiam in Hecuba de Achille sic infit,

Namque e sepulchro visus Eacides suo »
Argiuum Achilles tenuit omnem exercitũ »
Remum ad penates dirigentem ponticum; »
Meam is sororem postulat Polyxenam »
Tumulo cupitum honorem, & inferias suo »
Dari, & feret; neque enim hoc sinent frustrarier »
Honore amici ----------

C Tibullus quoque in Elegiacis [m] canit hæc de proposito,

[m] lib. 1. eleg. 2.

---------- *vt mihi verax* »
Pollicita est magico saga ministerio; »
Hanc ego de cælo ducentem sidera vidi; »
Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter; »
Hæc cantu finditq. solũ, manesq. sepulchris »
Elicit, & tepido deuocat ossa rogo. »

In hanc eamdem sententiam Italus Poeta Sagam Melissam introducit Bradamanti Heroinæ de Merlino Mago

D talia dicentem, [n]

[n] Areost. Cant. 3.

Questa è l'antica, e memorabil grotta,
Ch'edificò Merlino il sauio Mago; »
Che forse ricordare odi talhotta, »
Doue ingannollo la Donna del Lago. »
Il sepolchro è quà giù, doue corrotta »
Giace la carne sua, dou'egli vago »
Di satisfare a lei, che gliel suase, »
Viuo corcosse, e morto ci rimase. »
Col corpo morto il viuo spirto alberga, »
Sin ch'oda il suon de l'Angelica tromba, »
Che dal Ciel lo bandisca, o che ve l'erga, »
Secondo che sarà coruo, o colomba. »
Viue la voce, e come chiara emerga »
Vdir potrai da la marmorea tomba; »
Che le passate, e le future cose, »
A chi li domandò, sempre rispose. »

Et paucis interpositis subdit Areostus,

E lieta de l'insolita auentura »
Dietro a la Maga subito fù mossa, »
Che la condusse a quella sepoltura, »

Che

» *Che chiudea di Merlin l'anima e l'ossa.*

Et mox etiam adijcit Poeta Ferrariẽsis,

» *A pena hà Bradamante da la soglia*
» *Leuato il piè ne la secreta cella,*
» *Ch'el viuo spirto da la morta spoglia*
» *Con chiarissima voce le fauella.*

Vt iam nihil sit euidentius, quam apud veteres communem fuisse opinionem, mortuorum animas cum cadaueribus, ossibus, cineribusque permanere in monumentis. Ne igitur animæ illæ post mortem hominum in tenebroso sepulchro misere iacerent, ac veluti tetro in carcere detinerentur; sed vicissim perpetua luce fruerentur; omni conatu veteres laborauerunt, totoque ingenio studuerunt lucernas quasdam fabricari, habereque admirabiles in tumulis cum sepulto cadauere, vel cinere concludendas, quæ semel accensæ vel numquam in posterum externo fomite vllo indigerent; at ex se perpetuo igne ardentes æternum lumen effunderent; vel ad multum temporis effulgere valerent: vel assidue a libertis, alijsve nouo adiecto fomite conseruarẽtur ardentes. Et quidem hac in re priscorum multos proprij voti compotes factos fuisse non semel a Neotericis argumento certissimo comprobatum est, inuentis nimirum plurimis lucernis intra vetustissima sepulchra etiamnum ardentibus. Id autem viri opulenti, & nobiles inter antiquos tantummodo effecerunt, quod res esset, in qua sumptus pauperum, mediocrisque fortunæ hominum censum longe superaret. Duo igitur fuere fines, quorum gratia prisci voluerunt iuxta sua cadauera, vel cineres in sepulchris iugiter ardere lucernas, Nobilitatis indicium, & ne anima in tumulo cum cadauere, cinereve manere putata, tamdiu misere iaceret in tenebris: cui minoris fortunæ homines, infimæque plebis lucernam accendere nequeuntes, leuem terram, tranquillumq. aerem precabantur; & flores, odoresque tumulo imponebant; iuxta illud Iuuenalis, [o]

» *Dij Maiorum vmbris tenuem, & sine pondere terram,*
» *Spirantesque crocos, & in vrna perpetuum ver.*

Et Romæ in ædibus Capharellorum legitur hoc epigramma,

» *Huc tibi perpetuo titulũ gratissima coniux*
» *Corporis extincti dedicat ipsa fides*
» *Vixisti mecum iuuenis carosque per annos*
» *Quos vita exegi dulciter ipse mea*
» *Opto si qua fides remanet telluris amicæ*
» *Sit tibi perpetuo terra leuis tumulo.*

ne alia plurima huius rei exempla huc proferam ex [p] Iacobonio, & alijs antiquarum inscriptionum collectoribus. Vt autem ignobili nemini fas erat olim suis defunctis in tumulo lucernam accendere; ita nobilium nemo id officij prætermittebat; adeo vt etiam Vestalium Virginum, (quæ omnes e nobili familia consecrabantur, vt ex Lucio Antistio Labeone Porcacchius [q] refert in suis funeralibus, & Seneca [r] innuit eas nobilissimas appellans; & [s] Agellio Vestalis parentes non poterant serui esse, nec in negotijs sordidis diuersari) stupri ream compertam Romani viuam defoderent, in ædicula subterranea lectum stratum ponentes, & lucernam accensam cum modico pane, aqua in ampulla, oleo, & lacte; vt Plutarchus [t] contestatur.

[p] cap. 11.

[q] Tab. 3.
[r] De prouid. c. 5.
[s] lib. 1. c. 12.

[t] In vita Numæ.

Lucernæ quid opis defunctis præstarent in monumentis.

Vestales nobiles erant.

Vestalis reæ stupri vt viua defoderetur, & cur cum lucerna.

Plebeij quid loco lucernæ tumulis præstarent.

Quotuplex, quæque fuerit materia lucernarum ab antiquis reconditarum.
Cap. VIII.

MAteriam vero, ex qua constructæ fuerunt admirabiles istæ priscorum lucernæ tam diuturnum lumen in se continentes, non vniusmodi fuisse compertissimum habemus; nam earum, quæ ab antiquo reconditæ recens inuentæ sunt, alias ego vidi fictiles in Musæo Vlyssis Aldrouandi præceptoris naturalium arcanorum promptuario, dum Bononiæ sapientiæ studijs operam nauarem; alias multo postea hic Patauij Philosophiam publice docens, in Musæo Aloysij Coradini Pandectarum explicatoris ęreas inspexi; auream Pausanias in æde Mineruæ Athenis a Callimacho factam asseuerat. Quin & Anastasius Bibliothecarius Vitas Romanorum Pontificum describens, in vita Syluestri Primi, meminit Lucernæ ex auro purissimo duodecim ellychniorũ. Aeneam vero lampadem pensilem antiquam in Batauicæ Arcis ruinis inuentam describit Petrus Scriuerius. Ex omni metallo alias constructas esse potuisse nihil est, quod prohibeat: sed frequen-

Lucernarum materia tum ex terra, tum ex quolibet metallo.

quẽtiores fuere fictiles pauciores ęneę, pauciſſime vero aureæ. Lucernas lapideas, nimirum e marmore Lunenſi, habet in ſuo Muſeo M. Mantua Benauidius I. C. Patricius Patauinus celebrati nominis. Duæ ſunt. De Lucernis ex argenti metallo confectis, celebre teſtimonium habemus D. Auguſtini, non vno in loco; primum in epiſtolis, vbi legimus [a] *Recita illa geſta apud Numacium Felicem Flauium, procuratorem tunc eiuſdem ciuitatis veſtræ, Diocletiano Octauo, & Maximiano Septimo, Conſulibus, XI. Kalen. Iunias, quibus liquido conſtitit, ita Paulum Epiſcopum tradidiſſe, vt Syluanus tunc eius Subdiaconus fuerit, & cum illo tradiderit, proferens inſtrumenta Dominica, etiam quæ diligenter fuerant occultata, Capitulatam argenteam, & lucernam argenteam: ita vt ei diceret Victor quidam: Mortuus fueras, ſi non illas inueniſſes.* & contra Creſconium de re conſimili habemus, [b] *Ex illius Iudicij geſtis hæc pauca interpoſui:* Conſtantio Maximo Auguſto, & Conſtantino Iuniore nobiliſſimo Cæſare Conſulibus, Idus Decembris ex tota Macrencienſi inducto, & applicito, Victore Grammatico aſtante etiam Nundinario Diacono, Zenophilus conſularis dixit: Quis vocaris? Reſpondit, Victor. Et paulo poſt alio loco reſpondit, Nundinarius, Legantur acta: Zenophilus Conſularis dixit, Legantur. Et legit Nundinarius, exceptor dixit: Diocletiano octies & Maximiano Septies Conſulibus, quarto decimo calendas Iunij exacti Simmacij Felicis Flammis perpetui, Curatoris Coloniæ Cirthenis, quum ventum eſſet ad domum, in qua Chriſtiani conueniebant, Felix Flamen perpetuus curator Paulo Epiſcopo dixit, Proferte ſcripturas legis, & ſi quid aliud hic habetis, vt & præcepto & iuſſioni parere poſſitis. Paulus Epiſcopus dixit, Scripturas Lectores habent, ſed nos quod hic habemus, damus. Felix Flamen perpetuus curator dixit Paulo, Oſtende Lectores, aut mitte ad illos. Paulus Epiſcopus dixit, Omnes cognoſcitis. Felix Flamen perpetuus curator dixit, Manente ratione de Lectoribus, quos monſtrauit, officium & vos quod hic habetis date. Sedente Paulo Epiſcopo & Montano & Victore de Caſtello, Memor presbyter aſtãte Marte cum Aelio, & Marte diacono proferente Marcucho fructuoſo, Miggene Saturnio, Victore Sanſurico, & ceteris foſſoribus, contraſcribente Victore Aufidij in breue ſic, Calices duo aurei, item Calices ſex argenti &c. Et alio loco, Poſteaquam apertum eſt in Bibliothecam, inuenta ſunt ibi armaria inania, ibi protulit Siluanus capitulatam argenteam, & Lucernam argenteam, quod diceret ſe poſt arcam inueniſſe. Victor Aufidij Siluano dixit, Mortuus fueras, ſi non illas inueniſſes. Felix Flamen perpetuus curator pro Siluano dixit, Inquire diligentius ne quid hic remanſerit. Siluanus dixit, Nihil hic remanſit, totum hoc eijcimus &c. Quæ nobis ad verbum referenda fuerunt, vt antiquioris Eccleſiæ lucernas pretioſas ex argento conſtitiſſe probaremus. Quod autem capitulatæ ſimiliter argenteæ meminerit D. Aug. ea ad idem refert eruditiſſimus La-Cerda in ſuis Aduerſarijs Sacris, inquiens, [c] *In actis Proconſularibus ſub Diocletiano apud S. Auguſtinum ep. 165. Capitularia argentea ſunt lampades, aut candelabra.* Mirabile tamen eſt, quod ad Q. Fratrem Cicero [d] ſcribit de Lychno Ligneolo: num ex ligno Lucerna fiat, quæ oleo peruncta non ardeat ocyus? At forte Lignum fuit lucernæ pulcherrimæ theca ſatis artificioſa: vel etiam Lychni nomine papyrus deſignatur ex arboris medulla; quæ diminutiuo nomine ſignatur, quod in ea tanquam in principio reſideat arboris natura tota; principium etenim [e] Ariſtoteli mole paruum eſt, & ſi virtute maximum. Itaque puræ Lucernæ corpus dempto candelabro, nullum fuit ligneum, ſed ex alia materia, quæ poſſet ignem innoxie ferre, flammæque violentiam eludere; cuiuſmodi ſunt metalla, lapides, lateritiæ teſtæ, ac id generis antea propoſita. De ligno vero fieri potuit elychnij papyrus, & Lucernæ theca, ſimul & Candelabrum, Lucernariumve. Hactenus de Lucernarum materia.

Lucernæ lapideæ.

[a] ep. 164. 165.

Argenteæ lucernæ.

[b] to. 7. l. 3 c. 29.

Ritus antiquæ inquiſitionis iuridicæ.

Aurei calices, & argentei.

[c] Ad q. 5. nu. 38.

Capitulatæ quid eſſent in antiqua Eccleſia.

[d] l. 3. ep. 7.

[e] 1. cæl. t. 33.

De

De magnitudine lucernarum ab antiquo tempore ardentium. Cap. IX.

MAteriam ſtatim conſequitur magnitudo; quare poſt materiæ theoriã lucernarum moles inſpicienda eſt. Qua quidem in re licet Cardanus [a] exiſtimauerit lucernam Mineruæ Athenis annuæ durationis igne coruſcam, & eius exemplo quotquot a veteribus olim reconditæ noſtra ætate, patrumve noſtrorum ſæculo ardentes inuentæ ſunt, illas magnitudinis ingentis extitiſſe: quando tamen nec vllus eorum, qui eam vidit, aliquid de illius amplitudine protulit; quumque aliæ ab antiquo ardentes non obtineant magnitudinem ſupra molem communium lucernarum; vt apertiſſime conſtat in lucerna Neſidea intra vitream phialam incluſa, & in Olybiana, Piſana, & ceteris, quarum hiſtorias in primo harum elucubrationum volumine commemorauimus; iam ſecus exiſtimandum eſt lucernas omnes ab antiquo tempore ardentes vſualium magnitudinem non excedere: Ac eo magis, quo mirum non eſſet in maximo vaſe minimum quid fomitis exiguæ flammulæ iugiter ſuppeditante ad longum temporis interuallum igniculum conſeruari: ex aduerſo tamen cuncti has a ſæculo, & vlterius ardentes lucernas ob diuturnam flammulæ durationem admirantur. Quinimmo quum plurimæ inuentarum parua mole viſantur; quid earum magnitudinem vulgarium molem, & capacitatem longe ſuperare comminiſcamur?

[a] 1. de ſubtilit.

Lucernarum moles non magna.

Lucernarum ab antiquo reconditarum figuram variam fuiſſe. Cap. X.

MAgnitudinis terminus in omni corpore figura, & forma exterior eſt; quæ propterea poſt magnitudinem eſt explicanda. Porro forma, ſiue figura in ardentibus hiſce ab antiquo tempore lucernis varia conſpicitur; namque illarum aliæ viſuntur ſphęricæ, oblongæ aliæ, aliquæ triangulares, quadrangulum aliæ referunt, & ad arbitrium conditoris varias formas repreſentant. Præterea vero earum multæ vnicum ellychnium habuerunt, aliæ duo, aliæ multo plura; vt lucernam vetuſtam aliqui ſe vidiſſe fateantur celebrati nominis autores vndecim ellychnia geſtantem; de qua ſuperius apud Gutherium [a] egimus.

Lucernæ multi ellychnes.

[a] Lib. 2. c. 18.


De lucernarum antiquarum ſimulachris, varijs imaginibus, & inſcriptionibus. Cap. XI.

CEterum variæ quoque ab artifice imagines diuerſarum rerum inſculptæ, fictæque ad libitum fuerunt in huiuſmodi lucernis; eædemque ſumma diligentia, & induſtria delineatæ; nam in vna, cuius operculum ſolum exacte ſphæricum ex Aldrouandico Muſæo habere potui, viſitur arietis imago, ſupra dorſum gerentis mulierem ſedentem, coronatam, & geſtantem ſiniſtra manu faculam ardentem; dextera manu ad caput eleuata, hunc in modum, cum foramine ſub ventre arietis.

Lucernarum antiquorum variæ deſcriptiones.



In alia satis parua lucerna, & rotunda pariter, intueri liceat Nympham, arcum dextera manu continentem; sinistra ad faciem sublata, cum duplici foramine, minori ad centrum, maiori ad nasum oppositum manubrio collocatis, hoc pacto,




His tertia longe pulchrior est Lucerna, circularis itidem, paulo maior propositis: In cuius lingua, ex orbita extuberante, foramen est ellychnij: maius alterum, fomitis ingressui aptum, degit in area circuli. Versus extremam oram, inter manubriolum & linguam, hinc inde duo Cherub insculpti sunt, ex quorum mento vitium rami, palmitesque totam illam Zonæ partem vndique adornantes: intra quos circulus est, veluti iugamentum quoddam lemniscatum, in Encarpi Vitruuiani effigiem, ex implexis lauri frondibus, mireque contextis; superna, & inferna parte, ceu quibusdam anulis redimitus: dextera, sinistraque, veluti racemos vuarum de se promens, aut potius in se condens. Intra circulum desuper quasi Sol e nubibus erumpens, radiosque mittens in maius foramen. Sub foramine paruus anser: a cuius dextro latere mulier sedens, & manu dextera signum Sanctæ Crucis eleuans, & sinistram porrigens A ad centrum circuli, Fidei simulachrum fortassis est. Ex altero latere alia mulier, quasi stans, & sinistrum genu flectens, ambasque manus expandens, quasi Fidei, extentam manum apprehensura: Fortasse Spei est imago; quum tertiæ virtutis theologalis, quæ Charitas nuncupatur, symbolum sit ignis, flammaque Lucernæ. Quid si dicamus prioris illius mulieris iconem esse symbolum Ecclesiæ primitiuæ, seu Fidei; B posteriorem autem istam representare Gentilitatem ad Fidei ac Ecclesiæ sinum venientem; auiculam vero signare Spiritum Sanctum ad Gentilitatis conuersionem auolantem: & superne de nubibus lumen affulgens indicare Deum Patrem luminum absconditum in immensæ Diuinitatis inaccessa luce: crucisque signo notari Dei Filium Redemptorem mundi per Crucem? In posticæ partis Lucernæ plana superficie incisum est nomen L. CAESAE: quam proinde feminam ex primis illis C Christianis arbitror esse, quæ Romæ in Ecclesiæ prima infantia lac Fidei suxerunt. Etsi vero Christianorum ista Lucerna fuerit, non tamen ideo vetusta non est; quia non deest æuo Christiano vetustas ante mille sexcentos annos. Quid si dixero potuisse Lucernam istam condi prius quam Christus Dominus nasceretur, etsi Christiana mysteria continuerit; Deus enim infinita D benignitate sua præfigurauit ante Filij sui natales Ethnicis mysteria salutaria, quo facilius in Christum crederent eorum posteri: non solum enim Cherubicas Angelorum formas in veteri Testamento videmus apud Hebræorum Prophetas; verum etiam apud Gentiles ante Christi Saluatoris aduentum signa Crucis extitisse vel in fanis Idolorum habemus ex Historicis; etenim, vt obseruat item Casalius [b] agens de Vete- [b] cap. 13.
E ribus Ægyptiorum ritibus, testimonio Socratis [c] in historia Ecclesiastica, dum [c] l. 5. c. 17.
per Theodosium expurgaretur Templum Serapidis, eius idolo ex omnibus metallis, ac rebus alijs magnificentissime dudum constructo, & recens destructo, cruces inuentas fuisse constat; dicente Socrate: *In Delubro Serapidis iam diruto, & fundamentis conuulso, literæ repertæ fuerunt lapidibus incisæ, quas hieroglyphi-*

cas

cas appellant: erant formæ insculptæ, quæ Crucis habebant effigiem; quas & Christiani, & Gentiles oculis intuentes, vtrique eas ad suam ipsorum religionem accommodarunt; nam Christiani Crucem salutaris Christi passionis signum esse dixerunt, propriamque suæ religionis notam esse dixerunt. Gentiles aliquid in ea commune esse cum Christo, & Serapidi affirmarunt; nam effigiem Crucis aliud Gentilibus, Christianis aliud significare. Dum isti inter se de ea re digladiantur, Gentiles quidam ad Fidem Christianam conuersi, qui literas hieroglyphicas accurate nouerant, formam Crucis quid sibi vellet, interpretantur VITAM FVTVRAM significare docent. Quod quidem Christiani, vt pote pro sua religione maxime facientes, cupide arripere, & de eo animos efferre cæperunt, postquam per alias literas hieroglyphicas significatum erat, Serapidis delubrum tunc dirutum fore, quum Crucis effigies appareret (id enim esse vitam venturam) multo plures ad religionem Christianam se transtulerunt; peccataque confitentes baptizati sunt. Hæc de Crucis effigie ipse quidem accepi. Hæc eadem quoque referunt Sozomenus [d] in Eccles. hist. Nicephorus [e] Calistus, Autor etiam historiæ [f] Tripartitæ. Suidas idem ait: *Cruces: Recta ligna humi defixa: Sub Theodosio maiore* Romanorum *Imperatore, quum Græcanica*, id est Gentilia *templa destruerentur: in Serapidis templo inuentæ sunt hieroglyphicæ literæ, crucis figuram habentes: Quas quum illi de Græcis, qui Christiani facti fuerant, conspexissent, dixerunt, Crucem apud literarum hieroglyphicarum peritos, significare vitam futuram.* Sed post hos Ficinus [g] agens de Vita cælitus comparanda dicit: *Antiquiores autem, quemadmodum in quodam Arabum Collegio legimus, figuram Crucis cunctis anteponebant, quia corpora per virtutem agunt ad superficiem iam diffusam: Prima vero superficies Cruce describitur: sic enim in primis habet longitudinem atque latitudinem. Primaque hæc figura est, & omnium recta quam maxime, & quatuor rectos angulos continet. Effectus vero cælestium maxime per rectitudinem radiorum angulorumque resultant. Tunc enim stellæ magnopere sunt potentes, quando quatuor cæli tenent angulos, immo cardines: orientis videlicet, occidentisque, & medij vtrinque: sic vero dispositæ, radios ita coniiciunt in seinuicem, vt Crucem inde constituant. Crucem ergo veteres figuram esse dicebant, tum stellarum fortitudine factam, tum earumdem fortitudinis susceptaculum; ideoque habere summam in imaginibus potestatem, & vires & spiritus suscipere planetarum. Hæc autem opinio ab Ægyptijs vel inducta est, vel maxime confirmata: Inter quorum characteres crux vna erat insignis, vitam eorum more futuram significans; eamque figuram pectoris Serapidis insculpebant. Ego vero quod de Crucis excellentia fuit apud Ægyptios ante Christum, non tam muneris stellarum testimonium fuisse arbitror, quam virtutis præsagium, quam a Christo esset accepturа: Astrologos autem, qui statim post Christum fuerunt, videntes a Christianis miranda per Crucem fieri, nescientes autem vel nolentes in IESVM tanta referre, in cælestia retulisse; quanquam considerare debebant per Crucem ipsam, absque nomine IESV miracula minime perpetrari.* Eadem ferme, ac iisdem fere verbis de Cruce pridem ante Christi natales a veteribus obseruata testatur in Antiquis Lectionibus [h] Rhodiginus. Antiquissimam Ægyptiorum tabulam æneam apud Cardinalem Bembum memorat Iacobus Bosius, in qua stat vrceus, e duabus partibus aquam in modiolos effundens; vrceoque superne infixa est Crux; quam adorant duo viri genuflexi, stola sacerdotali pectore cincti, ac veluti cruciati, manibusque sistrum gestantes, in cuius apice crucis imago quoque spectatur. Quin & idem [i] Bosius aliud attulit antiquum hieroglyphicum Ægyptium, auis nempe Nycticoracis, in summo capite Crucis imaginem gerentis. Itaque Lucerna L. Cælæ, crucis imaginem habens, & ad Ethnicos, & ad Christianos attinere potuit; at siue fuerit Ethnicorum, siue Christianorum Lychnus, enumerari debet inter antiquorum ellychnia. Hinc argumento certe colligere eruditissimus Ioannes Smith, aliquas antiquorum Lucernas inscriptas esse nomine defuncti, non omnes nomine fabri; nam Lucia Cælæ, faber non fuit, sed nobilis Matrona Romana, cui Lucerna sepulchralis ista posita fuit.

[d] lib. 7. c. 15.
[e] lib. 12. c. 26
[f] lib. 9. c. 29.
[g] li. 3. de Vi. c. 18.
[h] lib. 10. c. 8.
[i] lib. 5. c. 10.



L. CAE:



Quarta eſt a propoſitis diſtincta lucerna, triangularis, efficta in ſimulachrum Bouillicapitis, linguam exerentis; in cuius apice foramen maius inſpicitur ellychnio datum; quando &, præter hoc, aliud eſt paullo minus foramen in media fronte, ſupra oculos, inter aures, & cornua, circumſeptum pilis longioribus, belliſſime referens Cyclopis oculum, neſcio an ingreſſui liquoris apertum, an potius altero ellychnio paratum: ſupra id foramen, inter cornua prominet veluti latus annulus in manubriolum, ita,

A Quinta lucerna, omnium Aldrouandicarum maxima, vergit ad figuram quadrangularem; in eius enim medio area quædam magna eſt, rotundo veluti orbe circumdata; in cuius medio Angeli ſtantis imago delineata conſpicitur, alis expanſis; Zona in crucem pectori alligata; manu dextera lauri, vel oleæ ramum porrigente; ſub ala
B dextera foramen paruum, ſeu ellychnio, ſeu potius fomitis conſignatum ingreſſui; ſiniſtra manui circulum, veluti coronam, geſtante: A capite Angeli ſupra circulum egreditur manubrium lucernæ falcatum, ad inſtar cornutæ Lunulæ: infra pedes Angeli, a parte oppoſita manubrio, duæ hinc inde prodeunt veluti linguę in apice perforatæ; quæ foramina maiora primo, & ſibi inuicem ęqualia, ſunt ellychniorum:
C Ad calcem lucernæ inſcripſerat Præceptor Aldrouandus, *Lucerna antiqua δίμυξος, ſeu duo habens ellychnia*; cuius ſimulachrum eſt huiuſmodi,

Poſt



Post has ex Aldrouandico Musæo habitas, nuperrime Sextam lucernam fictilem vidi apud Aloysium Coradinum Patauij, rotundam, in cuius area effigies erat thyrsigeræ Baccantis; ad cuius sinistrum genu foramen exiguum ingressui fomitis; infra pedes e circulo prominebat seu lingua, seu nasus foramen maius habens, egressui ellychnij ardentis assignatum, sic,





Septima Lucerna in eodem Musæo A Coradini seruatur ænea in effigiem nudi Sileni supra vterculum sedentis; e cuius coxis egreditur vtri collum manibus apprehensum, eductumve, ore aperto, vnde lychni flamma emicabat: in dorso manubrium vtri, ad instar annuli, prouoluebatur: supra humeros adusque caput veluti vas affabre constructum erat, per quod in vterculum fomes instillabatur, hac forma,

B

VII 1



VII 2



Jo Georg. Si

Octaua lucerna ibidem visitur, exigua, fictilis, efformata in imaginem capitis, cochleam referentis; e cuius ore aperto ellychnij ligula exerebatur in amplo foramine, vt in lucernis culinarijs, in hanc imaginem, quam etiam nuperrime visendi, mihi copiam fecit Cl. Sertorius Vrsattus, qui recens habuit ex vrbe Iadra Dalmatiæ.


A

Nona lucerna minima in piri speciem efficta; in cuius medio exiguum foramen est intra plures circulos recipiendo fomiti aptum: in apice maius foramen est, flammigero ellychnio destinatum; & ex altera parte ad locum pediculi manubrium est, calcei cuiusdam figuram ferme representans, ita,


Fig. VIII.



IX





Decimæ lucernæ fictilis apud eumdem pars antica circularis est, in centro habens foramen exiguum; vtrimque a periferia duo manubriola in auricularum similitudinem extuberant; inter quas a parte inferna circuli egreditur lingua, in apice perforata latiore foramine, quod ellychnio coruscanti assignabatur: Pars vero lucernæ postica, in eamdem figuram efformata, obtinet in centro veluti tuberculum, & sub eo litteram T versus linguam; quæ littera hic designatur in antiqua parte, sic,



Vndecimæ lucernæ fictilis eodem in loco figura sphærica est, ex qua prominet veluti glans crassior, in cuius apice foramen est mediocre lychnum ardentem euomens; in centro circuli maius est foramen fomitem bibens, in medio


B balani minimum foramen est, ab vtroque minori æquidistans, fortassis ad ingressum aeris extructum: in parte postica lucernæ, ad locum centri, intra duos circulos minores, leguntur hæ litteræ incisæ, DONATI hoc modo,






Duodecima lucerna Coradini ærea A eſt, paullo maior præcedenti, ſed eiuſdem figuræ, niſi quod in centro foramen habet, operculo volubili clauſum, & caret minimo illo tertio, ſub hac ſpecie,

Decima tertia lucerna ibidem ærea eſt, ſatis exigua linguam exerens ferme triangularem; in cuius apice, magnum hiat foramen, & duo longe minora in angulis lucernæ corpus contingentibus, ſed quartum omnium maximum in centro corporis, ita,





B Decima quarta lucerna omnium maxima in eodem loco fictilis, & rotunda eſt, ex vrbe Roma Patauium tranſmiſſa; in cuius centro Iouis tonantis effigies vmbilico tenus inſpicitur cum fulmine ad humerum læuum, & aquila expanſis alis in pectore: ſub alis duo foramina: ſupra caput manubrium

brium ex orbita lucernæ prominet, orbiculari figura: ex oppoſita orbis regione veluti lingua exit, foramen maius in apice geſtans, hoc modo,

XIV.




Jo. Georg sculps.

Post Aldrouandicas, & Coradinias, apud Laurentium Pignorium, Antiquariæ rei cultorem egregium, duas fictiles vidi lucernas, quarum prior, in ordine decimaquinta, rotunda est, ex anteriori parte veluti nasum exerens; in quo foramen amplum, flammulæ dicatum: in centro nota nomen, Christus, designans, totam aream lucernæ occupans, ad instar cuiusdam rotæ, radios vndique vibrantis, visitur; vtrinque lateralia gestans duo minora foramina, ingressui fomitis hiantia, hunc in morem,



Altera decimasexta rotũda est item, nasum ex periferia emittens; in cuius fine foramen ellychnij; vtrimque, & in parte auersa naso, tres veluti ansulæ perforatæ, per quas traijci filum posset, quo lucerna pensilis detineretur: in centro lucernæ foramen ingressui liquoris apertum: in medio nasi exiguum satis foramen habetur: a tergo inscribitur FORTIS in hanc imaginem,



FORTIS

His adijcere lubet, quas nouissime vidimus lucernas a Paullo Petauio in Francorum curia Consiliario delineatas; nam plures inuulgauit earum imagines in libello, cui titulum fecit, *Antiquariæ. suppellectilis. portiuncula:* quarum prima, in ordine decimaseptima, testacea est, rotunda, cum manubriolo, & ligula perforata; quum alterum foramen in centro hiaret: & in fundo postico incisæ legerentur litteræ, AVFELLVS.

Decimaoctaua ærea nauiculæ formam æmulabatur; in cuius prora foramen erat ellychnij; in puppi manubrium loco temonis; in medio vice mali veluti ceruix putei cuiusdam cum operculo a puppi supra foramen ingressui liquoris paratum decidente; carina plana.

Decimanona item ærea, eiusdem fere figuræ; sed loco mali purum foramen habuit; & supra manubrium cornutæ Lunæ imaginem, e cuius orbe se se exerebat ventriculotenus imaguncula Dianæ Lunulam fronte gestantis.

Vigesima lucerna testacea fuit, rotunda cum manubriolo, & opposita ei ligula, in qua foramen lucis; in area delineatus elephas puerum dorso gestans cum elata proboscide, sine dentibus; puer dextera manu clauam continebat;

po-

pone belluam arbor ingens: ad vmbilicum beſtiæ foramen alteri compar: infra ipſum elephantulus eadem ſpecie, ſed nihil dorſo gerens: in fundo inciſæ litteræ, S AE C V L.

Vigeſima prima lucerna rotunda fuit, ſine manubrio, fictilis cum longiore naſo, in quo foramen a rotundo deſinens in oblongum; cui operculum ſuperinduci poſſe videbatur: in area affabre delineatum caput hominis barbati; cui tria foramina circumpoſita erant, ad latera, & infra mentum: extrema lychni latera perforata vtrimque: fundus poſticus inſcriptus erat, S T R O-B I L I.

Vigeſima ſecunda lucerna ærea, miro artificio delineata omni ex parte, rotunda fuit ad oui ſpeciem; naſum habuit, & in eo foramen ſoli ellychnio paratum, cetera non perforata; manubrij ſummum artificium; teres, & oblongum corpus e duplici Delphine concham complectente; in area ſuperiori Oſiridis, vt arbitror, imago, cui mulier a ſiniſtris coronam ſeu detrahit, ſeu porrigit: alter homo genuflexus, manibus ſublatis idolum adorat: a dextris Vittata ſacerdos manus habet in vaſe ante idolum ſupra Tripodem poſito, ſeu ibi reponens oblata ab adorante viro, ſeu inde reſponſa idoli referens: infra hæc omnia ad radices areæ ſuperioris hæ leguntur inciſæ litteræ. L·C·I. fundus poſticus arctiorem aream habet, in qua ſunt aliæ notæ huiuſmodi C·I·C infra quas aliæ tales IOMS: ſupra, & infra litteras folium hederæ: vndique aream ambiunt Dij Marini monſtroſi, mulieres, ſeu Nereidas dorſo geſtantes.

Vigeſima tertia lucerna fictilis eſt, abſque manubrio, rotunda, cum ligula perforata ellychnio; in area foramen minus; vtrimque duo pugionibus armati inuicem belligerantes; quorum vni parma decidit in terra.

Vigeſima quarta lucerna fictilis eſt, cum manubriolo, & illi oppoſito longiore naſo, ad ellychnium euomendum perforato: in area calix affabre delineatus, vtrimq; anſulatus, inter duo foramina minora collocatus: ſed aream circuũt orbiculi, & trigoni multiplicati; ad naſi radicem duo veluti corda effigiata.

Vigeſima quinta lucerna fictilis, humanum caput glabrum repreſentat abſque collo, bucca plurimum hiante.

Vigeſima ſexta fictilis eſt item, vigeſimæ quartæ perſimilis; ſed in area triplex foramen habet, ac loco calicis notam nominis Chriſti, vt decima quinta Pignoriana.

Vigeſima ſeptima eſt ærea, calceum ferme referens in apice perforatum, & vbi pes ingreditur: ex alta calcanei parte magna crux emergit, e cuius medio catenula exit, quæ in arcum ſublata demum deſinit in annulum inſertum in mediam calcanei partem, inter vtrumque foramen: vt hinc appareat eam fuiſſe lucernam penſilem, more lampadum; cuiuſmodi etiam extitiſſe innuimus decimam ſextam in Pignoriano Muſæo viſam.

Vigeſima octaua lucerna pariter eſt ærea, in imaginem pedis humani a crure pręciſi, ſoleati more apoſtolico, nempe cum ſandalio; manubrium habet ad calcem; patens foramen in loco præciſionis; extra vltimos digitos ſubiecta ſolea recuruatur ſurſum in lucernæ foramen, ex quo exire videtur ellychnij receptaculum.

Vigeſimam nonam lucernam fictilẽ, omnium minimam, cum manubriolo, rotundam, in areæ centro perforatam, linguam quadrangularem, itidem perforatam in regione oppoſita manubrio exerentem, habet idem Petauius in ſuo *Veterum nummorum Gnoricmate*. Petrus etiam Scriuerius teſtatur inuentam fuiſſe anno Milleſimoquingenteſimo ſexageſimo ſecundo apud Hagam in Arcis Britannicæ ruinis lucernam penſilem, æream, quæ trigeſimo numero locatur: cui cauum eſt affabre circinnatum, cum imminente quadrato cælo, ad arcẽdum flammæ periculum, vti apparet; ſiue etiam contra fumi ſurgentis nigrorem.

Trigeſimam primam Autor idem lã- Pag.21
padem in Batauia repertam memorat, quæ in quatuor veluti guttos exit, vnde ellychnia flammam euomebant; & in quaternas columnas, circinnatum cælum excipientes, aſſurgit.

Anaſtaſius Bibliothecarius de Vitis Romanorum Pontificum in Sylueſtro Primo meminit trigeſimæ ſecundæ lucernæ mixarum duodecim; quam eſſe teſtatur ex auro puriſſimo.

Tri-

Trigeſimam tertiam lucernam vetuſtam in opere ſuo *De Iure Manium* inſcripto habere ſe Gutherius [b] affirmat eius figuræ, quæ Vrſum referat. Propoſitis & ego deniq; trigeſimam quartam fictilem adiungam; quæ apud me diu fuit, figuræ orbicularis, abſq; manubrio, linguam exerens cum foramine ellychnij; in centro habens illi æquale foramen: a quo veluti roſæ floris folia ducuntur ad periferiam; intra duo maiora foramina tertium erat exigui admodũ oris: ſuperficies ſuperna concaua forinſecus extitit; ad latera linguæ in periferia duo hinc inde foraminũ ſimulachra efformata viſebantur: ſuperficies inferna parum conuexa; in cuius centro ſpectatur imago non peruij foraminis. Inſcribebantur autem antiquæ lucernæ reconditæ aliquando nomine defuncti, cui accendebantur; aliquando nomine artificis, a quo plaſmabantur; aliquando nomine Amici, a quo accendi curabantur; aliquando nomine ſerui, a quo cuſtodiebantur; aliquando nomine Numinis, cui dicabantur; quod facile coniectari poſſumus ex varietate inſcriptionũ nuper adnotatarum; nam L. CAESA femina fuit nobilis, cuius cadaueri ardebat in ſepulchro lucerna tertia. Decimæ lucernæ inſcripta littera T indicat initium nominis artificis eo tempore celeberrimi. Vndecima lucerna DONATI amici fuit, qui eam mortuo ſodali accendi curauit. Decimaquinta, & vigeſima ſexta Chriſti nomẽ habuerunt, vt pote vel Chriſti ſimulachro accenſæ, vel Chriſtiano cineri. Decimæ ſextæ cuſtos videtur fuiſſe ſeruus nomine FORTIS. Artifex decimæ ſeptimæ fortaſſe fuit in ea deſcriptus AVFELLVS; niſi hunc eius cuſtodem ſeruum aſſeramus. Vigeſima cur inſcripſita ſit SAECVL ambigimus; niſi littera denotet imprecationem, vt lucerna ſæculum integrum luceat, vel ſeruum nomen Sæcularem deſignet. Vigeſima prima STROBILI ſeruine, an artificis nomen habuerit incertum eſt. Vigeſima ſecunda tribus notata inſcriptionibus, habuit nomen defuncti in area ſuperiori L·C·I. nomen artificis in fundo poſtico C·I·C. & nomen ſerui in loco inferiori IOMS.

[b] lib. 2 c. 32.

Inſcriptio lucernæ nomine defuncti.

Artificis.

Amici.

Numinis.

Serui.

Aeui.

A *Quot, quæque fuerint lucernarum olim reconditarum genera quoad naturam flammæ, ſeu de differentijs earum in conſeruanda flamma. Cap. XII.*

AGe nunc varietatem flammę conſideremus in ijs lucernis, quæ ab antiquo reconditæ recens inuentæ fuerunt: qua quidem in re ſi ſenſuum iudicium ſectemur, priſcorum lucernas ad quinque genera referre nos oportebit; namque, vt ait Seneca Tragædus in Oedippo,

„ *Non vna facies nobilis flammæ fuit,*

olim enim reconditarum ſiue in ſepulchris, ſiue quouis alio in loco lucernarum aliæ penitus extinctæ compertæ ſunt; aliarum ſolus fumus conſpectus eſt ab earum detectoribus: vt eius, quæ Piſis fumans inuenta eſt ſub altare templi maioris; alijs flamma coruſca viſa eſt adhuc ineſſe, quæ ſubito in aere aperto extincta eſt; vt illi, quæ in ſepulchro Tulliolæ, ac ei etiam, quæ in tumulo Neſideo reperta eſt: in vtriſque enim lucernis

Lucerna fumans inuenta.

Moriens.

„ *Subito refulſit lumen, & ſubito occidit:*

alias inuenerunt maiores noſtri flammulam ad aliquot horarum ſpacium conſeruantes, quę ſponte poſtea extinguebantur; vt quæ Terenti, & Bononiæ detectæ fuerunt: aliæ demum adeo pertinaciter antiquum ignem ſibi retinebant, vt flatuum, aquarumque violentiam deſpicerent inuictæ: nec vnquam, niſi fractæ, ac effuſſo interno liquore, flammam amittere potuerint: vt quæ in ſepulchro Pallantis, & quæ ante Crucifixi Redemptoris imaginem Edeſſæ intra murum Vrbis inuenta fuit. Quarum omnium naturam ſigillatim nunc præſtat explicare.

Flammam breui ſeruans.

Ignem diutiſſime retinens.

Lucernæ in priſcorum tumulis extinctæ cuius naturæ fuerint; vnde ſeptem cauſſæ afferuntur, quæ varia ratione ardentem ignem extinguere poſſunt. Cap. XIII.

QVãdo illud ex ſuperioribus apertiſſime conſtat, Antiquos intra ſepulchra lucernas ardentes recondere conſueuiſſe: nec tamen rationem parandæ lucernæ, quæ ad multos annos conflagraret, omnibus illis notam extitiſſe: quoniam Lege Mæuia, ff. de manum.

num. teſtam. manifeſtum eſt veteres teſtamento manumittere ſeruos ea conditione ſolitos fuiſſe, vt hi monumentis teſtatorum lucernas alternis menſibus accenderent: Nihil ſane prohibet, quæ in tumulis extinctæ hoc æuo reperiuntur, eſſe lucernas communes ex oleo, & ellychnio vulgari flammam conſeruantes; quas in ſepulchris locatas olim vel fumus primo exitum non habens ex clauſo nimis arcte monumento ſuffocauerit: vel deinde conſumpto vniuerſo ignium fomite, marcor occupauerit: quum tamen & eiuſmodi eſſe potuerint, quæ poſt multos annos etiam ardentes demum extinctę fuerint: Non enim admirabiles illæ, quæ plures annorum decades, & centurias arſere lucernæ, omnes eiuſdem tenoris extiterunt, vt ęterno, æqualive tempore flammam ſingulæ ſeruare potuerint: Nulla quidem lucerna poteſt ſimpliciter æternum ardere, ob rationes [a] inferius commodiori loco afferendas. Neque omnes eodem temporis interuallo ardentes perdurare queunt, ob diuerſitatem qualitatum & loci ambientis, & liquoris, & ellychnij exardentis; nam in diuerſis locis, humidis nempe alijs, alijs ſiccis, alijs frigidis, & alijs calidis; & ex varia materia tum liquor ſiue humidũ, tum ellychnium earum deſumptum eſt: ita vt ſi adhuc poſt multos annos recludi contigiſſet Pallantis, Tulliolæve monumentum; certe in eo lucerna iam non amplius ardens, ſed extincta comperiretur: extingui autem clam potuerunt ante apertionem ſepulchri lucernæ in monumentis prius ardentes multifariam, vt dicere cæperamus; nimirum primo ad conſumptionem fomitis, ſeu liquoris, ſeu ellychnij, ſeu etiam vtriuſque; vt quotidiano experimento conſtat in familiaribus lucernis: Dein a fumo, cui non pateat exitus extra ſepulchrum, flammulam ſuffocante: Deinde a ſpiritu; flatuque aliquo flammam ex ellychnio violenter euellente; in cauitatibus enim ſubterraneis vagari paſſim ventorum exhalationes, flatusq. vehementes, vnicuique compertiſſimum eſt; celebrisque in agro Vicetino Villa Cuſtodiæ propoſiti magnum affert argumentum; vt vere apud Plinium [b] ſine fine ventos generent ſubterranei ſpecus; & in domibus etiam multis manufacta incluſa opacitate conceptacula auras ſuas habeant. Vereque apud Marcum [c] Polum Ormuzianorum domus habeant ventorum ductus, quibus omnia cubicula refrigerant ad libitum. Deinceps ardentes ſub terra lucernæ potuerunt extingui ab aqua, ſiue in eum locum aliunde influente, ſiue ibi a frigore terreno genita ex aere incluſo; quemadmodum in fontibus, fontiumve principijs ſubterraneis Ariſtotelis [d] obſeruatione aqua primum gigni conſueuit; vt in antri Cuſtodiæ Vicetinæ centro genita ſtagnare viſitur aſſidue. Vlterius etiam a nube, atque a vaporibus denſioribus ante productionem illius aquæ; ſiue flammulam corpulentia, moleque ſua ſuffocantibus; ſiue igniculum eumdem contrarijs qualitatibus humoris, ac frigoris extinguentibus. Præterea quoque a nimia ſiccitate loci ſubditum igniculo fomitis humorem arefaciente. Ac demum ab externo igne aliquo de ſubterraneis locis alijs in tumulum quomodocumque illapſo, aut ibidem quauis de cauſſa repente genito ex materia ſulphurea, nitroſave, aut bituminoſa eumdem fomitem ſiue ſtatim exſiccante, ſiue flammulam ab eo ad ſe attrahente: Nam in locis ſubterraneis paſſim vigere flammas ex accenſis huiuſmodi ſuccis concretis quotidiano experimento compertum habemus: Maioremque flammam ad ſe ab ellychnio minorem rapere docuit nos item experientia ipſimet Ariſtoteli [e] non ignota; nam lucerna, candelave ardens in magno aliquo igne poſita, vel illi propius admota, illico extinguitur, non ſemper (vt vulgo dici conſueuit) quia maior ignis abſumat humorem, quo minor ignis alitur, ac ſuſtinetur; etenim ſi, vbi minor flamma in maiori extincta fuerit, ſtatim lucerna, candelave inde remoueatur, in ea conſpiciemus, comperiemusque tantum adhuc humoris, liquorisque priſtini ſupereſſe, quantum ſatis eſſet ad continendam etiam per notabile ſpatium temporis extinctam flammulam; quæ rurſus in eodem fomite reſiduo accendi poteſt, & accenſa quoque diutule perdurare: ſed reuera dicendum eſt magnum illum ignem ad ſe rapere, attrahereque paruum, ob fa-

Lucernę in tumulis antiquorum extinctæ, vnde fuerint.

Lucernę flammæ nulla ęterna eſſe poteſt. [a] lib. 4. c. 28.

Lucernas extinguętia multiplicia explicantur.

Ariditas.

Fumus. Vide lib. 4. cap. 14.

Sub terra vagari paſſim ventum.

Cuſtodiæ vil. la celebris cur ſit. Vide li. 8. c. 15. [b] lib. 3. c. 43.

Ventos gignũt ſemper ſubterranei ſpecus. [c] lib. 3. c. 45.

Lucernas ſubterraneas vt aqua extinguat.

Aqua vt oriatur in fontibus. [d] 1. meteor. tum. 4 c. 1.

Flamma vt extinguatur a nube.

Siccitas vt lucernam extinguat.

Ignis vt flammam extinguat.

Flammæ ſubterraneæ.

[e] 5. ſect. problem. 57.

Lucerna in igne vt extinguatur.

Candela in igne extinguitur non defectu liquoris.

Ignis magnus vt ad ſe rapiat exiguum.

miliaritatem naturæ; ipsumque ideo ab humore diuellere, quo prius continebatur; quandoquidem tanta non est vis humori accenso ad exiguum ignem sibi adnexum retinendum, quanta vis ineſt igni maiori ad illum minorem ignem ad se rapiendum, & attrahendum; nihil est enim appetentius similium sui, nihil rapacius, quam natura, & inter naturas, quam natura ignis. Et eo magis, faciliusque contingit, quo ignis exiguus ad maiorem collimat intimo naturę impulsu; quoniam veluti dissimilia, siue contraria omni conatu se se mutuo fugant; ita vicissim consimilia vniuersa naturali quodam instinctu, vbi valentiora fuerint, ad se alliciunt, rapiuntque minora; vbi vero debiliora extiterint, sponte contendunt, collimantque ad potentiora: sed speciatim calorem, siue ignem validum ad se rapere debilem sibi vicinum, certissimis comprobatur experimentis in æstate a vehementi calore ambientis mitiorem calorem tum animalium, tum etiam terræ aduentitium a centro ad circumferentiam rapi, non consumpta proinde interna illorum corporum humiditate; quod apertissime indicat grandiorum fluminum, ac fontium; quibus non a niuium colliquatione, nec ab imbrium inundatione; sed ab intimo terræ centro ex aeris in stillas aquarum vi frigoris cogentis condensatione origo est; hoc inquam ostendit fluminum, & fontium istorum vbertas maior æstate, quam hieme. Aristoteli vero ex propria sententia procul a vulgi opinione differenti lucernam in magno igne non extingui ad consumptionem pabuli, sed quia maior ignis minorem ad se allicit, & rapit, liquido constare potest ex eo, quod ipse multis in locis de proposito decreuit; ac primo vbi caussam assignat, cur ascendente iugiter de [f] terra sursum exhalatione ignea non multi, neque sæpenumero Cometæ fiant; decernit hoc inde contingere, quia maxima exhalatio semper ardens in lacteo circulo ad se assidue trahit minorem exhalationem sursum ascendentem; quæ secus extra lacteam Zonam sępius in Cometen, eumdemque multiplicem accensa refulgere valeret: Illud enim a natura insitum est vnicuique rei, etiam A inanimatæ, tum vt contrarium fugiat suum, & ad sibi simile congeneumque contendat: tum vt a simili potentiori trahatur ad se simile debilius, illi trahēti minime resistens; & ab opposito semper fugetur oppositum. Deinde vbi perspicuis verbis asserit [g] Aristoteles, vbi multum supereſt ignis, lucerna nequit ardere; exiguum quippe ignem multus ille ad se trahit; ita fit vt ante febris accessionem corpus extrinsecus calefaciendum sit, siue (vt ipse ait) multum B ignis in corpore præparandum sit; febris enim exiguum continet ignem; multusq. proinde ad se ducet exiguum. Deinceps vbi hoc ipsum repetit paullo [h] post inquiens, Videsne lucernam, vbi multus ignis perflagrat, suam asseruare flammulam minime posse? multus enim ille exiguum ad se rapit. Vlterius vbi [i] docens cur extenuati ex largiore vini potu moriantur, determinat vinum sua caliditate macerare calorem naturalem; & quomodo ab igne nimio, aut C Sole exiguus ignis extinguitur; sic intimum corporis calorem a vini calore, si nimius est, superari, atque extingui; certum est autem a vino calorem naturalem non extingui, quoniam ab eodem subiectus calori humor absumatur; nam a vini vsu nimio humor potius augetur: sed quia vini calor naturalem extenuatorum hominum calorem imbecillum ad se rapit, & remouet a partibus corD poris humani solidis; quo naturali calore destitutæ ipse moriuntur. Vltimo vbi ex professo agens admirandus Magister [k] de caloris corruptione, statuit corrumpi calorem aut extinctione, aut marcore: extinctione quidem a contrarijs, a frigido nempe, ac humido; marcore autem vel indigentia nutrimenti; vt lucerna quum fomite, aut oleo caret; vel ab alieno calore; vt ignis in Sole, & lucerna apud ignem: ex quo loco liquido constat Aristoteli marcorem ignis E ad humoris subiecti consumptionem esse corruptionem specie diuersam ab eo ignis marcore, qui fit ab alieno calore vehementiori debiliorem ignem a veteribus fomitibus ad se attrahente, rapienteque. Tot ergo sunt ignis corruptiones, totq; caussę flammulam reconditarum lucernarū in vetustissimis monumentis extinguere valentes ab [l] Aristo-

Natura sui similium appetens.

Dissimilia & contraria se fugant.

Similia debiliora sponte cōtendunt ad valentiora.

Æstate cur flumina exundēt non a niue dissoluta.

[f] 1. meteor. tum. 2. c. 6.

Cometæ cur fiant raro, & pauci.

Lactea Zona quid Cometis officiat.

Simile potentius trahit ad se debilius.

[g] 1. sect. problem. 54.

Febris vt calefacientia postulet.

[h] 1. sect. problem. 58.

[i] 3. sect. problem. 23.

Vini potus largior cur necet extenuatos.

Sol vt ignem extinguat.

Calor vt vino extinguatur.

[k] 3. sect. problem. 25. Vide lib. 4. c. 16.

Calor bifariā corrumpitur.

Marcor a duplici caussa duplicis est speciei.

Vide li. 4. c. 17.

Ignis corruptiones multiplicis speciei.

[l] de iuu. & sen. c. 3.

sto-

ſtotele ipſomet enumeratæ, atque ab experimento comprobatæ. De quibus pręclarum habemus Theophraſti[m]teſtimonium aſſerẽtis ignem multifariam poſſe corrumpi, nempe ob marcorem abſumpto humore, ab igne maiori, a frigore, a copia materiæ ſuffocantis, a flatu, & id generis alijs antea numeratis.

[m] lib. de igne.

De duplici cauſſa, naturave gemina veterum lucernarum, quæ fumantes adhuc noſtra ætate inuentæ fuerunt. Cap. XIV.

QVæ vero in recludendis antiquorum tumulis lucernæ quidem extinctæ, ſed tamen recens extinctæ, adhucque fumantes noſtra ætate compertæ fuerunt; ac ſpeciatim quæ inter Piſani templi ruinas fumare conſpecta fuit, multas ſane potuit habere cauſſas; prima quidem eſt, quia fieri potuit vt tunc temporis demum extincta ob aliquam ex commemoratis in ſuperiori capite rationibus, etiam num fumaret; fumus etenim a lucerna qualibet nuper extincta per aliquod temporis interuallum neceſſario halare debet; quoniam ignis fomitem omnem denique in fumum ſoluit. Secunda vero cauſſa eſt, quia poteſt etiam contigiſſe, vt in extincta multo antea lucerna, toto conſumpto ellychnio ab ardente flamma, remanſerit adhuc aliquid humoris; aut viciſſim toto conſumpto humore, combuſtibilis ellychnij quidpiam ſuperfuerit: non enim oportet in lucernis, quæ marcore moriuntur, ſimul & liquorem, & ellychnium conſumi ex toto, atque finiri: tunc in eam materiam combuſtibilem reſiduam irruens, irrepensque alicunde fauilla ignis flammam excitare non valens, fumum facile procreare poteſt. Nequit autem ignium ſcintilla cadens in oleum, liquoremve alium quempiam frigidum ſine ellychnio, aut in ellychnium vllum ſine humore, flammam producere; ſed fumidam ſolam exhalationem inde poſſe ſuſcitare quotidiano conſtat experimento: Potuit autem ea ſcintilla in effodiendo, recludendoque loco ſubterraneo excuti facillime tum ferramentorum affrictu, tum lapidum confrictu, tum funis alicuius nimia diſtenſione, vt ita dixerim; atque proinde intermedio aere intercepto in ignem attritione conuerſo. Multas enim ignis procreationes agnouit etiã Theophraſtus, [a] apud quem ignis & ſolidorum ictu gignitur, vt lapidum; & attritu, preſſuque, vt igniariorum; quæque impetu incitata feruntur, velut eorum, quæ inflammantur, liquanturque: & paullo poſt addit Ariſtotelis auditor: quin etiam huius terreni, & flagrantis ignis ardor a Sole gigni poteſt.

[a] lib. de igne.

Fumus ab extincta lucerna neceſſario halat.

Lucerna marcore extincta in ſe retinet aliquid combuſtibile.

Ignis fauilla ex funę nimiũ diſtento.

Vide li. 4. c. 18.
Vide li. 4. c. 19.

Explicatur triplex natura lucernarum ardentium, quæ in aperiendis antiquorum tumulis viſo externo aere ſtatim extinctæ fuerunt. Cap. XV.

ADmirabilior certe natura eſt illarum lampadum, quæ in aperiendis antiquorum ſepulchris ardentes viſæ ſunt illico noui aeris contactu extingui. Porro mirabilis huius rei cauſſa triplex eſſe quiuit: & prima quidem, quia lucerna dudum quauis de cauſſa in monumento extincta retineret adhuc intra ſe tum ellychnij, tum quoque humoris aliquam portionem, in quam alicunde irruens fauilla ignem nouum accenderit; ſed non alte impacta flamma ex ſe ſtatim extincta fuerit: id quod vnicuique liceat experiri quotidie in accenſione candelæ, ſi eam leuiter igni admotam protinus ab igne deduxerit; videbit enim vix natam in candela flammulam ſtatim ſponte interire. Altera cauſſa eſt, quia poteſt aliunde ſuſceptam nuperrime flammam dudum extincta in conditorio lucerna ob impetum ſubſequentis ſpiritus cito amittere; quandoquidem in lucerna olim intra tumulum extincta ſupereſſe potuit, ſiue cum ellychnio, ſiue citra ellychnium, liquor eius naturæ, quæ in aproxide, ac medica naphtha obſeruatur; naphtham enim ignem ex interuallo ad ſe rapere monuit etiam [a] Plutarchus; Aproxidis vero herbæ radicem [b] Plinius ex Pythagora inquit e longinquo ignes concipere vt naphtha; de qua in terræ miraculis dixiſſe ſe monet; a quo quidem liquore, fomiteve ardente male ſibi complexam, quippe ſuperficietenus implexam, flammulam violentior flatus facile diuellere poteſt; vndecumque illi ventus aduenerit; ſiue aere concita-

Flamma quæ genita ſtatim corrumpatur.

Naphta igné rapit ex interuallo.

Aproxis herba mirabilis.
[a] ſympoſ. q. 7
[b] lib. 24. c. 17

tissime moto a fodientibus, siue de specu erumpente spiritu, siue quoque ab extra temere, casuque accedente vento. Tertia vero propositi caussa est, quia potest antiqua lucerna veterem flammam etiamnum retinens tunc primum deperdere vel ob consumptionem fomitis, vel ob flatus alicuius impetum, vel ob aliam aliquam ex caussis flammam extinguere valentibus dudum [c] enumeratis.

[c] cap. 3.

Enucleatur triplex alia caussa lucernarum, quæ ardentes e tumulis vetustissimis eductæ ad aliquot horas flammulam conseruarunt, postea sponte extinctæ sunt. Cap. XVI.

QVæcumque vero lucernæ de sepulchris antiquissimis ardentes eductæ flammam per aliquot horas sibi conseruauerunt, eam postea sponte amittentes, triplicis etiam naturę, ac generis esse potuerunt; nam in aperiendo vetere monumento primum aliqua ex propositis antea caussis fomes naphthæ conditiones habens flammæ scintilla recens genita paullo altius, intimeque concipiens; nulloque consequente vehementiori vento, concitatiorive aeris motu, eam diutius in se retinere potest vsque ad humoris, fomitisque consumptionem; didicimus etenim ex Plinio [a] quoque, ac ex Xiphilino apud [b] Dionem, naphtham ex genere bituminum esse vsq; adeo ardentem, vt omnia, quibus adhæresci t, prorsus exurat; nec vlla re humida facile extinguatur. Huicq; magnam esse ignium cognationem, qua trāsiliunt ignes protinus in naphtham vndecumque visam: Ita ferunt a Medea pellicem crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat, corona igne rapta: Iason enim captus amore Glaucæ (quæ fuit Creontis Regis Corinthiorum filia) Medeam deseruit; Medea vero vt Glaucam vlciscceretur, velum, & coronam ipsius imbuit liquore naphthæ, quo celerius illa incenderetur; vt legimus in Vita Magni Alexandri apud Plutarchum: quo alluſit Horatius alicubi scribens de Medea,

„ *Hoc delibutis vlta donis pellicem*
„ *Serpente fugit alite.*

[a] lib. 2. c. 105.
[b] lib. 35.

Naphtha est bitumen ardens inextincte.

Medea vt pollicem crematuerit.

Epod. 3. Ode.

A Quamquam ibi coronam illam, non quidem naphtha, sed allio, quod execrabatur Poeta, imbutam fuisse iocatur; vt notat etiam Turnebus [a] eruditissimus. Verum ad lucernas iam redeamus: Potuit ergo fauilla in fomitem lucernæ naphthæ congeneum vndecumque illapsa flammam excitare, dum vetus aperiretur monumentum; quæ flamma liquori, ob eius mollitiem, ac tenacitatem, altius, & pertinacius impacta, durauerit postea multas horas vsque ad

B fomitis illius exigui consumptionem. Tertia caussa est, quia contingere potuit vt lucerna intra sepulchrum ab antiquo ardens veterem flammam, post visum, contactumque aerem externum detecto, apertoque tumulo, aliquot horas etiam conseruauerit; & postea sponte demum extincta fuerit, vel quia ille terminus erat suæ durationis, ob rationes inferius [b] commodiori loco afferendas; vel quia ob aeris externi nouiter tacti magnam inæqualitatem sublata sit proportio fomitis ad ignem; vnde

C citius ab igne fomes cōsūptus fuerit, vel viciſſim a fomite igniculus suffocatus.

Allium Horatius execratus.

[a] 6. aduer. c. 9

[b] lib. 4. c. 28.

Detegitur duplex natura lucernarum, quæ post reclusum antiquissimum sepulchrum flammam retinuerunt flatibus, & aquis inextinguibilem. Cap. XVII.

D LVcernæ demum illæ, quæ ardentes e sepulchris vetustissimis eductæ ventorum vehementium, & aquarum itidem violentiam superauerunt, eiusdem generis cum superioribus esse potuerunt, sola humoris varietate dissimiles; quoniam in tumulo clausa sine igne lucerna, siue quia fumo exitum non habente pridem suffocata fuerit; siue quia quauis alia ratione antiquitus extincta, in monumenti apertione ab irruente vndecumque scintilla flammam ea tenacitate concipere potest, vt

E nec flatus, nec aquæ vlla vi extingui postea potuerit, vnam ob materiæ conditionem: nouimus enim naphtham, & alia id generis bitumina facillime ignem eminus, & auidissime arripere, arreptumque nulla violentia ventorum, aut aquarum amittere; sed pertinaciter in aquis exardescere, ac ventis agitata magis excandescere: Quidni ergo eiuſ-

Naphtha ignita vētum & aquam eludit.

eiuſdem naturæ materia in vetuſtis iſtis lucernis eſſe potuerit? Deinde vero etiam potuit ab antiquo antea ſemper arſiſſe lucerna in conditorio clauſa, quę demum extra monumentum educta vim ſpiritus vehementis, & aquæ ingruentis eluderet ad longum tempus; ardore quidem in ſe diutiſſime conſeruato, vel quia flamma fomitem non abſumeret, vel quia nonniſi minimum quid eiuſdem longiſſimo temporis tractu ignis abſumeret: ventorum vero, & aquarum impetu neglecto, & ſuperato, vnius ob ſubſtantiæ lentorem, ac viſciditatem: Ac certe ſi aurum, asbeſtum, amiantum, & ex lino Carpaſio contextum velum ignibus ardet illæſum; ſique alia multa diu flammæ violentiam tolerant minima cum propriæ ſubſtantiæ iactura; quidni fomes in lucerna parari potuerit, qui diutiſſime ardorem flammæ conſeruare valuerit? Satis igitur apparet vniuerſalis cauſſa differentiarum durationis flammæ in reconditis antiquorum lucernis. Sed operæpretium eſt poſtremam hanc cauſſam diuturniſſimi ardoris ex rei natura latius, & diligentius explicare.

In lucernis humorem contentum non inſeruire igni, ſeu flammæ tamquam pabulum. Cap. XVIII.

CEterum ad intimiorem earum lucernarum dignotionem, quas conſtituimus in veterum monumentis ardere potuiſſe iugiter ad multas annorum decades, atque centurias, paullo altius ex rei natura petenda nobis eſt conſideratio. Illud igitur in primis a ſenſu accipimus, in lucernis vllis flammam conſiſtere non poſſe, niſi alicui humori aſſociatam; quod quotidianis experimentis vallatum nullius indiget probationis: quam tamen probationem ad propoſiti complementum ſic haurias ex natura rei; quia flamma, quæ humoris alicuius glutine infernis corporibus alligata violente deorſum non continetur, ob inſitam ſibi leuitatem citiſſime ſurſum, quo propenſa eſt, euolat ad æthera; quare in lucernis flamma ſine humore conſiſtere nequit vlla ratione. Vt autem aperte conſtat in lucernis ardentibus, cuiuſcumque generis extiterint, præter ignium ardorem, inexiſtere debere aliquem humorem, cuius beneficio flamma in eis hic apud nos detineatur; Ita cui ſpeciatim vſui deſeruiat illud humoris, & flammę coniugium intra lucernam non omnibus apertum eſſe arbitror. Vulgata quidem, & communis opinio inter Philoſophię, Medicineque profeſſores ea circumfertur, flammam omnem liquoris alicuius neceſſario indigere, quo tamquam pabulo ardens in vita quoquopacto detineatur; alioquin alimento huiuſmodi quomodocumque deſtitutam, illico ad nutrimenti defectum, quaſi fame, vel ſiti confectam marceſcere, interire, ac extingui: ac proinde fieri vt in propoſitis etiam lucernis humor flammæ loco pabuli, ac fomitis inſeruiat. Verum, vt ingenue proferam quod ſentio, ego communi huic placito me numquam ſubſcribere quiui; namque in vniuerſum ſi flammulæ iſti liquor, ac omnino humor aliquis neceſſarius eſſet, vt ea ipſo aleretur, quia numquam ignis eſſe poſſit abſque pabulo; vt viri clariſſimi prædicare non deſiſtunt (agant de nutrimento, & nutricatu metaphorice dicto, vt volunt) proculdubio inde fieret vt ignis etiam in prophia ſphæra (ſunt enim [a] eiuſdem naturæ noſtras hic, & elementaris ille ſurſum degens ignis) adiunctum ſibi haberet pro nutrimento aliquem humorem; ideoque fieret neceſſario tum viſui conſpicuus, vt flamma, & Cometæ; tum quoque ob admiſtionem humidi non eſset ſumme leuis, omnisque penitus grauitatis expers; ac proinde non quieſceret ſecundum naturam in illo loco ſurſum ſimpliciter; nec inde violente pelleretur ad nos; nec eo ſponte, naturave tenderet a nobis; quum autem ignis in propria ſphæra ob ſummam ſuæ ſubſtantiæ raritatem, tenuitatemque ſit inuiſibilis; ſitque ſimpliciter, ac ſumme [b] leuis; & in loco ſurſum [c] ſimpliciter ſupra omnem aeris regionem ſecundum naturam maneat; indeque ad nos nonniſi violentia pellatur; & a nobis ad eum locum ſponte naturæ contendat; vt fuſe nos docuit [d] Ariſtoteles non vno in loco. Iam certum eſt ignem ſine humore conſiſtere poſſe, nec eo indigere tamquam ſibi neceſſario

Vide lib. 4. cap. 20. Humor in lucerna nō ſeruit igni vt pabulum.

[a] 1. cæl. t. 78. Ignis elementaris cum noſtro eiuſdem naturæ.

Vide lib. 4. c. 33. Humidū igni admiſtū quid illi præſtet.

Ignis elementum cur inuiſibile.

[b] 3. cæl. t. 42. Vide lib. 4. cap. 21.

[c] 4. cæl. tex. 37. 39.

[d] 2. de gen. c. 22. 50. 2. cæl. t. 102. 4 cæl. t. 9. Ignem ſine humore cōſiſtere.

Lucernę flamma non ſine humore.

nutrimento. Deinde vero Aristoteles [e] alicubi apertissime confitetur ignem, & flammam ex humido quidem exoriri posse, humido autem enutriri non posse. Deinceps autem etsi Cardano demus in disputationem (quod tamen concedendum non esse superius [f] ostendimus) lucernam in templo Mineruæ Athenensis adeo grandem extitisse, vt semel oleo plena, igne in ellychnio ipsum sensim consumente, integrum annum perduraret ardens absque vllius olei, liquorisve alterius, vel eiusdem naturæ adiectione: omnem tamen rationem fugit exiguum humorem, qui vnica vice in propositis alijs lucernis contineri potuit, spacio quingentorum annorum, & vltra, continuum alimentum calori, & igni tantæ actiuitatis, quantæ flamma est, suppeditare valuisse; quæ namque visuntur fictiles, æreæve in Aldrouandi, Coradinique Musæo, non excedunt communium, vsualiumque lucernarum magnitudinem; nec vltra sex, vel ad summum octo vncias olei continere queunt; vna excepta Iouis omnium maxima; quæ tamen olei sesquilibram vix continere valeret: sed quid hæc olei mensura ad tot annorum pabulum ardenti flammæ iugiter subministrandum? Amplius autem si flamma in lucernis humore indigeret veluti pabulo; inde profecto fieret tum vt ad imminutionem humoris assidue flamma & ipsa contabesceret; quemadmodum homines, viuentiaque nostratia cuncta (siue stirpes, siue Zoophyta, siue bruta consideres, siue infra stirpium naturam tubera, & fungos) exili nutrimento pasta, tenuique victu enutrita emaciantur: tum in vltimo humoris exterminio flamma exilis admodum appareret; vel saltem longe minor, quam antea existeret; quippe defectus alimẽti decrementum accersit, tabemque prouehit: tum demum flamma emarcesceret, deficeretque adiuncta, & affixa humori combustibili, & ellychnio; sed ex aduerso contingere videmus consumpto humore flammam sursum eleuari, & extra combustum fomitem in aere penitus extingui; dumque ab illo exusto seiuncta est proxime, maiorem fieri, splendidioremque, ac exultare quasi e vinculis liberatam; signum eui-

[e] 2. meteor. tum. 1. c. 2. Flammam humido non alit.

[f] Cap. 9.

Lucernæ anti quæ quantum humoris con tinerent.

Flamma cur non contabescat ad humoris imminutionem.

Viuentia vt emaciantur.

Alimenti defectus tabem inuehit.

Flamma humore consumpto extinguitur procul a combustili.

Flamma cur maior, ac splẽdidior in fine candelæ.

Adentissimum in lucernis flammulam humore non indigere tamquam eo, quo nutriatur. Deinceps nutricatio propria est subcælestium animatorum operatio; neque ignis, qui prorsus inanimis est, nutrimento sustentari posse vlla ratione proprie dicendus est; licet Ægyptij, qui Clemente autore, referente Virgilio [g] Polydoro, lucernæ vsum inuenerunt, per metaphoram ignem appellauerint belluam animatam, quod omnia voret, eiusdem Polydori [h] testimonio.

B Sed neque ad sui esse ignis omnium elementorum corpus nobilissimum, perfectissimumque vllo modo ceteris corporibus opus habere statuendus est: quum reliqua elementa singula ipso ignobiliora, & imperfectiora per se subsistant, nec alterius vllius indigeant ad existendum. Præterea vero alimentum conseruat ea, quæ nutriuntur, eorumdemque vires auget, substantiamque perficit ad sua ipsorum munia re-

C cte obeunda; vt monet [i] Aristoteles: e contra humor vim caloris eneruat, cuius est lima siccitas; igniumque naturam labefactat, cui est summe contrarius: & suo lentore flammæ alligatus humor illam vi deorsum hic apud nos in lucernis detinet, ac impedit quominus ea expedite sursum ad proprias sedes euolans ascendat: Quare humor in lucernis non est veluti nutrimentum flammulæ. Adde quod enutritur, illud

D idem numero permanere toto altionis, auctionisque tempore; præexistensque ali, & augeri, [k] Aristotele doctore: quum autem eodem autore ignis ex humore nouus semper fiat; & fluat, veluti fluuius; nec vetus ex humido alatur, aut crescat permanens idem: sed vetusta flamma ex humore nouam semper generet, priore post humidi sibi subtrati consumptionem sursum abeunte: quod belle innuit Theophrastus

E [l] inquiens, ignis in natalibus quodammodo emoritur suis, & solum est nascens: iam & ex rei natura, & ex Aristotele apertissime constat in lucernis flammulam, & ignem non indigere humore tamquam pabulo, ac nutrimento sibi necessario.

Nutritio quorum fit.

Lucernę vsum inuenerunt Ægyptij.

[g] 2. de inuẽt. rer. c. 19.

[h] 2. de inu. rer. c. 7.

Ignis per se subsistit humore subiecto non egens.

Alimentum quid conferat altis.

[i] 2. de ani. t. 47. 48. 3. de ani. t. 59. Humor igné labefactat.

Ignis ab humore quot mala habeat.

[k] 1. de gen. t. 33. 35. De iuu. & sen. c. 3. Ignis flammæ semper fit nouus ex humore.

[l] libro de igne.

Eiu-

Humorem in lucernis, & omnino in mistis non esse calori, aut igni necessarium nec tamquam pabulum, nec tamquam subiectum eos sustentans: exercitatio cum viro eximio. Cap. XIX.

INsignis autem quidam Theologus, idemque Philosophiæ peritus, mihique arcto amicitiæ vinculo coniunctus, [a]dum meum quoddam placitum expenderet, in opere *De his, qui diu sine alimento viuunt* exaratum, de proposito hæc habet ad verbum, Notandum est ad hoc vt dicatur calor naturalis, necesse esse vt sit intrinsecus rei, cuius est calor, & sit in debita mensura; & iccirco calorem ambientis aeris non posse dici naturalem, sed præter naturam: & calorem naturalem egere humido, simpliciter loquendo, non esse verum, neque necessarium; calor enim ignis est naturalis, & tamen non eget humido; sed in misto hoc esse verum: eget autem humido dupliciter, vt subiecto substentante, & vt pabulo; & humidum his duobus modis est necessarium. Hæc vir egregius: A quo vt voluntatis affectu dissidere me Amicitia non patitur: ita vicissim mentis intellectu dissentire me ratio cogit. In primis enim absolute non accipio calorem naturalem necessario intrinsecum esse rei, cuius est calor; nam etsi calor internus cuique rei sit naturalis, id tamen non conuertitur; quia, vt in opere nostro [b] *De Spontaneo viuentium ortu* Vallesio eamdem sententiam profitenti opponebamus, ex [c] Aristotele habemus calorem segregatum esse naturalem: siquidem naturale alicui bifariam quid esse potest: vel quia illi sit intimum, seu ex intimis principijs eius proueniens: vel quia sit quomodocumque conferens ad illius generationem; quæ Aristoteli [d] sæpissime natura nuncupatur: Vnde calor ambientis, quia concoquit, & præparat materiam spontaneæ viuentium generationi, propterea dicitur esse naturalis tum simpliciter, quia est generationis prodromus, quæ fit ad nos accedente Sole [e] Aristoteli; tum materiei spontenascentium, ipsisque spontenascentibus, quia illam disponit ad subeundum illorum generationem: non est autem naturalis illi materiæ, quia sit eidem intimus; ab ea enim segregatus est, vt ait Aristoteles: sic efficiens causa licet extrinseca sit effectui physico, illi tamen dicitur esse naturalis: Quis enim ambigat omnia nostratia gigni ab efficiente proprio veluti a causa sibimetipsis naturali? Eorum, quæ sunt, [f] alia natura esse, alia propter alias causas: Quin eorum, quæ fiunt, quædam natura; quædam arte fieri monet [g] Aristoteles, naturæ nomine causam effectui naturalem vtrobique designans. Non ergo si calor alicui naturalis est, ideo necessario illi intrinsecus est. Deinde calorem naturalem esse debere in debita mensura, ego numquam negaui: sed quid per debitam mensuram intelligit vir acutus? an calorem non in summo gradu? non excedentem? at contra confitetur ipse naturalem esse calorem ignis vehementissimum: an calorem proportionatum naturę subiecti, in quo est? sed cur negat aeri calorem naturalem? est enim aer natura sua calidus, & humidus: an calorem non consumentem subiecti proprij substantiam? sed nonne calor, quem naturalem in misto reponit, iugiter absumit humidum primogenium, quod vir peritus opinatur esse caloris pabulum? nonne calor iste consumendo radicale humidum; simul absumit substantiam misti, ac speciatim viuentis, in quo inexistit, vt in subiecto? Minus dein accipio calorem ambientis aeris non posse dici naturalem, sed esse præter naturam; nam triplex in aere calor considerari potest; vnus, qui eius essentiam cum humore constituit, habitualis appellatus; alter, qui ab essentia illa prouenit, remissus admodum; qui vterque calor aeri per se conueniens, illi naturalis est, doctore [h] Aristotele, ac repugnante nemine: tertius in aere calor est aduentitius a Sole, vel igne illi impactus: qui siue mitis existat, siue modum excedat, aeri semper est præter naturam; attamen potest esse viuentibus eius beneficio spontenascentibus naturalis, etsi magis extrinsecus eis sit, quam aeri: vt nuper vidimus ex [i] Aristotele: Non ergo simpliciter asserendum est calorem ambientis non posse dici naturalem, sed esse præter naturam. Laudo deinceps calorem naturalem simpliciter non egere humido.

Ac-

[a] Aloysius Albertus lect. 25. de operib. sex dier.

Calor naturalis non omnis est intrinsecus. [b] li. 4. c. 2.

[c] 4. meteor. sum. 1. c. 1. Naturale quid alicui bifariã.

[d] phys. t. 14. 5. metaph. t. 5. Generatio dicitur natura. Ambientis calor vt sit naturalis.

[e] 2. de gen. t. 55. & seqq.

Causa efficiens est effectui naturalis.

[f] phys. t. 18.

[g] 7. metaph. t. 22.

Calor ignis vehementissimus, & tamen est naturalis.

Aer natura calidus & humidus.

Calor in misto iugiter absumit humorem.

Calor in aere triplex.

[h] 2. de gen. t. 16. 23. & seqq.

Calor qui aeri sit non naturalis.

[i] 4. meteor. sum. 1. c. 1.

Vide lib. 4. cap. 33.

Accipio calorem igni naturalem esse,& in eo humoris non indigere: quæ duo in eo volumine olim ex rei natura demonstrauimus, quo[k] *de his qui diu sine alimento viuunt* pertractauimus. Sed non admitto calorem naturalem in mistis humido indigere vt subiecto sustentante, & vt pabulo: quæ duo in vnam rationem formalem dudum coincidere putauit doctissimus[l] Bonamicus: namque in misto triplex calor inest, qui naturalis dici valet: vnus est calor misto inexistens ab ignei elementi sua portione: qui sane calor igneus non eget humido vt subiecto sustentante: quia subiectum illi est ignea substantia suapte natura omnis humoris expers: & quia si extra mistum humido sustentante non indigebat in igne; cur non variata eius natura, nec mutata specie, debebit in misto indigere humido vllo sustentante? Deinceps quomodo idem calor de subiecta ignis substantia, qua sustentabatur, in mistione transeat in subiectum humidum? an ne concedet vir præclarus accidentis vllius de vno in alterum subiectum transmigrationem? sed neque iste calor igneus in misto indiget humoris vt nutrimenti, tum ob rationes superius allatas; tum quia qui viuidissimus in igne non indigebat humoris, vt alimenti; multo minus in misto labefactatus humido, veluti pabulo, indigebit; docuit enim Hippocrates [m] alimento ijs corporibus magis opus esse, in quibus calor inest vegetior. Alter autem calor in misto est illi inexistēs ab aerea misti portione; hic sane calor subiectum sustentans se habet aeris substantiam, quæ humida est; sed tamen proprie non dixeris eum indigere humido vt subiecto sustentante, quia substantia vna & eadem aeris in ea prioritate naturæ, qua præcedit sui calorem, & humorem, est subiectum aptum natum vtramque qualitatem sustentare; nec prius induit humorem, deinde humida calori substernitur; sed simul vtrāque qualitatem immediate suscipit, susceptamque sustentat: Neque calor hic aereus in misto humidi eget vt pabuli; nam adeo mitis, & imbecillus est, vt humorem consumere nequeat: An humidū aereū sibi arripiet in pabulum? nihil minus; si enim prius in aere tale humidum non depascebatur; cur in misto ipsum depopulabitur? an ne vicino aqueo enutrietur? minime gentium; qui enim antea in aere simplici nullius indigebat alimenti; vnde illi postea in misto ingruit nutrimenti necessitas? Tertius demum calor naturalis in misto degens est ex ambobus istis, aereo scilicet, igneoque coagmentatus; qui apex est, ac veluti forma temperamenti: Hunc sane calorem humido indigere vt subiecto sustentante non dixero, quia illius subiectum sustentans est, non humida portio misti, vt ab alijs contradistincta; sed est vniuersa misti materia, totaque illius substantia, quandoque certe a prędominio humida; sed plurimis in mistis etiam a prædominio sicca: in calce, carbone, sulphure, & alijs huiusmodi calor naturalis sustentatur in subiecto a prædominio sicco, non in eius exili humore: Hunc eumdem calorem in misto indigere humidi vt alimenti assueuerare me vetant allatæ dudum rationes; quas non est vt hic repetamus: Illud tamen adijciam, longe aliud esse, in misto calorem naturalem indigere humido vt subiecto sustentante, ac vt alimento; quod viro eximio dare non possumus: & aliud esse, in misto calorem naturalem, ac speciatim igneum, substratam quomodocumque sibi humidam substantiam consumere, ac depopulari: quod etsi absolute verum non sit, secus atque opinatur vir egregius; quia pleraque mista sunt sic a prædominio frigida, & humida; vt in eis calor internus exillimus humorem consumere non valeat; sed viciſſim humor calorem extinguat, quem mole, ac viribus longe superat: qui enim fieri possit vt validius a debiliori corrumpatur? Nonne putrescentia corrumpuntur humore calorem opprimente, ad aures [n] Aristotelis? vbi enim ab externo ambientis calore internus misti calor maxima ex parte dissipatus fuerit; qui remanet in eodem misto calor elanguens, humorem sibi subditum regere non valens, ab eo exundante suffocatur; & diffluente postea humore; mistum putredine soluitur in elementa: In quocumque tamen misto calor humidum absumit, id nequaquam efficit calor, quia illo humore indigeat vt pabulo; sed

[k] lib. 4. c. 63. & seqq.

Calor naturalis non indiget humido, vt pabulo nec subiecto.

[l] 3. de alim. c. 83.

Calor triplex in misto.

Caloris ignei subiectum.

Accidentia non mutant subiectum.

Calor in misto non eget humido, vt pabulo.

[m] 1. sect. aphor. 15.

Alimēto qui bus magis opus est.

Caloris aerei subiectum.

Aer vtramque habet qualitatem simul.

Aereus calor in misto non consumit humorem.

Temperamenti apex qui calor sit.

Temperamenti subiectum.

Calor qui sustenteur ficco in mistis.

Calor in misto humidum an absumat absolute.

Calor in quo misto humorem non absumat.

Putrescentia vt corrumpātur.

[n] 4. meteorum. 1. c. 1.

Calor in misto cur absumat humorē.

ſed ſolum quia ſibi obſtans, & contrarium deſtruere tentat, vt remoto impedimento, libere ad naturalem ſibi locum ſurſum aſcendere poſſit. Ita ergo conſtitutum ſit in miſto calorem non indigere humidi vt alimenti, nec vt ſubiecti ſuſtentantis. Sed neque in lucernis ignem egere ſpeciatim humido vt ſubiecto ſuſtentante ijſdem rationibus neceſſario conuincitur: Quibus & eam adiungere liceat, quoniam indigere ſubiecto ſuſtentante proprium eſt accidentium, nec vlla ratione ſubſtantiæ compoſitæ conuenire poteſt: quum igitur ignis accidens non ſit, ſed mera ſubſtantia, eaque compoſita ex materia & forma; quomodo ignis in humido eſſe poterit vt in ſuſtentante ſubiecto? ignis profecto in miſto eſt veluti pars in ſuo toto; at non ineſt in eiuſdem totius alia parte, quæ humidum dicitur, vt in ſubiecto; non enim vnum elementum in miſto ſubiectum eſt alteri elemento; ſed ex [o] Ariſtotelis etiam obſeruatione omnia elementa promiſcue ſimul miſta veluti partes in eodem toto conſimiliter inſunt. Denique vero non gratis aſſumere, ac ſine probatione ſtatuere debebat vir inſignis ignem, & calorem in miſtis indigere humore vt pabulo, & vt ſubiecto ſuſtentante: potiſſimum quum hanc opinionem antiquatam damnare ſine dubio potuerit ita [p] Theophraſtus, Id enim eſt, quod a veteribus ferebatur, ignem ſemper paſſum deſiderare, quod incolumis abſque materia eſſe non poſſit; quod quidem quodammodo abhorrere, & abſurdum eſſe videtur, id ipſum, quod primum eſt, & tanquam principium, ſine materia cohærere non poſſe: ita enim neque ſimplex ignis, neque ſubiecto, & materia prior fuerit. Sed rationes omnes, quibus eo in opere oppoſitum probauimus, eluere debebat, & nouas inſuper afferre, quibus propriam opinionem ipſe communiret. Atque hæc de viri mihi amiciſſimi placito dicta ſint, pro veritatis, meique dogmatis oppugnati, non expugnati defenſione; ac pro inſtituti huius noſtri de reconditis antiquorum lucernis explicatione.

Ignis in lucerna non indiget humido vt ſubiecto.

Subiecto quæ indigeant.

Ignis eſt mera ſubſtantia.

Ignis in miſto vt ſit.

[o] 1. de gen. tex. 86. & ſequentib.

Elementa in miſto vt ſe habeant.

[p] lib. de igne.

A Liquorem contentum in lucernis hunc vſum habere, vt ſit frænum deorſum retrahens ignem aſcendere cupientem; compesque flammam in ellychnio retinens alioquin ſponte ſurſum euolaturam. Cap. XX.

QVum igitur oleum, ſiue humor in lucernis hunc vſum proprium, ac per ſe primo non habeat, vt flammulæ deſeruiat ad inſtar pabuli; ignemque ſuſtineat quaſi fulcrum, & ſubiectum illius: Noſtra nunc intereſt verum, & proprium eius humoris vſum in lucernis ex rei natura inueſtigare: Qua quidem in re illud vnicuique compertiſſimum arbitror, igni eam a natura inſitam eſſe propenſionem, ob ſummam ſui leuitatem, vt ſemper totis viribus vndecumque contendat petere ſurſum ad concauum Lunæ ſupra omnem regionem aeris, tamquam ad locum, terminumque ſibi maxime proprium, & naturalem. Non minus apertum deinde cunctis exiſtimo ignem, vbi ab aliquo impediatur eius aſcenſus, omnem ſui conatum, omnesque vires ſuas in eo ponere, vt omne, quodcumque ſibi aſcendere geſtienti quauis ratione obſtat, ante omnia depaſcatur, atque corrumpat adurens; quo tandem ſublato impedimento, naturale ſui deſiderium aſcendendi expleat. Sed & omnibus manifeſtiſſimum tertio loco cenſemus, inter hæc noſtratia nullum eſſe corpus, quod aptius ignem aſcendentem præpedire, accommodatiusque flammæ aſcenſum prohibere valeat, eamque violente hic apud nos in infera mundi parte detinere queat, quam id, quodcumque lentoris valde particeps extat; ſi quidem lentoris proprium munus eſt omne id, cui applicari contigerit, pertinaciter detinere: Huiuſcemodi vero lentum, viſcidumque corpus illud eſt, quod pingue eſt, atque a prædominio humidum, ſiue aereum; veluti eſt oleũ, cera, pix, reſina, ſeuum, adeps, naphtha, bitumen aliud quouis, & reliqua id generis aereæ, atque humidæ ſubſtantiæ multum participia; eſt enim lentor humidi, qua humidum eſt, propria, & naturalis affectio. Ex his tribus fontibus hauriri manifeſtiſſime reor humoris omne genus, quodcumque intra lucernas

Ignis propenſio naturalis ad æthera.

Ignem quid vi deorſum detineat.

Lentoris proprietas.

Lentore quæ poſſideant. Vide lib. 4. c. 24.

Lentor eſt ab humore.

poni

Vide lib. 4. c. 25.

poni consueuit, hunc habere vsum proprie, vt suo lentore flammam hic apud nos detineat; impediatque quo minus lucernæ ignis euolet ocyus ad æthera: ad quem locum ob insitam sibi leuitatem naturali quodam impetu inhiat, ascendereque iugiter contendit. Apertissimum ex habitis etiam est ignem, seu flammam in plurimis lucernis assidue quidem oleum, siue humorem quemuis alium consumere, non quia illius indigeat, veluti nutrimenti, aut veluti fulcri sustentantis; sed quia de medio tollere nitatur id, quod sibi est impedimento, & obstaculo ad ascendendum ad suas naturales regiones, propriasque sedes. Ita ergo & in lucernis illis antiquorum admirandis asserere necesse est, flammulam subiecto sibi humore indiguisse ad hoc vt apud nos hic detineretur quasi alligata crassæ, ac viscidæ cuidam materiei; alioqui sponte a nobis ad proprium locũ sursum ad Lunæ concauum euolatura: Quod certe sensu vel ipso manifestum fieri potest in lucernis nostris domesticis, in candelis accensis, & in lignis ardẽtibus: in ijs etenim si flamma contineretur eo quia humore intra illas contento enutriretur: profecto flamma illa vbi violentiam aliunde non patiatur vllam, nonnisi ob defectum pabuli marcescens extingueretur; & in vltimo exterminio cuiusque combustibilis propositi, dum adhuc exigua humoris portio in eo supersit, flamma sensim contabescens ad consumptionem, & exterminium pabuli marcesceret, ac extingueretur addicta, & affixa residuo combustibili, & eo innixa necessario: consimiliter si flamma humore indigeret vt subiecto sustentante, ad humoris detractionem, corruptionemque, caderet illi affixa, eoque innixa, vt ad subiecti corruptionem accidentia, & ad columnæ casum ædificia super eam caduut: Id tamen non euenit ardenti flammæ: quia in vltimo candelæ flammula sursum euolat, & attollitur extra combustibile; ac maior tunc, vegetiorque visitur, atque splendidior; & procul a pristino combustibili seu ligno, seu lucernæ, seu candelæ ellychnio in aere delitescit (siue quia ibi corrumpatur ab aeris immensitate; in aeremque vertatur; natura enim vnumquodque gliscit

Ignis cur humorem absumat in lucerna.

Flamma in vltimo candelæ splendidior.

Extinguitur procul a candela.

A generare quid sibi simile, vt ait [a] Aristoteles; siue quia consumpto penitus humore fumido rarescat in simplicis, purique ignis inadspectabilem substantiam ob summam tenuitatem, & ita inuisa sursum ad proprium elementum, naturalemque sibi regionem contendat) quod sane alia ratione vlla contingere nequit, nisi quia flamma in hisce combustibilibus accensa, etiamsi ab eis naturali propensione, ac impetu sursum euolare semper enixe contendat; B remanet nihilominus, diutiusque continetur præpedita a lentore, ac visciditate humoris in combustibili existentis, cui est alligata: Quem humorem veluti contrarium, sibique ascendere gestienti obsistentem iugiter consumere studet: Vbi autem illum fere totum dissipauerit; exiguus, qui remanet, humor quum tantam non habeat vim, qua possit ex toto flammæ ascensum impedire, illamque combustibili alligatam continere; C fit quædam humoris, & flammæ colluctatio; flamma scilicet sursum euolante; ac humore flammam deorsum retrahente: atque in istiusmodi fluctuatione, pugnaque persistunt quousque humor ab igne totus fuerit absumptus; tunc enim a nullo iam amplius impedita flamma, quo propensa est, sursum libere petit ad concauum Lunæ supra vniuersum aeris elementum: & quanto flamma hæc minus ab humore impeditur, propiusque ad locum sibi naturalem accedit; tanto sane lætior, siue splendidior, & vegetior, siue maior euadit: idque ob eam rationem, quia naturalis est vniuscuiusque elementi conditio hæc, vt quo vnumquodque ad suum locum naturalem pergẽs magis ad eum accedit, eo fiat perfectius, atque validius: Quapropter bellissime dixit Aristoteles [b] omnem motum naturalem esse velociorem in fine, quoniam a motu præcedenti adaucta est in mobili mobilitas, robustiorque reddita motiua qualitas: Nec minus belle sanxit alicubi [c] tum ex Alexandro Simplicius; tum etiam non ex Alfarabio solum, sed ex Aristotele ipso Commentator Auerroes, [d] Elementa dum generantur, tantum de forma, seu perfectione acquirere, quantum de motu, & vbi; siquidem per se mouentur ad locum sibi natu-

Generat omne sibi simile. [a] 1. mag. moral. c. 10.

Flamma in vltimo candelæ cur vegetior.

Vide l. 4. c. 26.

[b] 1. cęl. t. 88. Motus naturalis cur sit velocior in fine.

[c] 1. cæl. t. 85.

[d] 8. phys. t. com. 4. 32. 4. cæl. t. com. 22. 23. 25. 34. Elementa cur tantum de forma acquirant, quãtũ de vbi.

turalem; ad quem ideo dum velocius feruntur, validiores vires, perfectioremque naturam sortita fuisse necesse est. At vero vtrum flamma a candela, siue lucerna, quouisque alio combustibili post consumptionem humoris ascendat reuera tandem perueniens ad suum locum naturalem, ad quem scandere omni ingenio conatur, id inferius commodiori loco [e]explicabitur. Humor itaque in ardentibus quibusque lucernis igni, seu flammæ necessarius est, vt quo veluti fræno flamma sursum inhians apud nos in hac mundi regione infera violente detineatur.

[e] lib. 4. c. 25.

Quæ, & quotuplex sit proportio, siue habitudo humoris ad ignem in ardentibus lucernis. Cap. XXI.

AD hunc autem vsum humor in lucernis ardenti flammæ suppositus triplici proportione igni associari potest; nempe tum vt humoris manus vim ignis excedat: tum ex aduerso vt vigor flammæ superet virtutem humoris; tum denique vt humoris, & flammæ vires sint adinuicem omnino æquales: Quæ omnia latissime patent ex rei natura, & a nobis explicata sunt in opere[a] *De his qui diu sine alimento viuunt*: atque vt notum est in lucerna, in qua humoris manus vim flammæ superat, ignem ab humiditate suffocari; & in ea, in qua vicissim vis humoris ab ignis vigore superatur, humidum contra iugiter ab ardente flamma dissipari: ita ratum, & firmum esse debet in ijs lucernis, in quibus caloris, seu flammæ, atque humoris vires inter se sunt æquales, non posse humorem a flamma consumi, neque vicissim flammam ab humore suffocari; quia quantum virtutis obtinet horum vnum in alterum agendi, tantumdem roboris habet alterum illius actioni, seu actiuitati resistendi; notum est enim inter æqualia secundum vigorem nullam posse dari pugnam cum alterius supra alterum victoria; vt quibus deest proportio corruptiui agentis ad patiens, in huiusmodi actionibus omnibus necessario requisita; quæ est, vt agens superaturum vbique habeat vigorem supra resistentiam patientis.

[a] lib. 3. c. 73. 127. Lib 4. c. 24. Vide l. 4. c. 27.

Lucerna in qua ignis ab humore suffocatur.

Lucernæ in quibus humor a flamma non consumitur.

Inter æqualia quæ pugna nó detur. Vide lib. 4. cap. 28.

Humorem in lucernis, quæ per multa sæcula durauerunt ardentes, non habuisse vires supra virtutem ignis, ita vt flammam suffocare, ac sensim extinguere potuerit. Cap. XXII.

HIs ergo se ita habentibus, liquido iam constare cuiq; reor intra eas lucernas, quæcumque in antiquissimis conditorijs multa centena, & annorum milia exardentes perdurauerunt, humorem non extitisse in ea proportione ad flammam, vt vires ignis ab humoris vi superarentur; quoniam vbi humoris vigor virtutem flammę adeo superat, vt demum necesse sit aliquando flammam ab humore suffocari; quia humor ad ignem comparatus, ceteris paribus, est quidpiã passiuum; quod obseruat etiam Aristoteles[a] alicubi; calor autem, siue ignis rationem obtinet actiui, ob maximam sui actiuitatem, propterea fit, vt humor vires habere nequeat supra robur ignis, nisi hunc in maxima quantitate superauerit, & mole sua ipsum omni ex parte complectens circumobsederit: quasi humor non sui qualitate vlla ignẽ superare valeat: sed eumdem sola sui quãtitate suffocare queat: cuius etenim est exilis actiuitas, eius vis magna non nisi maxima in mole reperiri potest; quandoquidem corpora præsertim inanimata robur virium augeri sibi sentiunt ad molem, augmentumque corporis; vt non semel ostendit[b] Aristoteles: At vero vbi humor, & ignis in ea proportione fuerint, qua ignis ab humoris exundantis vbertate suffocetur; id non potest fieri sensim, ac longissimo temporis interuallo; sed citissime, affatimque humor vbique ignem opprimẽs copia suffocat. Præterea intra lucernas, quæ in recludendis vetustiorum tumulis adhuc ardentes inuentæ fuerunt, adeo non superauit ignem humoris copia, vt illum vbertate suffocare potuerit; nam exiguæ fuerũt illæ lucernæ nostratium magnitudinem non excedentes; in quibus numquam cõspicimus flammam ab olei redundantis mole suffocari. Quæcumque igitur ad plurimos annos lucernæ ardentes perdurauerunt, in ijs humor igni subditus ea proportione non fuit, vt flammæ viribus præualens eam sensim vnquam suffocare potuerit.

In lucernis ab antiquo ardẽtibus, quæ proportio ignis ad humorem.

Humor est passiuus ab igne.

[a] 4. meteor. tum. 1. c. 1.

Humor non superat ignem qualitate.

Vires cui augeantur ad augmentum molis.

[b] 8. phys. t. 78 & sequentib. 1. cæl. t. 46. & sequentib. & t. 89.

Humor ignem non suffocat sensim.

In

In lucernis ad plures annorum decades ardentibus flammam non vbique habuisse vires supra humidum, illudque iugiter non consumpsisse. Cap. XXIII.

SEd & illud non minus veritati consentaneum esse censeo, in huiuscemodi veterum lucernis, quæ per plures annorum centurias continue flammam rutilam conseruauerunt, ignem non obtinuisse vires supra vigorem humoris; atque omnino flammam perenni, ac iugi actione sensim humorem illum indies consumere nequiuisse; quoniam vbi flamma in lucerna oleum, aut humorem quemuis alium combustibilem vrit, siue accensibilem consumens inflammat; necessario ex eo inflammato fumos attollit: quemadmodum Aristoteles[a] alicubi docet; eos quidem nunc plures, & crassiores: nunc autem tenues magis, & pauciores, pro humoris combusti substantia magis, vel minus pura, magis, vel minus halituosa: quod suauissime concinit Lucretius[b] his metris,

„ *Tum porro quæcumque igni flammata cremantur,*
„ *Si nil præterea, tamen ex se ea corpora tradunt,*
„ *Vnde ignem iacere, & lumen summittere possint,*
„ *Scintillasque agere, ac late differre fauillam.*

Ceterum a quacumque flamma in angusto loco concluſa fumi attolluntur ex humore combusto; ij siue multi, siue pauci: & siue crassi fuerint, siue tenues: recepti in cauitate vasis ardentem lucernam intra se continentis, necessario illam partem loci ambientis maculant, atroque colore inficiunt: &, si forte fortuna lampas huiusmodi lateat in vase aliquo vitreo recondita, illud idem vas euidenter admodum in summo culmine ab ardente fumo conspurcabitur: quod experimentis quotidianis vnicuique compertum esse potest; atq; etiam cuiuis ex rei natura clare demonstrari: siquidem fumus proxime de pingui cõbustibili ardente prodiens est exhalatio ignea cum terrenæ substantiæ portionibus, & humidis vaporibus permista; quæ vt ratione lentoris a vaporibus illis mutuati facile adhęresćit cuicumque corpori solido, in quod ingruens, & irruens impingat; ita ratione terrenarum, aduſtarumque partium illud idem, cui adhæresćit, necessario coinquinat tetro colore inficiens. At vero circa istiusmodi lucernas, quæ per integras Olympiadum decurias, centuriasque ignem ardentem, flammamque rutilam conseruauerunt, obseruatum non est concauam vasorum continentium superficiem superne vllo fumo tinctam, aut fædatam fuisse; quando hac de re ne verbum quidem historici, qui exquisitissime talium lucernarum inuentionem, detectionemque nobis descripserunt. Quinimmo & phiala illa vitrea, intra quam reperta est ardens lucerna Nesidea in cratere Neapolitano per mille quingentos annos, & vltra, limpida erat, & omni ex parte perspicua, nullibi maculata, & rutilam in se flammulam retinebat; vt supra [c] innotuit ex historia Io: Baptistæ[d] Portæ. Non ergo fumum excitabat exardens ignis in omnibus istis admirandis veterum lucernis ex humore subiecto: Neque igitur in eisdem flamma vires habebat supra resistentiam humidi: atque adeo ignis humorem minime comburebat.

Liquorem in lucernis multos annos ardentibus vires habere potuisse omnino æquales viribus ignis, nec ab igne illum consumptum iugiter fuisse. Cap. XXIV.

EX ante habitis colligere quidem iam necessario possumus in propositis lucernis, quæ per tot centena, & annorum millia sine vllius fumi euaporatione, ac sine vllius humoris adiectione ab antiquo ardẽtes perdurauerunt, humorem contentum, & ignem in ea fuisse proportione ad inuicem, vt quantam haberet flamma vim humidum sibi subditum consumendi: tantumdem virtutis obtinuerit illi subiectus humor ad resistendum viribus ignis: atque ita quum fuerint virium inuicem æqualium, potuisse quidem humorem sui lentore hic apud nos in lucernis flammam diutissime continere, & quominus cito a nostrati hac regione ad Lunæ concauum euolaret constantissime prohibere; non potuisse vero ab ignis præpotenti actuitate subiacentem humorem absumi; nec vicissim ab humoris vbertate

Vide lib. 4. c. 29.

[a] 4. meteor. sum. 3 c. 2. Humor vstione fumigat.

[b] lib. 2.

[c] lib. 1. c. 10.

[d] 12. mag. nat. c. 13.

Vide lib. 4. c. 29.

Vide lib. 4. c. 31.

Vide lib. 4. c. 22.

Ignis & humoris proportio in lucernis antiquis. Vide lib. 8. c. 29.

Ignis, & humor æquales vt agant inter se.

Fumus inficit, & cur. Fumus quid.

Fumus cur adhæresćat.

tate ignem ſuffocari. Atque ideo nulli iam amplius mirum eſſe debet, ſi huiuſmodi priſcorum lucernę abſque noui liquoris adiectione tam longo temporis tractu ab antiquo ardentes aſſiduam flammulam in ſe conſeruauerint; noui etenim humoris acceſſu, adiectuq. non indigebant, dum ab earum igne vetus humor minime conſumeretur: & humor, qui non comburebatur, nulli mirum ſi de ſe maculantem fumum, fuliginemq. non emittebat; eſt etenim fumus terrea potiſſimum portio rei combuſtæ virtute ignis aſcendentis ſurſum ſublata in formam exhalationis. Ceterum ignem poſſe citra ſubſtãtiæ flammigantis conſumptionem ex ea iuge lumen procreare, docet experimentum, notauitq. Plinius inquiens, [a] Ignis immenſa, & improba naturæ portio: & in qua dubium ſit plura abſumat, an pariat: cui aſſentitur Theophraſtus [b] inquiens, ignem ſeipſum procreare, & alia propemodum omnia conficere.

Flamma quæ fumum non edat.

Vide lib. 4. c. 30.

[a] lib. 36. c. 27. „

[b] lib. de igne. „

Secunda cauſſa diuturni ardoris in combuſtibili fumigantis lucernæ explicatur.

Cap. XXV.

Fumus e quo combuſtibili prodeat.

CEterum ſi fumus aliquis ex ardente lucerna ſurſum attollatur, in ea proculdubio ignis humorem depopulatur: ſed quia poteſt adeo lenta eſſe humidi huius ab igne conſumptio, vt ob exillimum exceſſum actiuitatis flammæ ſupra reſiſtentiam patientis humoris, non poſſit niſi longiſſimo temporis tractu minimum quid liquoris in lucerna contenti ab ignis ardore conſumi; propterea contingere poteſt vt ea liquoris copia, quæ ab initio ſemel intra lucernæ cauitatem repoſita fuit, tot annorum flammulæ maxime reſiſtere valuerit; & cum inſenſibili ſui conſumptione flammam ellychnio alligatam retinere. Si namque ignem aliqua concipiunt abſque vlla ſuæ ſubſtantiæ iactura; vt amiantum, asbeſtum, linteum e lino carpaſio textum, & aurum ipſum; de quo apud Ioſ. Quercetanum in ſua reſponſione ad Anonymum Augurellus [a] ita cecinit,

Ignita quæ non abſumantur.

[a] cap. 16.

„ ---------- *vni nil deperit auro*
„ *Igne, velut ſolũ conſumit nulla vetuſtas.*

Quamuis autem his viris conſentiamus aurum nullo ardentiſſimo, diutiſſimove igne conſumi; quod experientia docuit; illis tamen inficiamur, aurum nulla vetuſtate conſumi; tum quia experimento nouimus annulos aureos, aureas monetas, & aurea monilia longo vſu conſumi, ac de priſtino pondere non parum amittere; tum quia nullum corpus eſt ſub Luna, ob noſtratem materiam, æternum; hæc enim ad aliam ſemper formam inhians, præſentem auri formam demum aliquando relinquit; ſat habemus in propoſito aurum ab igne minime conſumi: ſi alia ex aduerſo ab igne concepto citiſſime conſumuntur; vt aqua vitæ nuncupata, ſulphur, pix græca, puluisque pyrius tormenti bellici: Si alia flammis admotis, & arreptis tardius abſumuntur; vt ligna viridia, carbones foſſiles, & id generis plurima: cur dari non poterit humor aut a natura genitus, aut arte paratus, qui parua mole diutiſſime queat flammam ardentem ſuſtinere anteaquam ab illa in totum abſumatur? Experimento enim comprobatur ex pyrio puluere, qui citiſſime ignem arripit, & ab eo arrepto facillime conſumitur; & ex aceti certa menſura in vnam maſſam compoſitis fieri combuſtibile, quod citiſſime inflammatur, & diutiſſime flammam euomit crepitantem. Quæ igitur noſtra, & patrum noſtrorum ætate Romæ, Neapoli, Bononiæ, Ferenti, & alijs quamplurimis Italiæ regionibus inuentæ fuerunt a fodientibus in vetuſtiſſimorum ſepulchrorum apertura paruæ lucernę ab antiquo adhuc ardentes per multas olympiadum decurias, centuriasque, abſque eo quod extrinſecus liquor vllus combuſtibilis in eas iugiter, ſiue deinceps inijceretur; eo ſolo, quo ab initio repletæ fuerant, ad retinendam tamdiu flammam ſufficiente; non aliunde ſane cauſſam habuerunt, quam eo quia in illis humor obtinuerit vires aut æquales viribus ignis, vt omni eius actiuitati omnino reſiſtens, nihil vnquã ſui corporis ab ardente flamma conſumi permiſerit: aut proportionatas adeo, vt nonniſi poſt longiſſimam temporis intercapedinem minimum quid eiuſdem liquoris ab igne abſumi potuerit: Quocirca illius humoris reſiduum citra noui exterioris adiectionem longiſſima tem-

Aurum vetuſtate conſumi.

Subcęleſte nullum æternum cur ſit.

Materiæ conditio.

Igne quæ citiſſime conſumantur.

Quæ tardiſſime.

Cito quid inflammetur diu flagrans.

porum ſerie flammam ellychnio alligatam retinere valuerit.

Præter æqualitatem, & propoſitam nuperrime proportionem virium liquoris, & ignis; quid in lucernis requiratur inſuper ad longiſſimam luminis, flammæque durationem. Cap. XXVI.

ETſi ad longiſſimam ardentis lucernæ perdurationem, ignis in ea, & ſubditi liquoris commenſuratio, ſiue proportio eiuſcemodi neceſſaria ſit; qua alter alterũ aut deſtruere nequeat, aut ſaltem cito deſtruere nequeat; id tamen in propoſito non ſufficit; ſed præterea requiritur loci, & ambientis ea diſpoſitio, in qua nulla inſit præpotens qualitas, quæ talem ignis, atque liquoris æqualitatem, proportionemve diſſoluere valeat, alterum, vel vtrumque ipſorum aut roborando, aut labefactando; vti eſt aer vaporibus craſſioribus, vel humiditate nimia ſcatens; vel ſiccitate liquorem cogens; vel frigiditate id ipſum efficiens, ſeu calorem ignis labefactans; vel caliditate ipſum eumdem calorem exacuens; alterari ſenſim namque poteſt ab iſtis ambientis qualitatibus inæqualibus tum ignis, tum quoque humor inæqualiter, ita vt breui alter eorum alteri prævalens cito ipſum corrumpat: Et proinde veteres intra terræ viſcera lucernas ardentes diutiſſime duraturas includebant in ſepulchris optime obturatis, in vrnis, phialisque vitreis, & in muris vndiquaq; clauſis, ne ad eas pateret aditus externo aeri, numquam non varijs alterationibus agitato: Nec iurarem, ſi lucerna Mineruæ Athenienſis procul ab omnibus externi aeris iniurijs condita fuiſſet, eam non vltra annum longiſſimo tempore lumen illuſtre conſeruaturam fuiſſe; quæ aſſidue inconſtantis aeris inclementijs expoſita, varias eius mutationes tolerans, multasque ab eo alterationes paſſa, integrum anni curriculum ſub dio ventos, imbresque deſpiciens ardebat incolumis.

Loci diſpoſitio lucernis neceſſaria.

Lucernas cur ſub terram veteres locarent.

Coniecturæ ad fabricam lucernarum diuturno tempore ardentium: & primum de combuſtibili ellychnio. Cap. XXVII.

ARs autem eiuſmodi lucernas conſtituendi, quæ ad multas annorum centurias ardeant abſque noui fomitis adiectione, cum ſuis Autoribus in antiquitate perijt; vt obſeruat Guido [a] Pancirolus in opere ſuo *Rerum memorabilium deperditarum:* Leues tamen aliquæ coniecturæ ſe ſe nobis produnt ex rei natura ad eiuſdem artis indaginem, & qualemcumque notionem. Porro ignis vniuſmodi eſt; nec alius a noſtrati, ac elementari propoſitis in lucernis ab antiquo ſemper ardentibus ineſſe potuit; vndecumque ille in eas irrepſerit, ſiue a reflexis Solarium radiorum ardoribus, ſiue ab attritu ſilicum, ſiue ab igne aliquo alio quomodocumque genito: Tota ratio parandæ lucernæ diutiſſime ardentis conſtituta eſt in cognitione materiæ inflammabilis ab igne: Illa vero materies duplici ſubſtantia innititur, ellychnio ſcilicet, ac liquore: ac vt de ſingula ſeorſum agamus, in primis ellychnium lucernæ diutius ardenti abſolute neceſſarium eſſe non arbitror; quoniam caphura, naphtha, olea lateritia, & huiuſmodi alia pleraque in oleorum, & bituminum cenſu ſola ignem abſque vllo ellychnij additamento rapiunt, raptumque pertinaciſſime ſibi adiunctum retinent; quum alia plurima olea ad flammam concipiendam, & conceptam in ſe continendam, ellychnij ſoliditate indigeant; quod obſeruauit etiam alicubi [b] Libauius. Deinde vero quando ex amianto, aſbeſto, charyſtiove lapide; ex villis Salamandræ; ex alumine Scariolæ, quod Aſtrum Samium antiquorum eſſe cenſuit [c] Cardanus; cui contradicit Scaliger [d] ex Auicenna dicens Aſtrum Samium eſſe Tallz longe a Scariola diſtinctum: ex magneſia, & ex alijs multis conflari poteſt ellychnium, quod flamma concepta minime conſumitur: vt plerique teſtantur autores: iam difficile non erit ellychnium arte parare diutiſſimæ flammæ in lucerna ſuſtinendæ aptum: Ac certe Ioachimus Fortius [e] Ringelbergius, Ipſe, inquit, expertus ſum villos Salamandræ non conſumi igne. Plinius; [f] Inuentum, ſcribit, eſt linum, quod ignibus non abſumitur: viuum id vocant: ardentesque in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas, ſordibus exuſtis, ſplẽdeſcentes igni magis, quam poſſent aquis: Regum inde funebres tunicæ

Ars lucernarum perijt.

[a] cap. de oleo incombuſt.

Ignis lucernarum eſt vniuſmodi.

Lucernæ parandæ ratio in quo ſita.

Ellychnium lucernæ non neceſſarium.

Ignem quæ concipiant ſine ellychnio.

[b] epiſt. 37.

[c] 5. de ſubtil.
[d] exer. 104. art. 7.

Ellychnium ardens abſque ſui conſumptione.

[e] li. experim. Igne non conſumi villos Salamandræ.
[f] lib. 19. c. 1. Linum, & tela quibus ardentibus ignis non afficit.

nicæ corporis fauillam ab reliquo separant cinere: Nascitur in desertis, adustisq. Sole Indiæ locis, vbi non cadunt imbres, inter diras serpentes: assuescitq. viuere ardendo: rarum inuentu; difficile textu propter breuitatem: rufus de cetero color, splendescit igni: quum inuētum est, equat pretia excellentium margaritarum: Vocatur autem a Græcis asbestinum ex argumento naturæ. Anaxilaus autor est linteo eo circumdatam arborem surdis ictibus, & qui non exaudiantur, cędi: Ergo huic lino principatus in toto orbe. Neronem ex eo lino mantile habuisse ferunt; hodie non inuenitur, obseruatione Guidi Panciroli, qui suo opere *Memorabilium rerum deperditarum* Plinio de proposito lino, ac tela incombustibili plane assentitur. Tale autem ellychnium fuisse in aurea lucerna, quam Athenis Callimachus fecit, asserit Dalechampius ad hunc locum Plinij. Pausanias in Atticis, & Plutarchus in libro *De oraculorum defectu* tradunt in Carystia rupe linum id gigni, molli, & lapideo filo, ex quo mantilia, retia, & reticula capitis tegmenta conficerentur. Solinus[g] asserit in Creta carbasa esse, quę inter ignes valeant. Post Solinū Dionysius Afer in suo Poemate de situ orbis Arcadiam describens ait

[g] Polyhist. c.16. ibid. c 12.

Carbasa quæ inter ignes valeant.

„ *Hic nasci linum, qui tacto accensus ab igni*
„ *Extingui nequitur, quem Graij nomine vero*
„ *Ἄσβεστον memorāt; ferri nitet ille colore.*

[h] 2. de lapid.

Camillus [h] Leonardus Asbeston, inquit, siue asbestus ferrei coloris lapis est, quem Arcadia, & Arabia producit; asbeston dictus, idest inextinguibilis; quoniam accensus perpetuam retinet flammam: Et ex hoc Gentiles in candelabris templorum posuerunt, ideo quia fortissimam flammam, & inextinguibilem in se retinet; nec ab imbribus, seu tempestatibus extinguitur: Habetque lanugineam naturam, & a multis pluma Salamandræ appellatur: ab inseparabili vnctuoso humido a sua substantia ignis fouetur; ideo semel accensus perpetuam lucem conseruat sine aliquo liquore addito. Ex Cyprio lapide, quem amiantum alij nominant, telas, & vela spectaculi gratia maiores texisse, quæ ignibus iniecta arderent quidem, sed flammis inuicta, & splendidiora exirent, auctor est[i] Dioscorides. Strabo quoq; Creticum linum tradit petram esse, quæ attrita capillamentis[k] tantum remanentibus, excussa terrea materia, pectinibus aptari; contextamque telam inde peroptime confici; eam autem igne non vri, sed sordidatam in ignem proiectam emundari. Apollonius[l] asserit Tacum in suo libro de lapidibus memoriæ prodidisse Carystium lapidem habere adnata quædam lanuginosa, & colorata; ex qua materia nentur, & texuntur mantilia; ex eadem & fila pro lucernis torquentur; suntque, dum vruntur, splēdida, atque incremabilia: Porro sordes mantilium non aqua eluuntur; sed clematis vritur, atque ei mappa imponitur; vnde sordes omnes effluit; ipsaq; mappa igne alba, atque pura redditur; rursumque in vsum adhibetur: Funiculi autem lucernarum ex ipso facti, vsti cum oleo, nullo vnquam tempore consumuntur: Atq; harum lucernarum odore deprehenduntur, qui morbo caduco vexantur. Gignitur vero huiusmodi lapis tum in Caryсto, a quo nomen sumpsit; tum copiosius in Cypro, qua a Periandro Sobolos versus iter deorsum ducit, ad leuam Elmæi infra rupes: augescit circa plenilunium, rursumque Luna decrescente minuitur. Plutarchus [m] Petræ autem, inquit, in Caryсto iamdiu est, quod vena desijt glomos lapideos molles ferre, ex quibus fila nebantur; nonnullos enim vestrum mantilia, plagulas, retia ex illa materia contexta aspexisse puto, quæ non comburuntur; sed vsu sordida effecta in flammam conijciunt; atque inde lucida, & splendida efferunt; nunc autem euanuit; vixque in metallis raræ veluti fibræ, ac pili intercurrunt. Hunc eumdem lapidem esse retur Hieronymus [n] Mercurialis, ex quo linum deductum Plinius viuum appellauit, Pausanias Carpasium, Strabo Caryстium, Solinus Carbasum, Zoroaster Bostrychitem, alij Corsoydem, nonnulli Poliam, aliqui Spartopoliam, & vulgares puluerem Salamandræ, aut alumen Scissile falso dixere. Cardanus, [o] & ex Cardano Ruellius Alumen, inquit, quod Scaiolæ vocant, est Astrum Samium apud veteres; nec est succorum genere; vt nec alumen plumæ,

[i] lib. 5. c. 113.

[k] lib. 10.

Linum Creticum igne purgari.

[l] Li. mirab. hist.

Lapis, qui sequitur incrementa Lunæ.

[m] de oracul. defect.

[n] 2. var. lect. c. 27.

[o] 5. de subtil. Astrum Samium quid.

Flamma in quo lapide inextinguibilis.

Cyprij lapidis vires igne eludentes.

quod ex terrenis partibus constat; atque ideo tenuiter si teratur, lectoque inspergatur, pruritum commouet assiduum; acutas enim, ac pungentes partes habet: Quod si ex eo ellychnia fiant, haud ardent; sed perpetuo oleum consumitur, ipsa autem manent: Commune est hoc omni ferme genere crustati lapidis; nam & in Eisleba ex pyritide, tum lapide alio scissili pyræ imposito, liquor viridis emanat, qui quum igne extincto cogitur, ignem amplius non sentit: sic & ex amianto lapide Romæ mappas, & in Verebergo Bohæmiæ mantilia esse affirmat Agricola, quę non aqua, sed ignibus eluantur. Et ex Magnesia lapide squamoso, argentei, & plumbei coloris, in Boldecrana mensæ fiunt, quæ igne purgantur, nec vitiantur: ex tenuiore autem parte thryalides pro lucernis. Videbuntur hæc quibusdam, subdit Cardanus, incredibilia dictu; quæ tamen non solum vera, sed etiam necessaria sunt, ac facilia inuentu; nam quum omnes ferme lapides igni præsertim haud diurno resistant, squamosi plerique nentur ob fila: si igitur neas; iam igni materiam contumacem, mappas, mantilia, & thryalides efficere licebit ignibus non obnoxias: Texi vero quæcumque nentur, quis dubitat? Neque igitur pro miraculo ducendum, quod turris lignea ignibus immissis extiterit incorrupta, hoc aluminis genere insperſa. Ita Cardanus. Cui de proposito quum Scaliger non contradixerit, qui omnia illius dicta in eo libro conuellere studet; quidni hunc illi assentiri existimemus? decebat tamen subtilem Philosophum de rerum subtilitate dedita opera tractantem abditissimum hoc naturæ miraculum illustrare. Alexander etiam ab Alexandro [p] ait seruatum fuisse apud Indos, & Ægyptios Regum funebres tunicas, quo cineres cremati a reliqua fauilla distincti iaceāt, ex litio, quod igne non consumitur conficere; easque ad rogum defunctum corpus induere: Quippe in Caryſto lapis nascebatur, qui velut lana intextus nullo igne adurebatur. Damasus in Syluestro Papa inquit, ex amianto linum confectum inconsumptibile, vt perpetuo lampadibus arderet in Baptisterio suo Romę Constantinus Imperator statuerat. Ludouicus Viues [q] apud Diuum Augustinum testatur ellychnia permulta se vidisse Parisijs, quę lucernis semper ardentibus numquam absumerentur: Mantile quoque Louanij medio conuiuio igni datum, redditumque Domino mundius, splendidiusque, quam posset aquis, & smegmatis quibuslibet. Thomas [r] Porcacchius testatur Podacattarum Cypriũ equitem, qui de rebus Cyprijs conscripsit anno M D L X V I, Linum Cyprium penes se habitum Venetijs ostentasse, in ignemque iecisse; illæsum, ac purgatum, mundumque recepisse. Illudque [s] Maiolus Episcopus magno ait esse miraculo, quod huiusmodi contexta tela non ab herbis originem ducat, sed a lapide amianto, qui in Cypro Insula repertus malleis contunditur, concussus excussa terrea superfluitate capillamentis suis lini speciem retinet, ac contexitur in telam. In suis epistolis medicinalibus [t] Langius item asbestum lapidem ait inextinguibilem, perpetuoque ardentem; & pleraque alia esse, de quorum substantia nihil ignis depascitur; vt sunt ex Caryſtio lapide netili manutergia, & reticula; quæ sordida in ignem proiecta illæsa expurgantur; & ex quodam lini genere eadem contexta, & in ignem proiecta, citra noxam expiantur: quod lini genus, quia inextinguibile, Plinius quoque asbestum appellat; alij id amianto etiam tribuunt. Io. Paulus [u] Pernumia in sua Naturali Philosophia, octaua species, inquit, ea est, quæ amiantus appellatur; hoc nomine vocatus, quod ab igne corrumpi non possit; vocari solet (id mutuatus videtur a Mercuriali) etiam Asbestos, a Zoroastre Bostrychites, ab alijs Corsoydes, ab alijs Spartopolia, ab alijs Polia, ab alijs linum, a Plinio linum viuum, quod igni non comburatur, a Pausania linum Caryſtium, a Quadrigario Alumen, quod scisso alumini simile sit: Solet a natura fieri in figura capillari, colore quandoque albo, quandoque cinereo, quandoque rufo, alias ferreo: siccum solet esse extrinsecus; humiditatem tamen habet intrinsecam, sicuti metalla habent; cuius humor ab igne consumi non potest: Lauatur lapis iste, nectitur, netur, & texitur. Matthiolus apud Dioscoridem [x] idem tradit de amian-

Mappæ, quæ non aqua, sed eluantur igne.

Texi posse quæ nentur.

Lignea turris ignibus inuicta.

[p] 2. genial. dier. c. 7.

Funebres tunicæ Regum Indorum, & Ægyptiorum.

[q] 21. de ciu. Dei c. 6.

[r] Funer. antiq. tab. 2.

[s] Colloq. 20.

[t] lib. 2. epist. 52.

[u] lib. 3. c. 12.

Metalla humiditatem habent intrinsecam.

[x] li. 5. c 113.

amianto latius. Et denique, ne plures alios afferam, Libauius[y] alicubi scribit asbestum ex Alarbo semel accensum inextinguibiliter ardere, igni lapidi inhærente, & tamen eum non consumente: ac ex Alberto notat asbestum esse lapidem coloris ferrei, qui secundum plurimos in Arabia inueniatur; cuius virtus narretur mirabilis, & in templis Deorum sit manifesta eo quod semel accẽsus numquam possit extingui; quia naturam habeat lanuginis, quæ vocatur pluma Salamandrę, cum modico humore vnctuoso pingui, inseparabili ab ipso, qui foueat ignem accensum in ipso: Declarat id Absyntho gemma, & alumine plumoso; de quibus postea: Videmus, inquit Libauius, hos autores aliquid amplius, quam in amianto agnoscere; immo non agnoscere tantum, sed & rationem reddere: Vnde apparet potentia naturæ; & quæstioni aliqua fides conciliatur. Hæc ille. Ego vero vt Leonardo non plane consentio in ardentibus ab antiquo lucernis absque liquore asbestum lapidem semper arsisse; nam pleræque humore quodam glutinoso inquinatæ conspiciuntur: ita non solum accipio, si ex istius modi lapidum filamentis contortum ellychnium oleo imbutum flammam suscipit, ac retinet, ex eo parari posse cum requisito humore lucernam diuturna duratione luminis ignei admirabilem; sed etiam non ausim affirmare in vetustissimis lucernis, quas ætas nostra reperit adhuc ardentes, tale genus ellychnij necessario extitisse; quoniam qui eas lucernas habuerunt, nihil prorsum de contorti ellychnij inuentione pronuntiant, liquoris tantummodo mentionem habentes. Ac certe vt sine vllo ellychnio caphura inflammatur, & ardet; idemque oleum petræ vocatum in agro Mutinensi scaturiens, naphtha, & plurima bituminum genera perpetiuntur: quidni lucernas ab antiquo tempore ardentes duplicis naturæ fuisse dicamus? nempe vt aliæ in se haberent ellychnium ex asbesti, amiantive filamentis, seu ex carpasio lino contortum; aliæ vero sine vllo ellychnio flammam diutissime conseruarent innixam humori glutinoso, cuiusmodi est caphura, petroleum, naphtha, & alia id generis, quæ flammam concipere de se possunt, absque alterius vllius corporis adiectu? Nouissime habui ab Illustris. Andrea Vendramen o, Veneto Senatore, se in Museo conseruare lapidem, colore ac pondere ferro consimilem, qui putatur Asbestus esse, quo dudum construebantur ellychnia incombustibilia. Lapidem habuit ipse non ita pridem e Syria. Visui lapis iste niger est, asper veluti granulis compactus, & splendidus. Ego vero frustulum Amianti possideo, magnitudine nucis, extrinsecus ferreo colore, siue cinereo saturo; intrinsecus cinereo dilutiore, bracteolis consitis constans, tantum non lanuginosis, quæ sæuo illitæ flammam concipiunt absque sui detrimento: beneficio lanuginis pecti, texique potest.

[y] 2. bombyc. cap. 2.

Absyntho gemma.

Lucernis antiquis liquorem fuisse.

Oleum petræ Mutinense.

Lucernæ antiquæ duplicis naturæ.

Communis natura liquoris æqualitatem virium, aut proportionem cum igne ad flammæ diutissimam durationem habentis indagatur. Cap. XXVIII.

HVmor autem adeo contumax igni, vt per tot annorum centurias illum sibi iunctum detinere valeat, absque eo quod ab ipso consumatur, virium suarum cum viribus ignis æqualitatem obtinens; vel absque eo quod cito absumatur, vires habens ignis actiuitati maxime, ac longissimo temporis tractu resistere valentes; Humor inquam talis triplicem conditionem obtinere debet; vna quidem est materiæ lenta, viscidaque crassities; seu crassa, lentaque visciditas; ratione cuius non ita facile ab ignis actuosissima natura consumi valeat: Altera vero est ineuaporabilitas, vt ita dixerim, seu minima exhalabilitas (cogimur enim summa in egestate linguæ noua nobis confingere nomina, præceptore [a] Aristotele) quæ siquidem materia exhalabilis est, multumque vaporabilis, ea non diu flammæ actionem tolerat; sed ab ardente igne in exhalationes breui dissipatur: Tertia demum est materiæ puritas, homogeneitas, vt ita loquar, syncritasque substantiæ; quia caloris quum sit heterogenea disgregare, viciſſimque homogenea congregare; vt obseruat alicubi [b] Aristoteles; proinde quæ maxime sunt homogenea, nullamque sibi ad-

Humoris lucernæ diu ardentis conditiones.

[a] Prædic. ad aliquid.

Materia exhalabilis igne absumitur.

Liquor lucernæ antiquæ purus, & homogeneus.

[b] 2. de gen. tex. 8.

admiſtam alienam ſubſtantiam obtinent, ſed naturam ſynceram, & puram adepta ſunt; ea maxime, ac diutiſſime igni reſiſtunt, ardentisque flammę vires eludunt quod experimentis comprobatur in auro, in lapide amianto, in adamante, & id generis alijs antea propoſitis: Quum ex aduerſo corpora omnia heterogenea, & impura ignibus euidentiſſime, facile, citoque conſumantur. Quæ vero propria ſit ea ſubſtantia in rerum natura, cui tria hæc attributa inſunt cum eo, quod eius materia ſit adeo inflammabilis, vt in lucerna rutilam, coruſcantemque flammulam edere valeat; id nobis eſt incompertum, quod veteribus erat apertum:

Vide li. 4. c. 8. Igni diutiſſime reſiſtunt pura, & homogenea.

„ *Quam tamen* materiam *(æternum quoniam dilabitur æuum)*
„ *Non ſemel in terris viſam, ſed ſæpe fuiſſe*
„ *Ducendum eſt, quamquam nobis nec nomine nota*
„ *Hactenus illa fuit; quoniam longæua vetuſtas*
„ *Cuncta ſitu inuoluens, & res, & nomina delet:*
„ *Nec monumenta patrum ſeri videre nepotes*.

Illud tantum nouimus, talem materiam in mundo reperiri poſſe, arteve parari valere, tum quæ ab igne inflammata non conſumatur ad multum tempus, quia vim reſiſtendi habeat æqualem virtuti actuoſę ignis combuſtiui; tum etiam quæ ardens nonniſi diuturno admodum tempore minimũ quid ſui ab igne conſumi patiatur; quia vim habeat diutiſſime reſiſtendi flammæ actuoſiſſimæ cum parua ſuæ ſubſtantiæ iactura; quod ijſdem rationibus, præter ſuperiora experimenta telarum incombuſtibilium, apertum habemus, quibus dudum in opere [*c*] *De his qui diu viuunt ſine alimento* demonſtrauimus in viuente diu reperiri poſſe virium caloris naturalis, & humidi radicalis æqualitatem, & proportionem, ob quam hoc ab eo non abſumatur, aut nonniſi poſt longiſſimi temporis decurſum illæſa vita conſumatur; quas rationes non eſt vt inde huc transferamus; poterit ibi Lector eas intueri; quum liber proſtet: Sat erit nunc admonere ſummam ineſſe proportionem, eamdemque penitus habitudinem inter calorem naturalem vi-

[*c*] lib 3. c. 48. & ſeqq.

Caloris & humoris æqualitas in viuente.

uentis erga humidum radicale ſibi ſubſtratum, & ardentem lucernæ ignem erga humidum inflammatum ſibi ſubiectum: atque adeo qua ratione viuentia diutiſſime ſine noui alimenti vſu conſiſtere poſſe demonſtrauimus; eadem plane ratione lucernas per multos annos abſque noui liquoris adiectione ardere potuiſſe ob ſolam ignis, & humoris æqualitatem, aut proportionem prædictam in vigore. Non iurarem tale quid in Olympo, Aetna, Veſæuo, alijsque montibus perpetuo ardentibus ineſſe, quod abſque ſui diſpendio perennem flammam continerent; quæ in quamcumque aliam materiam ſibi vndecumque aduenientem conſimilem ignem procrearet, quem iuga illa quotidie, ſiue continue, ſiue per interualla modo maiora, modo minora euomerent. Si tamen arte vlla tale genus humoris ignem in lucerna diutiſſime conſeruare nati comparari nunc poteſt, vt ab antiquis nõ ſemel comparatum fuit; quando priſcorum ars illa euanuit, & obliuionis tenebris plane ſepulta eſt; ad eam recuperãdam coniecturis agendum eſt: Ac, ſi diuinare liceat, exiſtimauerim ad hoc opus vnam Chymicorum artem quammaxime conferre; videlicet eius miniſterio ſi oleum, vel oleo ſimilem ſubſtantiam inflammabilem eduxeris ex asbeſto, amiantove, aut aſtro ſamio, aliove quouis corpore illorum, quæ ſupra [*d*] nouimus ignita non abſumi; quod tamen oleum ſpecie non differat a ſubſtantia, ex qua eductum fuerit, ſed eaſdem plane proprietates obtineat: eo enim plena lucerna gerens ellychnium ex eadem materia non adhuc deſtillata, ſed in capillamentorum lanuginem redacta, contortum, in aere præſertim vniformi, aerisque noſtratis inclementijs non expoſito, exardens diutiſſime perdurabit. Porro amiantum, lapisque Caryſtius, asbeſtus, & id generis, partes elementares habet puriſſimas, homogeneas, & adeo exacta miſtione inuicem vnitas, vt pars terrea humidam exquiſitiſſime ſibi adiunctam retineat arctiſſime ne ab ardentis ignis violentia, & actiuitate in fumos diſcuti, ac euolare ipſam patiatur; & viciſſim pars humida par illi beneficium repẽdens terream a com-

Proportio vitæ ad lucernã.

Mõres ignem euomentes.

Chymica reſtituendæ arti lucernarum vt conferat.

[*d*] cap. 27.

bu-

buſtione tuetur : Si ergo inde oleum inflammabile deduxeris eaſdem conditiones obtinens, lucernam diutiſſime ardentem facile tibi comparabis. Profecto ſubtiliſſimus ille Scaliger [e] aſſeuerat alicubi ſe habere artem extrahendi ſine alembico oleum ex aſtro ſamio; quod ipſe Tallz eſſe ait; & ſupra [f] ex Cardano agnouimus inter ea eſſe, quæ ignibus non conſumuntur. Cardanus autem oleum e metallis, & lapidibus extrahere docet, ijs primo in pollinem redactis, aut metallis in folia ſubtiliſſima malleo attenuatis; Deinde pulueribus, aut folijs in acetum deſtillatum immiſſis, tamdiuque calente loco detentis, donec aceti color augeatur; deinceps aceto inde remoto; & alio ijſdem pulueribus, aut laminibus ſuperinfuſo; & ita deinceps nouo ſemper aceto affuſo, donec illud amplius non coloretur: totumque coloratum acetum poſtea miſcetur, & ſublimatur; abijcitur-
que illud, quod primo purum aſcendit lento igne; quo demum igne conduplicato, humidior metalli pars aſcendit inſtar olei, remanentibus fæcibus. Liquorem in lucerna Olybij diuturniſſimam flammam conſeruaſſe ſtatuit Delrius in ſuis Magicis [g] diſquiſitionibus, quia Chymiæ peritus fuerit Olybius. Vidi, & in Muſæo notam habeo innominati Autoris manuſcriptam, oleum incombuſtibile fieri, ſi communis olei libra cum æqualis ponderis viua calce confundatur, & deſtilletur; quodque hinc exiuerit, cum alia calce noua pari pondere miſceatur; denuoque deſtilletur; atque ita deinceps quater reiteretur. Huc enim aperte facere videntur, quæ Plinius [h] alicubi notauit aſſeuerans, Alia ſæpius vri prodeſt: eademque materia aliud gignit primis ignibus, aliud ſecundis, aliud tertijs. Exerceant ſe in his, atque in ſimilibus Chymicæ artis profeſſores, & experiantur, an ex metallis, aut lapidibus diu ſine conſumptione ſuæ ſubſtantiæ ignem tolerantibus, oleum inflammabile conſimilis naturæ, ac ellychnium educere valeant; nam ex his facile poſtea diutiſſime ardentem lucernam more veterum nullo negocio ſibi comparare poterunt.

[e] Exer. 104. art. 7.

Aſter Samius Tallz.

[f] Cap. 27. lib. de var. rer. c. 50.

Oleum vt e metallis, & lapidibus educatur.

[g] Tom. 1. li. 1 c. 1. q. 1.

[h] lib 36. c. 27

Aperiuntur cauſſæ lucernarum flatu, & aquis inextinguibilium. Cap. XXIX.

CEterum quando reconditarum ab antiquo tempore lucernarum aliquæ celebriores erant flatibus, & aquis inuincibiles, in eis humoris, & ellychnij naturam ex ijs eſſe corporibus coniectamur, quæcumque ignem concipiunt eludentem ventorum, & aquarum violentiam; huius autem generis plurima referunt autores celebrati nominis, plurimaque artis miniſterio conficiunt artificioſorum ignium magiſtri πυροτέχνοι græcis appellati. Cardanus [a] multa, inquit, ſunt mirabilia; quæ tamen, quum cauſſam noueris, ceſſat omnis admiratio: veluti ſulphur cum cera æqualiter diſſolutum, eam reddit inextinguibilem: oportet autem ſulphur valde purum eſſe. Supra etiam [b] vidimus aſbeſtum lapidem igne arrepto extingui non poſſe; Dionyſijque verſiculos adiecimus admonentes

Lucernæ quæ celebriores.

Ardeant in aquis, & ventis quæ.

[a] 18. de ſubtilit.

Candela vt fiat inextinguibilis.

[b] lib. 2. c. 16.

„ *Hic naſci lapidem, qui tacto accenſus ab igni*
„ *Extingui nequeat: quem Graÿ nomine vero*
„ *Asbeſton memorant; ferrei nitet ille colore.*

Et de Thracio lapide ita canentem in Theriacis audiuimus Nicandrum, [c]

[c] li. 2. c. 25.

„ *Vel tu Thraicium flamma ſuccende lapillum,*
„ *Quem licet immergas, merſus tamen ardet in vndis.*

cui adiungimus e Solino [d] herbam Myſiæ reperiri, qua inficitur oleum, quod vocant medicum: hoc ad incendium excitatum ſi obruere aqua geſtias, ardet magis, nec alio ſopitur, quam iactu pulueris. Quod etiam, vt ante notauimus, pulchre concinit Dionyſius Afer in ſuo poemate de ſitu orbis Solinum imitatus his verſiculis

[d] Polyhiſt. c. 23.

Oleum in aquis ardens.

„ *Et Mæſi Thracum borcis in finibus orti,*
„ *In quorum terris, quas Ponti perfluit vnda,*
„ *Ignipotens oleo commiſto gignitur herba,*
„ *Medica cui nomen; cuius compeſcere flammas*
„ *Si quis aqua cupiat, plus ignem paſcit in illa;*
„ *Pulueris hunc iactus potis eſt extingue-*

Hinc

Hinc forte lucernæ plures inter aperiendum monumenta veterum puluere suffocatæ statim extinguebantur. Aliaque plurima notauimus, quæ igne concepto, nec a flatibus, nec ab aquis, quãtumuis excedentibus, vlla vnquam ratione spoliari queunt; adeo arcte flammam complectuntur, pertinaciterque ignem in se retinent. In illis ergo lucernis, quæ ventis, & aquis insuperabiles ab antiquissimo tempore ardentes nuper in priscorum tumulis, & alibi compertæ fuerunt, liquorem, & ellychnium ex ea materia constare oportuit, quæ non solum diutissimum ardorem in exigua su mole continere potest; verum etiam, quæ semel conceptum ignem ab aquis, & ventis quoque vehementioribus insuperabilem, inextinguibilemque tueri valet. Hæc materies, & eius apparandi ratio, veteribus agnita, hoc nostro æuo ignota, si ex propositis in hoc opere a me antea notis multiplici eruditi, sedulique Chymici experimento; improbo, iugique labore conquisita fuerit, ac Deo bene iuuante demum comperta, diligenti, gnaroque artifici eam denique in admirabilium lucernarum vsum reuocare fortasse licebit. Et profecto non minus arduum est, sed longe difficilius arte ignem parare, qui suopte impetu non sursum feratur, sed ad inferna descendat, quam asbestina, vel quauis alia conuenienti materia oleum, & ellychnium condere, quæ per multos annos in lucerna inextinguibiliter ardeant: Quum ergo Crollius insignis Chymicus in sua Basilica profiteatur se aurum volatile comparare, cuius scrupulus vnus fortius, & potentius fere operatur, quam libra semis pulueris tormentarij: cuiusque granum vnum vel alterum cultro impositum, si suppositа candela accensa incalescat, similem sonum edit, ac si magna aliqua fuisset explosa bombarda; & sonus ille peracutus audienti, & astanti quasi auditum lædit: cuius demum operatio, inquit, contraria est operationi pulueris pyrij; vt enim hic vim suam per superiora ascendendo exerit; ita alter e contra per inferiora saltem deorsum operatur: aliquot scrupuli super laminam ferream satis crassam carbone incensi, illam penetrando perforant: Quid ni etiam Chymicus peritus ex idonea materia lucernam diutissime, ac inextinguibiliter ardentem concinnare valeat? Exerceant ingenij sui vires in admirabili hoc opere Chymici, & improbis laboribus negotij difficultatem superent; nam vtilitatem maximam cum pari gloriam coniunctam ex opere perfecto reportabunt. Qui vero apud Tassonium[e] profitentur, vt supra vidimus, [f] se callere artem parandæ lucernæ sine adiectione fomitis ad quingentos annos ardentis; ij profecto tale magisterium cælantes, publicæ vtilitati, nostri sæculi gloriæ, ac proprio sui ipsorum emolumento, & splendori plusquam nimium inuident.

Auri volatilis mira vis.

[e] var. quæsit. lib. 10. cap. 26.
[f] lib. 1. c. 32.

Ignis qui sponte descendat.



FORTVNII LICETI

De reconditis Antiquorum Lucernis

LIBER QVARTVS,

In quo problemata, quæsita, & difficilia quæque circa determinationes superius habitas contingentia dissoluuntur.

PRÆFATIO

Attexens dictis dicenda.

MVltas hactenus ex historijs habuimus ab antiquo tempore ardentium lucernarum obseruationes, illarum existentiam satis aperientes; pluresque de ipsarum natura, & caussis sapientium virorum opiniones examinauimus; nostramque de proposito sententiam promulgauimus, eamdemque rationibus ex rei natura desumptis comprobauimus: Verum quoniam in superiori theoria multa dogmata proposuimus; ijsdemque assensum dedimus, quæ in dubium reuocari posse videntur; ad operis complementum in hac postrema libri particula difficultates omnes enodare decreuimus, quæcumque circa prius determinata contingere posse videntur.

Marcum Curtium Romæ in flammiuomam caueam se præcipitasse, non in pretium libidinis, sed ob Patriæ incolumitatem. Cap. I.

ATque in primis illud non accipitur, quod ex præclaris autoribus [a] proposuimus, olim Romæ Marcum Curtium Equitem nobilissimum, vt Patriam ab incendio liberaret, se in barathrum igniuomum præcipitem dedisse; nam apud Munsterum [b] in sua vniuersali Cosmographia quidam asseuerant, quum in medio Vrbis foro terra olim dissilijsset; vastoque prærupto hiantia subito inferna patuissent: Quumque diutius spectaculum ita maneret; cunctisque terrorem inferret; tandem interpretantibus Aruspicibus, obstrui barathri amplitudinem posse, si in eo quod esset Romæ pretiosissimum mitteretur: Voluntarie diu iactatis inaniter monilibus Matronarum, M. Curtium equitem Romanum, domo clarum militiæ insignibus sumptis cum equo se in id barathrum præcipitasse;

[a] lib. 1. c. 1.

[b] lib. 2. tract. de Italia.

A sicque concluſum esse: At illum antea postulasse hoc vnum, vt sibi integro anno liceret per singulas noctes dormire cum qua vellet femina: & tum illum sua sponte præcipitem daturum in hiantem speluncam: Id quum obtinuisset; exactusque esset annus, munitum armis, conscenso equo, manibusque prehensa lancea, insilijsse intrepidum in barathrum; quod illico est clausum. Quam

B sane sententiam ego numquam recipiendam esse putaui pluribus nominibus: In primis enim ea nullos habet autores classicos, illustri nomine, ac autoritate dignos, quibus fides adhibeatur. Dein vero quia verisimile non est virum nobilem eo impudentiæ deuenisse, vt a Senatu venerando tam diræ libidinis licentiam expostularet. Deinde quia incredibile prorsus est Senatores, virosque nobiles tam turpiter publico mæ-

C cho, adulteroque suas vxores, filias, atque sorores infami decreto prostituisse. Deinceps autem quia probabile non est iuuenem præcedenti pestilentia tabidum turpi macie confectas mulieres

tam

tam ardenti cupidinis œstro concupiuisse; tamque assiduam, crebramque Venerem exercere potuisse; nam apud eumdem autorem legimus eodem in loco præcedenti anno Romam vniuersam ab ingenti pestilentia correptam fuisse: morbumque adeo grauem, & diuturnum extitisse, vt in nullo sexu dispar extiterit, in nulla ætate dissimilis: quinimmo cunctos per biennium iugiter tabe confeciſſe, vt quos non egit in mortem, eos turpi macie exinanitos, afflictosque dimiserit: Sequenti anno a pestilentia, intra illud biennium tabis, ignei barathri spectaculum apparuit. Posterius quia rationi consentaneum non est Romanos ab igne illo nimium, ac vltra modum exterrefactos tam diuturnam integri anni moram tanto metu voraginis igniuomę consternatos sustinere valuisse. Postremo quia barathrum, quod pretiosissimæ rei proiectu occludi debebat; adeo impuri, ac detestabilis hominis illapsu concludi minime decebat. Nos igitur cum [c] Valerio Maximo, [d] Liuio, [e] Zonarą, [f] Orosio, & [g] Diuo Augustino, alijsque classicis, & probatæ fidei scriptoribus recte dudum cõscripsimus M. Curtium singulari fortitudine, pietateque virum erga Patriam; non molli, & impotenti libidine mulieroſum hominem in feminas, propria vita igniuomi barathri flammas extinxisse; hiatumque illum horribilem suo corpore concluſisse: Rectequę cum Sabæo [h] de Curtio canere sic liceat.

Roma pestilentia ingens.

[c] lib. 5. c. 6.
[d] Decad. 1.
[e] lib. 7. to. 2.
[f] lib. 3. c. 5.
[g] de ciu. Dei c. 18.

[h] lib. 2. pag. 198.

Absorbii inferno patriam tristatus hiatu
Deuota arripuit Curtius arma, & equum:
Sponte & in iratas se se deturbat Eryinnes,
Viuus in ære, & equo constitit ante Deos.
Exangues populi trepidant, fugiuntque timentque,
Et, nisi ad Elysios præcipitasset iter;
Formidaret adhuc Pluto; nam tępore ab illo
Pallescunt Manes, frigida morsq. metu est.

Ex hominum, brutorumque corpore flammas prosilire posse. Cap. II.

[a] lib. 1. c. 1.

QVod insuper asseruimus [a] aliquando ex humanis corporibus ignium scintillas, & flammas emersisse; id a plerisque inter fabulas adnumerandum esse dicitur; vt quod sit merum A Poetarum commentum, non autem Philosophorum documentum vlla vel probabili ratione vallatum; quod ex Virgilio [b] constat aperte, qui non solum ex Ascanij capite fingit ignem prodijsse his carminibus,

[b] 2. Æneid.

Quum subitum, dictuque oritur mirabile „
monstrum,
Namque manus inter, mœstorumque ora „
parentum
Ecce leuis summo de vertice visus Iuli „ Flamma ex Ascanij vertice.
Fundere lumen apex, tactuq. innoxia molli „
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci; „
Nos pauidi trepidare metu, crinemque flagrantem, „
Excutere, & sanctos restinguere fontibus „
ignes.

Verum etiam ex Lauinię crinibus flammam emicuisse concinit [c] inquiens,

[c] 7. Æneid.

Prætereà castis adolet dum altaria tedis, „
Et iuxta genitorem astat Lauinia virgo, „ Ignis ex capite Lauiniæ.
Visa (nefas) comis comprendere crinibus „
ignem,
Atque omnem ornatum flamma crepitante „
cremari,
Regalesq. accensa comas, accensa coronam „
Insignem gẽmis: tum fumida lumine fuluo „
Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis. „

Sed Lucretius inter Poetas Philosophus fabulosum commentum esse ait, præter alia, ignem ex animalium corpore prouenire, suauissimis [d] carminibus hisce,

[d] lib. 2.

Nec tamen omnimodis connecti posse putandum est „
Omnia; nam vulgo fieri portenta videres, „
Semiferas hominũ species existere; & altos „
Interdum ramos egigni corpore viuo; „
Multaque connecti terrestria membra marinis. „
Tum flammã tetro spiranteis ore Chimæras „
Pascere naturam per terras omniparenteis. „
Quorum nihil fieri manifestum est; omnia „
quando
Seminibus certis certa genitrice creata „
Conseruare genus crescentia posse videmus. „

Reuera quidem ex humano, ac omnino ex viuente corpore ignem prosilire id aperte dissuadere videtur, quod vita in calido humido constituta igneam flammarum substantiam nusquam procreare potest; ac eo magis, quo calor innatus mitis est, & longe infra ignis naturam positus; nihilque vltra suas vires ope-

Vita calore humido nititur.

Calor natiuus mitis.

Agit nil vltra suas vires.

operari valet: sin autem ex humano, viuenteque corpore flamma excutitur, exoriturque; illius autorem nil nisi naturale calidum esse par est. Ceterum his non obstantibus a superiori dogmate recedendum non est: Quod enim primo de Poetarum consuetudine affertur, vt vltro concedimus Poetas veritati fabulæ attexere

Poetæ veritati fabulæ attexunt.

ritati sæpenumero fabulas attexere; ita monemus non ideo constare quodcumque pronunciauerit Poeta, & speciatim propositum de igne Ascanij, Lauiniæque, fabulosum, & figmentum purum extitisse. Deinde vero nec inficiari licet

Poetæ non recedunt a verisimili.

Poetas vnquam debere a verisimili recedere; verisimile autem non esset hoc de Ascanij, Lauiniæque flamma prodigium; si ex humano corpore numquam ignium scintillę prodire valerent. Deinceps autem nec a solis Poetis, sed ab Historicis, & a Philosophis, atque a viris fide digniss imis habemus huius euentus præclara testimonia; siquidem apud Apuleium in libro *De Deo Socratis* inscripto legitur Seruius Turpilius flamma colluminatus a capite; ipsique puero illam inflammasse verticem, nec exussisse.

Seruius flammam halauit e capite.

Plinius [e] etiam idem de Seruio testatur, & Maximus Valerius. Adijciuntque Liuio [f] Mario, seu Martio in Hispania, interemptis Scipionibus, concionanti, & milites ad vltionem exhortanti arsisse simili modo flammam in capite. Alexandrinus Medicus Megetius a vertebro coxæ in laborante coxendice ignem exijsse, & oculos combussisse testatur Simplicij testimonio, &

Ignis a coxendice exijt.

Philalthei [g] relatu: cui & Theophrastus ex carne etiam elicere ignem docuit; siquidem ab oculis segregari flammas asseruit, præsertim hominis: Quod & sibi iuueni sæpe contigisse testatus est mihi coram Gasparo Bragatia, Viro Musis dilectissimo, Paullus Benius in hoc Patauino Lyceo litterarum Humaniorum primarius interpres. Atque hinc haberi caussam existimo admirabilis eius euentus, quod circumfertur de

Noctu in tenebris vt plerique videant.

plerisque viris, qui noctu in tenebris a somno excitati vident obiecta præsentia per notabile spacium temporis; nimirum aere tunc illuminato a flammula ex eorum oculis prodeunte; de qua & Aristoteles [h] alicubi meminit; vt etiam contingit felibus noctu mures venantibus emisso ab oculis fulgore intermedium aerem illustrante, sed tamen citra flammigationem; est enim ex oculis prodiens fulgor ille radius non ignitæ lucis innatæ oculo illius animalis. At etiam Cardanus inter miracula, inquit, [i] hominis magnum illud censeri debet, quod cuidam Monacho Carmelitani Ordinis per annos tredecim perpetuos euenit; nam quoties capitium reducebat ad occiput, scintillæ ignis e capillis erumpebant; atque ea de caussa ad conuiuia frequenter vocabatur: casu fiebat, quod etiam arte facere licet; in obscuro facilius; quoniam & sine igne multa splendorem ignis emittunt. Huc ea faciunt alia, quæ dudum in opere nostro [k] *De Spontaneo viuentium ortu* adnotauimus, nempe Ioachimum Fortium [l] Ringelbergium confiteri sæpenumero per nigri equi collum manu sursum, ac deorsum in tenebris ducta, vndique ignium scintillas erumpere se conspexisse. Alios audiui se in frictione nigræ felis e dorso belluæ flammas excutere solitos. Theodorici etiam pater ex toto corpore scintillas dicitur profudisse, dum in tenebris fricaretur. A patre meo Iosepho Liceto sæpius audiui se iuuenem in Corsica Illustrissimo Gubernatori pro Serenissima Genuēsium Republica Medicinam faciem, Francisco Guido Iureconsulto familiariter vsum; qui sępicule, dum nudus in lecto recumberet, casu brachia sibi manuum frictione læuigans flammas conspicuas excitabat. Pisis etiam, dum Philosophiam publice docerem, ab Antonio Cianfio bibliopola intellexi se, quum subuculam nuncupatam, lineamque interulam arctiorem exueret, flammas e dorso, & brachijs crepitantes efflasse, magna cum familiarium præsentium admiratione, ac formidine. Hoc idem frequentissimo in more positum fuisse Maximo Aquilano Medico, Petrus Lupius inter Pisani Peripati professores eximie doctus olim amplissimo testimonio mihi retulit. Quod autem dein ex Lucretio proponitur multiplicem habet solutionem; prima est, quia Lucretius non ait fabulosum esse flammam ex animalium corpore prodire absolute, sed solum fabulosum animal ait esse Chimæram flammas euomentem;

Feles cur noctu videant mures.

[i] 8. de variet. c. 43. Carmelita ignem e capillis excutiens.

[k] lib. 1. c. 126

[l] lib. experimen. Flamma prosilien. ex collo equi.

Felis dorso flammigans.

Homines frictione ignem halantes.

[a] li. 2. c. 107. & li. 36. c. 27.

[f] lib. 1. c. 6. Mario arsit flamma in capite.

[g] 3. cæl. com. t. 30. 31.

[h] de sens. & sens. c. 2.

tem; quod noſtro placito non aduerſatur. Deinde Lucretius ait fieri non poſſe vt ſæpenumero, & vbique locorum paſſim videantur animalia ignem eructantia; ſed id inter monſtra referens, non inter vulgaria euenta, ſententiam noſtram non demolitur, qua ſtatutum fuit aliquando, & raro contingere vt ex animalium corpore flamma proueniat. Deinceps ſi obſtinate quis contendat ibi Lucretium abſolute negare ignem ex animantis corpore prodire; nos autoritatem Lucretij dicemus cedere debere multiplici experimento nuper in oppoſitum allato; nam & ſemiferas hominum ſpecies extitiſſe vidimus in opere noſtro [m] *De Monſtrorum natura, cauſſis, & differentijs*; Vbi etiam vidimus ſpeciatim

[m] lib. 2. c. 58. & ſeqq.

„ *Multaque connecti terreſtria membra marinis*;

„ ---------- *at altos*

„ *Interdum ramos egigni corpore viuo*

animantis adnotauimus in libro [n] *De Spontaneo viuentium ortu*; vbi ex [o] Ariſtotele, [p] Theophraſto, [q] Plinio, & Scaligero cognouimus ederam enatam e cornibus cerui viuentis: ex [r] Plutarcho culmum hordeaceum geniculatum exortum in veſica hominis: Ex Conrado Rubeaquenſe ſpicam farris genitam e naſo mulieris viuæ: ac ex quotidiano experimento muſcum herbam, & algas, aliasque ſtirpes oriri paſſim e dorſo balenæ, teſtisq. cancrorum: Quibus nunc adijcimus Athenæum, qui ex Hecatæo referens in vtero canis Oreſtei genitum fuiſſe truncum vitis, vt bene noſtrum dogma corroboret; ita male non aſſentitur Ariſtoteli agenti de ortu ederæ in cornu cerui; quaſi facilius ſit in vtero canis truncum vitis exoriri, quam ederam in cornu cerui prouenire. Sed animalia igneum anhelitum ſpirare tanto facilius eſt, quanto quod expiratur eſt fuliginoſa, & ignea exhalatio prodiens e corde animalium; in quo [ſ] Ariſtoteles, & [t] Galenus igneum calorem vehementiſſimum agnouerunt: Quidni ergo fieri poſſit vt animal quodpiam temperamenti calidiſſimi, & ira ingenti percitum aliquando ex ore, ac naribus flammeum ſpiritum efflet? Lucretio damus id vulgo, & paſſim non fieri; ſed alijs arguentibus noſtram ſententiam id

[n] lib. 3. c. 28. & ſeqq

[o] 9. hiſt. c. 5.

[p] 2. de cauſ plan. c. 23.

[q] li. 8. c. 32.

[r] 8 ſympoſ q. 9.

Plantę ortæ in viuente animali.

Vitis truncum enatu in vtero canis.

Ignem ſpirare poſſe animalia.

Igneus calor in corde.

[ſ] de iuu. & ſen. c. 3.

[t] 2. de temper. c. 3. de fæt. format. c. 3. 1. de ſem. c. 8.

A fieri non poſſe negamus. Ad poſtremam autem rationem concedentes vitam in humido calore conſtitutam eſſe; caloremque naturalem eſſe mitem; & nihil vltra ſuas vires operari poſſe; negamus tamen ab interno calore animalium non poſſe vnquam excitari flammam vlla ratione; nam & exhalatio ignea in corpore gigni poteſt, quæ facile inflammetur; & calor naturalis multis de cauſſis acui poteſt in igneum, qui flammas excitet. Sed & altius petito principio admirabilis huius euentus cauſſas ex rei natura nunc operæ pretium eſt indagare.

Flamma vt excitetur e viuentis corpore.

B

Quæ ſit cauſſa phyſica ignis, qui ex humano, ac ferino corpore viuente quandoque prodire viſus eſt. Cap. III.

NEc profecto admirando huic effectui cauſſa deeſt naturalis, eaque multiplex: Prima quidem ex lambentis illius ignis, fatui nuncupati, qui paſſim conſpicitur in aere, genitus ex calidis exhalationibus de terra ſurgentibus; quæ in aerem ſublatæ, ac vi frigoris ſeu nocturni, ſeu diurni aut hiemis, aut mediæ regionis cogentis arcte coactæ per antiperiſtaſim facillime igneſcunt: ſic Ariſtoteles [a] in aeris media regione vndique a frigore circumobſiſtente concluſam, comprehenſamque fumidam exhalationem igneſcere ſcribit in fulmen, fulgurve coruſcans: conſimilis ergo exhalatio forte fortuna in eo aere, qui caput Aſcanij circumdabat, accenſa flammam eius crines lambentem procreare potuit. Altera vero cauſſa peculiaris eſt in flamma Lauiniæ; quia conſueuerant olim Reginæ ſacrificaturæ capillos vnguentis odoratiſſimis delibutos habere; in quorum compoſitionem quid naphthæ, vel rei naphthæ ſimilis cũ aqua vitæ potuit ingredi; quod etiam eminus ab ardente cereo, lampadeve, lignove flammam ſibi arripere, concipereque valeret: nouimus enim ex Plinio [b] naphthæ magnam ineſſe ignium cognationem, tranſilireq. ignes in eam protinus vndecumque viſam: ita ferunt a Medea pellicem crematam, poſtquam ſacrificatura ad aras acceſſerat, corona igne rapta: ſed quia naphtha inextinguibili fere, noxiaque flamma exar-

Ignis fatui natura.

C

Fulminis, ac fulguris origo.

D

Reginæ ſacrificaturæ vt ornarentur.

Lauiniæ ignis in vertice vnde ortus.

E

[a] 2. meteor. ſum. 4. c. 1.

[b] lib. 2. c. 105

Naphtæ flamma noxia.

exardet; propterea vel aliquo medicamine correcta,& attemperata naphtha, vel potius quid consimile naphthæ in eo vnguento esse potuit, quo delibuti fuerant Lauiniæ crines, vt facile vndecumque visam sibi flammam arriperet; siquidem Plinij [c] testimonio a Pythagora Aproxis appellatur herba, cuius radix e longinquo concipit ignes, vt naphtha: Sed in eo dissimile, vt haberet quoque in se quid, quo a flammis noxia virtus auferretur: nouimus enim circulatores succo semperuiui taurino felli permisto, quibus arsenici rubri, & aluminis pulueres insperſi fuerint; vel simplici succo herbę palmę Christi sibi manus inungere; cuius beneficio postea ignem, candentia ferramenta, plumbumque liquatum impune contrectant. Tertia caussa est, eademque communis, quod ex humanis, ferinisq. corporibus assidue per occultos cutis meatus halant exhalationes fumidæ, igneæve, genitæ vi caloris interni ex partium solidarum substantia; quarum exhalationum crassiores, ac terrestriores in pilos abeunt; tenuiores autem, magisq. igneę in halitus insensibiles; quos vbi frigiditas externa cogat, cur in flammam quādoque non appareant? Sic profecto in maximis æquoris tempestatibus halitus multi ex nautarum maximopere laborantium corporibus sursum sublati ad nauium antennas, malosve: atque ibi ab aeris intensiore frigore coacti coruscare solent in flammulas: quas Castoris, Pollucis, Helenæq. nomine prisci nuncupauerunt: ac Diui Nicolai, & Hermi, Sanctæque Claræ nostrates appellant: dixerim propterea ex Ascanij corpore surgentes halitus a frigore aeris coactos micare potuisse in ignem tenuitate innoxium: vti est flamma in aqua vitæ accensa: quam impune contrectamus. Deinde cur non poterit ex aliquo corpore spirans exhalatio esse tum crassiuscula, quæ visu conspiciatur: tum etiam multi particeps ignis, quæ flammam represented? id pręsertim eueniet, si frictionibus aperiatur aditus multæ exhalationi: nam hæc per arctiores meatus abit in ignem summa sui raritate inadspectabilem: Ac certe Aquilanus, Guido, & Cianfius homines fuerunt adusta melancholia refertissimi: ex

[c] lib. 24 c. 14.

Aproxis herba e longinquo concipit ignes.

Circulatores quo præsidio ignem impune tractent.

Humani halitus vt in flammas emicent.

Nautarum salutares flammulæ vt oriātur.

A quorum proinde corporibus igneārum exhalationum magna manus attolleba-
tur: frictioque Guidi erat ab adurentis
exhalationis carnes vellicantis molestiore morsu accersita. Quarta caussa
est, quia huiusmodi exhalatio prodiens
ex animalium corpore potest ad igneā
naturam esse valde propensa, quæ fri-
ctionibus attrita vltimam ad ignem di-
spositionem acquirat; & statim ab igne
in quouis misto existente, atque adeo
B ab igne propriarum carnium, vestiumve
possit inflammari: Non alia sane ratio-
ne attritus aer intermedius affrictu cha-
lybis cum silice; necnon ederæ aridæ
cum lauro viridi; atque absolute duo-
rum quorumcumque lignorum confri-
catione; quod vulgo faciunt Occiden-
tales Indi ad vsos domesticos ignem si-
bi comparaturi; aer inquam medius at-
tritus disponitur maxime ad igneam na-
turam induendam; quam demum acqui-
C rit immediate ab igne delitescente in li-
gnis, lapide, chalybeve; licet ignis ille in
misto mire labefactatas, confractasque
a contrarijs sibi permistis, atque adeo
exillimas vires obtineat; nam vbique
patientis summa dispositio supplet im-
becillitatem virium efficientis caussæ:
Quinimmo si aer multo magis a natura
ignium distans, quam exhalatio de vi-
uente corpore prodiens, confricatione
sola lignorum; in quibus multo minus
ignium inest, quam in animalibus; vti
D nos edocet Aristoteles [d] animæ nobi-
liori plus caloris in corpore tribuens;
soloque confrictu lapidis, & chalybis, in
quibus minimum insidet ignis; si aer in-
quam attritus in ardentis ignis scintillas
facillime commutatur; cur non ignea
exhalatio consimili affrictu attrita ex
animalium corporibus exiens in flam-
mulas emicare valebit? Quod autem
obijcitur de animalium calore miti, hoc
nobis non officit, tum quia calor anima-
E lium viuentium acrior est, quam ligno-
rum, lapidum, & chalybis caliditas; ex
quibus tamen affrictis ignium scintillæ
prodeunt facillime: tum quia [e] Galeno
autore, [f] Columbo, & [g] Laurentio
quoque obseruatore, [h] Aristoteleque,
immo & sensu comprobatore, in sini-
stro cordis ventriculo calor igneus insi-
det immissum, impositumque digitum
anatomici viuam carnem secantis com-

Igni... ...atur affrictu chalybis, & silicis.

Lignorum cōfrictu flamma vt excitetur.

Ignis in misto mire labefactatus.

Dispositio patientis supplet imbecillitatē agentis.

[d] de respir. c. 13.

Calor animalium acrior quam lignorū, [e] de fœt. format. c. 3. 2. de temper. c. 3. & 1. de sem. c. 8. [f] lib. 14. anatom. [g] lib. 3. q. 14. [h] de iuu. & senect. c. 3.

Cordis calor intensissimus.

burens: tum quia exhalatio ab interno calore de ſubſtantia corporis exiens vel a frigore ambientis per antiperiſtaſim accendi poteſt in ignem; vel etiam (& hæc propoſiti euentus eſt cauſſa in ordine quinta) inflammari poteſt a proprio exhalationis igne, caloreve viuidiori aliorum elementorum partes ſibi commiſtas conſumente; ijs enim non amplius ſibi repugnantibus, exultat in flammam ſurſum aſcendentem: Atque hac ratione fimeta ſæpenumero ſponte accenduntur; & [i] Galenico teſtimonio fimus columbaceus olim a ſemetipſo ignem concepit. Poſſunt igitur multas ob cauſſas ex hominum, brutorumque animalium etiamnum viuentium corporibus flammæ, ſcintillæque ignium naturaliter emicare.

Exhalatio animalis vt igniri poſſit.

Fimeta vt ſponte ignem concipiant.

[i] de cauſ. morb. c. 2.

Cælij, Volaterrani, & Alexandri ſententia de veritate lucernæ Tulliolæ; ac de conditura cadauerum antiquorum expenditur. Cap. IV.

ILlud prçterea quibuſdam ſuſpectum eſt, quod antea [a] conſtituimus in ſepulchro Tulliolæ Ciceronis filiæ compertam fuiſſe lucernam adhuc ardentem; nam de hac re ne verbum quidem Cælius [b] Rhodiginus, qui de Tulliolæ ſepulchro tractat ex profeſſo; neque enim par eſt virum in exarandis, explicandisque vetuſtatis monumentis diligentiſſimum, adeo admirabile, dignumque memoria inuentum ſilentij tenebris inuoluiſſe. Quinimmo nec Alexander ab Alexandro [c] admirabilium rerum ſtudioſiſſimus indagator, qui tunc temporis Romę fuit, & inuentionem ſepulturæ illius exponit, quicquam in ſuis *Dierum Genialium* commentarijs de huiuſmodi lucerna retulit; ait enim citatis verbis, Memini dum Romæ agerem, in vetuſtis ſepulchris, quæ in via Appia plurima viſuntur inter ædificia, hortosque, inter coagmenta lapidum erutum cadauer fuiſſe multo æuo vetuſtum adoleſcentulæ mulieris, facie, capillo, oculis, naribus, & reliquis lineamentis prorſus integris, & incorruptis; niſi quod veſtigia liquaminum, & vnguentorum, quibus delibutum fuerat, apparebant recenti ſpecie; inſcriptione nulla, qua nomen defunctæ innoteſceret: Pomponius [d] tamen vir vt in ea ætate veterum litterarum impenſe doctus, Tulliolam Marci Tullij Ciceronis filiã, de cuius obitu ad Seruium Sulpicium ſunt epiſtolæ; aut Priſcillam Abaſcantij, de qua Silua Papinij extat, fuiſſe augurabatur: Id quibus argumentis aſſeueraret, quum nulla inſcriptionis veſtigia extarent, prorſus neſcimus. Hæc ille. Ac certe Domitius in commentarijs marginalibus ad hunc Statij locum, quo Priſcillæ tumulus deſcribitur his metris,

Eſt locus ante vrbem, qua primum naſcitur ingens
Appia; quaq; italo gemitus Almone Cybelle
Ponit, & ideos iam non reminiſcitur amnes;
Hic te Sidonio velatam molliter oſtro
Eximius Coniunx (nec enim fumãtia buſta,
Clamoremque rogi potuit perferre) beato
Compoſuit, Priſcilla, toro; nil longior ætas
Carpere; nil æui poterunt vitiare labores
Siccatam membris tantas venerabile marmor
Sæpit opes ----------

aſſerit Priſcillam hoc eodem loco ante Vrbem Romę in via Appia repertam eſſe integram cum hiſce aromatis, tempore Sixti Pontificis Quarti: & ex hoc loco Papinij Pomponius Priſcillam fuiſſe coniectatur, quæ ſine inſcriptione in tumulo defuncta inuenta eſt ætate Volaterrani. Raphael item [e] Volaterranus eodem tempore Romæ degens, quo Tulliolæ ſepulchrum detectũ fuit, nullius lucernæ mentionẽ habet; ait enim, Vngebantur quoque corpora, & cum aromatis condebantur tanta cura, vt nos Romę teſtes ſimus ante paucos hos annos feminam in tumulis Albanis fuiſſe effoſſam, ſupra mille tercentos annos ſepultam vt e veſtigio ſepulchrorum animaduertimus; integram membris, craſſo opertam vnguento: Quidam auſi Tulliolam dicere, quod eodem prope loco multa Tulliorum memoria, & Herenniorum, & Tulliolæ reperta fuerint. Sic ille. Ceterum hæc noſtram ſententiam nihil turbare poſſunt. An quia lucernæ Tulliolæ autores iſti non memnerint; propterea fides abroganda eſt illis, qui eam ſe vidiſſe fatentur? Non meminit eius lucernæ Cælius vel quia quidquam de illa non audiuit; vel quia quod afferebatur de illa, non credidit; vel quia, vt Alexander, &

[d] lib. 5. ſilu. 1.

Priſcillæ cadauer.

[e] lib. 31. cap. penult.

Cadauera Romæ vt conderentur.

[a] lib. 1. c. 7.

[b] lib. 2. c. 24.

[c] lib. 3. c. 2.

Vo-

Volaterranus, tam diuturnæ flammulæ A cauſſam reddere fortaſſe neſciens, effectum ſilentio tegere ſatius eſſe duxit, quam ſe rationem illius non callere mundo apertum facere: ſed ſi non meminerunt huius lucernæ ſcriptores iſti, haud tamen proinde ipſam negauerũt; Neque enim Vollateranus [f] de Pallantis lucerna mentionem facit, qui tamen de Pallantis eiuſdem cadauere in tumulo dudum inuento ex Martiano, ſeu verius ex Martiniana hiſtoria meminit. Quin, etiamſi Tulliolæ lucernam Cęlius negauiſſet, illorũ potius teſtimonio, qui ſepulchri detectioni, apertionique interfuerunt, quam abſenti Cælio, credendum eſt; qui ex auditu habuit, quod hac de re litteris conſignaret: quandoquidem vetus eſt decretum, Teſtem vnum oculatum pluris eſſe faciendum, quam auritos decem: ſed & in propoſito non ſolum auritum teſtem fuiſſe Cælium, minimeque oculatum, verum etiam deceptum, illud apertum facit, quod a vero longe aliena protulit aſſereus cadauer ipſum mulieris in vrbem delatum tridui mora computruiſſe, medicamine illo, quo conditum fuerat, amoto, aut vitiato: Certum eſt enim ſi tale cadauer aromatibus conditum fuiſſet, talique medicamento mille tercentos annos a putredine intactum perduraſſet; ſola medicamenti remotione tam cito putredinem concipere non potuiſſe, vt ſolius tridui mora corrumperetur; neceſſarium etenim fuit corpus eam temperaturam putredini reſiſtentem adeo alte per tot annorum centurias ab eo medicamento ſibi comparauiſſe, vt habitum ſibi eam inducrit difficillime a ſubiecto mobilem; nam qui per octo dies tantum in Sole ardente manſerit, ille cutis nigrorem eum contrahit, quem neque per quatuor hebdomadas abijciat. Manifeſtum eſt etiam medicamen, quo tamdiu cadauer a putredine immune conſeruari potuit, ternæ dieculæ aeri expoſitum adeo vitiari nequiuiſſe, vt ſtatim cadauer inde computreſcere valuerit: Rationi vero conſentaneum fuiſſe ſpacio mille quingentorum, tercentorumve annorum id corpus ab eo medicamine, quo ſeruabatur imputre, talem habitum contraxiſſe, vt demum eo medicamento amoto cadauer illud ex ſe a putredinis labe immune diutius etiam conſeruari potuerit, inde liquido conſtat, quod experimento compertum eſt cadauera, quæ apud nos etiam nunc per multos annos balſamo aliquo ſeruantur imputria, ſi ab eis medicamina huiuſmodi tandem remouentur, nonniſi poſt plures menſes, & ægre computreſcere. Amplius autem ratio condiendi cadauera, quo diutius a putredine præſeruentur; id quod fit exenterato mortuo corpore, intusque pulueribus aromatum repleto, foriſque balſami liquoribus inuncto; hæc inquam ratio condiendi demortuos aperte ſatis oſtendit, vbi per multos menſes, nedum per annos plurimos huiuſmodi medicamen in eo corpore manſerit, non poſſe poſtea vlla ratione ab eo remoueri, ſiquidem altiſſime penetrat horum omnium vis, & cum virtute materia penitiores corporis defuncti partes, ita vt amplius ab eo ſeparari non poſſe videatur; reipſaque nonniſi poſt diuturnum tempus inde ſeparetur, ſenſim ſine ſenſu fatiſcente medicamine, ac vna ſecum defuncti corporis ſubſtantia. Præterea vero Tulliolæ cadauer non aromatibus conditum, non vnguentis vllis delibutum, ſed loci ſola ſiccitate omnem putredinem procul arcente diutiſſime ſeruatum fuit, ſeu potius redactum in pulueres priſtinam figuram adhuc retinentes; quam tactu ſtatim amiſerunt concidentes, vt Sueſſanus ille Niphus [g] alicubi teſtatum reliquit: Quod autem Cęlium, & alios forte fefellit, eſt, quoniam ijſdẽ temporibus Sixti IV. Pontificis in eadem via Appia Romę detectũ fuit aliud muliebre cadauer aromatibus cõditum, in cuius tumulo non erat lucerna, nec inſcriptio vlla; vt Alexander, & Volaterranus aſſeuerant; quum Tulliolæ ſepulchrum, & lucernam intrinſecus, & inſcriptionem extrinſecus haberet: ſed quod Tulliolæ corpus in pulueres illico diſſolutum euanuerit, aliud vero vnguentis delibutum diutule permanſerit, hoc pro eo non amplius viſo, viſibilive receptum fuit. Verum & ibidem eodem anno tertium cadauer femineum erutum fuiſſe, nimirum corpus Iuliæ Priſcæ confitetur Libauius, [h] dum inquit, Apud Romanos quoque aliquos vn-

[f] lib. 33. cap. de cæl. & ter. progenie.

Teſtis vnus qui ſit præferẽdus decem.

Habitus difficile mouetur.

Mortuos condiendi ratio.

Tulliolæ cadauer cur ſine aromatibus diu durauerit.

[g] 4. meteor. in fin.

[h] lib. de cadau. emer.

ctos repositos fuisse historia confirmat; anno enim Domini M CD L XXXV. in Italia, Quinto ab vrbe lapide, ad portam Appiam muliebre cadauer est repertum in sepulchro marmoreo plane integrum virtute balsami, mirrhæ, olei cedrini, & aliorum, quibus fuit perfusum, & digitorum duorum crassitie oblitum: oculi aperti, lineamenta salua, speciesque seruata: nomine Iuliæ Priscæ Secundæ Q. Clodij filiæ. Hinc de proposito scriptorum varietas, quod tria quum eodem in loco, eodemque fere tempore mulierum cadauera detecta sint; Tulliolæ vnum cum ardente lucerna, & nominis inscriptione; Iuliæ Priscæ Secundæ alterum cum inscriptione, sine lucerna; & tertium sine lucerna, & absque inscriptione mulieris adhuc ignotæ: vnum pro altero nobis descripserunt Cælius, Alexander, & Volaterranus. Nos ergo cum Pancirolo, & alijs dudum [i] obseruauimus Tulliolæ cadauer in suo monumento habuisse inscriptionem, & ardentem etiam tum lucernam.

[i] lib. 1. c. 2.

Cadauera quædam ob vetustatem in sepulchris resolui tandem in pulueres pristinam figuram hominis in se retinentes. Cap. V.

[a] lib. 1. c. 2.

REspuunt quoque plures id, quod [a] nuper, & olim asseuerauimus, in vetustissimis quibusdam monumentis pulueres inueniri sub pristini cadaueris forma consistentes; qui tactu dissoluantur, dispersique humanam figuram protinus exuant: Quamuis autem insignes viri suum hoc placitum nulla ratione communiant; quia tamen eorum autoritas multa est in populo; necessarium duximus eorum opinionem redarguere: Id autem facile tum Aristotelis autoritate; tum etiam experimento conuincere poterimus: Aristotelis [b] quidem autoritate, quia ipse perspicuis verbis alicubi asserit, Omnia enim potentia quadam sunt faciendi, aut patiendi, sicut & caro, & neruus; sed rationes ipsorum non certæ: quare, quando existunt, & quando non, non facile est perspicere; nisi valde deperditum fuerit, & figuræ solæ fuerint reliquæ; vt inueteratorum mortuorum corpora, quæ subito fiunt cinis in sepulchris; & fructus solum figura; secundum sensum autem non videntur inueterati valde; & quæ ex lacte concrescunt. Ita ergo plene, planeq. testatur Aristoteles contingere posse vt inueteratorum mortuorũ corpora sensui videantur integra, & cõsistentia, solidaq. in sepulchris antiquissimis; quæ tamen solo contactu subito fiant cinis, puluisve terreus; vt quę in eo consistente cinere solam obtineant pristinam figurã; cetera omnia priora perdiderint, soliditatem, humorem, calorẽ, continuitatem, & id generis alia recenti cadaueri necessario inexistentia. Experimento autem, quia Niphus ille Suessanus in huius loci commentario inquit Aristotelem afferre hic exemplum de cadaueribus virorum, quæ inueniuntur in sepulchris post multos annos mortuis, quæ videntur dormire, propterea quia figura ex aliqua causa occulta nõ fuit corrupta in illis: Nos autem arbitramur huiusmodi cadauera in siccissimo loco, in tranquillo aere, ac eiusdem tenoris semper manente, ab interno misti calore, ac igne sensim sine sensu corruptam fuisse omnem humiditatem & aqueam, & aeream; quibus denique omnino consumptis, ignis ille sursum euolauerit, remanentibus partibus misti terrenis sub specie pulueris, ac cineris, pristinam figuram adhuc retinẽtibus; quia numquam extrinsecus accessit vis vlla eos dispergens, atque perturbans; & quia cadauer cita, celerique putredine non diffluxit in humores secum partes misti terreas comportantes, figuramque pristinam obliterantes: Et tandem (subdit Suessanus, in vetustis illis cadaueribus) caro est corrupta; nam quum tanguntur, in cinerem vertuntur; veluti de Tulliola Marci Tullij Ciceronis filia euenit; hæc enim post multos annos in sepulchro inuenta, quum eluata esset, in cinerem cecidit: Suessæ etiam obseruauimus de quodam viro mortuo, per multos annos, quorum non erat memoria, & in sepulchro seruato; illius enim figura fere nulla ex parte mutata erat; verum, quum tactus fuit, mox in cinerem versus est: Et dicit Aristoteles velut inueteratorum mortuorum corpora, quæ quum tanguntur, subito cinis fiunt in sepulchris.

Cadauera cur tactu abeunt in puluerem.

[b] 4. meteor. cap. vlt.

Præ-

Præterea, tertium experimentum habemus ex Ioanne Boccatio [c] in sua Deorum Gentilium Genealogia, qui refert suo æuo apud Drepanum Siciliæ oppidum in antro quodam grandi repertum fuisse cadauer hominis sedentis, manu sinistra innixum baculo, nulla ex parte corrosum, aut diminutum; qui baculus ingens tactus abijt in cinerem e vestigio, remanente baculo plumbeo minori olim ad pondus intra maiorem incluso: Quin etiam postea hominis statura tacta æque corruit, & in puluerem omnis fere versa est; tribus tantummodo solidis dentibus remanentibus, & parte cranei anteriore firmissima, & osse alterius cruris; quam historiam fuse retulimus in opere [d] *De Spontaneo viuentium ortu*.

[c] lib. 4. c. 68.

[d] lib. 4. c. 6.

Cadauera qua ratione integra permanere valeant vltra mille annos.
Cap. VI.

NEc fidem adhibent aliqui ei, quod allatum est antea [a] de corpore Pallantis Euandri Regis Arcadum a Turno interempti; nempe cadauer illius integrum mansisse vsque ad annum Domini M C D I. quo tempore prope Romam a villicis fodientibus detectum fuisse dicitur; tum quia non putant insignes viri tot annorum centurias cadauer integrum seruari posse; tum quia falsum esse arbitrantur corpus humanum inueniri tantæ proceritatis, vt altitudine superare valeat muros Vrbis Romæ; vulnusque in pectore quatuor pedes longum habere queat. Quibus tamen instantijs non erit difficile obuiam ire, si rei naturam consuluerimus. Ad primam oppositionem quod attinet, potest in primis cadauer Pallantis fuisse puluis pristinam figuram solummodo retinens; in qua vera spectaretur longitudinis mensura, & vulneris imago: vt [b] nuper ex [c] Aristotele, Suessano, & Boccatio didicimus. Potest deinde cadauer a siccitate loci in aere non mutato sic exsiccatum fuisse, vt integrum vltra mille annos conseruari valuerit in loco procul ab omni humiditate; quæ causa est vbique putrefactionis: nouimus etenim piscium cadauera fumo exsiccari ad longissimam duratio-

[a] lib. 1. c. 11.

[b] cap. 5.
[c] 4. meteor. c. vlt.

Cadauera fumo siccata.

nem. Potest deinceps virtute balsami, & aromatum adeo condiri cadauer, vt in loco sicco ad plures Olympiadum centurias integrum seruetur: Quod nuper [d] obseruauimus in Iuliæ Priscæ, alteriusque Romanæ mulieris cadaueribus; & multo antea [e] quoque notauimus ex Papinio [f] in Priscillæ Abascantij cadauere contingere potuisse. Potest deniq; cadauer humanum etiam non minus quam vegetale petrificari: si enim Strabonis [g] obseruatione apud Memphim reliquiæ ciborum, qui operantibus antiquas Pyramides supererant, in lapidem induratę pristinam figuram, & magnitudinem lentis, & granorum hordei semidecorticatorum adhuc retinent: sique fætus humanus in vtero matris viuæ lapidescere potuit; vt ex Tuano historico, Aliboso, Prouencherio, Laurentio, Quercetano, Bonamico, & Riolano compertum fecimus in opere nostro *De monstrorum natura, caussis, & differentijs*; multo sane magis in terræ visceribus conditum cadauer lapidescere valet; sed & Io: Antonius Maginus [h] in descriptione Pergami patriæ Galeni ait in eius agro esse lapidum fodinas, in quibus olim homines inuenti sunt plures in lapidem mutati, nempe illi, qui metu belli intra eas occultati, fame interierunt; quippe terræ sinus locus est lapidum generationi multo aptior, quam viuentis mulieris vterus: lapideam vero naturam quomodocumque sortitum corpus humanum, quidni etiam vltra duo annorum millia integrum perdurare queat? tale quid autem Pallantis cadaueri contingere quiuit; etiamsi reuera non acciderit; prostaret enim adhuc eius statua Romæ a natura genita. Sed ad secundam obiectionem quod attinet, Magnitudo illa cadaueris altitudinem mænium vrbis Romæ superans, nihil nos turbat; tum quia muros vrbis in aliqua parte audiuimus tantæ non esse altitudinis, quin ab homine giganteæ staturæ superari valeant: tum quia gigantes immanis proceritatis olim vere fuisse in mundo, sat superque nuper ostendimus in libris [i] *De Spontaneo viuentium ortu*, quam theoriam non est vt hoc in loco repetamus: Sat erit illi nunc adijcere, quod nouissime tum apud [k] Solinum ob-

[d] cap. 4.

[e] lib. 2. c. 59.

[f] li. 5. silu. 1.

[g] lib. 17.

Cadauera posse lapidescere.

[h] pag. 206.

Homines petrificati.

Gigantes fuisse.

[i] li. 4. c. 19. lib. 4. c. 6.

[k] Polyhist. cap. 4.

obseruauimus, in Creta humanum cadauer inuentum esse cubitorum trium, atque triginta; cuius inspectandi cupidine L. Flaccum Legatum, Metellum etiam ipsum impēdio admodum captos miraculo, quod auditu refutarant, oculis potitos: tum etiam de Antæi cadauere legimus in Vita Sertorij apud Plutarchum ita scribentem, Paccianum a Sylla cum exercitu missum Ascali subsidio occidit Sertorius in acie; victorque copias Pacciani sibi adiunxit, oppidumque Tingi, quo confugerat cum fratribus Ascalis, expugnauit: Ibi Antæum tradunt Afri conditum; eiusque tumulum eruit Sertorius, non habita barbaris fide, ob magnitudinem: Vt corpus offendit sexaginta cubitos, vt fama est, longum; cæsis victimis tumulum adaggerauit; honoresque, & famam eius amplificauit. In quorum confirmationem Pomponius Mela Tinge oppidum, inquit, [l] peruetus ab Antæo (vt ferunt) conditum, extat rei signum parma elephantino tergore exacto ingens, & ob magnitudinem nulli nunc vsuro habilis; quam locorum accolæ ab illo gestatam pro vero habent, traduntque; & inde eximie colunt. Giganteam vero proceritatem, ac molem etiam habuisse Pallanta Euandri filium, inde satis constare potest, non solum quia singulari certamine ausus est congredi cum Turno Rutulorum Rege; de quo sæpe Virgilius ille Maro [m] cum admiratione cecinit,

Ipse inter primos præstanti corpore Turnus
Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est.

verum etiam quia & Pallas ipse a Turno magnus appellatur; Pallantisque interempti baltheus immanis erat; aptumque cingulum Turno fuit, viro giganteæ magnitudinis: Vnde quoque apparet lāceam Turni fuisse maximam; quando habemus in sacris [n] litteris (quas nefas est solo sensu allegorico explicare, neglecto, negatove litterali sensu historiarum) ferrum hastæ Goliath Philistæi gigantis habuisse ferri sexcentos siclos: Quamobrem neque mirum est in grandi pectore Pallantis gigantem Turnum sua tantæ molis hasta vulnus quatuor pedum effecisse: Quæ omnia clare apud [o] Virgilium habentur de Pallante his versibus

----------- iuuenis tum iussa superba
Miratus, stupet in Turno; corpusque per ingens
Lumina voluit -----------

& paucis interpositis, adijcit,

At Pallas magnis emittit viribus hastam,
Vaginaque caua fulgentem diripit ensem;
Illa volans humeris, surgunt qua tegmina summa
Incidit; atque viam clypei molita per oras,
Tandem etiam magni strinxit de corpore Turni,
Hic Turnus ferro præfixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit; atque ita fatur:
Aspice num magne nostrum sit penetrabile telum,
Dixerat: ac clypeum tot ferri terga, tot æris
Cum pellis toties obeat circumdata tauri,
Vibranti cuspis medium transuerberat ictu,
Loricæque moras, & pectus perforat ingens,

& paullo post de Pallantis cadauere Turnus

----------- rapiens immania balthei,

Iurarem dein ego Virgilij [p] magnum illud vaticinium finem habuisse in detectione tumuli, & inuentione Pallantini cadaueris; nam Vates inquit,

Scilicet & tēpus veniet, quum finibus illis
Agricola, incuruo terram molitus aratro,
Exesa inueniet scabra rubigine pila;
Aut grauibus rastris galeas pulsabit inanes,
Grandiaq. effossis mirabitur ossa sepulchris.

Possunt itaque cadauera in vetustissimis conditorijs giganteæ magnitudinis, & integra inueniri.

Ratio quare igniculus, exilisque splendor in maiori lumine conspici nequeat.

Cap. VII.

INsuper autem eius, quod superius [a] asserebamus, fulgorem nimirum, & igniculum in tenebris tantummodo perspici posse, caussam postulant insignes viri, nefas esse dicentes Physiologum quidquam sine ratione pronunciare; asserentesque in oppositum corpora parum lucida splendorem acquirere a lumine viuidiori, ac multo illustriora conspici quam in tenebris; argumento a Luna desumpto, quæ obscuram ex se lucem obtinens dum Solis lumine priuata vmbram terrę ingreditur,

vix

[l] 1. de sit. orb. c. 4.

Pallantis magnitudo.

[m] 7. & 9. Æneid.

Turni moles.

[n] 1. Reg. c. 17

[o] 10. Æneid.

[p] 1. Georg. in fine. Vaticinium Virgilij.

[a] lib. 2. c. 4.

vix aciem oculorum mouet ſua turbidiſſima luce; dum vero Solari lumine gaudet, etiam interdiu longe illuſtrior, & ſplendidior nobis apparet; radiosque viuidos ad nos vſque demittit. Ceterum etſi ego rerum euidentiſſimarum, & quotidianis experimentis comprobatarum veritatem nudam afferri poſſe a Phyſiologo cenſeam, aut ſaltem Ariſtotelis autoritate circumuallatam, non ſemper allata propoſiti cauſſa: ne tamen videar memetipſum ab hoc onere ſubtrahere, laboremq. difficilioris contemplationis ſubterfugere; huius euentus etiam cauſſam ex rei natura indagare conabor. Sunt qui cenſeant viri clariſſimi corpora parum lucida in viuidiori lumine non conſpici, quia viſio non fiat niſi a corpore ſpectabili ſpecies viſibilis feratur ad oculum; modo ſpecies viſibilis lucidi corporis eſt lumen: at vero ab exigua luce tenue proficiſcitur lumen; quod in lumine viuidiori extinguitur anteaquam perueniat ad oculos: Verum hæc opinio non placet; quoniam extinctio eſt ſpecies quædam corruptionis; & fit ſemper a contrario, numquam a ſimili; vt nos alicubi docet [b] Ariſtoteles: modo lumen lumini eſt ſimile, non autem contrarium: & reuera videmus exiguum Lunæ lumen non extingui, ſed perfici a maximo lumine Solis. Scaligero [c] ſubtili placuit medium illuſtratum recipere ſpeciem valentiorem, id eſt Solis lumen; & eidem innuitur in lumine valentiori non recipi debilius; vel, ſi recipiatur, non extingui; ſed nobis non ſentiri: Quæ ſententia minus probatur: quid enim ſibi vult medium illuſtratum recipere lumen Solis? profecto medium antequam lumen Solis in ſe recipiat, illuſtratum non eſt; ſed perſpicuum eſt; quod poſtea illuſtratur a recepto lumine Solis, vel potius recipiens lumen ſolare. Deinde vero medium prius recipit in ſe lumen remiſſius, quam viuidum; quia lumen, vt omnis alia forma multos gradus inuicem ſubordinatos obtinens, & intenſionem, remiſſionemque ſuſcipiens, gradatim gignitur; atque adeo intenſius ante remiſſum in ſubiecto vllo produci non poteſt. Deinceps autem id non eſt afferre cauſſam quæſiti; ſed principium petere, atque nugare; quæritur enim cur aer in ſe habens lumen Solis viuidum, igniculi, politive corporis exiguum ſplendorem non admittat, ſeu ad oculos non afferat inſpiciendum. Denique falſum eſt in lumine viuidiori non eſſe penitus lumen exiguum: Videmus enim Lunæ ſplendorem in lumine Solis extra Eclipſim: nam & in opere noſtro [d] *De vita*, vbi fuſius hoc Scaligeri placitum examinauimus, Lunam cælo ſereno plenæ, integræque rotunditatis in nouilunio frequentiſſime viſam fuiſſe admonuimus; legimusque poſtea præclarum teſtimonium Ioannis de Barros, qui ſua in hiſtoria [e] Indica fatetur Vlyſipponenſes in prouincia Cefala æſtate in aere puro vidiſſe Lunam ipſa die coniunctionis cum Sole nouam; & hoc ibi conſuetum eſſe. Alias memini me in propoſito dicere ſolitum non videri niſi ea, quorum ſpecies viſibilis ferretur per medium ad oculos illibata, & integra; ſed quia ſplendor tenuis ab exigua luce proueniens in medio illuſtriſſimo confunditur cum intenſiori lumine, veluti gutta liquoris aquei proiecta in mare; atque ideo non mouet viſum vt ſimulachrum diſtinctum exiguæ lucis, vnde prouenit; ſed vt pars luminis maioris, cum quo confunditur; & propterea fieri vt parum lucida in viuidiori lumine Solis oculorum aciem ſubterfugiant: Hanc philoſophiam nuper animaduerti non eſſe ad aures [f] Ariſtotelis, nec veritati conſentaneam: quandoquidem alicubi negat Ariſtoteles lumen vllum alteri lumini admiſceri, & cum eo confundi valere, vt liquor admiſceri dicitur, & confundi poſſe cum alio liquore: Quod inde ſatis confirmatur, quia in eodem thalamo ſi reperiantur multæ candelæ ardentes ab inuicem diſtantes, poſito corpore opaco vnico inter eas medio, ab eo tot enaſcentur vmbræ, quot numero in conclaui ardent accenſa lumina; ſi enim ex omnibus candelarum fulgoribus inuicem miſtis, atque confuſis fieret vnicus in eo cubili ſplendor; proculdubio ab vno corpore opaco in medio tot luminibus illuſtrato vnica emanaret vmbra. Secus igitur hac in re dicendum cenſeo; nimirum a lucido exiguo nihilominus per medium aerem ad oculos peruenire ſimulachrum proprium, idemque diſtinctum; atque a lucido

Cauſſa quorum negligatur.

Viſio vt fiat.

Extinctio eſt ſpecies corruptionis.

[b] de long. & br. vit. c. 2. de iuu. & ſen. c. 3.

Lumen lumini contrarium non eſt.

[c] exerc. 62. art. 1.

Scaliger notatus.

Formæ quæ gradatim gignantur.

Lumen exiguum eſſe in viuidiori.

[d] lib. 3. c. 35.

[e] lib. 10. c. 1.

Luna vbi videatur die cõiunctionis.

[f] de ſenſ. & ſen. c. 2. 3.

Lumen lumini non admiſceri.

Vmbra multa ab eodem corpore.

cido intenſo : ſed ad viſionem hoc non ſufficere, vt ſpecies viſibilis pertingat ad oculos ; at neceſſe inſuper eſſe vt facultas viſualis ab illa ſpecie impellatur, ac moueatur ad obiecti ſui cognitionem, mouendo, & afficiendo, alterandoque inſtrumentum, cui facultas illa eſt alligata : modo plerumque facultas non ſentit, neq; animaduertit hunc motum factum a ſenſibili ſpecie in organo, vel quia ſit exillimus, atque hac ratione conſpici nequit color in acutiſſima cuſpide acus, vel quia facultas ſit valde occupata circa notitiam alterius obiecti vehementioris, cuius imago validiorem motum efficit in organo, velut in propoſito noſtro contingere poteſt : lumen etenim Solis impenſe viuidum adeo vehementi motu commouet oculum, vt ad ſui notitiam trahens omnino viſum, non permittat animaduerti, ſentirive leues impulſus, & exiguas, obſcurasque motiones ab exili ſplendore minimæ lucis prodeuntes. Altera propoſiti cauſſa eſt, quia ſenſus, atque adeo principium cognoſcens ex organo, & facultate conſtitutum, neceſſario patitur phyſica, vera, & corporea paſſione dum ſuſcitatur, & impellitur ad opus, ob motum ab obiecto factum in organo corporali, & dum recipit in ſuo inſtrumento imaginem obiecti : at vero phyſica paſſio quælibet, [f] Ariſtotele Doctore, fit a contrario, & a diſſimili principio : cui ergo facultati ſubeſt organum corporeum, quod habet aliquas ſenſibiles qualitates, eius inſtrumentum non poterit affici a conſimilibus externis : vt enim aqua frigida frigidam non alterat, ſic obiecti ſpecies organum conſimili ſimulachro præditum non afficit : organo autem non affecto, non poteſt eo vtens facultas ad opus excitari, & ad obiecti cognitionem impelli: Vbi ergo fuerit oculus viuido Solis, alteriusve fulgidiſſimi corporis lumine perfuſus, ſimul exilem ſplendorem tunc videre nequit, quia is nihil ab hoc affici poteſt : Id autem ſoli viſui proprium non eſt, ſed alijs item ſenſibus commune ; quoniam in maximo fragore bellicorum fulminum, & aquarum ad magni fluminis catadupas alte cadentium, non poſſumus audire ſermonem comitum nos alloquentium ; vel quia leuior ille ſonus auditum a maiori ſono vehementer affectum non afficiat ; vel quia vis auditoria occupata circa ſubiecti ſibi aeris connati vehementiores agitationes factas a maiori ſono, leues motiones eiuſdem aeris congeniti factas a ſermone loquentium non percipiat. Neque obſtat, quod colores in fulgentiſſimo lumine omnes videri valeant, qui tamen leuius oculos afficiunt, quam lumen exiguum, exilisque lux : ſi enim lux omnis vehementius afficit organum, quam color qui eſt lumen materiatum ; & tamen in viuidiori lumine viſus colorem cernit animaduertendo leuiſſimos coloris impulſus : cur idem viſus in lumine viuidiori non ſentiet lumen debilius, quod magis, quam color quilibet, organum mouet, atque laceſſit ? Dicimus hoc inde prouenire, quia lumen exiguum afficit oculos eadem ſpecie affectionis, qua eos afficit viuidum lumen ; vtrumque enim lumen viſum conſimiliter diſgregat : ſed color longe alia ſpecie affectionis oculos afficit ; quia colores & in genere viſibilium ſpecie differunt a lumine ; lumen autem maius a minori, qua viſibile eſt, ſpecie non differt ; quare in oculo motionem ſpecie differentem, affectionemque variam non procreat : Verum vt duabus motionibus ſecundum ſpeciem inter ſe diſſidentibus oculum ſimul agitantibus, id euenit, vt viſus vtrumque motiuum percipiat eodem tempore ; ita viciſſim duobus motionibus eiuſdem ſpeciei, multum tamen in robore diſparibus, eundem oculum ſimul afficientibus, id accidit, vt minor non animaduertatur a maiori diſtincta : quin etiam contingit, vt idem oculus ſimul diuerſis ſpecie motionibus agitetur ab obiectis variæ naturæ : at ab obiectis in genere viſibilium eiuſdem naturæ ſimul duabus motionibus in eadem ſpecie ſolo numero diſſidentibus agitari nequeat ; nam in eodem ſubiecto duo accidentia eiuſdem ſpeciei ſolo numero differentia ineſſe nequeunt ; quoniam accidentia ſui vnitatem numericam ab vnitate conſimili materiæ ſubiectæ ſortiuntur. Ad præcipuam vero difficultatem dicimus primo, vere omnia parum lucida, præſertimque polita corpora perfici, & collu-

Lumen exile ſuam ſpeciem ad oculũ mittit diſtinctam a viuidiori.

Senſus cur nõ animaduertat impulſum obiecti.

Color qui ſit inuiſibilis.

Color eſt lumen materiatum.

Senſum affici paſſione corporea.

Color aliter ac lumen afficit viſum.

Paſſio phyſica fit a cõtrario [f] 1. phyſic. t. 43. & ſeqq. 1. de gen. t. 56. & ſeqq. 2. de an. t. 45.

Senſus nõ percipit ſimilia.

Accidentia eiuſdem ſpeciei non eſſe in eodem ſubiecto. Vide infra c. 32.

Accidentia vnde ſui vnitatẽ accipiãt.

Lumine viuidiori, quæ illustrentur.

lustrari a lumine viuidiori; sed admonemus ea multam obtinere latitudinem, multorumque graduum esse; nam quæ plurimum differunt in ratione lucidi, ea hoc patiuntur, vt in maiori lumine quamuis illustriora reddantur, ac prius essent per se; non tamen visu percipiantur, ob allatas nuperrime rationes; quæ vero in ratione lucidi minus inter se distant, vt Luna se habet ad Solem, ea videri posse in maiori lumine, ac illustriora conspici, quam illo priuata. Dicimus deinde Lunam, ceteris paribus noctu magis effulgere, quam meridie: In eclipsi vero Lunare lumen vsque ad nos aliquo pacto pertingere, dum ea lumine Solis omnino priuatur: Ita in coniunctione cum Sole pars infima Lunæ destituta radijs solaribus interdiu nobis minime conspicitur in hoc hemisphærio; licet apud Indos in aere puriori conspiciatur: crassior enim apud nos aer lumen exiguum a Luna sine Solis auxilio prouenies non permittit ad nos vsque pertingere, vt nubes crassiores lumen Solis viuidissimum sæpe nobis occultant in meridie, & aliquando vsque adeo, vt quid eclipsi solari simillimum inuehant; olim etenim obseruauimus in opere [g] *De Vita* ex acutissimo Scaligero, [h] Meridie Solem defeciſſe, triduo post, quam Lunæ fuisset eclipsis, quod nulla ratione alia contingere potuit, nisi attractis a Sole vaporibus adeo spissis, vt visus interciperetur; licet Scaligeri subtilitatem non sapiat, vapores a Sole sursum trahi; hoc enim apparens est, sed tamen crassum, & falsum vulgi, atque adeo imperitę multitudinis assertum, quum subtiliores dicere debeant Solem radijs in reflexione multiplicatis aerem circa terram atterendo incendere, illiusque calorem de terra, & humido terræ circumfuso duplicem halitum procreare simul, alterū fumosum igneæ naturæ participem, & vaporosum alterum crassitudinem aqueam retinentem, qui sursum veluti onus fertur a fumoso, cui commiscetur, sponte sua sursum ascendente, citra omnem Solis attractionem: Quæ omnia late nos docuit non semel Aristoteles [i] in Meteorologia. Sed redeamus ad nostrum institutum. Dicimus deinceps corporum in tenebris effulgentium, exiguamque lucem in se obtinentium duo esse genera; nam alia repercutiunt splendorem aliunde receptum, alia ex se proprium solummodo splendorem emittunt: nos autem modo loquimur de splendore proprio cuiusque lucidi, quærentes cur exiguam lucem habentia interdiu non emicent, vt in tenebris: & obiectiones allatæ sunt de corporibus aliunde susceptam lucem reflectentibus: sic Luna, sic polita galea, crystallus, & id generis in lumine Solis splendidiora visuntur, quam in tenebris, non merito proprij fulgoris; sed beneficio alieni luminis, quod reflectunt: non sic est de igniculis, qui proprio splendore fulgent in tenebris: & in radijs solaribus effulgere non conspiciuntur: quia solum propria luce coruscant, alienum vero lumen reflectere non possunt: In hoc genere sunt Lucerna piscis, & Dactylus item maris alumnus, de quibus ita canit Lippius,

Fulgentia in tenebris duū generum.

Lucerna piscis.

„ *Est Lucerna mihi nomen, quod lingua refulget;*
„ *Si noctu aspicias, lumina vera putes.*

Item,

„ *Dactylus illustrat radianti lumine pōtū;*
„ *Appositus mensæ, lumine mensa nitet.*

Cuius naturam belle Plinius [k] aperit, inquiens, concharum e genere sunt Dactyli, ab humanorum vnguium similitudine appellati: His natura in tenebris, remoto lumine alio, fulgore clarere: & quanto magis humorem habent: Lucere in ore mandentium, lucere in manibus, atque etiam in solo, ac veste, decidentibus guttis: vt procul dubio pateat, succi illam naturam esse, quam miremur etiam in corpore. Nec dissimilem certe originem habet lumen Castoris, ac Pollucis, seu Helenę sęua tempestate nauigantibus in tenebris effulgens; nempe succum aerium pingui exhalatione lucidum, antennis, malisque nauigiorum adhærētem, in ijs imaginibus effulgere: at facilius in concharum læuore, quia politum, tersumque corpus lucidi succi vim acuit, augetque ad splendoris emissionem; & ipsum non ita celeriter imbibens, diutule seruat integrum. Hinc facile rationem assignens Galilaici phænomeni in lignea pixide; cuius disputationē Romani Lycei Philosophus primarius I. Cæsar La Galla [l] nuper inuulgauit, historiam ita descri-

[k] lib. 9. c. 61.

Dactyli piscis mirum.

Nauigantium Castores vndeoriantur.

[l] de luce, & lum. disp. c. 1.

Luna noctu magis quam diu lucet.

Eclipsis Solis a nube.

[g] lib. 3. c. 35.
[h] exerc. 79. art. 3.

Vapores non vere sursum trahi a Sole.

Vide infra cap. 31.

[i] 1. meteor. sum 1. c. 4.
1. meteor. su. 2 c. 1.
1. meteor. su. 3 c. 1. 2.

„ scribens, Quum primum igitur matuti- A
„ no crepusculo lumen irradiationem So-
„ lis præueniens aerem illustrauit, excel-
„ lentiss. Galileus accepta lignea pixide,
„ nobis omnibus ostendit lapillos in ea
„ contentos, vt videremus, an lucem ali-
„ quam haberent ; ostendit autem illos
„ primum in luce accensa candela ; dein-
„ ceps vero in tenebris nullo admisso lu-
„ mine ; quumque fateremur omnes, nul-
„ lum ipsos habere lumen; exposita extra
„ fenestram pixide, ita vt lumine illo, non B
„ radiorum, quod primarium dicunt ; sed
„ dubio adhuc, atque ancipiti ipsius cre-
„ pusculi, & secundario ; quale in vmbris
„ esse consueuit; lapilli illustrarentur; post
„ exiguum tẽporis spatium, rursum clau-
„ sa fenestra, ac nullo admisso lumine, in
„ meris tenebris coruscantes, atque luci-
„ dos lapillos nobis ostendit, nullo ardo-
„ re concepta, aut retenta luce ; æque ac
„ accensæ prunæ in tenebris fulgere con-
„ sueuerunt : hanc vero eandem lucem,
„ quod mirabilius est, paullatim langue- C
„ re, ac tandem euanescere videbamus :
„ ex quibus multa deducebamus argu-
„ menta inuicem pugnantia. Nos autem
citra repugnantiam dicimus lapillos il-
los in pixide clausos (siue talcici sciffi-
les e Bononiensi agro deducti fuerint ;
siue arsenici naturam, causticamque ha-
buerint ; siue calcinati, aut affecti aliter
extiterint) eamdem naturam habuisse,
quam Dactyli marini; ac propterea non
meridiano aeri sicco, sed matutino aeri D
roscido in crepusculis expositos, non
de Sole viuido radios corporeos, ma-
terialemque lucem: vt egregius vir pro-
bare conabatur ; sed ex aere vapores
roridos; quorum lux ingenita, ob tenui-
tatem sui, subiectique raritatem, ex se
inadspectabilis, lapillorum læuore, ac
densitate vapores quoquo pacto cras-
sefaciente, ac terminante fota, in tene-
bris micat : sed sensim lux ea languet,
ac tandem euanescit ; sensim arescente E
rore, tandemque deficiente ; seu a la-
pillis, seu a pixide, seu ab ambiente
quomodolibet exsiccato. Sic noctu
fungi putres, humida ligna, piscium
squamæ rutilant ab humore consimili ;
quo exsiccato, nil habent amplius, quo
splendeant. Sed hac de re latius in
opere nostro *De luminis natura & effi-
cacia*.

Adamas lapillus, qui ferri, & ignis vim superet ; quique vicissim emolliatur, & soluatur igne, ac hircino, leoninoque sanguine, ac malleo conteratur. Cap. VIII.

EX Dalechampio [a] nobis [b] pleri- [a] In Plin. lib 37. c. 4.
que negant Adamanti vim esse ignium victricem, malleisque ferreis in- [b] lib. 2. c. 14. Lib. 3. c. 28. Cap. 48.
domitam: testimonium afferunt Garziæ [c] lib. 1. c. 48.
[c] ab Horto, qui sua Historia simpliciũ, & aliorum medicinalium, quæ ad nos ex India Orientali perferuntur, expertum se ait adamantem & in scobem malleolo redigi, & facillime confringi, atterique in mortario pistillo ferreo ; & hircino sanguine non abrumpi: Quibus assentitur etiam in opere suo de lapidibus Petrus [d] Arlensis. Nos autem ob [d] li. 2. c. 7.
hæc placitum non mutamus : In primis enim nec Dalechampius, nec Garzias negat Adamanti vim ignium contemptricem ; quod nos dudum a [e] Plinio [e] lib. 37. c. 4.
recepimus: sed inficiatur vterque Adamantem ferro conteri non posse, hircino sanguine molliri, atterique posse ; quod nusquam nos asseruimus. Sed tamen hac in re placet etiam vetustos autores illos non despicere : nam præter Plinium Solinus [f] asseuerauit adamãtem non ferro, non igne, sed hircino sanguine superari : & impedire quoque magnetem ne ferrum trahat, si iuxta ponatur : Scilicet adamantis genera multa sunt, quæ non omnia propositas habent dotes ; ast indicus adamas tantummodo eas obtinet prærogatiuas; vt Solinus, & Plinius confitentur : sed quum, Garziæ quoque obseruatione, adamantes indici non omnes æqualem nacti sint perfectionem: propterea vt ille fatetur duos perfectos adamantes inuicem simul confricatos adeo copulari, adhærereque mutuo inter se, vt non facile ab inuicem separari valeant ; quod minus perfectis non euenit : multiplici a se facta propositi experientia : ita nos dicimus adamantes, quos experimento sæpe comprobauerunt Garzias, Dalechampius, & Arlensis ferro conteri, sanguine hirci non atteri, magnetis opus non impedire, fuisse adamantes aut non indicos, aut indicorum non omnino perfectos : vt pote nondum in loco suo natali a natura plene absolutos, exacteque completos : At per-

[f] cap. 53. Adamas igni, & ferro inuictus.

Adamantis multa genera.

Adamas adamanti sponte adhærens.

Adamas qui ferro, & igne superetur.

Adamas imperfectus qui fit.

perfectos Indiæ adamantes vere scribit Plinius incudibus deprehendi, ita respuentes ictum, vt ferrum vtrimque dissultet, incudesque etiam ipsæ dissiliant: quippe duritia inenarrabilis est: simulque ignium victrix natura: illa vero inuicta vis duarum violentissimæ naturæ rerum, ferri, ignisque contemptrix, hircino rumpitur sanguine: nec aliter, quam recenti, calidoque macerata: & sic quoque multis ictibus, tunc etiam, præterquam eximias incudes, malleosque ferreos frangens. Adamas hic Indiæ perfectus dissidet cum magnete lapide in tantum, vt iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi: aut si admotus magnes apprehenderit, rapiat, atque auferat. Plinio consentiens Solinus ait adamantes primos, qui sunt indici, & perfecti, nec ferro vinci, nec igne domari: Verumtamen, si diu sanguine hircino macerentur, non aliter, quam si calido, vel recenti, vel malleis aliquot ante fractis, & incudibus dissipatis, aliquando cedere, atque in particulas dissilire: Quæ fragmenta (vt ex Dioscoride notarunt etiam Autores operis, cui titulus est Hortus [g] sanitatis) scalptoribus in vsum insigniendæ cuiuscumque modi gemmæ expetuntur. Inter adamantem, & magnetem (subdit) est quædam naturæ occulta dissensio, adeo vt iuxta positus non sinat magnetem rapere ferrum: vel si admotus magnes ferrum traxerit, quasi prædam quamdam, quicquid magneti hæserit, adamas rapiat, atque auferat. Ex quo loco Solini perspicere licet aperte modum, quo adamas hircino sanguine rumpatur; & cur Garzias, & alij suis experimentis hoc non sint assecuti; consuerunt enim adamantem solo hirci sanguine molliri; eiusque duritiem, ac vnitatem cruorem belluæ putauerunt demoliri; vt mollescunt, & dissoluuntur aceto vniones, & mercurio metalla vniuersa: Sed Solinus ait non aliter hirci sanguine adamantem diffringi, quam si calido, vel recenti bestiæ cruore diu maceretur; & maceratus deinde malleis supra incudem sæpe validis ictibus percutiatur; nam fractis aliquot malleis, dissipatisque nonnullis incudibus, tandem adamas aliquando cedet, atque in particulas comminuetur. Et profecto si durissimis gemmis scalpendis ferrum ineptum est, vt constat experimento; & huic operi adamantis fragmenta sunt aptissima; quomodo non erit perfectissimus adamas ferri victor inuictus? sique lapis asbestus, amiantinus, alijque piures ignibus indomiti sunt; quomodo idem adamas esse non poterit ignium contemptor? Nostram sententiam communire liceat etiam autoritate non solum Lucretij, [b] cui

[b] lib. 2.

adamantina saxa »
Prima acie constat, ictus contemnere sueta. »

sed etiam Dionysij [i] Afri alicubi concinentis in hanc sententiam, dum de India loquitur.

[i] De situ orbis in fine.

Hic fulget lymphata adamas, qui pectora sanans, »
Et prohibens miseris occulti damna veneni, »
Quem minime valeat ferrum superare, nec ignis, »
Frangitur hircino maceratus sanguine tantum, »
Sed tepido, fractis multis incudibus ante.

Sed vt inter Iuniores [k] Io: Paullus Pernumia in sua naturali Philosophia de proposito hæc infit, Secunda species gemmarum albarum ea est, quæ adamas appellatur; ita dictus a Græcis, quod ipsum nec ferrum, nec ignis domare possit: Solet a natura generari ex eodemmet succo, aut parum differenti, ex quo etiam chrystallus gignitur; sed fortius condensato; vnde differt adamas a crystallo in duritie: qua quidem tantum pollet, vt si super incudem ponatur, malleum potius sui duritie maxime resistente inficiat, quam quod a malleo infici possit; tametsi cum sanguine hirci, aut leonis efficiatur mollis. Magnus demum [l] Albertus in libro suo de mineralibus Adamas, inquit, lapis est durissimus, parum obscurior crystallo, coloris tamen lucidi fulgentis; adeo solidus, vt nec igne, nec ferro mollescat; soluitur tamen, & mollescit sanguine, & carne hirci; præcipue si hircus aliquandiu ante biberit vinum; vel petrosilum, vel siler montanum comederit: quia talis hirci sanguis etiam ad frangendum lapidem in vesica valet infirmis de calculo. Soluitur etiam adamas plumbo, propter multum argentum viuum, quod est in ipso: penetrat ferrum, & ceteras gemmas omnes, præter

[k] lib. 3. c. 12.

[l] lib. 2. tr. 2. c. 2.

[g] tract. de lapid. c. 1.

Adamantis frusta sculpendis gemmis idonea.

Magnetis adamantis inimicitia.

Adamas vt hirci sanguine rumpatur.

Hirci sanguine vt rumpatur adamas.

Plumbo soluitur adamas.

ter chalybem, in quo retinetur. Nascitur autem in Arabia, & Cypro secundum plurimum: sed Cyprius est magis mollis, & obscurus. Indicum ipse nuncupat Arabicum, quod sua tempestate ab Indis ad nos per Arabiam adueheretur: sed & in Arabia quoque adamas oriri potest: idemque perfectus, qui ferri, & ignis vires eludat; hircino sanguine mollescat. Hac de re late Franciscus [m] Rueus, & Enax in suo lapidario.

Adamas vbi nascatur.

[m] 2. de gem. misc 15.

Venti qua ratione siluas incendere possint. Cap. IX.

ÆGreferunt alij, quod [a] olim [b] Plinio negauerimus austros in India tam ardentes flare, vt æstatibus siluas accendant; quoniam a ventis montium siluas flammam concepisse autorem afferunt Thucididem summum historicum. Ceterum nos in ventis duo agnoscimus; vnum est, qualitas tangibilis nuncupata, qua inter ventos austri calidi esse censentur; aliud est, motus localis, impetusque vento cuicumque naturalis; quo venti aerem, & quæ in aere sunt, huc illuc semper impellere videntur: Nos quidem Plinio negauimus austros posse calore, feruoreque suo sibi seu naturali, seu aduentitio vllum combustibile inflammare; quia tanta non est in vllo vento caliditas, quæ lignum incendere, siluasque virentes inflammare, comburereque valeat. Non tamen inficias iuimus vnquam ventos impetu, motuque locali agitantes inter se se siluarum ligna, ex ijs inuicem attritis ignem, quo siluæ comburantur, excitari posse; nam agnouimus, & alibi professi fuimus in opere [c] *De spontaneo viuentium ortu*, & multo prius in libro [d] *De perfecta constitutione hominis in vtero* Indos occidentales lignorum affrictu, vt nos chalybis, & silicis confrictu, ignem ad vsus domesticos quotidie sibi comparare. Ac reuera Thucidides allatus a viris egregijs nostram sententiam communit, Plinianam opinionem non fouet, dum de proposito ita scribit, Iam enim in montibus silua a ventis in se se contrita, sponte sua ex se ignem, & flammam sursum extulit; Quibus verbis non ait Historicus incensam fuisse

[a] lib. 2. c. 19
[b] li. 12. c. 19

Venti calore non possunt incendere siluas.

Ventus motu siluam incendere valet.

[c] li. 1. c. 126.
[d] cap. 21.

A siluam ab ardore ventorum inflammatam, vt obijcitur; sed ab eorumdem motu, & impetu in se se contritam ignem sponte concepisse. A nobis itidem apertissime stat [e] Lucretius ita de hoc argumento suauissime concinens, [e] lib. 1.

» *At sæpe in magnis sit montibus (inquis) vt altis*
» *Arboribus vicina cacumina summa terãtur*
» *Inter se, validis id facere cogẽtibus austris:*
» *Donec flammat fulserunt flore coorto:*
» *Scilicet, & nõ est lignis tamẽ insitus ignis.*
» *Verum semina sunt ardoris multa; terendo*
» *Quæ quũ confluxere, creãt incendia siluis.*

Sic igitur & Lucretio venti non quia calidi, sed quia validi nemora incẽdunt: nempe austri non calore suo, sed impetu, motuque locali affricantes lignum vicino ligno siluas inflammant; atteruntenim aerem intermedium, qui tali attritione igneam naturam adeptus propinqua sibi ligna tangens comburit; quorum flamma glisens totam mox siluam accendit. [f] Boccatius etiam, & ante illum [g] Vitruuius Architectorum pater nobis suffragatur inquiens, Homines vetere more, vt feræ, in siluis, & speluncis, & nemoribus nascebantur (quod & [h] Plinius non diffitetur asserens antea specus fuisse pro domibus) ciboque agresti vescendo, vitam exigebant: Interea quodam in loco ab tempestatibus, & ventis densæ crepitantibus arbores agitatę, & inter se terentes ramos, ignem excitauerunt; & eo flamma vehementi perterriti, qui circa eum locum fuerunt, sunt fugati. Statius [i] item, cui

[f] 12. de gen. Deor. c. 70.
[g] lib. 2. c. 1.

Homines antiquitus vbi habitarent.

[h] lib. 7. c. 56.

[i] 6. Thebai.

Non grassante noto citius nocturna peredit
Flamma nemus ----------

nostrum placitum tuetur, Plinianum assertum non firmat; nam Auster, qua Notus dicitur, humidus, & nebulosus ventus est [k] Agellio; νότος enim græce humor nominatur: ventus autem nebulosus, & humectus calore non pollet, quo siluas incendere queat; sed impetu, motuque celeri arbores affricando intermedium aerem atterere potest: attritioneque illum in ignem, quo nemora inflammata comburantur, conuertere valet. Ceterum neque Plinius eo loci talem sententiam de sua mente pronunciat: verum eam ex alijs autoribus affert; ait enim se inuenisse apud

[k] lib 2. c. 2.

Notus ventus cur ita vocatus.

Au-

Autores, austros in India tam ardentes flare, vt æstatibus siluas accendant. Ælianus [f] etiam nobis aperte suffragatur miram describens historiam huiusmodi, Iam qui de Chiorum rebus historiam conscripserunt, ad quamdam Pellenæi montis vallem, proceris arboribus frequentem, atque opacam, maxima magnitudine Draconem inquiunt procreatum fuisse; cuius sibilum Chij vehementer perhorrescerent; magnitudinem vero nulli neque agricolæ, neque pastores accedendo propius cõsiderare auderent, sed ex solo sibilo ingentem quamdam, & formidolosam feram bestiam esse suspicarentur: Eius tamen magnitudinem tandem mirabili quadam machinatione, atque solertia cognitam fuisse: Vento nimirum vehementissimo vallis arbores concussas, & violenter collisos ramos ignem concepisse: & simul inde ingens incendium excitatum, locum omnem comprehendisse, & feram circumdedisse, eamque interceptam, quum elabi non posset, ardore flammæ conflagrasse: Itaque nudato loco omnia cõspicua facta fuisse: & vero Chios metu liberatos, quum spectatum venissent, inusitata magnitudine ossa, & immane caput offendisse; vt ex ijs qualis quantusque viuus ille fuisset, conijci posset. Sic ergo venti, non ardore, sed motu, ac impetu siluas incendunt.

[f] 16. de animal. c. 39.

Serpentis mira magnitudo.

Qua ratione igneſcentis aeris ſubſtantia diuidi, & atteri poſſit a radijs Solaribus reflexis, qui accidentia ſunt. Cap. X.

[a] lib. 2. c. 22.

NOn accipiunt alij, quod [a] supra etiam constituimus, aerem in radiorum reflexu, ac multiplicatione atteri, diuidique in partes minutissimas; quoniam radij accidentia sunt; atque adeo non possunt aeris corpulentiam, substantiamq. atterere, ac in multas partes actu diuidere: Adduntque aerem a Sole illuminatũ in radiorum reflexione continuum esse, non autem in partes actu diuisum: quid enim potest, inquiunt, medium excogitari corpus inter illas partes aeris ab inuicem discretas collocatum existere? nullum omnino. Sed ob ista nobis a superiori dogmate discedendum non est: Ad primam enim oppositionem concedentes radios solares esse accidentia: negamus eos proinde non posse corpulentiam aeris atterere, substantiamque diuidere; nam primo color albus, qui accidens est, definitur esse disgregatiuus instrumenti visorij, seu disgregans visum; hæc autem disgregatio nihil est aliud, quam spirituum visoriorum dissipatio, & solutio vnitatis oculorum; non enim alia de causa diu per loca niuosa, nimiumve splendida perambulantes oculis dolemus, nisi quia species repræsentans colorem album, lucidumque corpus, in aere medio genita, & inde in oculum suscepta, oculi vnitatem soluit: dolor etenim Medicis illustrioribus est ab vna continui solutione, tamquam a causa proxima, & adæquata: Si ergo imago coloris albi potest oculi continuitatem diuidere, vnitatemque sentientis particulæ soluere; indeque dolorem procreare; licet inter accidentia in genere qualitatis collocetur; quidni lumen, quod est imago lucidi corporis, poterit aeris mollem substantiam atterere, tenuemque, ac raram eiusdem corpulentiam diuidere? crassior enim est oculi substantia, visiuorumque spirituum corpulentia, quam aeris consistentia: quippe spiritus visorij sunt omnium animalium spirituum crassissimi; quibus solis a natura per opticos neruos dati sunt Galeni [b] testimonio, & Herophili obseruatione, patentes meatus, & mollior, laxiorque substantia, quam vlli alteri neruo contigerit. Immo vero spiritus non dolent, quum viuentes non sint; sed capax doloris a diuturno coloris albi, & viuidioris luminis intuitu est oculi substantia; quam quum duriusculam, ac proinde sectioni, ac sui diuisioni repugnantem, atterere, ac diuidere soleant imagines coloris albi, & intensæ lucis, dolorem in oculis procreantes eorum continuitatem soluendo; proculdubio radij multiplicati facillime poterunt atterere aerem, diuidereque illius corpulentiam nullius omnino soliditatis participem. Deinde vero dicimus accidentia materialia nuncupata non posse de se corpoream substantiam diuidere; secus esse de accidenti, quod spirituale vocatur;

Radios esse accidentia.

Accidens vt diuidat substantiam.

Oculi diu ambulãtium per niues cur doleant.

Dolor est a solutione continui.

Lumen est imago corporis lucidi.

Visorij spiritus omnium crassissimi.

Optici nerui perforati.

[b] 10. de vsu part. c. 12. 4. de loc. aff. c. 2.

Spiritus non dolet.

Dura sectioni resistunt.

Aer soliditate caret.

Accidentia duum generũ.

Lumen quale accidens sit.

modo lumen est accidens immateriale; ac proinde vt oculi, spirituumque visoriorum substãtiam diuidere potest, corpulentiamque disgregare; ita plane aeris materiam facilius atterere valet.

Qualitas nuda potest substantiam diuidere.

Deinceps autem falsum est a nuda qualitate non posse corporis vllius substantiam atteri, & diuidi, nonne Medicorum quotidianis obseruationibus a nuda qualitate seu calida, seu frigida, quæ parit intemperiem absque materia, procreantur intensissimi dolores? est autem nuda qualitas intemperiem exitans absque materia nuncupatam; & dolor omnis est a solutione continui vel occulta, vel manifesta: solutio vero continui nihil est aliud, quam substantiæ corporeæ diuisio in partes. Nec refugium est, ad quod se recipiant viri clarissimi, negantes omnem dolorem esse a solutione continui; statuentesque ipsum oriri ab intemperie, veluti a caussa omnino distincta; Nam intemperies, quæ male afficiens organum tactus dolorem procreat, est secundum qualitates tangibiles appellatas; quia tactus nonnisi a tangibilibus affici potest immediate, qua tactus est, & a ceteris sensibus distinctus, sub qua formali ratione ad eum solum pertinet affectio doloris: Modo coloris albi, lucidique corporis imago non est apta in oculis gignere intemperiem secundum qualitates tactiles vlla ratione; sed inuehit dolorem disgregando visum, atque adeo soluendo membri continuitatem. Denique vero præter cuiusque rei naturam peculiarem, nonne datur omnium consensu natura quædam vniuersalis opera miranda faciens, vt puta grauia sursum ascendere cogens, & leuia deorsum descendere, ne detur vacuum? mollissimumque aerem durissima corpora disrumpere faciens, ne detur corporum penetratio? Ita sane vniuersalis eadem natura, ne simul in eodem subiecto plura sint eiusdem speciei accidentia solo numero a se inuicem dissita, efficit vt aer in radiorum reflexione, multiplicatione neque diuidatur in tot numero partes, quot numero radij procreantur; quo vnicuique radio adsit proprium subiectum numero distinctum a subiecto alterius cuiusque radij; natura enim non minus, quam vacuum, & corporum penetrationem, abhorret, euitatque omni conatu: ne duo eiusdem speciei accidentia solo numero inter se dissidentia in eodem subiecto simul insideant; quia natura vult ea esse vnum numero, quorum est vna numero materia; vt obseruauit pridem [c] Aristoteles. Ad secundam autem obiectionem dicimus inter partes aeris in radiorum multiplicatione attriti, atque discreti, disgregatique, nullum reuera inesse corpus intermedium; sed partes illas esse sibi inuicem contiguas, non continuas; nec intermedio corpore, aut vacuo a se inuicem distantes: Vt enim inter cælestes orbitas, interque sphæras elementorum singulas, quæ mutuo se se contingunt, nullum penitus interest medium corpus; ita profecto non oportet inter aeris partes discretas ob radiorum solarium multiplicationem vllum corpus intermedium reperiri: est aer natura sua corpus continuum; sed in reflexorum radiorum multiplicatione diuisus, & attritus in partes minimas, illas habet sibi inuicem contiguas immediate: nullo autem intermedio corpore ab inuicem distantes, atque diffitas.

[c] 5. metaph. tex. 12.

Aeris partes esse cõtiguas, non cõtinuas, vt contingat.

Aer natura sua est continuus.

Cucurbitulæ medicæ carni affixæ flammæ vt physice ab aere, a fumo, & alijs de caussis etiam extinguatur. Cap. XI.

POst hæc nobis obijciunt viri præclari, male constitutum fuisse in superioribus [a] in medicis cucurbitulis carni ægrotantium affixis exortam flammam a fumo suffocatam interire; quum certo constet, inquiunt, eam extingui suffocatam a corpulentia carnis intus attractæ ad replendum vacuum cucurbitulæ; quod tantopere abhorret omnis natura. Ceterum nec ista nos turbant: quia quum videamus cucurbitulam, aut etiam cyathum mortario lapideo in morem cucurbitulæ super triticeæ massæ circularem coronam appositum id pati, vt intus ardens flamma extinguatur absque eo, quod vlla portio lapidis intra vas vitreum ignis vi attrahatur; licet arcte adeo poculum mortario per circulum triticeum adhærescat, vt illæso poculo magnum pondus lapidis appensi diu sustineatur, & cum adstantium admiratione per multum tempo-

[a] lib. 2. c. 29.

Cyatho appẽsum mortarium vt feratur.

Vide infra cap. 32.

Dolor qui non sit ab intemperie.

Natura communis opera miranda faciens.

Natura vacuũ fugit.

Penetrationẽ.

ris

ris interuallum circumferatur: proinde audacter negare potuimus cucurbitulæ medicæ flammam a carne ſurſum attracta ſuffocari, aut extingui. Sed eius extinctionis cauſſam ita ex rei natura nunc expiſcamur: nempe quia calefactus ab ardente igne intra cucurbitulæ cauitatem comprehenſus aer, ignem ſibi contrarium, a quo corrumpi non vult, effugiens extra cucurbitulam, vacuum ne detur, in cauſſa eſt vt vel aer exterior, vel caro ad replendum inane vaſis ingrediatur, abſque eo quod ab igne vlla ratione trahatur; & quia ſæpenumero cum impetu aer exterior cucurbitulam ingreditur: ideo venti, ac flatus naturam induens facile flammam in ſtuppa exardentem extinguit: Caro vero membri præter modum ab igne calefacta inflatur, & extuberans, vnaque claudens vaſis orificium cogit aerem internum cum fumo, & flamma in arctum locum; in quo, ne detur corporum penetratio, ab aere, a fumo, & a carnis tumore vndique compreſſa flammula citiſſime ſuffocatur, non ab attracta carne. Præterea vero extuberantis carnis, aerisve intra cucurbitulam degentis ſubſtantiam calor ignis in eo vaſe ardentis ita ſolet afficere neceſſario, vt inde multam fumi, & exhalationis copiam procreet; cui fumo quum aditus ad externam regionem minime pateat; optime, arcteque iuncta cucurbitula corpori, cui affixa eſt, neceſſario fumus ille flammam extinguit, ſuffocatve ſui vbertate; ne vlterius nouum fumum generando Naturæ inuiſam corporum penetrationem inuehat. Sin autem neque caro, neque aer exterior intra cucurbitulam ingrediatur, vt quando lapidi affigitur: tunc aer intra cucurbitulam comprehenſus ab ardente igne incluſo rarefactus, & exhalatio quoque de combuſtibili aſſidue genita maiorem locum ſuæ corpulentiæ ampliori proportionatum requirentes, flammam ſtatim extinguunt, vt eius locum ſibi occupantes penetrationem corporum, non minus, quam vacuum, toti naturæ infenſam, minime permittant; ſed procul arceant ingruentem, imminentemque.

Cucurbitæ medicæ flamma non extinguitur a tumore carnis.

Ignis cucurbitulæ non trahit.

Cucurbitæ lapidi affixæ ignis a quo extinguatur.

An aer terræ ſubſtantiam magis penetret, quam aqua. Cap. XII.

OBijciunt alij nobis antea[a] decernentibus terram multo magis ab aere penetrari poſſe, quam ab aquæ craſſiori ſubſtantia; tum nos ipſos dudum[b] in opere *De Spontaneo viuentium ortu* conſtituentes aerem aqua, & oleo tenuiorem non exire ex carioſo dolio, ex quo ſatis aperte oleum egreditur, & aqua per exiles meatus: tum etiam rei naturam, qua certo conſtat aerem ſponte non penetrare terræ ſubſtantiam quantumuis ſpongioſam; quoniam aeris grauitas tanta non eſt, vt ad interna viſcera terræ permeare valeat; ad quæ ſponte permeat aqua aere longe grauior; quod ſcite nos docuit[c] Ariſtoteles alicubi ſtatuens, ſi de mundo terra ſubtrahatur, in eius locum ſponte naturæ aquam cito deſcenſuram, & aerem naturali motu in aquæ priorem ſedem conceſſurum; non tamen aeri tantam ineſſe grauitatem, qua & ille, ſublatis duobus elementis inferis de mundo, in terræ locum infimum naturaliter cõtendere valeat. Nos autem ob hæc priſtinam ſentẽtiam minime damnabimus, qua ſanximus de lucernis intra terram conditis fumos aſcendere poſſe per cęcos terræ meatus ad apertum aerem; quia per quos aqua craſſior ingreditur; per eoſdem poros tenuior fumus, & aer fumo quoque ſubtilior egredi facillime poteſt. Ad primam enim oppoſitionem dicimus huic dogmati non repugnare placitum, quo alibi ſanximus ex carioſo dolio aerem non exire, vnde craſſior aquæ, oleique ſubſtantia effluere conſpicitur; effluit enim aqua, & oleum, quatenus vtrumque corpus eſt graue violentia detentum extra proprium locum: ſed aer intra vas manens in loco proprio, & ſi longe ſit oleo, & aqua tenuior, cur exire debeat ex vaſe quantumuis poroſo, rimarumq. pleno? Deinde aer, qui exiſtens in loco ſuæ naturæ conſentaneo ex vaſe non exit; ex quo aqua, & oleum, ceu ex loco ſibi nonnaturali exeũt; ad horum egreſſum facile ingreditur per eoſdem poros externus aer, ne detur vacuum, ingreſſurus etiam per exiliores, quanto eius corpulentia tenuior eſt, quam aquę, oleiq. ſub-

[a] lib. 2. c. 32.

[b] lib. 4. c. 44.

[c] 4 cæl. t. 39.

Fumus eſt tenuior aquis.

Oleũ vt exeat vnde non exit aer.

ſubſtantia: Vt fatendum ſit, non ſolum per eos meatus, per quos egreditur oleum, & aqua, non neceſſario exire debere aerem vtroq; illo corpore ſubtiliorem; quod alibi profeſſi fuimus; verum etiam per eos poros tranſire poſſe flammam[d] Ariſtoteli, & fumum, & his vtriſque aerem tenuiorem, per quos aquæ, oleiq. ſubſtantia craſſior permeare valet, quod ſupra conſtituimus. Ad ſecundam obiectionem primo concedimus aerem non habere tantam grauitatem, qua ſponte ad locum terræ naturalem contendere queat; licet in locum ab aqua nunc occupatum naturali motu feratur, ſi aqua inde quauis ratione remoueatur: ſed admonemus nos antea conſtituiſſe aerem ob maiorem ſui tenuitatem poſſe ſpongioſam terræ ſubſtantiam penetrare melius, quam faciat aqua multum aere craſſior; ſiue penetratio iſta vulgaris innitatur motu naturali ab aeris grauitate profecto; ſiue præter naturam aer ad terræ viſcera moueatur. Deinde vero propoſita obiectio agit de motu aeris exterioris ad terrę penetralia inferiora; nos autem ſuperius egimus de fumo, & aere in viſceribus terræ procreato ex ellychnio ibi ardente: quorum aſcenſus ad æthera per terræ corpulentiam rimoſam, ſpongioſamve motus eſt aeri, & fumo naturalis. Deinceps autem etſi deſcenſus aeris ad terræ intimos receſſus non ſit ſecundum naturam ſpecialem aeris; eſſe tamen poteſt motus aeris ſecundum naturam vniuerſi vacuum abhorrentis, omnique conatu fugientis: nam ſi vndecumque immineat in terræ penetralibus, intimisque ſinibus inane; ſtatim natura illuc aerem de ſuprema regione demittit ad locum eum replendum; ni aliter ipſum euitare, impedireque valeat: adeo fugit, metuitque vniuerſi natura vacuum.

Aer per eos poros meare poteſt, per quos aqua, & oleũ

[d] 24. ſect. probl.

Aer non ſponte contendit ad locum terræ.

Aer vt terram permeet.

Fumi motus naturalis.

Aeris deſcenſus ad centrũ, vt eſſe poſſit naturalis.

Quid Plinio ſit morbum eſſe aliquem per ſapientiam mori. Cap. XIII.

QVod item ſuperius [a] aſſeueraui-

[a] lib. 3. c. 7.

mus, Philoſophos in vehementi meditatione animum a corpore auocantes reuera viuere, licet vere Plinius

[b] lib. 7. c. 50.

[b] aliquando aſſerat Morbum eſſe aliquem per ſapientiam mori; noſtrum inquam hoc placitum nõ placet viris eruditis; alijs eorum cum Dalechampio exiſtimantibus Plinianum decretum falſum extare: atque adeo legendum eſſe textum ita mutatum, Atque etiam morbus eſt aliquis deſipientem mori: deſipientiæ nomine phrenitim connotantibus: Alijs exponentibus Plinio per illa verba vulgati codicis indicari, Morbum eſſe aliquem de morbo imminente cogitare. Nos tamen neutris aſſentiri poſſumus: non quidem prioribus, tum quia mors deſipientis, ac phrenitici vere morbus non eſt vllus, ſed morbi finis, ac terminus ab eo ſpecie diſtinctus; vt clare nos docuit Hippocrates [c] inquiens in morte morbum deficere; tum quia Plinius ait huiuſmodi mori per ſapientiam eſſe morbum aliquem: nõ morbum ſimpliciter; quum tamen phrenitis, cui reſpexit Dalechampius, ſit morbus acutiſſimus, non morbus aliquis, cum diminuente conditione. Non valemus etiam poſterioribus aſſentiri; tum quia nimis libera, vel potius extorta eſt interpretatio, per ſapientiam mori, ſi vertatur in id, quod eſt De morte imminente cogitare: tum quia noſcere, & conſiderare ſe moriturum, in ægrotantibus non eſt morbus per ſapientiam; nam idiotas longe magis angit metus mortis imminentis, quam ſapientes viros, qui eam deſpiciunt: Socrates enim ſapientiſſimus philoſophus ab hauſto veneno mortis imminentis violentia non turbabatur; ſed æquanimiter, vel potius magnanimiter in carcere mox moriturus cum diſcipulis philoſophabatur. Si Plinius eo loci Politicum ageret, virumve moralem inſtitueret; profecto nihil aliud nos edoceret, quam quod Andreę Spinulæ Franc. F. viro nobilitate, eruditione, ciuilique Philoſophia inter Genuenſes Patricios ſumme conſpicuo, ex tempore, non ita pridem, dum hac de re comphiloſopharemur, in mentem venit: Plinium ſcilicet damnare, tamquam animi morbum, ac vitium, ad perditæ ambitionis amentiam vergens, τὸ captare auram famoſæ mortis: quo morbo & ipſummet Plinium mihi notauit in Sicanios ignes adactum; nedum plerosque alios antiquitus laboraſſe; de quibus in Agricolæ vita Tacitus ita, *Sciant quibus moris illicita mirari, poſſe*

Mors quæ ſit finis morbi.

[c] 5. ſect. aph. 9.

Morbum in morte deficere.

Phrenitis morbus acutiſſimus.

Mortis metus magis angit idiotas, quam ſapientes.

Socrates morte imminente non turbatus philoſophabatur.

posse etiam sub malis Principibus magnos viros esse: obsequiumque, ac modestiam, si industria, ac vigor adsint, eo laudis excedere, quo plerique per abrupta, sed in nullum rei post vsum, ambitiosa morte inclaruerunt. Sed quia Plinius ibi Physicum agit, de varijs morbis humanum corpus male habentibus orationem habens: ideo nobis aliter est intelligendus. Ego quidem, si locus vllus apud Plinium salebrosus offenditur, hunc vnum profecto difficillimum esse reor; in quo, dum ageret de morborum varijs exemplis, hanc protulit sententiam, *Atque etiam morbus est aliquis per sapientiam mori:* sed tamen textum Plinij vulgatum retinendum esse arbitramur, & illius verba in significatione propria recipientes dicimus, Quum mori generatim nihil aliud sit, quam animam a corpore separari; quumque separatio ista duplex esse valeat, seu bifariam fieri queat: nimirum tum per naturam, seu per causas naturales; quæ realis est separatio animæ a corpore; nec est proprie morbus; sed est morbi proprie dicti finis, terminusque postremus: tum etiam per sapientiam, dum scilicet contemplationis actu animus auocatur a corpore ad obiectum intelligibile; alias quidem magis, vt in profunda illa meditatione, quam Ecstasim appellamus; alias vero minus, vt in omni meditatione; quæ separatio animi a corpore non est realis, sed intentionalis, & a Platonicis frequentissime mors appellatur; ac speciatim quum definiunt Philosophiam esse mortis contemplationem, hoc est animæ non vtentis corpore, sed a corpore in operando separatæ illam operationem, quæ proprio nomine meditatio dicitur: Qua de re mirifice Macrobius ex Platone scribens, Plato duas mortes hominis nouit: nec hoc nunc repeto, quod superius dictum est, duas esse mortes; vnam animæ, animalis alteram: sed ipsius quoque animalis, hoc est, hominis, duas asserit mortes; quarum vnam natura, virtutes alteram præstant: homo enim moritur, quum anima corpus relinquit solutum lege naturæ: mori etiam dicitur, quum anima adhuc in corpore constituta corporeas illecebras Philosophia docente contemnit, & cupiditatum dulces insidias reliquasque omnes exuitur passiones: & hoc est, quod superius ex secundo virtutum ordine, quæ solis philosophantibus aptę sunt, euenire signauimus: Hanc ergo mortem dicit Plato sapientibus appetendam. Hanc sane separationem, quam vulgus non arbitratur esse morbum, Plinius supra vulgum sapiens hic recte asserit esse morbum quemdam: non quidem morbum simpliciter; tum quia formaliter non est vlla morbi species, nec in soluta vnitate, nec in mala conformatione, nec in intemperie; tum quia nullis corporalibus medicamentis curatur: sed est quidam morbus veluti spurius, improprieque dictus; quoniam veri morbi proprietatem præcipuam habet; quæ est operationum læsio: morbus etenim definitur esse affectio præter naturam per se primo lædens operationes; illas vel diminuendo, vel deprauando, vel omnino auferendo: Porro meditatio, & ecstasis, atque adeo Platonica illa mors per sapientiam hominibus contingens, non est affectio præter naturam; sed supra naturam, vel si placet etiam secundum naturam hominis; qui animal est rationale, atque intellectiuum, sapientiæque capax. Quocirca mori per sapientiam, siue animæ separatio a corpore in meditatione, vere morbus non est ex eorum numero, quos Medicina pharmacis curare contendit; sed tamen est morbus aliquis; quia lædit viuentis hominis operationes; aliquando quidem eas abolendo; quod profunda meditatio, & ecstasis exquisita efficere consueuit; aliquando vero eas diminuendo; quod efficit contemplatio citra ecstasim; quæ auocans magna ex parte, si non ex toto, animam superiorem, intellectum scilicet, a corporis commercio, & gubernatione, cum vitæ functiones inferiores lædit; tum etiam veros morbos accersit; nam contemplationi plurimum vacantes valetudinarij sunt; ac vegetales, sensualesque vitæ functiones non ita probe obeunt, vt qui a studijs alienam vitam agentes, animum a corporis gubernatione non auocant: inferiores enim animæ partes, vegeta nimirum, & sentiens, vbi non gubernantur exacte ab altiori anima, suas operationes rite obire nequeunt: Quamobrem vt mor-

Plinij locus difficillimus explicatur.

Mori generatim quid.

Animæ a corpore separatio duplex.

Sapientia vt separet animā a corpore.

Mors Platonica quid sit.

lib. 1. in som. Scip. c. 11. & 13

Mors quæ sit morbus.

Morbi proprietas.

Morbi definitio.

Mors quę sit homini non præter naturam.

Morbus qui ad Medicum non attineat.

Ecstasis vt lædat operationes.

bus vulgaris Medicorum opem efflagitans, est affectio præter naturam corporis animati per se primo lædens vitæ operationes, eo quia est vitium instrumenti corporei, cuius ministerio illæ obeuntur: ita sane mors ista Platonica, per sapientiam Plinio nuncupata, est quidam morbus animæ, affectioque seu supra, seu secundum hominis naturam, primo lædens operationes vegetales, & sensuales, eo quia citra læsionem instrumenti eis necessarij, priuat inferiores animæ partes debito auxilio; quo indigent ab anima intellectiue ad suas quascumque operationes rite obeundas. Scite itaque Plinius cum antiquiore sapiente, assiduam meditationem, carnis esse afflictionem asseuerante; & cum Seneca[e]scribente, *Sapientem, assectatoremque sapientiæ adhærere quidem in corpore suo, sed optima sui parte abesse, & cogitationes suas ad sublimia intendere*; cum his inquam Plinius Mori Philosophicum, præter morbos vulgatos, etiam ait morbum quemdam esse ipsum mori per sapientiam, quod est per contemplationem rerum auocari, ac separari animum a corpore, & ab animis inferioribus; vt contingit & excellenter in ecstasi, & mediocriter in quauis alia iugi meditatione: Quod mori metaphoricum, siue philosophicum est morbus aliquis, seu quodammodo morbus; & veri morbi sæpenumero caussa procreatrix: & hoc ad τὸ mori proprie dicti, seu realis, & naturalis differentiam; quod morbus non est vllo pacto, nec morbi caussa; sed præcedentis veri morbi terminus, ac finis, effectusve. Ita ergo nobis olim dicentibus in contemplatione sapientis animum a corpore separari citra hominis interitum, non officit Plinius asseuerans morbum esse aliquem per sapientiam mori; quia nos de morte physica, & reali agebamus; Plinius autem de metaphorica, & minus proprie dicta.

Mori per sapientiam vt sit morbus aliquis.

[e]epist.65.

Mori philosophicum.

Cur, & qua ratione idem flatus flammam ardentem extinguat, & intermorientem, seu etiam extinctam excitet; locusque Homeri explicatur. Cap. XIV.

OCcasione illorum, quæ dudum [a] quoque constituimus, lucernarum reconditarum flammulam posse a subterraneis flatibus extingui; postulant a nobis insignes viri animaduertētes flatu recens extinctam candelam, tædamque denuo accendi, rationem, qua ab eadem caussa contrarij effectus prouenire valeant. Sapit autem nobis hæc inquisitio Æsopęum illud commentum, in quo Satyrus admirabatur ex eodem hominis ore calidum, & frigidum emitti spiritum; calidum quidem, quo manus hiemis algore torpentes incalescerent; frigidum vero, quo feruida edulia tum comedenda refrigerarentur. Sed physice; Nos quidem, qui sanximus experimento docti a flatu flammam extingui, recipimus ab eodem flatu flammam etiam excitari; experimento pariter id nos edocente; Aristoteleque [b] suadente, vbi monet febricitantem cubare non debere aduersum flatui; quoniam flatus excitat ignem; solicitatusque per auram ignis ex paruo magnus assurgit. Aristoteles [c] etiam nos docuit ab vna & eadem caussa contrarios effectus prouenire posse; idque duplici ratione contingit; altera quidem est, quando idem efficiens diuersa ratione affectum fuerit; tunc enim etsi re vnum sit; habet nihilominus rationem duorum efficientium, eorumdemque inter se contrariorum; ita gubernator præsens nauem saluat; qui absens est caussa submersionis: ita calor præsens in ambiente nos calefacit æstate; qui absens hiemis tempore nos refrigerat: frigidumq. præsens refrigerat; abscedens calefacit, Aristotele [d] doctore: cui & Sole [e] ad nos accedente fiunt rerum, potissimumque viuentium generationes; eodem a nobis recedente fiunt earumdem corruptiones. Altera vera ratio est, quando idem efficiens agit in diuersam materiam, siue in eamdem diuersimode affectam: quum enim ab efficiente materies formam suscipiat; & omne, quod recipitur, recipiatur per modum recipientis; materiaque formam nonnisi ab ea efficiente recipiat; ad quam peculiarem obtinet dispositionem: quippe Aristoteli [f] actus actiuorum non fiunt nisi in patiente dispositio; & in propria cuiusque materia solum aptus natus est fieri vniuscuiusque actus: ac proinde diuersimode affecta ma-

Spiritus ex eodem ore calidus, & frigidus.

Flatu flammā extingui, & excitari.

[b] 1. sectio. probl. 57.

Febricitans cur cubare nō debeat aduersus flatui.

[c] 2. phys. t. 30

Effectus contrarios ab eadem caussa prodire bifariam.

Frigus vt calefaciat.

[d] 8. phys. t. 8.

[e] 2. de gen. t. 55. & seqq.

Sole accedente fiunt generationes.

Materia formam a quo suscipiat.

Recipitur omne per modū recipientis.

[f] 2. de an. t. 24. 26.

Actus fit in patiente dispositio.

[a] lib. 3. c. 13

Staats-Bibliothek Bamberg

materia,contrariasve dispositiones habens ab eodem agente contrarias formas recipit: sic ab eodem calore Solis cera colliquatur emollita; lutum rigescit,concrescitque induratum:sic ab eadem aqua gypsum, & calx inflammatur,ignemque concipit; ardens lignum, & flamma ex aduerso extinguitur, & refrigeratur. Modo flatus vtraque hac ratione flammam extinguit,& excitat: priori quidem, quia flatus moderatus aptus est ab ardente titione, ac ellychnio flammam auellere; at vehementior flatus in ellychnium,ac titionem recens extinctum agens nouam ex eo flammam excutit, concentrando scilicet ad intimas ellychnij partes fumos tenuissimos,ex eo vi caloris exhalantes; qui, flatu eorum exitum impediente, coacti,& in maiorem copiam adaucti,calorem induunt viuidiorem; quo mox in nouam flammã accenduntur: vel etiam dicamus flatum exilem augere flammam,vt ex Galeno [g] recte monet alicubi [h] Guastauinius;quia magis impingens ardorem in partes intimas combustibilis,magis eius substantiam inflammat: Flatum vero mediocrem corrumpere flammam, quia eam auellit a combustibili;extra quod ipsa euanescit: flatum denique vehementiorem suscitare nouam flammam;vt nuper ostendimus, ac pridem cecinit Homerus. Altera itidem ratione contingit ab eodem flatu flammam extingui, & excitari,quia flatus primo agens in flammam veterem ex ellychnio ardente prodeuntem,eam extinguit diuellens a fomite, quo conseruabatur quoquo pacto; seu etiam separans eam ab ellychnij humore; quo illi alligata detinebatur: At deinde flatus agens in ellychnium citra flammam adhuc ignitum, concentrat illius calorem, qui viuidior concentratione redditus,nouos,& vberes de intima ellychnij substantia pinguiores fumos elicit, electosque in nouam flammulam accendit: Huic theoriæ fauet aperte Theophrastus [i] inquiens,flatus agitatione accendit, & exsuscitat: itaque lucernæ plus olei per flatum consumunt, & ligna citius cremantur, acriore, & maiore motu lacessente: qui porro maior fit,& immodicus,extinguit,ideoque lucerna flatu extinguitur, & ligna, & carbones accenduntur. Quæ omnia pulchre nobis insinuauit Homerus, dum Achillem inducit ventos exoptantem, & precantem ad bene comburendam pyram Patrocli carminibus hisce ita Latio datis,

„ *Neque pyra Patrocli ardebat mortui.*
„ *Tunc rursus alia cogitauit pedibus-velox Achilles.*

In hoc epitheto velocitatis pedum,quo sæpissime Homerus Achillem ad aliorum Heroum differentiam describit,me retardant Albertum Magnum secuti Latinorum plurimi; quibus etiam videtur apertissime suffragari [k] Themistius; dum secundam Zenonis rationem ab Aristotele propositam de natura motus ideo Achillem appellatam asserunt inflato,tragicoque ore, quod inuincibilis, ac insolubilis ab eius autore prædicaretur, & inde omnes rationes, quas putant efficacissimas, eodem Achillis nomine condecorant: Quum tamen nos cum Simplicio dicendum existimemus eam Zenonis rationem Achillem appellatam fuisse, quia in ea proponeretur Achilles in exemplum; nempe fieri vt velocissimus homo, qualis Achilles celebratur ab Homero,non posset motu assequi tardissimum animal,cuiusmodi testudo est, si post illud currere inciperet. Sed redeamus ad pensum,nempe ad Achillem Patrocli funus parantem, qui

„ *Stans seorsim a pyra duos orabat ventos,*
„ *Boream,& Zephyrum,& promittebat sacrificia pretiosa:*
„ *Multa etiam libans aureo calice, supplicabat*
„ *Vt venirent, vt citissime igne comburerent cadauer,*
„ *Lignumque festinaret ardere* -------

scite Boream & Zephyrum inter alios ventos optat Achilles ad comburendum rogum,quia hi sicci sunt deurendis lignis aptissimi, econtra Notus, & alij pluuias vna secum afferentes, ac humidi,pyræ accendendæ inepti sunt. Subdit autem Homerus,

„ ---------- *velox autem Iris*
„ *Preces audiens,internũcia venit ventis:*
„ *Hi quidem Zephyri grauiter-spirantis frequentes in domo*
„ *Conuiuium celebrabant: currens autem Iris astitit*

Aqua calcem inflammat.

Flatus vt flammã extinguat.

Flatus exilis vt augeat flammam.

[g] de morb. caus. c 3.

[h] 1. sectio. probl. 57.

Flatus mediocris cur flammam destruat.

Flatus vehemens cur flammam excitet. 23. Iliad.

Flatus idem vt veterem flammam destruat, nouam procreat.

[i] lib. de igne.

[k] 6. physic. t. 77. 78.

Achillis denominatio cur argumento Zenonis data.

Venti qui aptissimi ad rogum comburendum.

Li-

„ *Limine in lapideo: hi vero vt viderunt* A
oculis,
„ *Omnes surrexerunt, vocaruntque ipsam*
ad se quisque.

Iris cur ventorum nuncia, & quando. [l] 5 Æneid.

Sapienter Irim ventos arcessere ponit, quia serotina præsertim ventos prænunciat; vnde Virgilio[l] quoque

„ *Irim de cælo misit Saturnia Iuno*
„ *Iliacã ad classem; ventosq. aspirat eunti.*

[m] 18 Iliad.

& Homerum[m] antea legimus Iridi ventipedis epithetum tribuentem. Ventos autem ait conuiuium agere in domo B

Venti ex antris vbique spirant.

Zephyri habente limen lapideum; quia ex antris vbique spirant venti:

„ *Hæc autem illic sedere quidem negabat:*
dixit autem verbum,
„ *Non sedi est locus; redeo enim rursus in*
Oceani fluenta,
„ *Aethiopum ad terram, vbi sacrificant*
hecatombas
„ *Immortalibus, vt iam & ego particeps*
sim sacrificiorum.

Iris cur non sit vna cum vento. Quid sit. In quid mutetur.

Docte, quia Iris præsentes ventos non compatitur, quum enim sit refractio radiorum Solis in nube roscida, hæc a vẽtis dispergitur: sponte autem in rorem conuersa recidit in mare. C

„ *Verum Achilles Boream, & Zephyrum*
sonorum
„ *Venire orat, & pollicetur sacra pulchra,*
„ *Vt pyram suscitetis ad comburendum;*
in qua iacet
„ *Patroclus; quem omnes deplorãt Achiui.*

Boream solum cur non optat Achilles. Zephyrum cũ Borea socium cur optet Homerus ad pyram.

solum Boream non orat Achilles, nec solum Zephyrum, sed vtrumque; tum D vt vndiq; in omnem partem pyræ flammas impellerent; tum vt Zephyri tepore frigus Boreæ temperaretur, & huius siccitate illius humiditas castigaretur, atque ex ambobus fieret flatus calore, ac siccitate oportunus ad inflammandam pyram: Zephyrum autem non lenem, sed sonorum, ac vehementiorem optat, quem ab impetu talem describit aptum flammas de rogo suscitare.

Ventus vehemens aptus rogum inflammare.

„ *Hæc quidem sic locuta abijt: hi vero* E
ruebant
„ *Sonitu immenso nubes tumultuarie*
agentes præ se:
„ *Statim autem ad pontum peruenerunt;*
elata est autem vnda
„ *Flatu a vehementi: ad Troiam autem*
secundam peruenerunt;
„ *Inque ignem inciderunt: Valde autem*
crepitauit ingens ignis:
„ *Tota nocte autem hi ex rogo simul flam-*
mam sursum iecerunt
„ *Flantes stridule.*

Ita ergo vento vehementi de prunis, & alio quouis ignito corpore flamma excutitur, ob rationes nuper allatas.

Subterraneos specus generare, halareque assidue ventum, aurasque per domorum tubos manufactos duci quo volumus, & de Spelæa Custodiæ. Cap. XV.

[a] li. 2. c 49. & [b] lib. 3. c. 13. Lib. 2. c. 50.

NOn ita recipiunt aliqui, quod supra[a] ex Plinio[b] constituimus, in subterraneis cauitatibus auras assidue gigni, easque inde per tubos arte factos in domorum cubicula deduci æstate ad delicias: Quibus oculata fide contestamur in agro Vicetino celebrem esse Villam Custodiæ nuncupatam, ad radices lapidei montis, qui ab hominum memoria olim angusto foramine scalpris pertusus in quamplurimos sinus totus anfractuosus excauatus est; materia inde ad Patauina mœnia paucis milliaribus distantia ædificanda, & ad alia tum Patauij, tum Vicetiæ Vrbis ædificia

Antri Vicetini descriptio.

construenda euecta: Sunt autem anfractus in toto monte ad instar viarum, humilium quidem, quæ plerumque parum superent humani corporis altitudinem; sed tamen tum latiuscularum; nam maiores currus admisisse rotarum vestigia manifestant: tum etiam longissimarum; quia totum montem peruadunt ad septem, vt aiunt incolæ, miliariorum discursum omnes illæ viæ, finientes in lacum aquæ stagnantis: tum demum obscurissimarum, per quas nonnisi præeunte paleari facie incedere fas est. In his anfractibus olim regionis homines ad multas centurias, myriadesque tutos a barbaris Italiam depopulantibus, misereque vastantibus conseruatos, custoditosque fuisse fama est antiquissima etiamnum vigens: Hinc villam Custodiæ nomen adeptam fuisse verisimile est: Licet aliqui eos a barbaris fumo necatos asserant, quum oris angustiam strenue defendentes inclusos externi aliter vincere non possent: at huius rei fides sit apud autores: Nos quum ibi, nec prope cadauerum ossa vlla videamus; posteriori huic sententiæ fidem adhibere plenam minime valemus. Ce-

Mons Custodiæ arte mirã in antrum excauatus.

Custodiæ villa vnde dicta.

terum

terum vt hieme in illis antri ſinibus tepidus ad calidum maxime vergens inſidet aer, quo ſe a frigore brumæ recipiunt nentes inopes ruris accolæ, ita æſtate frigus viget ibidem intenſiſſimum,& ventus inde ſpirans aſſidue per tubos ſubterraneos manufactos in domos nobilium ad radices, & procul a monte ſitas deuehitur ad luxum, & ad æſtus latrantis de cælo Sirij temperiem aptiſſimam : non ſecus atque in Ormuziorum domibus fieri ex alto teſtatur Marcus Polus[c]in ſua Indię deſcriptione. Halat autem e crypta non humidus ventus, ſed frigidiſſimus

„ *Ignea quum flammis ardet feruentibus æſtas.*

Senſim hebeſcit frigus hebeſcente contrario ambientis ardore : Id ego etiam expertus anno Domini M D C XIV. IV. Non. Auguſti vna cum Georgio, Ioanne,& Andrea Contarenis maioribus natu Comitis Ioppe filijs, genere, indole, ac probitate vere Clariſſimis ; quos in ipſo iuuentę flore præclara Venetæ Reipublicæ ornamenta communi omnium Patriciorum dolore pauciſſimis menſibus inuida mors rapuit. Miratus autem ego tunc maximopere fui, & ab antiquis Hiſtoriographis nullam tantæ rei mentionem fieri ; & a Leandro in ſua Vicetiæ deſcriptione ſcribi adeo peſtilentem in antro eſſe occluſum humorem, vt quæque illata putreſcant, vel ipſæ paleæ ſicciſſimæ ; nam ibi aer ſicciſſimus eſt, totamque hiemem degunt incolumes mulieres in aere antri calido penſa trahentes : Verum Leandro impoſuit fortaſſe palearum manipulus frequens in pauimento ; qui conculcatus a prætereuntibus ; & lotio inſperſus, alijsque excrementis conſpurcatus, terræque commiſtus, putridi ſtraminis imaginem refert : ſunt autem ibi frequentes paleæ nihil aliud, quam reliquiæ tædarum, quibus accenſis anteambulones incolæ aduenis viam per antri caueas illuminare conſueuerunt.

Ventus per tubos arte in domos ad luxum æſtate vbi ducatur ad menſuram.

[c] lib. 3. c. 43.

Leander notatus.

Paleę in antro Cuſtodięquid præſtent.

Flammam, ignemque non eſſe alieno termino facile terminabilem, atque adeo nec ſiccitatis expertem. Cap. XVI.

NObis itidem in eodem loco aſſerentibus igni, & calori flammeo A contraria eſſe frigida,& humida, quibus extinguitur ; obſtant cum Teleſio [a]inſignes viri obijcientes flammã,& ignem inter ſicca non poſſe reponi, ſed inter humida collocari debere, vel ex Ariſtotelis[b]principijs : Ariſtoteles etenim ſiccum definiuit eſſe facile terminabile proprio termino, difficile alieno; econtra humidum ſtatuit eſſe difficile terminabile termino proprio, facile alieno : Quum igitur ignis elementum[c] Ariſtotele doctore nullam ex ſe figuram ob- B tineat, ſed a cæleſtis orbis concauitate figuretur in ſphæram ; & flamma ignis illius æmula hic apud nos facillime a quocumque terminante alienam figuram ſuſcipiat : Quumque ignis,& flamma aſſimiletur ab Ariſtotele [d] fluuio, fluereque dicatur; quod eſt liquidorum, & humidorum proprium; Virgilio[e] Silenus

[a] lib. 3. c. 13.

[b] 2. de gen. tex. 9. Sicci definitio. Humidum quid.

[c] 3. cæl. t. 66. & ſeqq. Ignis non habet figuram a ſe.

[d] de iuu. & ſen. c. 3.

[e] Eclog. 6.

„ *Namque canebat, vti magnum per inane coacta*

C „ *Semina terrarumque, animæque, marisque fuiſſent,*

„ *Et liquidi ſimul ignis ; vt his exordia primis*

„ *Omnia, & ipſe tener mundi concreuerit orbis.*

Lucretio noſtro ſuauiſſimo

„ *Hac etiam fit vti de cauſſa mobilis ille*

„ *Deuolet in terram liquidi color aureus ignis.*

Theophraſtus [f] etiam ignem fluere inquit, & in eo, quod fluens eſt, aeri, & D aquæ ſimilem habere naturam, atque figuram. His ergo putant viri magni nominis flammam, ignemque purum non ſiccitate, ſed humiditate pollere. Ceterum neque iſta nos a ſuperiori ſententia deturbant : Ad primum etenim obiectum diluendum tria nobis explicanda ſunt : vnum eſt, quid nomine proprij, & alieni termini ſit intelligendum : alterum eſt, quomodo hi termini elementis inſint: tertium eſt,in quo con- E ſiſtat eſſe, ac non eſſe facile terminabile : Ad primum quod attinet, vt omnes bene conſentiunt nomine termini humidorum, & ſiccorum corporum intelligendam eſſe figuram ; quæ terminus eſt quantitatis continuæ, ſeu potius corporis phyſici magnitudinem habentis : Ita non arbitror cum vulgo terminum alienum eſſe figuram ſimpliciter ab extrin-

[f] lib. de igne.

Terminus humidi, & ſicci quid ſit.

Figura cuius ſit terminus.

trinseco acceptam; proprium vero terminum esse figuram ex intimis terminatæ naturæ principijs, & omnino a propria forma prodeuntem: nam lapides, ligna, & alia siccissima corpora figuram ab externo siue artifice, siue quolibet agente alio acceptam pertinacissime retinere video: & elementum terræ suapte natura siccum ex se nullam habere; ast vndecumque forinsecus acceptam figuram obstinate quoque retinere conspicio: Immo verius terra pura omnis humoris expers nil est aliud, quam puluis aridus nullam ex se figuram obtinens: & qualemcumque facile ab externo induens: Verum existimo terminum alienum, cuius mentio est in definitione humidi, & sicci, esse figuram corpori humido ab externo continente inditam, & ab eodem in eo iugiter conseruatam: terminum vero proprium reor esse figuram seu a generante, seu a quouis alio externo agente corpori sicco impressam, & a natura passi conseruatam, eo agente remoto, & corrupto, a quo primum effecta est: Porro a continente humidis corporibus indita figura, & ab eodem in eis conseruata, dicitur humidorum terminus alienus; tum quia continens illam figuram non educit de intima contenti humidi materia; sed eam humido illi, si non repugnanti, tamen nec desideranti, extrinsecus indit: tum quia talis figura, violente coercet naturalem humidorum fluxilitatem: tum quia hæc figura humido contento indita a corpore continente, hoc ipso continente remoto, statim euanescit; quippe res quælibet est alienorum propulsatrix, non retentrix, natura sua; sic aqua feruens aduentitiam caliditatem remoto calefaciente, tamquam rem sibi alienam, extinguit natiua sua frigiditate: aut saltem elabi sinit, fatiscereve, atque corrumpi destitutam externo conseruatore: A generante vero, seu quouis agente alio siccis corporibus indita figura dicitur esse proprius eorum terminus: tum quia generans, agensque illam figuram veluti formam, accidentariam quidem, educit de potestate materiæ patientis, non autem inducit, vt vas continens, & locus inducit figuram in contentum humorem: tum quia remoto eodem agente corpus natura siccum talem figuram sibi, ceu propriam, pertinaciter conseruat; nec illi vlla ratione reluctatur: tum quia huiusmodi figura est forma constantiæ, ac permanentiæ; quæ propria est affectio sicci. Ad secundum quod pertinet, hi termini seu proprij, seu etiam alieni, elementis insunt non a propria forma penitus, sed ab externo corpore semper, aeri quidem, & aquæ a continente inducti: terræ vero, & igni a generante, seu quouis agente alio de potentia propriæ illorum materiei educti: nõ autem a continente: nam si orbita lunæ demeretur, haudquaquã ignis proinde mutaret eam figurã, qua nunc terminatur; quum locum sibi naturalem sponte numquam sit egressurus ignis, nec secundum se totum, nec secundum vllam sui partem; quippe locus proprius ignis, qui summe leuis est, terminatur loco, quem occupat concaua pars lunaris orbis: nam vltra eam lineam finientem locus proprius est corporis neutri nuncupati: quod neque leuitatem, neque grauitatem vllam obtinens proprio vocabulo cęlum, & æther appellatur[g] Aristoteli: ad quem cælestium locum ignis moueri, tendereque non posset, nisi violentia pulsus. Ad tertium quod spectat, Aristoteles[h] aperte ait terminabile esse patibile, & non terminabile esse impatibile. Ex his arbitror facile dilui posse propositam antea dubitationem, dicendo ignem non esse facile terminabilem termino alieno: nec difficile terminabilem termino proprio, ac proinde non humidum: non quidem facile terminabilem termino alieno; quoniam ad hoc vt facile terminetur quid termino alieno, tria illi necessaria sunt; nempe vt facile, ac sine vlla repugnantia induat figuram loci, seu corporis continentis; vt a continente sibi inditam figuram non retineat, amoto eodem continente, atque vt a continente, seu terminante patiatur: sed horum nullum in igne obseruatur; nam etsi ob summam sui tenuitatem, raritatemque flamma, & ignis purus ille sursum degens videatur facile posse figuram continentis induere; ob summam tamen sui actiuitatem aliter contingit; quoniam ascendens e rogo flamma, si coerceri, & figurari ab aliquo sui-

Terminus alienus quid.

Terminus proprius quid.

Figura, quæ non educitur de materia humidi.

Figura ab ambiente humidis data cur dicitur aliena.

Natura est alienorum propulsatrix.

Figura quæ sit proprius terminus siccorum.

Locus vt figuram tribuat locato.

Sicci affectio propria est cõstantia.

Figuram ignis propriam esse rotundam.

Neutrum corpus vt sit cælum.

[g] 1. cæl. t. 22. Ignis nonnisi vi posset ad locum cæli moueri.

[h] 4. meteor. sum. 1. c. 1.

Ignem non esse facile terminabilem alieno termino.

Terminabilis facile alieno termino tres conditiones.

Flamma non facile induit figuram continentis.

ſuprapoſito corpore tentetur; protinus vel corporis illius figuram, & ſubſtantiam comburens deſtruet; vel ſubterfugiens vi deorſum e vaſe diffluet, corpus ſupernum lambens, & rurſus ad locum ſuperiorem ſibi naturalem aſcenſura, nunquam in hac regione intra vas illud ſuperinductum ſtabilis, atque adeo, vt ſi vi quomodocumque illi occludatur aſcenſus, illico ſit interitura: Non permanens itaque flamma, & ignis, vaſe incolumi, eius figuram induere minime poteſt. Neque vero, ſi recipiam, quod pleriſque perſuaſum eſt, a cæli concauitate ignis elemento inditam eſſe figuram ſphæricam ſuperne, atque ab aeris conuexitate conſimilem inferne, neque inquam amoto vtroque continente, cælo nimirum, & aere, ignis de ſe priſtinam figuram exuet, abijcietque; non enim extra ſuum locum, qui ſuperne cælo definitus eſt, ignis vlla vnquam ratione poterit egredi tendens ex ſe ad locum neutrorum corporũ omnis grauitatis pariter, ac leuitatis expertium: nec remoto de mundi hac vniuerſitate aeris elemento, ignis in locum aeris vllo pacto deſcendet ſponte concedens in locum grauium; prohibente id illi ſumma ipſius leuitate; quod alicubi demonſtrauit [i] Ariſtoteles: Nec tertio ignis a continente noſtrati vllo patitur, aut coercetur hic flamma apud nos; ſed viciſſim agit ignis in continens, & cuſtodiam frangit, effugitque; ac totis viribus obnixe cuique terminanti extrinſeco reluctatur, renuens, corrumpensque ſemper terminum alienum. Porro facile terminabile termino alieno prompte debet induere formam continentis, & habitam pertinaciter conſeruare: Terra difficili negotio recipit figuram continentis, ob ſuam duritiem; licet figuram vndecumque ſemel in ſe admiſſam, ob eamdem duritiem, diutiſſime retineat: Ignis ex oppoſito alienam continentis figuram cum repugnantia recipit; & quam, ob ſui raritatem breui tempore recipit, eamdem continentis figuram non ſibi conſeruat; ſed ob ſummam ſui actiuitatem deſtruit, aſſidueque corrumpit. Deinde vero ignis non eſt termino proprio interminabilis, aut eodem difficile terminabilis; quia ſi nomine ignis purum elementum illud ſupe-

Ignis extra ſuum locum ſponte non egreditur.

Ignis aere amoto condeſcendet.

[i] 4. cæl. t. 39. Ignis non patitur a continente.

Terra vt ſe habeat ad terminum alienum.

Ignis vt figuram a continẽte recipiat.

Igniſ a quo habeat propriam figurã.

rum intellexeris; ei nullo negotio figura ſphærica ineſt, ſi placet, a generante; quod ipſum naturaliter mouit ad locum ſurſum, vt docet [k] Ariſtoteles; cui locus ille ſphæricus eſt intra concauum Lunaris orbis, & conuexum aeris: Vnde qua promptitudine ignis mouetur ad locum ſurſum, & in eo loco naturaliter quieſcit; eadem plane facilitate proprio termino terminabilis eſſe dicendus eſt: Niſi etiam dicere velimus ignem non habere vllam figuram ſibi propriam; quod ab Ariſtotele [l] hauriri poſſe videtur; atque ideo ignem eſſe natura ſua ſiccum, quia ſit alieno termino difficile terminabilis, etſi non ſit proprio vllo termino terminabilis, vt alia pleraque corpora ſicca proprium terminum habentia: Ita vt ſiccum illud omne ſit, tum quod ſimul difficile terminatur termino alieno, & facile proprio; tum quod ſolum difficile terminatur termino alieno, non habens proprium, quo terminetur; tum etiam quod ſolum facile terminatur termino proprio; primi ordinis eſt ſaxum, lignum, cornu, & reliqua corpora ſicca duritiem habentia, & proprium terminum a natura: Secundæ claſſis eſſe videtur ignis elementum: in tertio gradu cinis, & puluis eſſe conſpicitur. Sin autem ignis appellatione flammam intelligas, ignemque noſtratem; corpus hoc miſtum eſt a prædominio igneum; cui facillima eſt terminatio in figuram pyramidalem, tanquam in terminum ſibi proprium; etſi, ob raritatem ſubſtantiæ, facile ab externo quouis continente duriori ea figura priuetur; facilius tamen, obſtante ſuperato, illam rurſus induit euidentiſſime. Ad ſecundam obiectionem concedimus Ariſtotelem rectiſſime comparare ignem fluuio; ſtatuereque flammam fluere: Virgilium-que, ac Lucretium pulchre, ſciteque ignem liquidum appellare; ſed aperte negamus ideo ab iſtis autoribus, quibus & comitem damus Platonẽ [m] in Phædone ſub terra plurimũ ignem, & ignis ingentes amnes reponentem: negamus inquam ab his viris proinde igni ſiccitatem demi, & humiditatem conciliari; nam primo Ariſtoteles [n] non proprie ignem fluere ait, ſed metaphorice: quoniam flamma, ob ſui raritatem, molli-

[k] 8. phyſic. ex. 32. 4. cæl t. 39. Ignis vt ſit facile terminabilis proprio termino.

[l] 3. cæl. t. 66. Ignis vt ſiccus ſit, licet non habeat terminum propriũ.

Sicci definitio explicata.

Siccorum tria genera.

Flamma eſt miſtum corpus.

Flamma terminus proprius eſt figura pyramidalis.

Ignis recte fluuio comparatus.

Flammam fluere.

[m] Ad calcem lib. Ignis amnes ſub terra.

[n] de iuu. & ſen. c. 3. Ignis vt fluat Ariſtoteli.

tiem-

Aquæ nulla ficcitas.

Fluxilitas ignis est continua flammæ generatio.

tiemque de Siculo monte quandoque profluit in modum fluuij, etsi a fluuio dissideat summa sui siccitate: quæ nulla est in aqua fluminis. Deinde Aristoteles eo loci per fluxilitatem fluuio, & igni communem non intellexit vulgarem humidorum qualitatem, oppositam consistentiæ siccorum, vt obiectio supponit; sed intellexit generationem flammæ continuam: quæ contraria est permanentiæ in esse rerum genitarum, quoniã inquit citatis verbis Arist. *Ignis autem perseuerat*, non quidem consistens in esse post sui ortum, sed *Semper fiens, & fluens, sicut fluuius, Sed latet* ista flammæ nouæ generatio a corruptione veteris distincta, *propter velocitatem*: ignis ergo Aristoteli [o] fluit, quia non permanet in esse, at semper de nouo fit, vt fluuius; in quem eumdem numero bis neminem se immergere posse negabant ex Heraclyto apud Aristotelem vetustiores; non autem quia ignis natura sua sit humidus, vt humidus est fluuij liquor; nam permanet diu, semperque humiditas in aqua fluminis. Deinceps fluxilitas est qualitas ab humiditate realiter dissidens; quæ fluxilitatis qualitas omnibus quidem humidis inest, non tamen qua humida sunt; sed qua raram, tenuem, mollemque substantiam obtinent: Si ergo fluxilitas est affectio prodiens a raritate, tenuitate, mollitieque summa substantiæ; quum siccis etiam corporibus, ac speciatim flammæ, puroque igni a natura insit substantia rara, tenuis, & mollis (vt ita dicam) profecto vt perspicuitas, ita etiam fluxilitas tum sine humore siccissimo igni; tum sine siccitate humidissimæ aquæ inerit, & aeri ex [p] Aristotele. Virgilius autem, atque Lucretius [q] his addatur, & Petrarcha dum ait

„ ---------- *e'l tacito focile*
„ *D'amor tragge indi vn liquido sottile*
„ *Foco, che m'arde a la più algente bruma:*

per ignem liquidum non significant ignem humidum; sed ignem aut purum, aut lucidum, aut effusum, seu abundantem; quod belle notat [r] Macrobius; aut (quod ego quidem arbitror) lucidum, fluxilemque, vt Aristoteles. Ceterum Plato eo loci profitetur se fabulam conscribere; cuius assertum ideo in argumentum contra nostram sententiam poni non debet. Addo Platoni per amnes ignis intelligi posse tum flumina thermalium aquarum, quæ ad instar ignis efferuescentes vrunt: tum etiam flammarum eruptiones ad morem fluuialis aquæ sub terra labentium. Atque hinc apertissime constat ignis, flammæque substantiam nulla humiditate pollere; sed summa siccitate præstare: Id quod ex ignis operibus facillime conuincas; nempe ignis est humoris fere cuiusque corruptor, & siccitatis autor, & conseruator omnium maximus: est autem cuiuis apertissimum similia nonnisi a similibus oriri ex [s] Aristotele, ortaque seruari; corrumpique contraria solum a contrarijs. Theophrastus autem in eo comparat ignem aeri, & aquæ, non quod habeat figuram, ceu terminum alienum; sed quod habeat figuram pyramidalem, vt fluuius ab vno fonte sine affluxu alterius aquæ semper imminutus vsque ad vltimum sui exterminium: sic enim flãma crassiorem habet basem, & sensim fastigiatur in acumen: in ceteris aqua terminetur ab alio, flamma respuat alienum terminum: sed caussa pyramidalis figuræ in flamma est, vt ego censeo, quia ima flamma suo propinqua ortui multum adhuc habet fumi, & crassioris admistum; quod sensim actiuitate ignis, attenuatur, & dissoluitur; vnde media flamma minus habens in se fumi, eiusque tenuioris sit particeps, minorem habet corpulentiam: & perseuerante iugiter actione caloris fumum attenuãtis, & eum ab igne segregantis, pars ignis superna, & moriens Theophrasto, cum minori, tenuiorique fumo permista, fastigiatur in conum. Nec Theophrasti caussa respuitur asserentis ignẽ ab aere corrumpi magis procul a suo principio, vbi est imbecillior; atque adeo magis labefactatum imminui semper euidentius.

Amnes ignis vt sint aquæ thermales.

Ignis summa ficcitas.

Similia similibus oriri.

[s] 1. de part. an. c. 1. 1. de gen. t 30. 1. magn. mor. c. 10. 7. meta. t. 22. 30. 31. 32. 9. meta. t. 14. 12. meta. t. 13. 18. 1. cæl. t. 20. Corrumpi solum a contrario.

Ignis vt proprie fluat.

[o] 4. metaph. t. 22.

Bis nil immergitur in eundem fluuium.

Fluxilitas ab humiditate re dissidet.

Fluxilitas vt insit humidis.

Fluxilitas prodit a raritate substãtiæ Ignis substantia rara, tenuis, & mollis.

Fluxilitas sine humore.

[p] 2. de ani. t. 68.

[q] part. t. Son 153.

Ignis liquidus quare dictus ab antiquis.

[r] 6. Saturn. cap. 5.

Ignis vt duæ tantum sint corruptiones, extinctio, & marcor, vtque plures.

Cap. XVII.

SVccensent alij nobis, quod in eodẽ capite [a] retulerimus septem ignis, & flammæ corruptiones; objciuntque [b] Aristotelem, qui duas tantummodo recen-

[a] Lib. 3. c. 13. Ignem corrũpentes caussæ septem.

[b] 3. cæl. t. 52. De iuu. & sen. c. 3.

recenſet; extinctionem ſcilicet a contrario, & marcorem ob fomitis inopiã. Nos autem huiuſmodi oppoſitionem ſoluimus primo dicentes nequicquam nobis antea ſeptem cauſſas flammam corrumpere valentes recenſentibus officere Ariſtot. qui duas tantum ignis corruptiones attulit; namq. fieri poteſt vt a ſeptem illis cauſſis ignis corrumpatur duplici tantum corruptionis genere; ſiquidem eiuſdem effectus plures cauſſæ poſſunt eſſe apud Ariſt [c]ea ratione, vt eiuſdem numero effectus ſint plures cauſſæ per ſe, at non in eodem genere cauſſæ; ſed vt plurimum in diuerſo: quũ tamen aliquando ſecus eueniat; nam eiuſdẽ numero hominis cauſſæ plures effectrices ſunt maſculus genitor, femina mater, Sol, Cælum, Deus; quemadmodum fuſa diſputatione dudum oſtẽdimus in opere noſtro *De perfecta conſtitutione hominis in vtero:* ſed eiuſdem effectus ſpecie poſſunt multæ cauſſæ in eodem genere aſſignari, & ſpeciatim efficientes; quoniam flamma, & ignis quotidianis experimentis corrumpi videtur tum a fumo ſuffocante in loco non perſpirabili; tum a re conſumente fomitem, tum a flatu violenter eam diuellente a combuſtibili, tum ab aqua extinguente, tum a nube, ſeu vapore ſuffocante, tum ab ambientis nimia ſiccitate fomitem arefaciente, tum demũm ab externo igne maiori minorem ad ſe attrahente. Deinde vero quid ni dicamus eo loci Ariſt. ſat habuiſſe ad ſuum propoſitum adducere duas vulgatiores, frequentioresque ignis corruptiones, intactis alijs tunc ſuo inſtituto non neceſſarijs? nos vero cunctas ignis corruptiones antea ex profeſſo de flãmarum interitu agentes, nulla intermiſſa, recenſere debuimus. Deinceps autẽ Ariſt. inquiẽs, [d]Duobus autem modis » videmus corrumpi ignem; nam & a cõtrario corrumpitur extinctus; & ipſe a » ſeipſo marceſcens: hoc autem patitur » minor a maiore; & velocius, quãto fuerit minor. (&[e]alibi) At vero ignis duas » videmus corruptiones, marcorem, & » extinctionem: Vocamus autem eã quidem, quæ a ſe ipſo, marcorem; eam autem, quæ a contrarijs, extinctionẽ: Hæc inquam ſcribens Ariſt. dum aſſerit nos videre duas ignis corruptiones, quę sũt extinctio, & marcor; non propterea negat alias ab iſtis igni contingere poſſe; nec ſtatuit has tantummodo flammæ cõuenire; quod falſo in obiectione ſupponitur: Et reuera dum ſuffocatur flãma, & ignis a fumo exitum non habente, aut ab ignito aere in occluſis locis nimium rarefacto, nec marceſcens corrũpitur, nec tunc extinguitur ignis a contrario; ſed ne detur penetratio corporum exuperans exhalatio ignea mole ſua flammam ſuffocatione corrumpit. Denique vero etiam dicere poſſumus Ariſt. citatis locis genericas ignis corruptiones attuliſſe; nos autem ſupra ſpecificas ſub illlis genericis comprehenſas recenſuiſſe: noſtræ namque plures ad Ariſtoteleas pauciores quoquo pacto redigi poſſe videntur; nam ad marcorẽ primo redigitur corruptio minoris ignis a maiore; vt ait allatis locis Ariſt. vtque ratio conuincit; quia ſi maior ignis ad ſe trahat minorem, non attracto ſecum illius fomite; minor ob fomitis inopiam ſtatim marceſcit: ſin attracto etiam fomite; maior ignis fomitem minoris cito conſumens illius ignem marceſcere cogit: Deinde ad marcorem euidentiſſime redigitur corruptio ignis ab ambiẽtis nimia ſiccitate fomitem illi ſubditum arefaciente: Tertio dum flatus flammam auellit a combuſtibili, eam fomite priuans itidem marceſcere facit: Ad extinctionem autem a contrario redigitur corruptio ignis a vaporibus, nubibusque, ac fumis flammam ſuffocantibus; quoniam hæc tria corpora ob aliquam aeris, aquæ, ac terræ participationem, frigiditate, humiditateque prędita ſunt; quarum altera, vel etiam vtraque igni contraria ipſum vndique ambientia, & alte penetrantia poſſunt extinguere quam facillime; ac eo magis, quo ab horum corporum copia longe ſuperante flammulæ magnitudinem ſingula ignis particula maius ſe ſibi contrarium ſuſtinere, tolerareque minime poteſt. Quæ omnia ita conſtant apud [f] Ariſtotelem, vt Iuniores [g] caloris ſuffocationem ab extinctione, ac marcore, veluti tertium corruptionis modum, tertiamve ſpeciem interitus diſterminantes, Ariſtotelis mentem non aſſequantur, quo cum in propoſito ſe philoſophari fruſtra, & falſo profitentur.

Ignis corruptiones duæ.

Effectus eiuſdem ſint cauſſæ plures in eodẽ genere. [c] 2. phyſ. t. 30

Hominis effectrices cauſſæ quinque.

Cauſſæ ignem extinguentes enumerantur. Ignem varijs modis corrumpi.

Ignis corruptiones vulgatiores duæ.

[d] 3. cæl. t. 52.

[e] de iuu. & ſen. c. 3.

Suffocatio ignis vt fiat.

Corruptiones ignis vt omnes redigãtur ad duas.

Flatu flamma vt extinguatur marceſcẽs.

Suffocatio vt ad extinctionẽ a contrario referatur.

[f] De vita c. 3.

[g] Sala art. med. c. 9.

Cur funes grauissimum pondus trahentes, aut sustinentes nimium distentæ incalescant, & sæpenumero ignitæ accendantur, nisi aqua subinde madefiant.

Cap. XVIII.

OPponunt præterea nonnulli nos male sine vllius rationis assignatione dudum[a] accepisse de funibus nimium distentis prosilire posse ignium scintillas; a quibus propinquæ lucernæ fomes accendatur: Quibus primo respondemus impune potuisse nos id gratis eo loco accipere, ac sine vlla probatione tamquam ratum, & firmum constituere; quod quotidianis experimentis agnoscebamus esse omnibus apertissimũ; funes nimirum seu grauissima pondera trahentes, seu quauis alia ratione nimium distentas, adeo incalescere, vt demũ igne concepto comburantur; nisi mox nascituræ flammæ principijs occurramus; aut iamiam enascentis feruorem aquarũ aspergine compescamus. Deinde vero dicimus consulto, ne methodi nostræ filum, atque texturam importuna, intempestiuaque digressione interrumperemus, noluisse nos eo loci huiusmodi contemplationem habere, etiam tum in animo habentes cõmodiori hoc in loco eam perficere: Qua quidem in re primum asserimus funiculorum, restiumq. substantiam euidentissime porosam ad instar spongiæ fere aere plenam esse: dũ vero funes violenter distenduntur, cõstipatis poris exterioribus ea maxima tensione, occludunt ingressum externo aeri, & fortassis internis funium finibus eadem distensione amplificatis saltem in longitudinem, cogunt hi funes aerem intus inclusum rarescere, atq; attenuari ad replẽdum locum, & ad meatus arctiores permeandos: aer autem raritate, ac tenuitate humorem exuens, atq; adeo siccatus, siue siccescens, Aristotele[b] doctore, vertitur in ignẽ; quo prius calefieri, deinde funem inflammari, atque comburi tandem necesse est: Aqua vero inspersa tenuitate sua quam facillime ingreditur emollitas funiculi partes externas, laxatasq. lentore; perquas parat ingressum externo aeri ad locum intimum replendum; ingressaq. ignem, caloremque sibi contrarium extinguit; & aere introducto noui ardoris generationem prohibet; quippe non cogitur amplius internus aer in ignem attenuari. Secundo, & melius, asseueramus funium partes in violenta distensione (vt ita dixerim) ad inuicem magis comprimi; eaque arctiori compressione non sine quadam confricatione contentum, comprehensumque intra se aerem, velut intra chalybem, ac silicem, intraque lauri viridis, & ederæ siccæ, aridęque stipites, ac omnino intra duo corpora solida, & maxime dura (distentos enim funes indurari sensu comprobatur) atterere, in minutissimasque partes comminuere; aer autem attritione facile in ignem conuertitur; quo statim genito materia funium combustibilis facile calescit, & calefacta demum etiam incenditur; nisi aqua prius inspersa molliens restium materiam, prohibeat, impediatque illius indurationem attritioni aeris, & inde generationi flammę necessariam; & posterius imbibita expulso compressione aeri exitum patefaciat. Tertio quoque constituimus in violenta illa restium tensione partes funis nimium dum distenduntur se se inuicem confricare; talique affrictu easdem atteri in particulas minores: & has adhuc eamdem ob caussam perseuerantem attritas in vaporosam exhalationem, fumosumque halitum resolui; qui fumus, halitusque, perseuerante illo affrictu partium funis, inter eas medius attritione vltima inflammatur in ignem, emicatque coruscans in flammam; qua & funis reliquus aduritur; nisi præcaueatur ignis illius generatio, madefaciendo restim aquis flammam non solum exortam extinguentibus, sed etiam mox orituræ primordia destruentibus. Et sane ijsdem rationibus funis distentus nimium inflammatur; quibus & velocissime mota per aerem sagitta comburitur accensa, & plumbea glans ab igne de se orto per aeris attritionem eliquatur, vt obseruat alicubi [c] Aristoteles: cui belle assentitur suauissima Lucretij Musa non vno concinens in loco,

vt omnia motu
Percalefacta vides ardescere: plumbea vero
Glans etiam longo cursu voluẽda liquescit,

& paullo post,

Non alia longe ratione, ac plumbea sæpe

Fer-

[a] lib. 3. c. 1.

Funes nimiũ distentas igniri.

Funes cum tensione accendantur.

Funium substantia porosa est aere plena.

Aer humorem exuens raritate ignescit.

[b] 2. de gen. t. 25.

Funium accessio ex distensione declaratur.

Ignis quorum affrictu excitetur.

Funes distensione indurari

Aer attritione in ignem vertitur.

Funis distẽtus cur inflammetur.

Sagitta per aerem motu accenditur.

[c] 2. cæl. t. 42. Lib. 6.

» *Feruida fit glãs in curſu,quũ multa rigoris*
» *Corpora dimittens,ignem concepit in auris.*
» *Fit quoq; vt ipſius plagæ vis excitet ignẽ,*
» *Vt lapidem ferro quũ cedimus,euolat ignis.*

Hæ igitur ſunt cauſsæ, ob quas funes, dum nimium diſtenduntur, ſponte incaleſcant, & vlterius etiam inflammentur,accenſæq. demum a concepto igne comburantur, niſi prius aquis madefiant, & ſubinde iugiter aſpergantur.

Aer attritione vt in ignem tranſmutari valeat, eumque ab vniuoco agente genitum: & vt agens omne actu eſſe debeat. Cap. X I X.

[a]lib.3.c.14. MIrantur alij quomodo nos [a]ibidem aſſeruerimus ferramentorum affrictu, lapidumque fractione,funisque alicuius nimia tenſione intermedium aerem attritum in ignem commutari, qui dudum [b] in opere noſtro *De Spontaneo viuentium ortu* comprobauimus ex Ariſtotele [c] omnem ſubſtantiam noſtratem fieri proxime ab vniuoco efficiente; eoque actu: At vero iſti ſuam hanc admirationem exuiſſent, ſi ea legiſſent,quę nos de propoſito paullo antea diſſeruimus tum in eodem volumine, tum etiam in libello *De perfecta conſtitutione hominis in vtero:* nempe materiei non ita diſpoſitæ vltimas diſpoſitiones, & poſt eas eſſentialem formam nonniſi ab efficiente robuſto communicari, cuius actioni reluctantur præcedentis formæ diſpoſitiones contrariæ: ſed materiei diſpoſitiſſimæ nullo negotio eſſentialem formam vel ab efficiente imbecillimo conciliari;quippe id nullam omnino in materia repugnantiam offendit: quum igitur aer attritione in partes minimas diuiſus amiſerit priſtinam humiditatem; qua, ceu glutine, partes eius adinuicem coniungebantur, acquiſiueritque ſiccitatem humori contrariam, facile is in ignem commutatur, non quidem a ferramentorum, lapidumve, aut reſtium ſubſtantia miſta,vt ſupponunt obiectores,ſed a portione ignis quantumvis refracti, & labefactati,quæ cum alijs elementis miſta latet in ferro, lapide, ligno, fune, aut etiam in atomis per totum aera paſſim volitantibus, atque adeo ignis ex aere attrito genitus ab igne ortum habet

[b]lib.2.c.17. & ſeqq.
[c] 1. de gen. t.30. 1. magn. mor. c.10. 1. de part. c. 1. 7. meta. t.22. 30.31.32. 12. meta.t.13. 18.
Lib.1.c.126. Cap.21.
Omnia fieri ab vniuoco, & actu.
Materiã quale agens diſponat.
Agens imbecillimum cui materiæ formam det.
Aer attritione quid patiatur.
Aer non ignitur a miſto vllo proprie.
Aerem igniri sẽper ab igne actu.

proxime, ac omnino ab efficiente vniuoco. Eſt quidem in miſto ignis in potentia ratione quarumdam operationum, at reſpectu aliarum eſt in actu ſecundo, & ſemper in actu primo, vt docuit nos alicub [d]Ariſtoteles: Ceterum nonne in humano corpore ab excedẽte ignea portione ſæpenumero aduritur melancholia? eſt autem aduſtio ignis operatio;non aeris,non aquę,non terræ,non miſti formaliter vllius: at Ariſtoteli [e] omne agens agit quatenus eſt actu. Non igitur ignis portio latens in miſto ideo ableganda eſt a generatione ignis noui ex materia diſpoſitiſſima, quia in miſto ignis potentia inſit, non actu,quod aliqui obijciunt ex Ariſtotele: nam ibi ex eodem [f] Ariſtotele ineſt in actu primo, & in potentia actiua, ſiue ſecunda,& aliquando etiam in actu ſecundo: potentia vero, quæ agendi munus tollit, ea eſt ſolum, quæ prima, & eſſentialis appellata, excludit actum primum, ſine quo ſecundus eſſe non poteſt;nam omnis actio a forma eſt,quę definitur eſſe actus primus: Quum igitur in miſtione ignis ex [g] Ariſtotelis obſeruatione non corrumpatur; propterea ſuam ſibi formam retinet in miſto; ſed a contrarijs quidem valde labefactatam; adhuc tamen tantum virium [h] ſibi retinentem, quibus aptiſſime poſſit in materia diſpoſitiſſima procreare formam ſibi conſimilem in ſpecie.

Ignis in miſto vt ſit & actu & potentia.
[d] 1. de gen. t.82. & ſeqq.
Aduſtio vt fiat in humano corpore.
[e] 3. phyſ.t.17
Agens omne actu.
[f] 2. de ani. t.52. 2. de gen. t.82. 86. & ſeqq.
Ignis in miſto eſt in actu primo, & in potentia ſecunda actiua.
Potentia quæ actionem tollat.
Ignis in miſtione non corrumpitur.
[g] 2. de ani. t.5. & 6.
[h] 1. de gen. t.82. & ſeqq.
Ignis vt ſit in miſto viribus refractis.

Igni noſtrati, ac flammæ non eſſe neceſſarium humorem in aliena materia, vt alimentum. Cap. X X.

QVod antea quoque contra vulgatam opinionem [a] aſſeueraui-mus, ignem, & flammam hic apud nos in ardente miſto non indigere humidi, tanquam alimenti:nec illud conſumere veluti pabulum, Ariſtotelis multa repugnantia dogmata videtur habere: nam aliquando [b] ſcribit Præceptor admirandus ignem ex combuſtibili augeri,& enutriri:aliquando[c]ait manifeſtum eſſe ignem, quamdiu habuerit alimẽtum, tamdiu viuere; humidum autem igni eſſe alimentum ſolum; aliquando[d]aſſerit a multa flamma comburi,& corrumpi paucam eo quod alimentum conſumat; aliquando [e] demum apertiſſime

[a]lib.3.c.18.
[b] 1. de gen. t.39. 2. de ani. t.40. 41.
[c] 2. meteor. ium. 1. c.2.
[d] de long.& breu.vit. c.3.
[e] 3. Sectio. prob.5.25.

ſtatuit calorem humore nutriri. Sed hæc nos turbare non debent; quoniam Ariſtoteles in allatis locis cum vulgo loquitur, & metaphorice, dum ignem augeri dicit, & ali humore combuſtibilium: nam ſecus ex mente propria, & ſedulo alibi [b] negat ignem augeri proprie, proprieque nutriri; tum quia ignis iſta nutricatio, & augmentatio non fit ſecundum omnes præexiſtentis ignis dimenſiones; nec per omnes eiuſdem particulas; tum quia flamma vere non alitur [i] humido; ſed ex eo aſſidue noua generatur; quod Ariſtoteles aperte conteſtatur aliquãdo his verbis expreſſis, [k] Flamma enim propter cõtinuum humidum, & ſiccum, quæ permutantur, fit, & non alitur: non enim eadem exiſtens, permanet vllo tempore, vt ita dicam: (Et mox) Si igitur neque ſuccenſus alitur ignis, neque Solem par erat exiſtimare. Hæc ille ibi: cui alio in loco, [l] quod alitur, debebat idem numero permanere, non ſemper fieri. Ad primam enim obiectionem dicimus Ariſtotelẽ loco allegato non determinate ſcribere ignem augeri per [m] nutricationem, vt augentur animantia; ſed ad explicandum diſcrimen, quod intercedit inter augmentum veteris viuentis, & generationem noui, vtitur exemplo ignis; qui licet non augeatur vere per nutricatum, habet tamen quid ſimile augmento animantium; quæ ſimilitudo apta eſt explicare propoſitum; nempe ignem præaccenſum in rogo augeri, ſi ei adiungantur comburenda ligna; ſed ignem de nouo generari, ſi ligna incendantur a tæda, quæ ab eis accenſis illico ſubtrahatur; ſic animantia creſcere adueniente ſibi extrinſecus alimento, quod in eorum naturam conuertatur: ſed hoc viuentium augmentum fit per nutricationem non per ſolam iuxtapoſitionem appellatam; e contra ignis, & alterius cuiusvis inanimati augmentum fit per iuxtapoſitionem conſimilis ſecundum ſpeciem materiæ præexiſtenti; non per conuerſionem ſubſtantiæ diuerſæ ſpeciei in naturam viuentis; quæ conuerſio eſt proprie nutricatio. Ad ſecundam vero difficultatem aſſerimus eamdem ſolutionem adhiberi poſſe: At inſuper admonemus Ariſtotelem [n] ibi non ex propria ſententia conſtituere ignem ali, & augeri; ſed aſſerere id eſſe vulgi placitum; quod ipſe reſpuit, ac demolitur; ait enim, Videtur autem quibuſdam ignis natura ſimpliciter cauſſa nutritionis, & augmentationis eſſe: etenim ipſe vulgo videtur ſolus elementorum ali, & augmentari: Vnde & in plantis, & in animalibus putabit vtique aliquis hunc eſſe id, quod operatur (& ſtatim hoc aliorum dogma refutat ſubdẽs) Hic autem (ignis) concauſſa quidem quodammodo eſt; non tamen ſimpliciter cauſſa; ſed magis anima; Ignis enim augmentum (quod per iuxtapoſitionem ſolummodo fit) in infinitum abit, quouſque fuerit combuſtibile (ex quo ignis nouus aſſidue fiat, qui veteri adiectus ipſum dicitur adaugere:) natura autem conſtantium (in viuentium genere) omnium terminus eſt, & ratio magnitudinis, & augmenti: hæc autem animę ſunt, ſed non ignis; & rationis magis, quam materię; vti ſe habet ignis in viuente. Ad tertiam autem oppoſitionem ſimiliter adnotamus [o] Ariſtotelem eo loco tamquam aliorum dogma proponere ignẽ ali humore; quod aſſertum ſtatim confutat, vt euidentiſſime conſtat e verbis textualibus, quæ non pigeat huc etiam afferre; inquit ergo, Quapropter & deridendi ſunt omnes, quicumque priorum exiſtimauerunt Solem ali humido: Et propter hoc quidam etiam aiunt facere verſiones ipſum; non enim ſemper poſſe eadem loca exhibere ipſi alimentum: neceſſarium autem eſſe hoc accidere circa ipſum, aut corrumpi: etenim manifeſtum ignem, quamdiu habuerit alimentum, tamdiu viuere: humidum autem igni eſſe alimentum ſolum; tanquam pertingat vſque ad Solem, quod ſurſum ducitur humidi, aut aſcenſus talis ſit, qualis quidem factæ flammæ, propter quam ſignum accipientes, ſic & de Sole putauerunt: Hoc autem non eſt ſimile: Flamma enim propter (ideſt, prope) continuum humidum, & ſiccum, quæ permutantur, fit, & non alitur; non enim eadem exiſtens permanet vllo tempore, vt ita dicam (& paucis interpoſitis) Si igitur neque ſuccenſus alitur ignis; neque Solem par erat exiſtimare, etiamſi omnem calefaciens euaporare fecerit aquam. Hæc ille; quibus apparet Ariſtotelem dam-

Ignis vt alatur, & augeatur Ariſt.

[b] 2. de ani. t. 14.

Ignis proprie non alitur, nec augetur.

Flamma cur vere non alatur.

[i] 1. de gen. t. 35. & ſeqq.

[k] 2. meteſum. 2. c. 2.

Flãma non permanet.

[l] 2. de gen. t. 35. & ſeqq.

Alitur nil niſi permanens.

[m] 1. de gen. t. 39.

Ignis habet quid ſimile vero augmento.

Animal vt creſcat.

Augmentum animati, & inanimati vt differat.

[n] 2. de ani. t. 40 41.

Ignẽ vulgo ali & augeri.

Augmenti cauſſa non ignis, ſed anima.

[o] 2. meteorſum. 1. c. 2.

Solem non ali humido.

Vapor non aſcẽdit ad Solem.

Flamma non alitur ſed fit ex humido.

Ignis ſuccenſus non alitur humido.

damnare veterum ſententiam igni alimentum, & nutricationem concedentium. Ad quartam deinde inſtantiam reſpondemus [p] Ariſtotelem allegato loco flammis alimentum metaphorice, non proprie dictum concedere; nam quod proprie alitur ex [q] Ariſtotelis decreto debet idem numero permanere toto tẽpore ſuæ nutricationis; quum tamen hic aſſerat etiam, vt [r] alibi; ignem aſſidue fieri nouum, & corrumpi veterem, ac fluere, ſicuti fluuius; etiamſi hoc lateat propter velocitatem harum mutationum ignis, qui celerrime gignitur, vt Cæneo, & experimento concedit [ſ] Ariſtoteles; & ſtatim genitus occidit, nouo igne ſimili protinus exoriente de combuſtibili; quod proinde vulgo videtur eſſe veteris ignis alimentum, non autem noui ſemper enaſcentis materia generationis; quum tamen oppoſito modo ſe ſe res habeat. Ariſtoteles [t] autem nunc ſua præcepta obſeruans, atque adeo loquens vt multi loquuntur, dum pabulum, atque alimentum igni, & flammæ tribuit humorem, ſentire ſe monet, vt pauci ſentiunt, dum addit ignem perſeuerare addictum combuſtibili non eumdem numero; ſed ſemper fieri, ac fluere protinus ortum, ſicut fluit fluuius; hoc autem latere multitudinem, ſenſuum iudicio cuncta mentientem, propter velocitatem ſucceſſionis horum motuum adinuicem; vt aperte conſtat ex ipſo contextu, vbi » ſic ad verbum ſcribit Ariſtoteles, [u] Ipſa per ſe lucernæ flamma impoſita in » maiori flamma comburitur, ſicut quodcumque aliud vſtibilium: cauſſa autem, » quia alimentum quidem exiſtens in flamma præoccupat prehendere maior » flamma, priuſquam adueniat alterum: » ignis autem perſeuerat ſemper fiens, » & fluens, ſicut fluuius; ſed latet propter velocitatem. Ad poſtremam [x] denique dubitationem ex problematibus adductam non aliam adhibeas reſponſionem, quam Ariſtotelem in opere illo, quod exotericum eſt, loqui more vulgi flammis, & ignibus alimentum concedentis; at ſemper ſupra vulgi captum ſentire ignem, & flammam non habere humorem tanquam alimentum, quo diu permanens in eſſe nutriatur; ſed ſolum tanquam materiam, ex qua ignis, & flamma ſemper fluens in interitum, aſſidue noua generetur. Huc ea faciunt, quæ de propoſito ſcripſimus olim in opere noſtro [y] *De Vita*, & in volumine *De his qui diu ſine alimento viuunt*; quæ poterit Lector diligens his theorematibus adiungere.

[p] de iuu. & ſen. c. 3.

Alitur ſolum quod idem numero permanet.

[q] 1. de gen. t. 35. & ſeqq.

[r] 2. meteor. ſum. 1. c. 2.

Ignem celerrime gigni.

[ſ] 1. poſter. t. 97.

[t] 2. top. c. 1.

Loquendum vt multi, ſentiendum vt pauci.

[u] de iuu. & ſen. c. 3.

Flamma lucernæ in maiori vt comburatur.

Ignis ſẽper fit fluẽs vt fluuius.

[x] 3. ſect. probl. 5. 25.

Problemata exoterica.

[y] lib. 3. c. 15. lib. 4. c. 63.

Ignis elementum vt quieſcat ſupra aerem; & ibi ſimul a cælo in orbem cieatur motu, non ſupranaturali; nec medio inter naturalem, & violentum; nec naturali: ſed mere violento, ac præter naturam.

Cap. XXI.

NOn admittunt plurimi, quod antea [a] ſanximus, Ignem in loco ſurſum ſimpliciter ſupra omnem aeris regionem ſecundum naturam manere ob ſummam eius leuitatem; quum ab Ariſtotele [b] demonſtratum habeamus, & ex motu cometarum ibi exardẽtium colligere debeamus, totum elementum ignis, & ſupremam regionem aeris vna cum cælo in orbem rotari ſemper; atque adeo ſeu ſuper naturam, ſeu ſecundum naturam, ſeu medio quodam motu cieri, non autem violento, quia nihil eſt perpetuum in numero violentorum [c] Ariſtoteli; nullumq. præter naturam æternum eſt eadem Doctore; quum certo etiã conſtet non poſſe ſimul idem corpus in eodem loco quieſcere, atque moueri. Nos autem paucis hanc obiectionem tollere poſſemus, aſſeuerantes falſo dici, non poſſe vllo pacto idẽ mobile ſimul in eodem loco & quieſcere, & moueri; nam cælum ſecundum ſe totum quieſcit in eodem loco ſemper, in quo ſingulæ partes illius motu circulari perpetuo rotantur; eſt enim cæleſtis circulatio motus partium totius quieſcentis: conſimiliter ſi dixero ignis elementum ſecundum ſe totum ob ſummam ſui leuitatem in loco ſurſum ſimpliciter ſupra omnem aeris regionem quieſcere; nec inde moueri, niſi violentia, & ad eũ locum a nobis recto motu ſponte contendere; non ideo reluctantem habebo Ariſtotelem, qui ſingulas eius elementi partes in eodem loco ſemper cum cælo circumagi recte conſtituit; vt enim totum a ſingulis ſuis partibus re ipſa diſſidet; ita fieri poteſt vt quieſcente toto in aliquo loco, in eodem loco ſingulæ par-

[a] lib. 3. c. 18.

[b] 1. meteor. ſum. 1. c. 4.

[c] 1. cæl. t. 15. 2. cæl. t. 18.

Quieſcant, & moueantur ſimul quæ in eodem loco. Cæli motus qualis.

Ignis vt ſimul in eodem loco moueatur, & quieſcat.

partes moueantur, potissimum circulari motu; qui Aristotelis[d]obseruatione omnium motuum quieti simillimus est. Verum agentes etiam de partibus ignei elementi, constituimus eas ex se, ac secundum naturam a nobis ascendere sursum supra omnem regionem aeris; ibique ob summam sui leuitatem ex se conquiescere; attamen moueri per accidens ad motum cæli continentis, ac etiam præter naturam: Nos autem agentes de eo, quod igni per se inest, despeximus ea, quæ illi per accidens, ac præter naturam eueniunt; edocti ab Aristotele[e]scientificum negligere illa, quæ per accidens; vtpote quorum nulla est scientia: Sic vere diceremus ignem apud nos ascendere semper, terram in aere locatam descendere semper; licet impediri varia ratione possit terræ descensus a columna, vel fune; atque ignis ascensus a fornice; vt vere impeditur quies ignis supra aerem a motu cæli continentis. Ceterum quia motum illum ignis in orbem pure violentum existimamus; & hoc theorema satis ad hanc ignium contemplationem pertinere putamus; propterea celebrem Quæstionem De motu ignis in orbem paullo fusius nunc agitare decreuimus. Qua quidem in re plerique statuunt cum Simplicio[f]motum ignis, & supremi aeris in orbem illis elementis esse nec violentum, nec secundum naturam, sed supra naturam: Quæ sententia recipienda non est; tum quia hic motus a Physiologo tractatur; qui res supra naturam non considerat; tum quia formæ supernaturales, siue substantiæ sint, siue accidentia, & hæc siue permanentia, siue transeuntia; vti est motus ab Aristotele[g]definitus Actus entis in potentia quatenus in potentia; formæ inquam supranaturales si alicubi subiecto naturali aduenerint, eidem tribuunt aliquod esse sua ipsius natura præstantius, seu ipsius naturam ad esse præstantius quomodocumque deducunt: Quum ergo ignis, & aer a motu in orbem nihil omnino acquirat, quod illius vtriusque naturam supergrediatur; iam satis apparet motum in orbem igni, & aeri supremo non conuenire supra naturam: tum demum quia ponentes in corpore simplici, præter motum A naturalem, ac violentum, dari alium supranaturalem; qui aeris altioris, & ignis rotatio, circumuolutioque nuncupetur; ij aperte negant fundamentum, quo nituntur illæ omnes demonstrationes, quibus Aristoteles[h]ostendit cælum esse quintam quamdam substantiam ab elementis quibusque natura diuersam; nam id fundamentum est, quo accipit [i]Aristoteles, Omnem motum esse aut secundum naturam, aut præter naturam: siue aut naturalem, aut violentum. Alijs autem placuit motum ignis in orbem non esse illi supra naturam, nec absolute naturalem, nec simpliciter violentum, sed cum Auerroe neutrum, mediæ scilicet cuiusdam conditionis inter naturalem, & violentum; quia fit ab extrinseco motore, vt violentus, & conseruat, perficitque naturam ignis, vt motus naturalis. Cui opinioni subscribere non possumus; tum ob rationem nouissime propositam, tum speciatim quia motus medius inter naturalem, & violentum; quos Aristoteles asserit esse contrarios ad inuicem; necessario medius est vel per abnegationem extremorum, vel per eorumdem participationem, lata lege ab eodem Aristotele [k]in Prædicamentis: Ceterum motus in orbem igni conueniens non est medius inter ascensum, qui competit igni secundum naturam; & descensum, qui eidem inest violente; per abnegationem extremorum; quia motus ignis in orbem, obseruatione[l]Aristotelis, multas portiones ignis violente deorsum trudit in aerem conterminum; & motus aeris superioris multas eiusdem aeris portiones in elementum ignis violente sursum impellit; & vterq; motus vtriusque elementi naturalem quietem in locis proprijs turbat, & impedit; quare participat maxime de motu violento, non ipsum abnegat: Motus igitur ignis, & supremi aeris in orbem non est inter eorumdem motum naturalem, ac violentum medius per abnegationem extremorum. Non est etiam motus in orbem hic medius inter ignis, & aeris motum naturalem, ac violentum, medius inquam per participationem extremorum; quia motus naturalis ignis est ascensus; cuius non participat eius motus in orbem; ignis enim supra elemen-

tum

[d] 8.physic. t.76. Motus qui sit quieti similis.

Ignis vt sursũ quiescat.

[e]6.meta.t.4. & seqq. Scientia negligit ea, quæ per accidens.

Quies ignis sursum a quo prohibeatur.

[f]1.cęl.com. 14. Ignis motum in orbem, & supremi aeris non esse supra naturam.

Physicus non considerat supra naturalia.

Motus est forma transiens.

[g]3.phys t.6. & seqq. Formæ supernaturalis quid subiecto tribuat.

Ignis motu in orbem non acquirit quid supra se.

[h] 1.cæl t.8. & seqq. Cælum esse quintum corpus ab elemẽtis.

[i] 1.cæl.t.14. Motus omnis aut naturalis, aut violentus.

Motus ignis in orbem non est medius inter violentum, & naturalem.

1.cæl.t.10. Medium inter contraria duplex.

[k] cap.de oppost.

Ignis ascendit secundum naturam.

[l] 1.meteor. sum.t.c.4. Ignis rotatu deorsum pellitur.

tum aeris locatus in loco ſurſum ſimpliciter, vlterius naturaliter procedere non poteſt in cæli regionem: & vere motu in orbem infra ſolum deprimitur, & circumducitur; non autem aſcendit vlla ratione. Præterea vero motus ignis ſecundum naturam eſt motus rectus, qui dicitur ſurſum, a medio, & aſcenſus; præter naturam autem, ſeu violentus illi contrarius eſt motus rectus ille ſimplex, qui dicitur deorſum, ad medium, & deſcenſus: ceterum ex ſimplici aſcenſu, & ſimplici deſcenſu quomodo componi poteſt motus in orbem? non ſane motus circularis ſimplex; quum hic nequeat eſſe medius per participationem extremorum ſimplicium; ex duobus enim ſimplicibus compoſitus motus nõ poteſt eſſe ſimplex: neque motus circularis a prædominio, vti eſt rotæ gyrus, tum quia rota figuli mouetur in orbem a pede artificis abſque vllo aſcenſu, & deſcenſu; tum quia in motu rotæ fabrilis, quæ manu voluitur, præter aſcenſum, & deſcenſum, magna ex parte ineſt motus circularis eis prædominans; vnde ſortitur nomen gyri, & circularis; vt flamma noſtra nuncupatur ignis ab elemento prædominãte in eo miſto; quum ignis proprie quærendus non ſit niſi ſub Luna procul a nobis ſupra omnem regionem aeris, Ariſtotele [m] doctore: tum quia motus miſtus Ariſtoteli compoſitus eſt ex recto, & circulari ſemper; numquam vero ex duplici recto contrario. Non eſt ergo motus ignis in orbem medius inter violentum, & naturalem per extremorum participationem. Ad argumentum in oppoſitum concedentes ignem ab externo motore in orbem moueri, negamus proinde motum in orbem habere naturam motus violenti; nam ea natura ſita eſt in repugnantia mobilis; quum etiam ſecundum naturam moueantur elementa ab externo motore; quod [n] Ariſtoteli dicitur eſſe generans, aut remouens impedimentum; moueri etenim ab externo commune quid eſt ijs, quæ violente mouentur, & quæ naturali motu cientur in genere inanimatorum; quippe ab interno principio effectiuo, atque adeo a ſeipſis actiue moueri eſt animatorum proprium, decreto [o] Ariſtoteleo. Negamus deinde motu in orbem conſeruari, ac perfici elementum ignis; nam igni turbat circulatio quietem in proprio loco, quæ ipſi eſſet propria perfectio, vt docet [p] Ariſtoteles: & multas ignis portiones aſſidue in aerem violentia trudens ad interitum, deniq; ignem corrumpit ille motus in orbem. Negare tertio poſſumus a naturali motu elementa conſeruari; nam, vt obſeruat [q] Ariſtoteles, ea conſeruantur potius a quiete in proprijs locis procul ab omni contrario, quam naturali motu; quo dum aguntur, actu ſunt extra proprias ſedes a contrarijs obſeſſa ſibi ſemper corruptionem minitantibus, & inferentibus. Nonnulli tertio loco exiſtimauerunt motum ignis in orbem non eſſe ſupra naturam, non violentum, non medium, ſed pure naturalem: Sed in hac ſecta quinque ſunt opiniones; prima eſt inquiens motum in orbem igni conuenire ſecundum naturam communem, non qua ignis eſt: Quod aſſertum approbandum non eſt; quia ſic nullus eſſet motus violentus, & ignis deſcenderet etiam ſecundum naturam, quippe natura iſta communis vel eſt materia prima, vel vniuerſi conſtitutio, & ordo, & complementum: modo materia prima etiam in igne latens eſt indifferens ad omnia, & ſecundum ſui naturam appetit omnes formas tam ſubſtantiales, quam accidentales, & in vtroque genere tam permanentes, quam tranſeuntes: Vnde nihil illi violente contingere poteſt: Vniuerſi vero complemento, conſtitutioni, & ordini naturale eſt ignem ex alto deſcendere ad conſtitutionem miſtorum in aere, aqua, & terra procreandorum. Secunda opinio conſtituit motum in orbem conuenire igni, & aeri ſecundum naturam corporis cõtenti a cælo, quod circulo mouetur; quaſi naturale ſit contentis moueri motu continentium, ſeu ad motum continentium: Quod placitum minime recipitur; primo quia contineri a cælo non eſt natura ignis, & aeris; ſed purum accidens de Prædicamento Vbi: Deinde quia eamdem ob rationem deberet in orbem moueri totus aer inferior, aqua, & terra, quæ corpora intra cæli ambitum continentur: Immo etiam vt aer ſupremus a cælo circumuoluitur; a quo maxime diſtat, interpoſito altiſſimo

ignis

Ignis rotatus non aſcendit.

Motus in orbem non componitur ex aſcenſu, & deſcenſu.

Motus circularis a prædominio qui.

Ignis proprie ſub Luna.
[m] 3. de gen. an. cap. 11. 1. de cælo t. 5.

Motus miſtus non eſt a duplici recto.

Violenti eſſentia in quo ſita.

[n] 8. phyſic. t. 24. & ſeqq.

Moueri a ſeipſis animantibus ſolis conuenit.
[o] 8. phyſic. t. 27. & ſeqq.

Ignem motu in orbem non perfici, aut conſeruari.
[p] 8. phyſic. t. 32. 33.

Motus naturalis non conſeruat elementa.
[q] 1. meteor. ſum. 1. c. 4. De long. & br. vit. c. 2.

Motum in orbem non conuenire igni ſecundum naturam communem.

Materia indifferens eſt ad omnia.

Materiæ nil violentum.

Ignis motum in orbem non eſſe ſecundum naturam contenti a cælo.

ignis elemento; ita sane aer inferior ab A ignе,aereve superiori, & aqua ab aere, & terra ab aqua gyrante circumuolui deberet;si ad motum continentis naturaliter oporteat moueri contentum corpus: deinceps moueri ad motum continentis est moueri per accidens; at motus alicui secundum naturam, illi competit per se, non secundum accidens, quod natura definitur esse principium motus in quo est primum,per se, & non secundum accidens. Tertia opi- B nio est asserens motum in orbem conuenire igni, & aeri secundum naturam partis vniuersi, seu quatenus sunt partes vniuersi: Quod theorema non possumus admittere; tum quia terra, & aqua, aerisque regiones inferiores ambæ nihilominus vniuersi partes existūt, quam ignis, & aer ille supremus; quum tamen in gyrum hæ non moueantur: tum quia ꝓ esse pars vniuersi non est natura ignis,& aeris;sed attributum accidentale de genere Quanti; est enim C pars integralis, quam Scholæ Quantitatiuam nuncupant. Quarta opinio vetustior his decernit motum in orbem conuenire igni secundum naturam perfectam;scilicet ignem, dum adhuc ascēdit, perfectum non esse; at vbi sursum peruenerit, naturæ suæ tunc vltimam perfectionem obtinere, cui per se conuenit motus in orbem: Quæ sententia non recipitur a nobis; tum quia totus aer eamdem naturæ suæ perfectionem D habet, neque supremus perfectior est infimo, aut medio; quum in eo maxime vigeat calor ignis propinqui aerem alterantis; & exhalationum de terra sublatarum eumdem inquinantium copia;& nihilominus in orbem vertitur solus supernus aer, non infimus, non medius: tum quia eadem natura est ignis & ascendentis, & sublati sursum gyrantis,quantum ad essentialem,specificamque sui perfectionem; & quantum ad E qualitates illius internas, quæ [f] Aristoteli sunt leuitas, calor, & siccitas; licet ignis a loco sursum simpliciter habeat hanc perfectionem accidentalem, quod procul abest a contrarijs, a quibus labefactari potest: sed huiusmodi perfectio illi non est caussa motus vllius, ac speciatim non orbicularis; nec ob eamdem perfectionem igni supero conuenire dicendus est secundum naturam motus in orbem; quia siue sursum quiescat ignis, siue ibidem circumducatur a gyrante cælo, semper æque distabit a suis contrarijs infra degentibus: Quinimmo per motum in orbem multæ portiones ignis deorsum in aera truduntur;& ibi a contrarijs valentioribus assidue corrumpuntur. Quinta opinio[t] Iuniorum est asserentium motum istum in orbem conuenire igni secundum naturam corporis calidi locati; quum enim locus debeat locati naturam conseruare, atque perficere; terra in aqua locatur; a qua per qualitatem symbolam grauitatis,& frigiditatis conseruatur: Aqua in aere continetur; a cuius humiditate perficitur: Aerem ignis comprehendit, illius naturam calore fouens: Ignis a cælo demum ambitur; a quo experte caloris, siccitatis, leuitatisque, solo motu conseruari potest, quo in orbem concitatissimo atteritur, & attritione calidus efficitur. Quam philosophiam multis nominibus recipere nequeo;primo quia motus cęlestis in elemento ignis calorem reuera non efficit; namque suapte natura ignis calidissimus est[u] Aristoteli: quare non indiget calefactore cælo: nec vlterius vllo motu calefieri valet. Deinde quia ignis est[x] Aristotele quoque doctore omnium corporum subtilissimus, partiumque tenuissimarum: atque adeo motu atteri non potest: nec attritione calefieri,atque incendi; sed hæc a motu solus aer perpeti valet[y] Aristotelis obseruatione. Deinceps quia ex eodem [z] Aristotele cælum motu suo calorem generat per attritionem in aere infimo: non in medio, non in supero, nec in igne: medius enim aer impense friget, nec a cælo circumuoluitur: superior ab igne proximo, & ab exhalationibus igneis ad eum sublatis incalescit: ignis ex se calidissimus est. Neque dicas cælum motu suo calorem in igne conseruare, si non gignat; quia calor igni est naturalis: quare non indiget externo, & accidentali conseruatore: sed actualem calorem ignis forma ignis sibi conseruat: habitualem ignis ipse sibi, vt vnumquodque suam naturam. Demum quia nec aqua terram conseruat frigiditate, & grauitate: quia terra est grauior:

[t] Zabar. de mot.ig.in orb. c.8.

[u] 2.met.t.4. 8 met.t.5.

[x]3.cæl t.42. 45.

[y] 2.cæl.t.42.

[z] 1. meteor. sum.1.c.4.

Ignis motum in orbem non esse secundum naturam partis vniuersi.

Vniuersi partes sunt elementa singula.

Ignis natura non est esse pars vniuersi.

Ignis motum in orbem non esse secundum naturam perfectam.

Aer supremus non est perfectior medio, nec infimo.

Aer solum superius rotatur.

Ignis qualitates internæ quæ.

[f] 1.cæl.t.77.

Ignis a loco sursum quid habeat perfectionis.

Ignis motus in orbem non est secundum naturam calidi locati.

Motus cæli nō efficit calorem in igne.

Ignis calor non conseruatur motus cæli.

Terra non cōseruatur ab aqua.

grauior: & ob denſitatem frigidior: Immo vero læditur ab humore ſibi circumfuſo terra ſiccitatem propriam amittens: & aquæ non magis proſpicit aeris humiditas, quam illi officiat eiuſdem caliditas: aeremque tantum lædit ignis continentis ſiccitas, quantum perficit eiuſdem caliditas: Ignem vero cælum conſeruat nullam in eum ingerens peregrinam qualitatem; quod eſt conſeruare priuatiue, dicerent Scholaſtici; ſed motu corrumpit eius partes multas, eas infra propellens inter contraria, quibus extinguuntur; eodemque motu circulari cælum igni turbat appetitam in ſuo loco naturalem quietem. Addo ignem nimia ſui caliditate aeris calorem blandum deſtruere, aerisque ſubſtantiam corrumpere: Quin & aerem inſenſili ſua [a] humiditate non poſſe longe maiorem aquæ humiditatem perficere, ac proprie conſeruare: Cælum autem conſeruat ignem ac perficit poſitiue, non motu, ſed lumine, ac perſpicuitate, qua cum igne conuenit, & qua perfectiori pollet. Non eſt ergo motus in orbem vlla ratione igni, & aeri ſupremo naturalis: Quæ theoria ex [b] Ariſtotele confirmatur abſolute; tum quia vni corpori ſimplici cuiuſmodi eſt ignis, vnicus ineſt naturalis motus, idemque ſimplex; quum ergo igni ſecundum naturam conueniat motus rectus a medio; qui fieri poterit vt eidem elemento competat ſecundum naturam motus orbicularis circa medium? & præſertim non abſolute ſimplex? eo enim multæ portiones ignis vi deorſum, & tranſuerſa in aerem truduntur: tum quia ſi motus in orbem ſimplex eſt; quomodo cælo, & igni, & aeri ſupremo conueniat ſecundum naturam; quæ tria corpora ſunt in genere mobilium diuerſæ ſpeciei, atque diſſimilis omnino naturæ? Sin autem miſtus eſt motus hic in orbem ex recto, & circulari prædominante; quomodo igni leuiſſimo, & aeri grauitatem aliquam habenti, vt oſtendit [c] Ariſtoteles, inerit ſecundum naturam? leue namque, & graue recto motu moueri debet; illud a medio: qui aſcenſus nullus fit in ignis elemento: ſed hoc ad medium; qui deſcenſus non fit in aere ſupremo: Verum a motu in orbem ignis non naturaliter quoad multas ſui portiones deorſum truditur; & aer præter naturam conſimiliter ſurſum impellitur: tum tertio quia vni motui deorſum violento ignis duo erunt oppoſiti motus naturales in igne; aſcenſus nimirum, & circulatio; quum tamen apud [d] Ariſtotelem vni ſemper contrarium ſit vnum. Nos autem denique cum [e] Ariſtotele conſtituimus motum ignis in orbem illi eſſe violentum, ac præter naturam non minus, quam motus deorſum; quia fit ab extrinſeco agente, nullam ei conferente vim, ac propenſionem patiente; immo ex aduerſo cum euidenti repugnantia patientis: nam ignis, vt pars vniuerſi, eſt corpus leue; leui autem corpori ſecundum naturam competit vnus tantummodo motus ſimplex rectus, qui dicitur aſcenſus; & poſt eum motum quies in loco ſurſum ſimpliciter, qui eſt immediate ſub concauo Lunæ: vt graui ſecundum naturam competit motus ſimplex rectus, qui deſcenſus appellatur: & poſt illum motum quies in loco deorſum infra elementum ignis: Quum ergo motus in orbem prohibeat ignem poſitiue quieſcere ſurſum in loco ſuo naturali; & inde multas ignis portiones deorſum pellat: conſimiliterque prohibeat aerem ſupremum in ſuo loco naturali conquieſcere; multasque portiones eius vi trudat in locum ignis, vbi corrumpuntur; neceſſario dicendum eſt duplici hoc nomine motum ignis, & ſupremi aeris in orbem duobus illis elementis eſſe præter naturam, & mere violentum. Sed obijciunt vno iam ore omnes [f] Ariſtotele doctore, nullum violentum eſſe perpetuum; nullumque motum præter naturam æternum eſſe; at ignis, & ſupremi aeris motum in orbem ſemper abſque intermiſſione fieri; & cælo, ac mundo coæuum, ſeu coæternum eſſe. Reſpondemus nullum violentum eſſe perpetuum Ariſtoteli, ſi ſumatur idem numero; ſed violenti ſpecies perpetua eſſe poteſt: multorumque violentorum ſibi inuicem ſuccedentium concatenatio æterna eſſe valet, nullibi repugnante [g] Ariſtotele; Modo ad vnitatem motus numericam inter cetera maxime requiritur vnitas numerica mobilis; quod eſt cauſſa materialis motus vniuſcuiuſque apud Ari-

Ignis vt a cælo conſeruetur.

Cæli motus vt officiat igni

[a] 1. phyſ. tex. 54.

[b] 1. cæl. t. 9. & ſeqq.

Ignis eſt corpus ſimplex.

Ignis motus in orbem non eſt ſimplex.

Aer grauis eſt. [c] 4. cæl. t. 29 & ſeqq.

Aer motu in orbem ſurſum vi pellitur.

[d] 10. meta. t. 14. 17. 4. cæl. t. 10. 1. cæl. t. 15.

Vni vnum cõtrarium.

Motus in orbem igni eſt violentus.

Ignis vt leuis ſit.

Leui qui motus competat.

Graui qui motus competat.

Igni circumuolutio vt ſit præter naturã.

[f] 1 cæl. t. 15. 2. cæl. t. 18.

Violentũ nullum perpetuũ.

Motus ignis in orbem mundo coæuus.

Violentum vt poſſit eſſe perpetuum.

[g] 1. phyſic. t. 62.

Motus vnus numero eſt vnius numero mobilis.

[b] 5. meta. t. 12. Vnum numero definitur.

[b] Aristotelem; cui vnum numero ea esse definiuntur, quorum est vna materia numero: Ceterum ignis non est semper idem numero, sed alius, & alius; quum semper in eo elemento nouæ partes fiant, & veteres intereant; adeo vt post multas annorum centurias tandem totum vetus elementum corruptũ esse oporteat; nihilque illius pristini denique remaneat, nouo quoad omnes sui partes de integro demum generato; quemadmodum fuse a nobis ostensum est in opere [i] *De Spontaneo viuentium ortu:* Quare motus in orbem etsi ab eodem mouente semper efficiatur, ab eodemque cælo gyrante proficiscatur in ignem, & aerem supremum; quia tamen in varia mobilia, variasque materias deinceps assidue recipitur; propterea non est semper idem numero motus: Cælum idem sane semper mouet violente ignem, & aerem; sed non semper eumdem numero ignem, eumdem numero aerem. Ita ergo motus ignis, & supremi aeris in orbem illis violentus est, ac præter naturam: duratque in æternum gyrus ille non idem numero; sed in eadem specie in infinitas numero circumuolutiones multiplicatus in mobilibus eiusdem speciei sibi inuicem semper succedentibus infinitis. Obijciunt secundo loco, si motus in orbem sit igni violentus, ac præter naturam; quum ex [k] Aristotele motus violentus, ac præter naturam sit contrarius ei, qui est secundum naturam; iam vni motui recto sursum, qui competit igni secundum naturam, duo essent contrarij motus, ambo violenti, ac præter naturam; motus deorsum, & motus in orbem: quum tamen [l] Aristoteleo decreto vni vnum tantummodo contrarium esse hic accipiatur alibi demonstratum. At his respondere licet Aristotelem, dum asserit violentum esse contrarium motui naturali, non de quocumque motu violento tractare; verum de illo solo, qui est motus simplex, & per se, ac omnino eiusdem generis cum motu elementis conueniente secundum naturam; siquidem eidem doctori [m] contraria definiuntur esse, quæ maxime distant in eodem genere: Quum ergo motus igni naturalis collocetur in genere motus recti, simplicis, ac per se; huic violentus ille solus contrarius esse dicendus est, qui pariter locatur in eodem genere motus recti, simplicis, ac per se; cuiusmodi solus est descensus ad medium, non item motus in orbem igni, & aeri supremo a cælo impactus; qui motus est mistus a prædominio circularis & per accidens, illis elementis inexistens; quum ignis, & supremus aer in orbem moueantur ad motum cæli eos continentis: etsi motus in orbem quatenus est violentus ac præter naturam, sit oppositus ascensui: nec absurdum est vni motui duo esse opposita in diuerso genere oppositionis; nam ascensui descensus opponitur, & quies post ascensum opponitur motui circulari ignis in proprio loco. Quin motus in orbem opponitur quieti, vt habitus priuationi; ascensui vero, vt contrario positiuo; quia motus in orbem in suo loco non est igni naturalis, multumque participat descensus; vti constat ex Aristotele. Et hæc de motu ignis, & supremi aeris in orbem hic, fortasse non penitus importuno in loco, dicta sufficiant.

[i] lib. 4. c. 7.

Ignis motus in orbem semper est ab eodem cælo.

Motus ignis in orbem non est semper idē.

[k] 1. cæl. t. 10.

[l] loc. cit. 10. meta. t. 14. 37.

Motui naturali non omnis violentus contrarius est.

[m] 1. phys. t. 56 5. meta. t. 16. 3. meta. t. 13. 14 Cõtrariorum definitio.

Motus igni naturalis in quo genere fit.

Ignis motus in orbem non est simplex.

1. meteor. su. 2. c. 4.

Id inflammari posse, quod non est vaporabile; flammaque vt sit fumus ardens, & spiritus sicci ardens. Cap. XXII.

SEd & in illud etiam theorema impetum faciunt viri celeberrimi, quo superius [a] asseruimus liquorem in lucernis ab antiquissimo tempore splendidam flammam retinentibus nullius esse debere prorsum exhalationis; nam si fumum non halet humor ille; nec flammam diu sustinere poterit; immo vero nec ab initio inflammari; quandoquidem humor, qui aptus est ad flammam concipiendam, conceptamque sustinendam, necessario debet esse fumosus, & euidentis euaporationis, exhalationisque; nam ipsomet Aristotele [b] docente, inflammabilia, quæque flammam emittere possunt, omnia sunt exhalabilia eius generis; quæ fumum halare valeant; nihil enim aliud eidem [c] autori est flamma, quam spiritus sicci ardor, fumusve ardens. Nos autem ob hæc a superiori sententia non recedimus; quoniam experimento comprobatum habemus apud innumeros au-

[a] lib. 2. c. 5. 28. 32. li. 3. c. 24. 28.

[b] 4. meteor. sum. 3. c. 2.

[c] 2. de gen. t. 28. 1. meteor. su. 2 c. 1.

tores, eosque classicos, asbestum, amiantum, linumque carpasium, & ex illo contextas mappas inflammari, nec fumum vllum emittere; quum abigne non absumantur: est autem fumus, de quo loquuntur insignes viri, portio substantiæ igne combustæ; atque omnino exhalatio, & fuligo, in quam ignium actione abijt materiæ inflammatæ portio: cur ergo, vt ellychnium, ita liquor inflammabilis esse non potest absque eo quod sit exhalabilis? Verum etiam in arte fabri ferrarij nouimus pauco humore in magnum ignem conjecto combustibile quid euidentissime inflammari, rutilamque in flammam subito commutari; quum tamen fumum nullum ex se halet; quod obseruauit etiam Aristoteles[d]aperte scribens in tractatu suo *De ventis* paucum humorem in magno igne fumum non facere, his notis, Si in multum ignem inciderit modicum exustibile, prȩuenit sæpe, antequam fumum faciat, exustũ esse. Ad Aristotelis obiecta[e]dogmata dicimus primo, dum cõstituit inflammabilia esse exhalabilia, pronunciare dogma verum vt plurimum; non tamen in omnibus absolute verum. Deinde asserens ille maxime inflammabilia ea esse, quæcunque fumum emittunt; non propterea negat esse inflammabilia simpliciter ea, quæ fumum non emittunt; nam illa facilius; hæc difficilius; illa ex toto, hæc secundum partem; sunt tamen, & hæc absolute inflammabilia: Et hoc maxime confert diuturnæ ignis durationi, humorem in lucernis esse difficulter, & non omni ex parte simul inflammabilem; atque adeo nullius fumi exhalatorem. Ad aliud [f] Aristotelis assertum, quo sancitum est flammam esse fumum ardentem, consimiliter dicimus tum hoc esse placitum verum vt plurimum non in omnibus absolute: tum eo loci [g] Philosophum agere de vulgari & frequenti flamma; quam accensa edunt corpora exhalabilia, & fumum de se emittere valentia; quod ibi sat habebat Aristoteles ad suum propositum confirmandum: at vero præter hæc non negauit flammam asbesto, & amiãto, telisque carpasijs, & huiusmodi alijs corporibus fumare nequeuntibus affixam citra fumum esse valere. Immo A vero hanc nobis aperte insinuauit[b]alibi, dum tertio dogmate constituit flammam esse ardorem spiritus sicci; nam spiritus iste siccus, seu rei siccæ spiritus ardens sub specie flammæ, duplicis est generis; alius est virtute ignis [i]comburentis a combustibili separabilis, ac segregari aptus, & proprio nomine dicitur qua fumus, qua fuligo, qua exhalatio; qui spiritus ardore concepto flãma euadit; & iste lucernis ab antiquo ardentibus ineptus esse [k] dictus est: B Alius est spiritus siccus implantatus, ac ita fixus rei flammam concipere valenti, vt inde nulla vi vnquam separari queat; & proinde spiritus hic non est exhalatio, nec fuligo, nec fumus euaporare aptus a re inflammabili: sed est spirituosa substantia sicca inseparabiliter ardere valens in amianto, asbesto, lino carpasio, & alijs id generis; quæ lucernis ab antiquissimo tempore ardentibus incombustibilem vna & inflammabilem C materiam suppeditare possunt. Ita ergo in antiquorum lucernis diutissime ardentibus flamma si non fuit fumus ardens vulgarium combustibilium, nec eorumdem spiritus sicci segregati sub exhalationis specie ardor; fuit tamen spiritus sicci fixi, & implantati, a liquore inseparabilis, ardor, non aduersante, sed potius acclamante Aristotele: Si enim de illustrium Medicorum sententia in humano corpore, præter influentes D tes spiritus ab eo separabiles, insunt alij fixi spiritus, & implantati adeo, vt ab eo segregari nequeant; quidni quædam corpora inflammabilia spiritum siccum inflammabilem habere valeant fixum pariter implantatum, & ab eis inseparabilem? Nonne tali spiritu fixo præditas esse plantas oportet, quæ influente spiritu carentes nutricationem, auctionem, generationemque sobolis [l] edunt, quæ vitæ operationes absque spirituum ministerio fieri non possunt? E Nonne spiritus, quo semina tum animalium, tum quoque plantarum fecunda sunt, illis ipsis inest fixus, & implantatus ab eisdemque penitus inseparabilis? separato namq. spiritu illo, semina æquiuoce sunt, vt lapidea, vel ficta; non secus, atque oculus anima destitutus Aristoteli [m] æquiuoce oculus est, vt lapideus, vel pictus. Ita ergo corpora non

Inflammabilia nõ fumantia.

Fumus est portio substantiæ igne combustæ.

Vide infra cap. 40.
Humor ardẽs qui fumum nõ faciat.

[d] 2. meteor. fum. 2. c. 2.

[e] 4. meteor. fum. 3. c. 2.

Inflammabilia esse exhalabilia vt plurimum.

Inflammabilium varietas.

[f] 2. de gen. t. 28.

Flamma vt plurimum est fumus ardens.

[g] 1. meteor. fum. 2. c. 1.

[b] 2. meteor. fum. 1. c. 1.

Flamma vt fit ardor spiritus sicci.

Spiritus ardẽs est duplicis generis.

[i] 4. meteor. fum. 3. c. 2.

[k] Vide sup. lib. 2. c. 33.

Lucernarum flamma quo spiritu nixa.

Spiritus implantatus ardẽs flammam edit perẽnem.

Spiritus in humano corpore duplicis generis.

Plantæ quo spiritu polleant.

[l] 2. de gen. ani. c. 3.

Spiritus semine fixus.

Semen æquiuoce quod sit.

[m] 2. de ani. t. 9. 4. de gen. ani. c. 1.

non

non exhalabilia flammam in se concipere queunt, conceptamque diutius etiam in se retinere.

Cur antiquorum nonnulli monumentis forinsecus flammulas insculperent: & ad siniſtram intrantibus prope ostiarij cellam canem ingentem catenatum in pariete domus pictum haberent: & mensarios canes magnos, & ianitores, & sepulchrales alerent. Cap. XXIII.

NObis etiam olim [a] asseuerantibus antiquos in suis monumentis igniũ flammas lapidi insculpsisse, qui vere ardentes intus condere non poterant, aperte reclamant insignes viri secus existimantes fictas illas extrinsecus argumentum fuisse verarum lucernarum intra tumulos ardentium, suumque placitum a simili comprobant eo quod quum veteres ad ostium domus canem vigilem habere consueuissent: si qui canem ferocem vinctum ad fores alerent, ne ingredientium amicorum quis ab eo læderetur, canis effigiem cum titulo monitorio pictam in pariete curabant: Namq. Petronij testimonio in Trimalcionis domo Ad siniſtram intrantibus, non longe ab ostiarij cella, canis ingens catena vinctus in pariete erat pictus; superque scriptum, *Caue, caue canem*: Pictus erat, inquit eruditissimus ille Lipsius apud [b] Annæum Senecam, sed re ipsa etiam erat: & illud tantum, vt imagine moniti a viuo illo, & vero cauerent: Non alia ratione, inquiunt, fictus a sculptore in sepulchrorum cippis extrinsecus ignis verum in lucerna intra sepulturam ardente ignem significabat. Ceterum neque ob ista nos antehabitam opinionem repudiabimus; quam dudum firmioribus argumentis communiuimus; quæ ab egregijs viris intacta manent adhuc in suo robore. Obiectionem vero nouissime propositam non vna ratione diluere possumus: In primis enim concedentes in more positum fuisse veteribus alere canes ostiarios; vt constat apud Homerum, qui Priamum vt Hectorem a pugna cum Achille reuocaret ita plorantem inducit,

„ *Ipsum vero extremum me canes in primis foribus*
„ *Crudiuori lacerabunt, postquam aliquis acuto ære*
„ *Verberans, veliaculatus, ex membris animam eripuerit,*
„ *Quos nutriui in ædibus mensarios Ianitores;*
„ *Qui meum sanguinem bibentes grauati in animo*
„ *Iacebunt in vestibulis. Iuuenem autem omnino decet*
„ *In bello interfectum, confossum acuto ære,*
„ *Iacere: omniaque decora morienti quodcumque appareat:*
„ *Sed quum iam canum caput, canamque barbam,*
„ *Pudendaque deturpant canes interempti senis,*
„ *Hoc vtique miserrimum est miseris mortalibus.*

Vnde fortasse non ab re fuerit dicere canes eosdem veteribus tum mensarios fuisse, tum ianitores, tum etiam mortuorum deuoratores: quos canes sepulchrales memorat [c] Porcacchius asserens Bactrianos, & Hircanos consueuisse suos seniores canibus deuorandos abijcere: ac proinde in hunc vsum publico ære plurimos enutriuisse canes, quos propria lingua canes sepulchrales appellabant: Scribitque Diuus Hieronymus Nicanorem Bactrianorum pro Magno Alexandro Gubernatorem summo labore frustra conatum vt ab eis barbarum hunc morem tolleret; cui nolentes illi hac in re obtemperare, parum abfuit quin eum e regno pellerent. [d] Marcus Tullius ait viros nobiles etiam priuatim sibi alere consueuisse canes in hunc eumdem finem, existimantes huiusmodi esse optimam sepulturam. Sed eius verba legamus: In Hyrcania, inquit, plebs publicos alit canes, optimates domesticos: Nobile autem genus canum illud scimus esse; sed pro sua quisque facultate parat a quibus lanietur: eamque optimam illi esse censent sepulturam. Sed quum antea proxime dixerit M. Tullius Magorum morem esse non humare corpora suorum, nisi a feris sint antea laniata; nobis aperit ossa, & residua cadaueris, quæ non deuorabantur a belluis sepulchralibus, in terreno sepulchro recondi. Bactrianis, & Hircanis in pro-

[a] lib. 3. c. 3.

[b] de Ira c. 37.

[c] Fun. ant. tab. 19. & seqq.

[d] 1. Tusc. quæst.

Canem pingebant veteres ad ostium.

Canes mensarij, ianitores, & sepulchrales ijdem.

Bactriani senes suos canibus deuorandos abijciebant.

Canes alebantur in sepulturam nobilium.

Canes ostiarios alebant priſci.

22. Iliad.

posito Caspios adiungit comites Iacobus[c] Faber in hæc verba, Hircani, Caspij, & Bactriani canes ad id officij domi educant, vt illis mortuos deuorandos, laniandosq. præbeant. & paullo post. Bactri ad belli vsum carnibus humanis nutriunt canes, & illis in cibũ obijciunt senes. Adijcit Porcacchius Parthos existimauisse optimam item sepulturam dare suorum cadaueribus, quę publice canibus deuoranda proponebant: vt mirum non sit apud Homerum Priamum se domesticis canibus suis post mortem deuorandum asseuerare: sed redeamus ad pensum: concedentes antiquos aluisse passim canes ostiarios; negamus, qui canes immites viuos habebant, eos effigiem vincti ferocioris in pariete pingendam curasse cum monitorio titulo; nam apud Plautum in Mostellaria Theuropides ingressurus ædes Simonis timet sibi ab ostiaria cane; illamque Tranioni seruo abigendam a foribus mandat; nulla tamen in muro conspecta canis effigie picta, nullaque lecta ibidem cautione descripta; sic enim totam rem describit:

[c] com. ad 7. Ethic. c. 5.

Canem picti pro foribus nõ fuisse ferocis intus latentis indicium.

» *Th. Ibo intro igitur. Tr. mane sis, videam ne canis? Th. agendum vide*
» *Tr. est. Th. vbi canis est? Tr. abi directa, abin' hinc in malam crucem.*
» *At etiam restas? abi istinc. Sim. nihil pericli est, age.*
» *Tam placida est, quam est aqua, vise. Ire intro audacter licet.*
» *Eo ego hinc ad forum. Th. feciſti commode, bene ambula.*
» *Tranio age canem hinc a foribus abducas face.*

Deinde vero nec in pariete domus diuitis illius Epulonis vlla pictura canis, vllave paræneſis fuisse legitur; quem tamen plurimos canes ostiarios, eosdemq. feros aluisse nobis innuit apertissime Petrus Chrysologus in hæc verba, Sed

Serm. 123.

» dicis diues; ego etsi vinum negaui, aquã
» peto; quam communem omnibus ani-
» mantibus autor omnium præstitit, & na-
» tura. puto diues, quod & aquam pauperi tu negasti; cui, ne ingrederetur Ianuam tuam, ne ad tuum puteum perueniret, canes quamplurimos obiecisti. Immo & nulla picturę canis, nullaq. scripturæ monitoriæ in pariete facta mentione Seneca moralis immitem canem ad ostium Caussidici, & diuitis passim agnoscit intrantes terrentem, etsi catenatum; inquit enim aliquando, Iratum vidisti amicum tuum ostiario Caussidici alicuius, aut diuitis, quod intrantem submouerat; & ipse pro illo iratus extremo mancipio fuisti: irasceris ergo catenato cani? & hic, quum multũ latrauit, obiecto cibo mansuescit. Vt ergo canẽ ostiarium ferocem alentes olim non semper eius imaginem cum titulo cautionis intrantibus in pariete pingebant: Ita sane quibus in tumulis ardentes condebantur lucernæ, ignis effigies insculpta forinsecus non visebatur: atq; adeo fictus ille ignis exterior indicium non erat interioris veri. Amplius autem canis ostiarius catena vinctus detinebatur; quod tum superiora declarant Senecæ verba; tum alia Suetonij asseuerantis Vitelliũ [d] confugisse in cellulam Ianitoris, religato pro foribus cane; tum etiam illa Petronij de muliere ostiaria ita scribentis, Anus præcipue Lippa, sordidissimo » præcincta linteo, soleis ligneis impari- » bus imposita, canem ingentis magnitu- » dinis catena trahit, instigatq. in Eumolpum. Si ergo catenatus canis ostiarius erat; sique, licet ingentis magnitudinis, aduenas intrantes non lædebat sponte; sed instigante homine familiari opus habebat; certe cautionem illam ad picturam canis inscriptam non arbitror fuisse indicium veræ feritatis in viuo cane, vt rentur insignes viri; sed potius ad fures perterrefaciendos; vel etiam animi gratia, & ad ornatum picturæ; vel potius vt qui viuos canes ad ianuam alere nolebant, aut quauis ratione non poterant, ij siue ad nobilitatis, ac diuitiarum ostentationem, siue ad imponendum aduenis de vero cane Ianitore, fictum illius indicem pingi curabant in pariete, ne temere quilibet domum ingredi auderent, ac ne domus illius herum de plebe homunculum esse censeret; nam canes alere diuitum, ac nobilium erat, & principum: vel quia domus, in qua canis non erat, contemptui esse solebat: vnde prouerbium: *Cane carere vita turpissimum est*: Ita Daniel Barbarus. Hæc omnia satis indicat Homerus, [e] dum ad fores Alcinoi, inquit,

Ignis effigies tumulo internum ignem ardere non iudicauit.

Canis ostiarius catenatus.

[d] cap. 16.

Canis pictura cum monitorio titulo monitorio curantes antiquorum.

2. rhet. p. 213.

[e] 7. Odyss.

» *Aurei autem vtrimque, & argentei canes erant,*

„ *Quos Vulcanus fecerat peritis præcordijs,*
„ *Domum vt custodirent magnanimi Alcinoi,*
„ *Immortales existentes, & senio non obnoxios dies omnes.*

Hinc ergo non habetur ignem in sepulchro forinsecus insculpi olim consueuisse in signum ignis veri ardentis intra monumentum. Sed esto in disputationem canis effigiem depingi solitam cum titulo monitorio, ne temere domum ingredientes a fero cane intra ostium læderentur; quid hoc obsecro commune habet cum igne forinsecus tumulis insculpto? an ne hic pariter effictus ignis admonebat ingredientes, aperientesque sepulchra ne ab igne vero intus ardente male afficerentur? id certe nec verisimile, nec probabile mihi est, lucernæ flammulam tanto terrori esse, vt præcaueri debeat insigni titulo, & imagine: Sed & in cippis, vbi effictus ignis visebatur, non obseruarunt vlli titulum, *Caue, Caue, Ignem*. Nos itaque vt in tumulis ardentes ab antiquo lucernas quamplurimas habuimus ex historicis absque titulo, & absque ignis externa effigie: Vtque in sepulchris forinsecus insculptum ignem habentibus nullam intrinsecus ardentem lucernam fuisse legimus: Ita plane tum concedentes antiquitus ostiario seruo æque ianuam custodienti, & non procul a ianua ignem larum familiarium in atrio seruanti; quod ex Ouidio [*f*] notauit etiam in eruditissimo suo volumine *De Seruis* Laurentius Pignorius citatis Fastorum versiculis,

„ *Omnis habet geminas hinc, atque hinc Ianua frontes,*
„ *E quibus hæc populum spectat, at illa larem.*

Seruo inquam ianitori plerumq; comitem datum fuisse catenatum canem ad fores; qui seruo dormiente vigilias ageret: tum admonẽtes, qui canes ostiarios alere nolebant, non poterantve quacumque de causa, eos olim prope ianuam canem pictum habere consueuisse, ob rationes nuper allatas; non aliter ac, qui lucernas in monumentis ardentes assidue habere non poterant; ij flãmas in conditorijs effingi a sculptore sibi curabant: Negamus imagines illas externas indicium semper extitisse veri canis, veriq. ignis intus vtrobiq; latentis. Sed & in huius veritatis confirmationem habuimus in libro [*g*] *De spontaneo viuentium ortu* Animam, quæ ob sui debilitatem, aut materiæ ineptitudinẽ, veras plantas in lapide procreare nequit, plantarum imagines in Dendrachate depingere; quæ tamen effigies in superficie lapidum a natura insculptæ veras in saxi meditullio stirpes inesse non arguunt. Ceterum & in sepulchrorum cippis imaginem canis antiqui aliquando posuerunt; sic asserit Porcacchius [*h*] Romæ seruari apud Maffeios lapidem sepulchralem inscriptum, & figura canis exornatum, qui erecto capite talem inspicit inscriptionem,

C. IVLIO. VRBANO
ET IVLIAE OPTATAE CONTVBERNALI, ET C. IVLIO VRBANO PECVLIARI
FILIO
POST. (hic visitur figura canis) SVIS.

An ergo intra huiusmodi conditorium Vrbanorum condebatur cum eorum cadaueribus viuens canis, cuius foret indicium extrinsecus ille depictus, siue insculptus? nihil minus. Sed iste canis ad ornatum sepulchri effictus est, vt ille ignis.

[*g*] lib. 3. c. 20.

[*h*] Fun. tab. 22. p. 88.

Canes alere quorum fuerit olim.

Ignis, & canis pictura nihil affine habet.

Flamma lucernæ titulo præcaueri nõ debet.

Stirpium effigies in saxis a natura fictæ.

Canis effigies in tumulis antiquorum.

Seruus ostiarius ignem larum seruabat.

[*f*] 1. Fastor. pag. 224.

Seruo ostiario cur canis ostiarius comes daretur.

Sepulchris cur insculperetur canis.

Lentorem cuique corpori viscido inesse ab humiditate: omneque humidum esse lentoris particeps. Cap. XXIV.

IN eodem libro superius, & multo antea [*a*] quoque asseuerantes lentori vbique originem esse proxime ab humiditate, contradicentes habemus insignes viros; quibus lentor non videtur esse ab humore, tanquam a caussa propria; tum quoniam aer lentus non est, neque acetum, neque alia multa; quibus tamen euidenter inest humida natura: tum quoniam aqua omnium corporum humidissima, non est tamen omnium corporum viscidissima, summique lentoris; nam ab oleo visciditate, lentoreque vincitur; alijsque pluribus lenta magis quam aquæ substantia contigit: tum demum quia pleraque multum viscida sunt, lentorisq. valde participia; quæ tamen substantiam obtinent a prædo-

[*a*] lib. 3. c. 20. lib. 2. c. 31.

dominio terream, temperiemque a prędominio ſiccam; vt lemnia terra, bolique omnes a Samo, ab Armenia, aliunde nuncupatæ, reſina, pix, & id generis innumera. Ceterum neque his argumentis aſſertio noſtra conuellitur; quæ viciſſim firmis communitur vndique rationibus: Quod enim lentor ex humore per ſe primo prodeat, ſitve humoris propria quædam qualitas, naturalisque proprietas, inde ſatis manifeſtum primo eſſe poteſt, quia quæcumque lenta ſunt, & glutinoſa, omnia lentorem ſuum amittere ſolent ad vnius humiditatis exterminium; nequaquam vero ad amiſſionem, ſiue inopiam cuiusvis alterius qualitatis; cera etenim, reſina, pix, & aliud quodcumque corpus lentoris particeps; immo & cadauera ipſa in ſepulchris, [b] Ariſtotelis etiam obſeruatione, vbi propter nimiã vetuſtatem exſiccantur, omnem priſtinum lentorem exuunt, ſiuntque friabilia, & in puluerem aridum facile vel ſolo contactu reſolubilia: Quem tamen lentorem ſibi retinent amiſſis alijs qualitatibus omnibus ſigillatim, calore nimirum, frigore, ac ſiccitate, vnam dummodo humiditatem retineant: At vero id, quod ex humiditatis præſentia permanet, & abſentia obliteratur, humiditatis ſoboles eſſe debet: Pendet igitur immediate lentor ex humiditate, tanquam ex cauſſa proxima; quam ad remotæ diſcrimen Ariſtoteles [c] alicubi decernit eſſe cuius affirmatio eſt cauſſa affirmationis effectus, & negatio eſt cauſſa negationis; quod eſt dicere cauſſam immediatam eam eſſe, ad cuius poſitionem ponitur, & ablationem aufertur effectus. Deinde quia quę lentorem non habent, aut perexiguum habent; vti ſunt animalia viuentia, & carnes imputres, aliaq. id generis innumera; hæc omnia lentorem ſibi acquirunt nouum, aut præexiſtentem adaugent, vbi humidiora fiunt: Quod in carnium putrefactione conſpicuum eſt: Licet enim poſt putrefactionem completam, reſolutis alijs miſtorum partibus humidis, terrenæ, ac ſiccæ ſolum ſuperſint, doctore Ariſt. [d] dũ tamen miſtũ aliquod adhuc putreſcit, calore ambiẽte, ſiue alio quouis externo conſumente inſitum miſti calorem; in eo, quod putreſcit, euidentiſſime dominatur humiditas; quę ab interno miſti calore iam fere conſumpto non amplius terminatur: Vnde ſapienter Ariſtoteles ait putreſcentia primo fieri humida, deinde ſicca; ſed vbi ſunt humida, tunc lentorem obtinent; vbi autem exſiccata fuerint, omni lentore carent, vt cinis, & puluis: lentor igitur eſt ab humore proxime. Deinceps quia lentoris officium, munusq. proprium eſt (vt experimento conſtat aperte) diuerſa corpora ſicca in vnum conglutinare; quum autem multa ſicca in vnum conglutinari nequeant, niſi alicuius humiditatis interuentu; iam ſatis apparet lentorem ab humiditate, velut a cauſſa propria, exoriri. Demum quoniam aer in aliquo humido corpore concluſus detineri non poteſt, niſi ab humoris lentore impediatur abſolui ab humido grauiori, & inde ad ſuum locum tendere. Quia vero in omni humido agitato excitari poſſunt ampullæ, in quibus concluditur aer, concluſusque impeditur quominus ab humido, cui violente alligatur, abſolutus euolet ad locum ſibi naturalem: certo conſtare cuiq. poteſt humidum nullum eſſe ſine lentore, ac proinde lentorem eſſe proprietatem naturalis humoris, ſeu effectũ humidi, qua humidum eſt, nõ viciſſim: quum prima qualitas a ſecunda non oriatur, ſed viceuerſa: Et profecto ampullæ in quouis humido per eius agitationem aere incluſo excitatæ non leui argumento in omni humido lentorem ineſſe demonſtrant, qui aeri in huiuſmodi ampullis incluſo exitum intercludere cõtendit enixe. Quare, vt obſeruauit etiam Præceptor doctiſſimus [e] Coſtæus, quemadmodum in nullo, præter aquã, elemento agnoſcitur vis glutinandi; & nihil hiſce in rebus compactum eſt ſine aqua; ita, quę ex ipſis glutinoſa ſunt, aquã omnia referunt. Eſt autem lentor ex aquæ non frigiditate, ſed humiditate, cuius vnius eſt munus proprium conjungere ſicca: Quamobrem non eſt mirum tum aquam, quæ omnium humidiſſima eſt, non eſſe omnium viſcidiſſimam; obeſt enim ſumma aquæ frigiditas, quę lentori aduerſatur, vt conſtat ex pice frigore indurata, & alijs multis: tum ſi non ijs ſolum, quæ ſunt exigui caloris, lentor inueniatur, vt in malua, pſyllio, aizoo,

Lentor ex humore per ſe primo prodit.

Glutinoſa vt lentorem amittant.

[b] 4. meteor. c. vlt.

Cadauera vt fiant friabilia in puluerem.

[c] 1. poſter. anal. t. 99.

Cauſſæ proximæ, & remotæ diſcrimen.

[d] 4. meteor. ſum. 1. c. 2.

Putreſcentia cur primo fiãt humida, deinde ſicca.

Lentoris munus quid ſit.

Aer vt in humido retineatur.

Ampullæ vt excitentur.

Humidum nullum eſt ſine lentore.

Lẽtor eſt propria humidorum qualitas.

[e] 4. diſq. phyſiol. c. 1.

Aqua omniũ humidiſſima cur non viſciditſima.

Frigiditas lentori aduerſatur.

ſed etiam in calidis; vt in pice, reſina, melle, & huiuſmodi corporibus alijs: Quorum quamuis aliqua ſint poteſtate ſicca; vt in quibus etiam terrenæ multæ ſunt partes; humida tamen actu ſubſtantia eſt; eaque actualis humiditas eſt in eis cauſſa lentoris; ita vt ſi humoris pereat, vna quoque lentor aboleatur; quod in vetuſtiori pice, reſina, & cera quotidie obſeruatur: Eſt ergo lentor ſoboles humoris: ſed iam diluamus obiecta. Et quidem ad primum de aere aſſeuerantes omnia humida, qua humida ſunt, eſſe lentoris participia; quando tamen, vel [f] Ariſtotelis animaduerſione, aeris humiditas inſenſilis eſt; aeri & nos quoque lentorem damus inſenſilem; vt cauſſæ ad amuſſim correſpondeat effectus. Niſi etiam dicamus lentorem eſſe quidem ab humiditate; ſed tamen in ſubiecto corpulento, ac denſo: quum igitur aer denſitatem non habeat vllam; iam in eo humiditas lentorem procreare non poterit: actus etenim actiuorum fiunt in patiente diſpoſito, aptusq. eſt fieri ſolum vniuſcuiuſq; actus in propria materia, docente Ariſtotele: [g] ſin autem craſſefiat aer in nubem; illi ſuæ corpulentiæ proportionatus inerit lentor ab humiditate, qui conſpicuus eſt in niue; quam eſſe miſtum multi particeps aeris olim oſtendimus in opere [h] *De his qui diu ſine alimento viuunt*. In aceto, quod poſtea obijciebatur, ſuus ineſt etiam lentor ſubditæ ſibi materiæ proportionatus: eſt enim aceti materia valde tenuis; quo factum eſt vt exigui lentoris ſit particeps, euidentis attamen particeps: Quod experimento commõſtrare licet, quia ſi acetum baculo agitemus, ampullas, & ſpumam in eo ſuſcitabimus; in quibus humoris lentor euidentiſſimus eſt; quo aer incluſus diutule detinetur intra capacitatem ampullæ; quæ ob ſolam viſciditatem, ac ob vnum lentorem, aeri exituro viam claudit egreſſus. Id ipſum de aqua dicendum eſt, quæ poſterius in argumẽtum adducebatur; nempe ad cuiuſlibet effectus procreationem non ſat eſſe robur agentis; verum etiam requiri materiæ diſpoſitionem: Quum itaque materiæ ad lentorem aptitudo maxima ſit denſitas, & craſſities; etſi aqua ſit omnium corporum ſenſui humidiſſima;

Lentoris cauſſa eſt humiditas actualis.

[f] 1. phyſ. t. 64.

Aeris humiditas inſenſilis.

Aeris lentor inſenſilis.

Lentoris ſubiectum eſt denſum.

Actus in patiente diſpoſito ſolum fiũt.

[g] 2. de anim. t. 24. 26.

Lentor in niue.

[h] lib. 4. c. 40.

Acetum lentore non caret.

Effectui non ſat eſt robur agentis abſq; materiæ diſpoſitione.

A quia tamen habet materiam oleo, bitumine, alijsq. plurimis in eodem genere tenuiorem, ideo quibus præualet aqua in humore; ijſdem ob ſuæ ſubſtantiæ tenuitatem eadem aqua cedit lentore. Addo, quod nuper obſeruauimus, in aqua præcellentem frigiditatem obſtare lentori ab eius humiditate fieri nato; quę frigiditas in oleo, & in bitumine nõ exiſtens permittit ab eorum humore in materiam denſam, & craſſam valde, maiorem lentorem procreari. Quod vlterius de terra lemnia, ſamia, bolo armena, & conſimilibus alijs affertur, ideo ſoluitur, quia concedentes corpora hęc eſſe a prædominio ſicca; negamus ipſa ex ſe vllum habere lentorem; nam a ſola humiditate ſibi extrinſecus vndecũque adiuncta lentorem contrahunt, & viſciditatem. De pice demum, reſina, & alijs huiuſmodi, vt conſtituere poſſumus ea eſſe miſta poteſtate, ſeu virtute ſicca, nempe habentia vim exſiccandi; ſic vere decernimus in ijs eſſe humiditatem actualem; a qua lentorem habent euidentem. Ita ergo vere conſtitutum a nobis eſt antea humorem lucernis iniectum lentore ſuo ignem ſibi adiungere, adiunctumque vi retinere, ne ſurſum euolet ad æthera; & lentoris cuiuſque ortum eſſe ab humore.

Aqua non eſt omnium humidorũ craſſiſſima.

Terra Samia ex ſe non habet lentorem. Lemnia vnde lentorem contrahat.

Humida actu quæ vim habeant exſiccandi.

Finem, cuius gratia flamma ſubditum ſibi humorem depaſcitur, non eſſe nouæ flammæ generationem: & de flammæ noſtratis aſcenſu vſque ad concauum Lunæ: deque illius extinctione in aere.

Cap. XXV.

NOn accipiunt deinde viri Clariſſimi finem, cuius gratia ignis implexum, ſubditumque ſibi combuſtibile depaſcatur, eſſe vt ſublato impedimento euolare libere valeat ad locum ſibi naturalem; quod antea [a] ſanximus: ſed inquiunt eſſe vt generet nouum ignem ſibi conſimilem: primamque negationem ea ratione communiunt; quia ex Ariſtotelis [b] decreto Natura id ſibi pro fine non ſtatuit, quod nunquam conſequi poteſt; ſed flamma, combuſto humore hic apud nos, hinc non fertur vſque ad altiſſimum ignis elementum; ſed in aere ab aeris immẽſitate, atque a contraria ſibi in aere vigente humiditate cor-

[a] lib. 3. c. 20.

[b] 8. phyſic. tex. 75. 1. cæl. t. 58. & 9. met. t. 17.

corrumpitur euidenter: nõ minus enim ab aere calido, & humido ignis tanquam a contrario extinguitur, quam a feruente aqua vulgo extingui videatur. Secundam vero assertionem confirmant autoritate[c] Aristotelis, qui alibi statuit, tum omnem essentiam esse naturæ sibi similis procreatricem; tum naturalissimum esse agentium physicorum generare sibi simile; tum denique finem, [d] cuius gratia agunt quæcumque secundum naturam agunt, esse vt pro modo naturę suę participẽt diuino, ac[e] perpetuo esse: quod quę in indiuiduo consequi nequeunt, id in specie sibi conquirere tentant, generando rem sibi consimilem: Acutæ sane obiectiones; quas tamen intime spectata rei natura sic hebetare valemus, vt illæ nihil assertionem nostrã labefactare queant: Quod igitur in primis affertur, Naturam vbique prudentissimam id sibi pro fine non proponere, quod numquam assequi possit; hoc theorema caute intelligendum est; namque impotentia illa esse potest vel ex parte naturæ ad finem collimantis, omni extrinseco agẽte circumscripto; vel ex parte alicuius externi agentis naturam, quo minus propositum sibi finem assequatur, impedientis: Sane vt vltro concedimus naturam eum sibi finem numquam proponere, cui consequendo vires aptas non habeat; ita negamus audacter naturam sibi in finem illud constituere non posse, quod ne consequatur, ab aliquo impedimento externo prohibeatur: sic etenim ab Aristotele [f] didicimus leuissimi finem esse sursum quiescere; ignis enim, qua leuis [g] est, ideo ascendit, vt quiescat in loco sursum simpliciter; sed tamen a motu cæli rapientis impeditur quo minus in proprio loco vnquam quiescat; semper enim a cęlo in gyrum voluitur cum aere supero totum ignis elementum: sic aqua itidem, qua grauis est, recta descendit vt deorsum circa terram conquiescat; nũquam tamen reuera quiescit, ab externo agente aliquo semper agitata; quæ tamen vires habet, quibus in suo loco, non impedita, quiesceret; semperque quiesceret: Non aliter profecto flãmula quælibet consumpto eo humore, quo violente deorsum hic apud nos detinebatur, sursum ad orbis Lunæ concauum semper ascenderet; nisi prius quam eo perueniret, a quocumque inuento in aere corruptiuo corrumperetur:

Vtrumne clarus ignis, & nitidus stetit; „
Rectusque purum verticem cælo tulit; „
Et summã in auras, fusus explicuit comã? „

Si quis cum Tragædo Seneca in Oedipo [h] quæsiuerit; iam respondere licet aliquãdo contumaci adeo exhalatione flammam inniti, vt a regione nostrate ad cælum vsque pertingere sensu oculorum conspiciatur; quod ex historia Suetonij constat in vita Augusti, vbi hęc ad verbum leguntur, Octauio postea, „ quum per secreta Thraciæ exercitum „ duceret, in Liberi patris luco barbara „ cæremonia de filio consulenti idem af- „ firmatum est a Sacerdotibus, quod in- „ fuso super altaria mero, tantum flammę „ emicuisset, vt supergressa fastigium tem- „ pli, ad cælum vsq; ferretur: vnique olim „ omnino Magno Alexandro apud eas- „ dem Aras sacrificanti simile proueniisset „ ostentum. Hæc ille. Sed nos etiam disputationi concedentes in vltimo candelæ, siue lucernæ post consumptionem totius humoris, qui lentore impediebat quo minus ignis sursum ascenderet ad proprium locum, flammam quidem suo nutu, atque instinctu, naturalique appetitu, ac impetu sursum inhiantem moueri ad propriam sedem sub concauo Lunæ immediate locatam; quo certe perueniret, nisi de corpore combusto eleuata in contrarium maioris roboris incideret; nempe in aerem vel solum sua humiditate, immensitateq. operantem; vel etiam plerumq; humidis, ijsdẽque frigidis vaporibus obsessum, a quo flammula igneam naturam exuitur, deperdita siccitate, & acquisita humiditate, Aristoteleo[i] monitu, aeream induitur: quæ sane transmutatio eo facilior est, quo tum inter ignem & aerem symbolum est penes caliditatem; quæ qualitas est vtriq; elemento communis: tum aer tunc ad flammulam nostram comparatus est agens validissimum; cuius vigori ad immensitatem corporis præpotenti, vt innuit[k] Aristoteles alicubi vires elementorum augens ad magnitudinem corporis eorum, ne tantillũ quidem flãmula reluctari, resistereve posse videtur: extinguitur inquam flamma sur-

[c] 1. mag. mor. c. 10.
[d] 2. de ani. t. 34.
[e] 2. de ani. t. 35.
[f] 8. phys. t. 32.
[g] 1. cęl. t. 76.
[h] Act. 2. Scen. 2.
[i] 2. de gen. t. 25. & seqq.
[k] 1. cæl. t. 46. & seqq.

Impotentia naturæ duplex.
Natura finem sibi comparabilem proponit.
Natura impediri potest, ne finem consequatur.
Leuissimi finis est sursum quiescere.
Quies leuissimi prohibetur a motu cæli.
Flamma finis qui sit.
Flamma ex altari ad cælum vsque ferri bis visa.
Flamma in aere procul a combustibili vt corrumpatur.
Qualitas ignis, & aeri communis calor.
Elementorum vires eorum moli proportionatæ.

ſurſum tendens in medio aere procul a re combuſta; neque curſum ſuum vſque ad Lunæ concauum complet, eo quia naturam ignis amittit, & vna cum illa propenſionem naturalem ad locum ſurſum ſimpliciter; induensque naturam aeris in aeris elemento ceteris illius partibus ſibi congeneis coniuncta manet: extinguitur autem ab ambiente aere ſibi ob humiditatem contrario: Niſi etiam prius ab aliquo alio violentiori agente, atque contrario aerem obſidente corrumpatur; cuiuſmodi eſt frigidior, violentiorve ventus, & humidior aqueus vapor; a quo extingui, [l] & ſuffocari poteſt: atque adeo in nouam naturam commutari, vna cum priſtina ignis eſſentia ſimul amittens propenſionem ad æthera. Quin etiam concedentes in diſputationem verum eſſe [m] Theophraſti aſſertum, flammam lucernæ tres parteshabere; quarum ima gignitur, ſumma intereat ab aere, & media mundiſſima, & liquidiſſima ſit; & proinde ignem ſemper agitari, & fluere. Quamuis autem iſthæc omnia diſputationi dare voluerimus; haud tamen ideo concedemus finem, cuius gratia flamma implicitum ſibi, ſubditumque humorem depaſcitur, non eſſe vt remoueat a ſe impedimentum, quo prohibetur ne ſurſum ſcandere valeat ad locum ſuum naturalem; nam in eum finem ſemper flamma nititur quãtum poteſt, reluctando etiam cuilibet ipſam corrumpere geſtienti. Deinde vero illud hac in re quoque ſciendum eſt, purum ignem ſuapte natura corpus eſſe tantæ raritatis, ac tenuitatis, vt vel lynceum fugiat obtutum; conſpicuum autem fieri ob admiſtionem aut exhalationis, aut vaporis, aut alterius cuiuſque corporis craſſioris, denſiorisque: Quo fit vt flamma euolans e combuſtibili primum quidem aſpici valeat, quia ſecum attollit nonnihil exhalationis fumoſæ a corpore combuſto; quam quidem exhalationem (vt pote a qua terreni, grauisque elementi etiam num participe non parum retardatur adiuncti ſibi ignis aſcenſus) continue ignis abſumit; eamque vbi ex toto conſumpſerit; libere tunc ſurſum euolat, nulli alteri, aut inadſpectabili ad ſummum, exhalationi commiſtus ignis; atque ideo A noſtrum ſubterfugit obtutum: Non ergo quia huiuſmodi ignis extinguatur, flammam, quam vidimus a combuſta re ſurſum attolli, paullo poſt non amplius aſpicere valemus, ſed quia conſumit exhalationem craſſiuſculam ſibi adiunctam, qua exardente viſibilem flammam efficiebat: iſta vero exhalatione mox in totum ambuſta, flãma in ignem puriorem, ſubtilioremque, ac proinde viſui occultum deliteſcit; qui libere, ocyusque ſurſum aſcendit: Sic in putrefactione miſti elementa inuicem diſſociata ſuum quæque ad locum commeãt; terra, & aqua ob craſſitudinem conſpicue ſubſidente, ac diffluente; aere vero, & igne, ob tenuitatem, raritatemque ſubſtantiæ, ſurſum occulte aſcendente: Quamuis aliquando ignis multæ, illique craſſiori complicatus exhalationi de putreſcente miſto halans effulgeat in flammam: Quod Galenus teſtatur aperte, dum Mihi quidem [n] (inquit) nonnumquam videre contigit in columbarum agreſtium excrementis ex putrefactione ignem accenſum: Sic aſſidue caloris inferni actione (ſiue is in aere infimo ſub cane vigeat, ſiue hieme in terræ penetralibus) de terra ſurſum ſcandunt ad æthera exhalationes igneæ ob tenuitatem inuiſibiles; quæ in ſublimi aere poſtea condenſatæ a frigore, mox ab igne ſupero accenſæ ardent in cometas, trabes appellatas, aliaque ignita meteora; licet etiam plerumque latenter in ignem per hyppeccaumata nuncupata reſoluantur omni viſibili flamma rariorem. Ac reuera ſi de ſupero elemento a cæli motu; quod ait [*] Ariſtoteles portiones ignis inadſpectabiles violente pelluntur vſque ad noſtratem hanc mundi regionem promiſtorum corporum generatione: quæ hic apud nos promouetur a natura; quidni multo facilius ignis hinc, abſumpto iam combuſtibili ob ſummam ſui raritatem inuiſibilis, naturali motu ſurſum euolet, perueniatque tandem ad ſuum elementum? Quod autem de vi aeris immenſi afferebatur, a qua puſillus ignis aſcendens in medio itinere corrumpatur; id certe neceſſitatem non habet: qui enim aer ab excedenti aliqua ſibi aduentitia ſiue frigiditate, ſiue humiditate non obſidetur; ſed ſecun-

- Aer vt flammę contrarius ſit.

[l] Vide infra c.33.

[m] Lib. de igne.

Flamma cur depaſcatur humorem.

Ignis purus raritate ac tenuitate inuiſibilis.

Ignis vt fiat adſpectabilis.

Flamma cur aſcendens euaneſcat, deliteſcatque.

Ignis, & aer cur e miſto putreſcente ſeparari non videantur, vt aqua, & terra.

[n] 1. de cauſ. morb. c. 2. Columbi fimus putredine accenſus.

Ignitorum meteororum materia rariſſima, vt condenſetur.

[*] 2. meteor. ſum. 1. c. 4. Ignem inuiſibilem de cælo huc iugiter impelli.

cundum propriam naturam calorem, & humorem habet, [o] Aristotelis etiam obseruatione, insensibilem; quique aer ab æstatis conditione igneæ affinem naturam contraxit; is profecto aer ascẽdentem ignem licet exiguum extinguere minime debet, minimeque potest; tanta est namque in scintilla ignis actiuitas, vt aeris immensi vires imbecilliores facillime spernat: & eo magis, quo sublatis impedimentis, sursum ocyssime recta scandens ignis parum in aere moratur; & in eo inuentis alijs igneis qua particulis, qua exhalationibus insensilibus adiungitur; quibus fouetur, atque a contrario quocumque defenditur: Consequitur ergo non raro suum finem ignis comburens humidum subiectum, si non ex toto, saltem ex ea parte, qua mouetur a medio sursum ascendens. Ad secundam obiectionem concedentes omnem naturam, atque adeo igneam esse substantiæ sibi similis procreatricem; negamus tamen hunc esse finem proprium ignis humorem sibi complicatum, subditumque depascentis, & hoc multis de caussis: primo si quidem finis Aristoteli [p] est vltimum illud bonum, quo habito cessat omnis efficientis actio; at vero ignis vbi humorem sibi commistum combusserit; ex eoque nouum ignem generauerit; non ideo genito nouo igne sibi consimili conquiescit ab opere; sed statim liber ascendit sursum ad æthera; quo vbi peruenerit; tunc in naturali suo loco manens, mundumque vniuersum vna cum alijs corporibus simplicibus integrans, ab omni opere cessat. Deinde absolute finis est optimum, quo nihil melius ad finem properanti cõtingere potest; sed igni longe melius est sursum ad naturalem sibi locum ascẽdere, quam nouum ignẽ extra propriam sedem procreare; nam hoc speciei spectat incolumitatem; illud indiuidui salutem: melius autem mihi est biennium in indiuiduo viuere, quam centum annos in nepotibus, ac semper in specie; atque ratio eadem est de ignis duratione. Deinde ignis vna est & leuis, & calida siccitas, siue caliditas sicca; modo ignis, qua leuis est, pro fine habet sursum ascendere, seu verius sursum esse: qua calidus, & siccus est, nouum ignem procreare: cui postremo respiciens alicubi sanxit [g] Aristoteles ignem agere, quatenus est calidus: Vbi ergo ignis candelæ, aut lucernæ, aut ardentis tedæ apud nos, qua calidus [r] est, ex combustibili materia nouum ignem procreauerit; simulque se se ab impedimento humoris liberauerit; statim, qua leuis est, sursum ascendit, vt ad proprium locum demum perueniat. Deinceps autem ignis in alieno loco existentis finis est ad suum locum pergere, seu ibidem quiescere; in suo vero loco degentis finis est se ipsum ibi perpetuare in specie: Vnde [f] Aristoteles in locis obiectis, vbi de fine omnium pertractat, ignem considerat in sua sphæra degentem, nobis nihil officiens agentibus de igne extra suam regionem existente; hic enim pro fine habet ad suam sedem ascendere, nõ autem alium ignem sibi consimilem procreare de combustibili; vt hæc ratio conuincit apertissime; nam quum finis definiatur esse bonum vltimum, quo præsente non fit motus vlterior; quumque videamus ignem hic apud nos ardentem, vbi substantiam combustibilis in noui ignis naturam commutauerit, non conquiescere, sed a combusta re sursum moueri; profecto ignis nostratis finem non esse noui ignis generationem asserendũ est; sed ascensum ad suam regionem; quem finem quia consequi facile nequit impeditus ab humore combustibili, cui alligatus violente detinetur: ideo combustibile corrumpit ignis in naturam sibi consimilem conuertens, vt sublato impedimento libere tandem sursum ascendere valeat. Vlterius Aristoteli [t] finis duplex est; alter communis omnium, alter specialis, & proprius vnicuique; Nos vt concedimus viris egregijs finem omnium agentium naturalium communissimum esse generare sibi simile, vt quæ in indiuiduo perpetuari nequeunt, speciei saltem æternitatem consequantur; quod locis allegatis voluit Aristoteles; ita confitemur, immo vero etiam profitemur, nullibi vnquam reclamante Aristotele, finem proprium, ac specialem, cuius gratia ignis complicatum, admistumque sibi humorem in lucerna consumit, esse vt sublato impedimento libere ad suum locum naturalem euolare queat: Quoniam autem ignis tale im-

[o] 1 phys. t. 64 Aer qui ascendentem ignem nõ extinguat.

Ignis ocyssime ascendit.

Ignis natura est similis sibi procreata.

Finis quid sit. [p] 2. phys t. 23 1. de gen. t. 55.

Igni melius est sursum ascendere, quã nouum ignem procreare.

Melius est in indiuiduo biẽnium seruari, quam centum annos in specie.

[g] 8. phys. t. 32 1. cæl. t. 17. Ignis vt agat in quantum calidus.

[r] de sen. & sen. c. 4.

Ignis in alieno loco degẽtis qui finis sit.

[f] 2. de ani. t. 34. 35.

Ignis apud nos cõsumpto combustibili cur non quiescat.

Ignis cur hic abiumat combustibile.

[t] 2. de ani. t. 34. 35. 1. ethic. c. 1. Finis duplex est omnibus.

impedimentum tollere non potest nisi suis viribus vsus obstaculum destruens, & quia corruptio vnius [u] est generatio alterius, eiusque corrumpenti, eidemque simul generanti similis; proinde fere ex necessitate materiæ, secundariaque ratione, non ex primario instituto ignis humorem sibi subditum, complicatumve comburens in ignem vertit. Deniq; loco citato Aristoteles [x] agens de fine, cuius gratia secundum naturam agunt viuentia cuncta quatenus animata sunt, qui finis est generare simile in specie, vt planta plantam, & animal animal eiusdem naturæ; nobis non obstat, qui de rebus inanimatis agentes constituimus finem, cuius gratia ignis ardens hic apud nos humidum sibi adiunctum destruit, esse vt remoto a se obstaculo humoris, qui violente ignem combustibili alligatum detinebat, libere possit sursum ad naturalem sibi locum ascendere.

[u] 1. de gen. t. 17. & seqq. Corruptio vnius vt fit generatio alterius.

Ignis humorē in ignem mutat nō primario naturę suæ instituto.

[x] 2. de ani. t. 34. 35.

Vnde ignis, & aliorum quodvis elementorum, quo in motu suo naturali magis ad proprium locum accedit, eo perfectionem maiorem, roburque validius acquirat, & velocius moueatur. Cap. XXVI.

IGnem ascendentem, quo propius ad suum locum accedit, eo magis perfici, magisque roborari, atque adeo velocius moueri supra [a] quum statuerimus; id assertum non ita recipiunt facile plerique Doctores; asseuerantque locum nullam obtinere virtutem agēdi; quum habeat rationem materiæ: mediumque vniusmodi esse, ac indifferens ad motus contrarios: & agens elementa mouens procul esse ab eis in fine motus, siue a generante, siue a remouente impedimentum ea moueri contigerit: nostrique dogmatis rationem aliquam efflagitant. Nos hæc omnia illis vltro concedentes, ad propositi rationem, quæ abdita satis est, indagandam accingimur: Et quoniam Quæstio celeberrima est, Vnde nam motus elementorum naturalis in fine sit velocior; ideo a nobis hic non ita importuno in loco diligenter est agitanda, consultis de proposito viris egregijs. Timæus [b] Aristotele contestante, Strato Lampsacenus, & Epicurus existimauere terram prope centrum velociori motu descendere, ignemque prope distans a centro extremum velocius ascendere; quia, quum omnia elemēta ex illorum placito grauia sint, terra quo propinquior est centro, eo maius aliorum pondus supra se habet, a quo vehementius deorsum impingitur, atque deprimitur; ignis autem quo propior est alteri huius vniuersitatis extremo, eo a pluribus elementis grauioribus vi sursum extruditur, & propterea vehementius extrusus velocius ascendit. Quod assertum tribus rationibus ab Aristotele conuellitur; prima est, quia quæ ab alio mouentur, ac præsertim violente, quo maiora sunt, eo tardius mouentur ab eodem motore: Si ergo ignis violente sursum ab alio moueretur, ab eodem sane tardius maior ignis sursum impelleretur: contra tamen maior ignis velocius ascendit, quam minor. Secunda est, quia si violente, ac extrusione ignis sursum pelleretur; iam ille non velocius in fine moueretur; quia tunc esset a motore violento distantior; quo autem mobile magis a motore distat, eo illius violentiam [c] languidiorem subiens, quippe in itinere procul ab origine semper fatiscentem, longe tardius ab ipso mouetur. Tertia est, quia quæ ab alio vi mouentur, ea vnde vi mouentur, illuc feruntur non vi, sed sponte: at ignis nusquam sponte descendit, sed violente; ignis ergo non ascendit vi sursum extrusus a grauioribus elementis. Marsilius ille Ficinus [d] in sua Theologia Platonica scribit in proposito sicut magnes ad se ferrum trahit, & propinquius velocius; ita elementum quodlibet natura sua trahere ad se sui partes velocius, quæ sibi propinquiores sunt: Quæ opinio falsis innixa est fundamentis, nimirum elementa esse animata; & ad se trahere suas partes, vt magnes ad se ferramenta trahit: nam in libris [e] *De Vita*, & [f] *De Spontaneo viuentium ortu* late probauimus elementa non esse animata; ferrumque non trahi a magnete, sed ad magnetem sponte contendere: & nunc asseueramus elementorum partes ad sua loca sponte contendere adeo quod si nulla terra esset in centro, tota nihilominus a nullo tracta sponte ad ipsum moueretur, & velocius prope ipsum descen-

Mota vi quo maiora sunt eo tardius moueri.

Ignis maior velocius ascēdit.

Mobile distantius tardius mouetur violente.

[c] 8. phys. t. 82.

Ignis vi descendit.

[d] lib. 4. c. 1.

Elementa non esse animata.

[e] lib. 1. c. 49.
[f] li. 1. c. 142. & 116. lib. 4. c. 17.

Ferrum non trahi a magnete.

[a] lib. 3. c. 20.

[b] 1. cæl. t. 88. 89.

Ignem sursum scandere non trahi.

scenderet; sique totus ignis esset in centro, ipse sponte sua, non tractus ab vllo, sursum ascenderet, & semper motu velociori. Addo non velocius initio moueri glebam terræ a reliqua terra distantem vt duo, quam vt mille. Ceterum de igne id quidem verum est, ab igne maiori minorem rapi, attrahique ob naturæ similitudinem; qua enim ratione contraria se se mutuo pellunt; eadem similia se se trahunt, vt in opere [g] *De his qui diu viuunt sine alimento*, & supra ex Aristotele didicimus: Ast etiam si maior ignis minorem ad se trahat, minorque ad maiorem sponte contendat; si tamen extra suum locum infra aerem esset vniuersus ignis, hic plane a nullo tractus ascenderet ad Lunæ concauum eo motu, qui semper in fine velocior esset. Hipparchus ait ignem ascendentem initio sui motus habere in se adhuc nonnihil violentiæ illius, qua deorsum olim pulsus fuerat; beneficio cuius in principio retardatur eius ascensus; qui tandem in totum consumpta ea violentia velocissimus in fine redditur prope terminum. Cui viro subscribendum non est, tum quia ignis deorsum non vi pulsus, sed ab initio genitus eo tenore quoque ascendit, vt illius motus in fine similiter velocior euadat: tum quia extincta etiam violentia, quæ ignem deorsum pepulit, eius motus adhuc semper fit velocior, quo magis ad finem accedit. Iamblichus, & Syrianus, quos suppressis nominibus citat [b] Simplicius & sequitur Durandus, aiunt grauia, & leuia prope suum cuiusque locum velocius moueri, quia minor medij portio in fine motus naturalis minus resistit mobili; vnde ignis prope cælum velocius sursum repit, minori aeris copia sibi ascendenti resistente: resistentia enim est qualitas corporea; quæ maior est in maiori corporis mole: maiusque corpus aeris minus patitur se diuidi ab ascendente igne; quum omnia corpora suam sibi vnitatem, ac integritatem pro viribus tueantur. Quam opinionem falsam esse constat ex eo, quod primæ sententiæ Timei obiecit Aristoteles; nam si velocius moueretur ignis prope cælum, quia minor medij portio illi resisteret; iam ceteris paribus, toto motu non moueretur citius magnus ignis sursum, quam paruus; si quidem maior medij portio proportionabiliter contingitur a maiori mobili; & medium non resistit, nisi ea parte, qua tangit mobile. Deinde si minor medij portio esset caussa, quare motus ignis ascẽdentis prope suum locum esset velocior; profecto eadem ratione motus ignis violentus deorsum esset initio tardior, in fine prope terram velocior: quod falsum esse constat experimento. Deinceps si minor medij portio esset in caussa, vt mobile velocius moueretur, proculdubio lapis ex alto vt octo cadens velocius moueretur lapide cadente de alto vt mille, vbi ad centrum hic iam peruenerit; quod tamen experimentis etiam minime respondet. Albertus de Saxonia censuit motu a mobili aerem atteri attritione calefieri, calore rarescere, rarefactum minus resistere mobili; cui proinde per expeditius iter sit promptior, motusque in fine velocior: Quod placitum recipere nequeo; primo enim caussa hæc locum non habet in aqua; cui a motu nulla calefactio, nullaqua raritas aduenit: quum tamen & in aqua lapis descendens in fine motum habeat velociorem. Deinde sagitta vi sursum iaculata, quæ aerem attritione incendit; quo calore mox & ipsa deutitur in parte sui lignea, colliquatur in plumbea, vt obseruat etiam Aristoteles; sagitta [i] inquam violente sursum impulsa deberet in fine sui motus ob eamdem rationem velocius moueri: quod tamen sensui minime respondet. Deinceps [k] Aristotele doctore, sensuque iudice, rarefactio, calefactio, & attritio medij pendet a velocitate motus, tanquam a caussa effectrice: quare vicissim attritio, calefactio, rarefactioque medij non potest esse caussa efficiens velocitatem in motu; namque Aristoteli [l] duo non possunt esse sibi inuicem caussæ in eodem genere caussæ: Auerroes arbitratur mobile quanto propinquius fuerit suo loco, tanto magis illum appetere, & a maiori appetitu velocius moueri; finis enim mobilis est locus; & vbique finis mouet vt bonum, & appetibile: Quam determinationem fere omnes ideo reprobant, quia falso dicatur mobile quo pro-

Contraria se pellunt.

[g] li. 2. c. 177. lib. 3. c. 13.

Ignis ascensus velocior est in fine.

Elementa in fine velocius non moueri ob violentia defectum.

[b] 2. sent. d. 14 q. 1.

Elementa velocius in fine moueri non quia minor medij portio minus resistat.

Motus naturalis non est velocior in fine, quia medium motu attritum rarescat.

[i] 2. cæl. t. 42.

[k] 1. meteor. sum. 1. c. 4. Rarefacto medij est a motus velocitate.

[l] 2. physic. t. 30.

propinquius fuerit suo loco, eo magis illum appetere; nam priuatio (dicunt) est caussa appetitus, & maior priuatio loci est in mobili distantiore; quare magis appetit suum locum mobile distantius: Nos autem Auerrois doctrinam allatam non amplectimur, nec propositam illius reprobationem probamus; primo quia putamus priuationem non esse caussam appetitus procreatricem; sed potius talem caussam arbitramur esse finis viciniam, & bonitatem: finem enim, quo melior est, eo magis appetimus, & quo etiam vicinior; quia tunc magis a nobis dignoscitur illius bonitas; & ab ea magis cognita magis afficimur, magisque mouemur ad ipsius consecutionem. Deinde quia priuatio, quę est absentia habitus in subiecto apto nato illum habere, tunc maior erit in subiecto, quando id erit magis aptum huiusmodi habitum habere; magis autem aptum est subiectum, quando fuerit habitui, ac fini propinquius: ita canes ante nonam diem ab ortu cæcos, visuque priuatos esse non bene statues, [m] Aristotele doctore; qui post nonam diem a natiuitate illos cæcos esse posse decernit: Sic ergo ignis quo magis est propinquus concauo Lunæ, eo magis appetit esse sursum simpliciter, quoniam a viciniori bono magis impellitur ad sui appetitum; maiorque appetitus vim motricem acrius vrget, stimulatque magis; quæ magis stimulata motum velociorem efficere consuecuit: sic ergo se ab aliorum obiectis defendere posset Auerroes: At nos Auerroi non adhæremus primum quia ipse nos edocere non potest cur terræ maior gleba ęque a centro distans velocius feratur, quam minor; & cur ignis maior sursum velocius moueatur, quam minor: quum ab eodem fine in eadem distantia æqualis vtrique appetitus imprimi deberet; atque ab eodem appetitu velocius moueri paruum mobile, quam magnum; aut saltem non tardius; immo & minor portio facilius, velociusque trahi ab eodem fine. Dein idem lapis ab alto vt mille si cadat, vbi fuerit apud centrum vt octo, cur velocius mouetur, quam si cadēs ab alto vt decem, vbi fuerit apud centrum vt duo? non ergo a vicinia loci maior imprimitur mobili appetitus, a quo celerius moueatur. Deinceps Aristoteli [n] finis mouet metaphorice; at vere elementa secundum naturam ad sua loca mouentur motu physico; qui semper in fine velocior est. Denique finis mouet caussam effectricem impellens ad opus, non autem materialem; ceterum elementa in suo motu naturali habent Aristoteli [m] rationem mobilis, non motiui; & principij materialis, ac pure passiui, non actiui vllo modo: quare non est cum Auerroe dicendum ea moueri a loco propinquo velocius, vt a fine maiorem sui appetitum illis viciniorib⁹ incutiente. Ludouicus Buccaferrea scribit ex [p] Aristotele in motus initio mobile agitare, ac mouere, seu impellere primam partem medij, nimirum aeris, aut aquæ; deinde ceteras successione quadam; quæ simul a prioribus partibus antea motis itidem moueantur: quare mobile in fine motus velocius mouetur, quia per eas medij partes fertur toties ad eumdem terminum impulsas, a quibus nulla sibi resistentia prouenit, sed potius facilitas comparatur: Quod assertum hic locum non habet; nam loco citato apud Aristotelem motus partium aeris succedentis, ac præueniens mobile, caussa est, vt vi pulsum procul a proijciente moueatur; & æque reperitur in motu violento; qui tamen non est velocior in fine. Deinde hac ratione non potest assignari caussa cur maior ignis portio, ceteris paribus, velocius ascendat, quam minor. Deinceps motus ille velocior non inesset per se mobili, sed per accidens; nam esset vectio ab aere, seu medio vehente mobile: Quæstio vero nostra est de motu, quo elementa secundum naturam, & per se ad sua loca mouentur. Denique motus in vltimis partibus aeris aut nullus est, aut longe tardior, quam in primis, aut certe non velocior: quodcumque horum eueniat, ab eo non poterit in fine motus velocior effici: quoniam si gleba terræ cadat de superficie conuexa supremi aeris, ab ea cadente prima pars aeris mota, & motu suo secundam impellens, tanto impetu non est mota, vt continuata serie omnes aeris partes ad terram vsque moueantur; quia vis illa parti primæ impressa, seu a mobili, seu a mo-

Priuatio non est caussa procreans appetitum.

Vicinia finis magis mouet appetitum.

Canes ante nouem dies ab ortu non cæci.

[m] Prædic. c. de oppos.

Appetitus maior vim motricem acrius vrget.

Elementa non moueri velocius in fine, quia magis appetant suum locum.

Ignis maior velocius ascendit.

[n] 1. de gen. t. 55.

Finis mouet metaphorice.

Finis mouet effectricem caussam, non materialem.

[o] 8. phys. t. 32.

[p] 8. physic. t. 82.

Elementa in fine velocius non mouētur, quia per medium magis eo impulsum.

a motore, ſenſim fatiſcens poſt emẽſam multam medij altitudinem tandem extinguitur; quare vltimas partes aeris minime pertingit; vel ſi eas pertingit, longe debilitata erit; vel ſi a mobili moto conſeruata, certe non aucta; nil enim agit vltra ſuas vires: mobile itaque tantumdem velocitatis ab aeris motu recipiet, quantum eidem conceſſerat: quare à medij motu non poterit augeri velocitas in mobili. Pariſienſes, quibus hac in re plurimi ſubſcribunt, exiſtimauerunt ignem in fine ſui aſcenſus velocius moueri, quia partes aeris ſuccedentes in locum ab igne relictum, ignem a tergo ſemper impellunt; at multiplicatis impulſionibus velocior euadit motus impulſi. Ceterum ijſdem omnino difficultatibus obnoxia eſt hæc opinio; primo enim hac ratione motus etiam violentus deberet eſſe velocior in fine; quod experientia reprobat, & Ariſtoteles. Deinde nulla cauſſa fuerit, cur maior ignis velocius aſcendat, quam minor; maiorq. terra velocius deſcendat, quam minor. Deinceps aeris portio in locum a mobili relictum tanta ſuccedit, quanta ſatis eſt ad illum replendum, ne detur vacuum; ea vero eſt loco illi penitus æqualis; atque adeo non poteſt vlterius impellere mobile iam extra eum locum elapſum: impelleret ſane, ſi maior aeris portio, quam quæ loco illo contineri poſſet, in ipſum influeret; impelleret namque mobile, vt capacem ſibi locum pararet. Addo nec neceſſario mobile illam impulſuram; quia facilius eſt vicinas aeris partes ab ea comprimi, atq; denſari, quam mobile impelli: Natura vero ſemper efficit, quod eſt factu facilius. In hac difficillima Quæſtione Ariſtotelis [q] determinationem nos accipimus, qua ipſemet aperte conſtituit ignem in fine motus a medio, & propterea quanto fuerit cælo vicinior; terram vero in fine motus ad medium, atque adeo quanto fuerit centro vicinior, tanto velocius moueri, quia illius augeatur leuitas, & huius grauitas: At vero quæ grauitas, & quæ leuitas; & a quo augeatur, & quomodo, non explicat Ariſtoteles. Diuus Thomas, & cum eo Latinorum plurimi duplicem aiunt ineſſe terrę grauitatem, & duplicem ſimiliter igni leuitatem; vnam quidem eſſentialem, & internam a forma ſubſtantiali prodeuntem, ſiue a generante profectam; quæ augeri proprie non poſſit: alteram vero aduentitiam, illi extrinſecus accedentem aut a loco naturali, aut ab impetu, ſiue impulſu mobilis; quæ poteſt augeri; & aucta velocitatem motui maiorem conciliat: Quam theoriam minime recipimus, primo quia nuſquam Ariſtoteles huiuſmodi leuitatem, aut grauitatem geminam inſinuauit; ſolam naturalem agnouit; accidentariam, adſcititiamque non admiſit. Dein quia impetus, & impulſus quum vel nullus, vel parcior, vel æqualis in fine motus exiſtat; plane tunc aduentitiam leuitatem, grauitatemque (ſi eas diſputationi concedamus) non adaugebit. Deinde quia impulſus, & impetus hic ineſt mobili vel a mouente, vel a medio ex neceſſitate: ſi a mouente, iam erit maior in motus initio, dum mobile mouẽti propinquius eſt, quam in fine motus, dum mobile a mouente magis diſtat: ſi a medio, iam ſupra viſum eſt medium non poſſe in fine motus magis impellere mobile, quam in principio. Deinceps quia locus, vt locus eſt, nihil agit in mobile: locus autem, vt eſt continens corpus conſimile, non agit in abſens; nam omnis actio phyſica, eademque corporea fit per contactum naturalem, [r] Ariſtotelis decreto aſſeuerantis fieri non poſſe vt moueat, quod non tangit; & quicquam ab eo, quod non moueat, afficiatur. Demum quia lapis ab alto cadens vt mille prope centrum in eadem diſtantia velocius fertur, quam cadens ab alto vt centum. Alexander aſſerit Ariſtoteles [ſ] proprie nunc agere de terra, & igne, quando mouentur a generante; namque dum fiunt, quantum acquirunt de forma, tantumdem ſortiuntur de Vbi: Quare in motus initio imperfectam valde naturam obtinẽt ignis, ac terra; & propterea diminutam leuitatem ille, grauitatem hæc habet; vnde tardiori motu cientur: ſenſim vero ad propria loca dum progrediuntur, maiorem formæ gradum, maioremque leuitatem, & grauitatem a generante adipiſcuntur, & iccirco in fine motus celerius ad ſua loca feruntur. Quæ ſententia etſi abſolute vera, non eſt tamen ad au-

Elementa in fine velocius moueri non impulſum a tergo repetitum. 1. cæl. t. 89.

[q] 1. cæl. tex. 88. 89. Ignem in fine motus velocius moueri ob auctam leuitatem.

Leuitas vniuſmodi, non gemina eſt Ariſt.

Grauitatem non auget impetus in fine motus.

Locus vt locus nil agit in mobile.

Actio corporea phyſica per cõtactum fit.

[r] 1. de gen. t. 44. 45. 2. de gen. an. c. 1.

Natura ſemper efficit faciliora.

[ſ] 8. phyſic. tex. 32. Elemẽta dum fiunt, quãtum acquirunt de forma, tantum & de Vbi.

[t] 1.cæl.t.88. 89.

aures [t] Aristotelis in proposito; primo quia in præsentia Præceptor admirabilis vniuersaliter agit de motu terræ ad medium, & ignis ad extremum: secus enim solubilis esset eius argumentatio de motu terræ ac ignis iam absoluti, atque perfecti. Deinde quia speciatim agit de motu terræ huius mundi iam perfecte genitæ ad medium alterius mundi ab Antiquis inuecti; & de motu ignis in alio mundo existentis ad nostri mundi huius extremum. Deinceps etiam quia loquitur Aristoteles de auctione velocitatis in infinitum, si motus fuerit infinitus; non enim ignis in terra generari cæptus generationem suam tunc habet absolutam solummodo, quum supra omnem aerem ad propriam sphęram peruenerit; sed perfectus ignis esse potest in aere, & in regione hac inferiori. Demum quia maior terræ portio non habet ideo maiorem grauitatis gradum, nec perfectiorem naturam in eadem distantia a centro, atque habeat minor: quum tamen illa velocius descendat: idemque de igne proportionabiliter asserendum est. Simplicius his difficultatibus oppressus ait sibi certo non constare vtrum verum sit Aristotelis assertum ab omnibus gratis acceptum, nempe mobilia prope sua loca velocius ferri: & hoc assertum si verum sit, veram non esse inquit illius caussam hic ab Aristotele assignatam de incremento leuitatis, & grauitatis; nam idem pondus est, eademque grauitas quoad gradum, lapidis ab alta turri cadentis vbi moueri incipit, atque vbi est in fine motus prope terram; vt figmento simile sit grauiorem illum esse asseuerare: Aut saltem si quis contendat a vicinia similis affectum quoquomodo esse lapidem, priuatumque aliena qualitate sibi prius indita ab elemento contrario; & ita grauiorem effectum fuisse; illam fore grauitatis accretionem insensilem; quæ non possit in motu assignari pro caussa velocitatis: & aliqui Iuniores audiuere Simplicium asserentes Aristotelem hic rudi minerua, & ex aliorum mente philosophari; sed alibi veram propositi caussam attulisse: Quæ dogmata non accipiuntur: In primis etenim Aristotelem hic ex mente propria contra Veteres disputare, ac veris rationibus vti, manifestum est ex ijs, quæ paullo post affert asseuerans Proposita speculantes sufficientem fidem habituros esse de mundi vnitate. Deinde nullus alius est locus, in quo [u] Aristoteles aliam propositi caussam attulerit, quem ego viderim: debebant insignes viri eum locum afferre, si ipsum legerunt. Deinceps autem Simplicius iudicium sensus euidentissimum negligit, dum negat lapidem ex alto cadentem in fine descensus prope terram velocius moueri; nam & visu aspicimus in aere lapidem cadentem lento motu ab initio cieri, ac sensim velocius descendere: in aqua etiam primo conspicimus eum quasi per helicam lineam lente moueri, deinde recta velocius descendere. Sed & lapidi ex alto cadenti manum supponens apertissime sentiet in fine motus impetum vehementiorem, initio longe leuiorem, ac etiam nullum; impetus autem ille maior in fine motus effectus est euidens maioris velocitatis. Vltima obiectio de pondere diluitur, tum quia pondus distinctum quid est a grauitate, qua de agit Aristoteles; nam certe aqua mille librarum est maiori pondere prædita, quam terra vnius vnciæ: terra tamen hæc exigua grauior est illa maioris ponderis aqua; quippe terra immergitur aquis, eas de loco infimo sursum propellens: tum quia descendens ex alto lapis lancem stateræ subiectam deprimet vehementius, qui leniter in eam impositus vix, ac lente, aut nihil etiam deprimet; lapisque de proximo loco in eam cadens, parum, atque citra vehementiam deprimet; qui de remoto, multum, ac vehementissime deprimet. Nos autem arbitramur hoc augmentum grauitatis in fine motus non esse ad pondus; sed alia longe ratione dignoscendum, & expendendum esse: nam quum omne augmentum fiat ex Aristotelis [x] decreto adueniente aliquo ei, quod augetur; quumque grauia qua graue est, tria valeant extrinsecus accedere, nempe noua materia, nouus gradus formæ, ac noua operatio; propterea trifariam grauitas augeri potest (idem prorsus esto de leuitate iudicium) Primo quidem modo per adiectionem nouæ materiæ augetur grauitas extensiue,

[u] 1.cæl.t.90.

Lapis descendens in fine motus velocius mouetur sensui.

Ignis perfectus esse potest apud nos.

Pondus & grauitas idem nō sunt.

Grauitatis augmen in fine motus est ad pondus.

[x] 1.de gen. t.33. & seqq.

Augmentum fit alicuius accessu.

Grauitas vt augeatur extenſiue cum pondere.

[y] 1.meteorum.3.c.1.

Ignis aſcendentis leuitas non augetur acceſſu nouæ materiæ.

[z] 8.phyſic. t.32.

Forma in eleméto duplex.

Terra vt terra.

Terra vt grauis, & pars vniuerſi.

Terræ generatio multiplex.

[a] 1.cæl.t.8 s. 89.

[b] 8. phyſic. t.32.

ſiue, ac vna cum grauitate augetur etiam illi copulatum pondus; quare grauior ſimul,& ponderoſior fiet lapis, cui adhæreſcens calx, aut aqua, aut etiam terra lapideſcat; nix etiam Ariſtoteli[y]de cęlo cadens acceſſu multarum partium glomeratur in maiorem molem,& aqua in maiores guttas; Verum hoc modo non augetur grauitas terræ deſcendentis, nec leuitas ignis aſcendentis in fine ſui motus prope ſuũ locum; quia nulla tunc materia grauis terræ adiungitur, nullaq. leuis materia igni adijcitur in fine ſui motus naturalis. Secundo autem modo augeri poteſt grauitas adiectione noui gradus formę: ſed quia ex Ariſtotele[z] forma duplex in elementis ineſt, ſingulumq. illorum ſub duplici formalitate conſiderari poteſt;nam terra, qua terra eſt, & miſtorũ conſtitutionem reſpicit, conſtituitur in eſſe per qualitates alteratrices habituales: at vero qua grauis eſt, & vniuerſi pars integralis, longe alium habet actũ eſſentialem, qui dicitur grauitas; & eſt quid formaliter a põdere contradiſtinctum,ac diuerſæ ſpeciei: Et quia plerũque ab eodem generante non impedito ſimul & ſemel procreatur terra qua terra eſt,& qua grauis eſt,vtrumq; illius actum de materia ſimul educendo,non raro tamen etiam terra fit per qualitates alteratrices abſque eo quod forma grauis illi a generante communicari queat; proinde fit vt Alexander agens de generatione terræ ſecundum primas qualitates alteratrices a nobis non audiatur; nam Ariſtoteles [a]agit in præſentia de illa grauitate, quæ, ſi terra in infinitum moueretur, & ipſa in infinitum pariter augeretur:id autem frigiditati, ſiccitatiq. terræ aptari minime poteſt; vt cuique patet: ſed grauitatis appellatione agit Ariſtoteles de illo actu eſſentiali terræ, quo terra conſtituitur in eſſe grauis;quem actum pridem ſcripſerat [b] eſſe,non quidem frigidam ſiccitatem,ſed ipſum eſſe alicubi, & omnino πὸ eſſe deorſum: Quum autem deſcendens terra in fine ſui motus ſit magis deorſum, quam in ſui deſcenſus initio; proinde ſapienter Ariſtoteles ait in fine ſui motus naturalis terram velocius moueri,quia tunc eſt magis grauis, quam ab initio motus; grauiora vero velocius deſcendere vnicuiq; compertiſſimum eſt. Tertio denique modo augetur grauitas adiectione nouæ perfectionis, vt puta noui actus, nouæq. ſuæ operationis, ac omnino vlterioris motus;nam Ariſtotele[c] doctore frequentatis ex actibus & fit,& perficitur habitus;ab habitu vero,eodemq. perfectiori facilius,& expeditius prouenit actio: & reuera citharizando citharædus efficitur, Ariſtotelis[d]etiam obſeruatione, & citharædus optimus tum velocius pulſabit citharam, quam tyro; tum initio citharizandi tardiorem habebit digitorum motum,deinde velociorem,ijs motu velocitatem, agilitatemq. maiorem ſibi comparantibus: Ita ergo grauitas in terra quieſcente extra ſuum locum potentia eſt, in terra deſcendente ad ſuum locum actu eſt; aſt idem actu ſibimetipſi prius in potentia exiſtenti comparatum dicitur magis eſſe tale,ſeu maius quoad virtutem, & perfectionem: Quo nomine Porphyrius definiebat differentiam eſſe qua abundat ſpecies a genere, ſeu quæ magis ineſt in ſpecie, quam in genere, quia quas genus habet differentias in potentia, earum vnam obtinet ſpecies actu: ſic Ariſtoteles [e] ait alibi formam eſſe magis naturam,quam materia,quia quum naturæ officium ſit conſtituere in eſſe res naturales, per materiam res naturales ſunt in potentia tantum, per formam vero illæ ſunt in actu: Quum igitur omne operans vlteriori operatione magis actu ſit,& magis perficiatur, propterea grauitas in principio motus magis, quã in præcedenti quiete grauis extra ſuum locum, perfecta eſt, magisque vigens, & vlteriori motu ſemper augetur quoad perfectionem,& vires; quibus auctis ea celerius operatur, & ideo terra in fine ſui deſcenſus grauior exiſtens celerius deſcendit; motus enim celeritas aliunde non eſt, quam vel ex robore mouentis, vel ex maiori habilitate, propenſioneque mobilis ad motum: augeri autem vires agentis operatione conſtat in equis ad curſum natis, quibus vires magis auctæ, ac validiores inſunt, & ineſſe noſcuntur poſt curſum ſtadij, quam in principio curſus; licet diutius perſeuerante curſu vires eis concidant, ob effluxionem, diſſolu-

Grauiora velocius deſcendere.

Grauitas augetur adiectu perfectionis.

Habitus fit,& perficitur ex frequentatis actibus.

[c] 2.ethic. c.1.

Habitus perfectior actionem edit expeditius.

[d] 2.meta. t.14.

Citharædus cur initio tardius quam poſtea citharam tangat.

Grauitas in terra quando ſit potentia, & quando actu.

[e] 2.phyſic. t.12.

Magis eſt quod actu, quam quod potentia.

Forma vt ſit magis natura quam materia.

Agens actione perficitur & fit magis actu.

Motus celeritas vnde ſit.

Agẽtis actione vires augeri.

Equi cur velocius currant in medio motu, quam in principio, & fine.

tionemq. ſpirituum, quibus animalium omne robur innititur: At elementa (ſi ſentiendum ſit cum opinantibus ea moueri a propria forma; vel a grauitate, ac leuitate, tanquam ab actiuo principio) quum vires non habeant innixas effluxili, diſſolubilique ſpiritu; quo diutius feruntur ad ſua loca, eo magis augeri ſibi ſentiunt actum, & perfectionem ſuæ grauitatis, leuitatisve, atque virtutis; vnde illorum motus intenditur aſſidue, velocitatemque maiorem ſemper acquirit: Si vero cum Ariſtotele [f] dicamus elementa moueri a generante; grauitatemque, ac leuitatem in eis eſſe propenſiones, atque procliuitates ad motus ſuos naturales; quum motu ſemper magis perficiatur procliuitas, propenſioque mobilium; ideo in fine motus mobilia propenſiora præcedenti motu ad ſequentem effecta celerius mouentur. Verum quoniam iſta virium, propenſionumque, ac procliuitatum auctio elementis ineſt a motu, eoque perficiente naturam mobilis; ea propter primum ceſſante motu ceſſant etiam vires, propenſionesque auctæ; nam ab eodem conſeruantur, a quo prius ortæ, genitæque fuerunt: Quocirca fit, vt eadem terra deſcendens lancem ſubiectæ ſlateræ deprimat, quieſcens in ea ipſam non deprimat. Deinde terræ maioris maior eſt, & magis augetur grauitas, magisque perficitur virtus, & procliuitas deſcendendi a maiori motu extenſiue: quare hic in fine motus fit celerior; ſic iuuenis magnus, quam puer, & initio, & in fine motus currit vbique celerius; Deinceps a motu præter naturam, quo deſtruitur, & non perficitur mobilium grauitas, aut leuitas; neutra illarum dicitur augeri: Vnde conſtat aperte, cur motus violentus ſit tardior in fine; ſcilicet quia non perficit vim motricem; & quia magis diſterminat, diſiungitque magis mobile a mouente; & quia vis impreſſa violentiæ ſenſim ſemper elangueſcit. Sed iam redeamus ad penſum. De propoſito duplici modo augmenti grauitatis terræ prope centrum, vnde naſcitur velocitas maior in fine deſcenſus; & de conſimili auctione leuitatis in igne prope ſuam ſphæram in fine motus, vnde fit maior velocitas in extremo aſcenſus,

Elementorum vires non innixi ſpiritu fluxili.

[f] 8. phyſic. t.32. 1.cæl.t.17.51 & ſeq. 2.cæl.t.104. 4.cæl.t.2. 2.de gen.t.8.

Elementi grauitas, & leuitas eſt propenſio ad motum, non vis motiua.

Motu perficitur procliuitas mobilis.

Motu naturali vt augeatur grauitas, & leuitas elementi.

Motu præter naturam non perfici leuitatem.

Motus violentus cur ſit tardior in fine.

A hic loquitur [g] Ariſtoteles: ac vere ſi terra moueretur deorſum in infinitum, ſemper creſcente illius grauitate quoad perfectionem, in infinitum etiam augeretur velocitas motus illius. Quod autem de graui elemento in hac meditatione tota pronunciatum eſt, idipſum de leui, atque adeo de igne proportionabiliter aſſerendum eſt: Nos autem argumenta potius in elemento graui contexuimus, vt notiorem, magisque ſenſibilem in difficillima Quæſtione doctrinam proponeremus. Ita ergo vere dudum a nobis conſtitutum ſuit, naturalem eſſe vniuſcuiusque tum grauis, tum etiam leuis elementi conditionem, vt ſingulum, quoad ſuum locum naturaliter pergens magis ad eum accedit, eo fiat perfectius, atque validius, celeriorique motu cieatur.

[g] 1 cæl.t.88. 89

Grauitas, & leuitas vt augeretur in infinitum.

Humorem detinendo violente flammam hic apud nos in lucerna, non ideo habere vim ſupra robur ignis: Qualitatesque tum primæ, tum ſecundæ humoris, & ignis ad inuicem comparantur in actione mutua. Cap. XXVII.

OBſtant alij præterea nobis olim [a] aſſeuerantibus intra lucernas, quæ ad plurimos annos flammam conſeruauerunt, humorem non habuiſſe vires ſupra robur ignis; quia ſi humor, inquiunt, ignem impedit, quo minus aſcendat ad eum locum, ad quem ſemper totis viribus aſcendere nititur; ſique ignis nullo conatu poteſt ſe ab humore liberare; iam plane pleneque pateat vnicuique, humori vires ineſſe ſupra robur ignis, quem violente diu retinet in hac regione noſtrati; alioqui ſponte ſurſum procul a nobis ad mundi cardines euolaturum. Sed neque ob id a ſuperiori dogmate diſcedere debemus: In primis enim corpori cuicumque humido; quod vna cum flamma in lucernis condi conſueuit, duo inſunt præcipue qualitatum genera, quibus igni vim poteſt inferre; dico qualitates primas appellatas, atque ſecundas: primæ quidem ſunt humiditas, & frigiditas; ſecundæ vero ſunt craſſities, lentor, & id generis aliæ: primarum autem frigiditas excedens per ſe apta eſt ignem veluti ſibi contrarium extinguere; humiditas

[a] lib.3. c.21

Humor lucernæ igni vim poteſt inferre duplici genere qualitatum.

Frigiditas humoris vt agat in ignem.

Humiditas liquoris vt agat in ignem.

ditas vero sola sui corpulentia, & copia potis est flammam suffocare: sed secundarum qualitatum in omni corpore humido existẽtium lentor vires proprie non habet aut extinguendi, aut suffocandi, aut omnino transmutandi flammam in alienam naturam; quod aperte monuit Aristoteles[b]vbi decernit vim omnia transmutandi soli calori, ac frigori inesse, non item lentori; qui solum vim habet glutinandi; atq; adeo in lucernis alligandi flammam suo corpori humido; atque ita impediendi ne ignis, quo propensus est, inhiatq. semper, euolet ad æthera. Dum ergo supra constituimus in lucernis multas annorum olympiades ardentibus inesse humorem vires non habentem supra robur ignis, tunc de viribus primarum qualitatum in vtroque corpore degentium locuti sumus, quas existimauimus inuicem æquales; namque in humore tanta est frigiditas, & humiditas, quæ coniuncta crassitiei, ac densitati resistere valeat omni calori, ac siccitati in rara, tenuique substantia ignis existentibus: Vicissimque in igne tanta est caliditas, tantaque siccitas, quæ ab humoris neque frigiditate valeant extingui, neque humiditate suffocari: Quocirca neuter agit in alterum virtute vlla corruptiua; & proinde per multas etiam annorum centurias in tali humore perennare valet istiusmodi flamma. Dum vero diximus in eisdem lucernis humorem impedire ne flamma sursum ad suam sphæram libere conscendat, hoc ideo contingere non suppossuimus, quia humor proprie suas vires corruptiuas in ignem exerceat; sed solum putauimus, innuimusque id euenire, quia humor sui lentore irretiat, & violentia quadam irretitum sibi alliget in lucerna ignem; qui secus suopte ingenio semper sursum nititur ad æthera scandere; absque eo quod ignis iste ab huiusmodi lentore vllam in sui substantia mutationem suscipiat, vllumve detrimentum in sua natura perpetiatur: Quo nomine dictum a nobis est humorem solo sui lentore in lucerna flammam violente retinendo, nõ agere in ignem; scilicet actione vlla corruptiua, qua ignis aut extinctus, aut suffocatus essentiam suam amittere debeat: Immo vero nec actione vlla proprie dicta, nec vllis viribus humor lentore suo retinet violente ignem hic apud nos in lucernis; ita enim sola compedum durities, & angustia homines alligatos violente detinet in carcere, alioquin abituros; nec tamen in vinctos homines agit catena prohibens illorum e carcere fugam: nec ad reos vi detinendos in carcere, vel triremi, vires vllas exercet ferrum inanime; sed sola sui duritie, angustia, pondere, atque structura hoc munus obit. Deinde vero, vt hoc etiam disputationi demus, agat proprijs quibusdam viribus lentor in ignem, dum eum intra lucernam detinet violenter in hac infera mundi regione, alioqui sursum procul euolaturum; negamus ad hoc præstandum humori necessarias esse vires supra vigorem ignis; quia si ponantur virium æqualium ignis, & humor; id eueniet profecto, vt ignis se se nequeat ab humido expedire; ac humor impediat ignis ascensum: sic plane duo athletæ si pares obtinuerint omnino vires, & alter alterum arcte complectatur; non poterit vlla ratione alter ab altero diuelli, a quo violente detinetur, etiamsi totis viribus contendat se ipsum ab aduersarij violento complexu extricare; nam aduersarius alter æquipotens eum a se diuelli minime patietur: sic & Aristoteli [c] elementa in misto viribus coæquata se se mutuo detinent, impediuntque ne contraria fugiant a misto quæque ad suas regiones: Sic eidem autori [d] alio in loco elementa tota in mundo æqualia secundum vires, licet secundum molem solum ad inuicem proportionata, integram sui naturam retinent; nec alterum contrariorum ab altero consumitur, corrumpiturque.

Humor lentore proprio nõ agit in ignem

Catena vt agat in vinctos.

Agenti cur non sint necessariæ vires supra vim patientis.

[b] 4. meteor. sum. 1. c. 1. Lentorem non habere vim ignem transmutandi.

Lentor quam vim exerceat in ignem.

Contrariaque se destruere nequeunt.

[c] 1. de gen. t. 48. Elementa in misto cur maneant, & non singula statim ad sua loca ferantur.

[d] 1. meteor. sum. 1. c. 3. Elementa tota, vt sint inuicem æqualia.

Aequalitatem virium flammæ, ac humoris in lucernis causſam non perpetuæ, sed solum diutissimæ durationis ignicularum esse comprobatur: & vnde tandem intereant explicatur; patefaciendo causſam corruptibilitatis omnium nostratium, & mortis naturalis animantium.

Cap. XXVIII.

ILlud præterea difficultatem patitur, quod supra [a] sæpius inculcauimus, in admirandis istis antiquorum lucernis

[a] lib. 3. c. 21. 24.

nec ab humore flammam extingui, aut suffocari, nec ab igne vicissim humorem absumi, aut dissipari; quoniam vires inter se habeant adeo æquales, vt quantum alter obtinet actiuitatis in alterum, tantundem is nactus sit resistentiæ contra illum; siquidem, inquiunt viri præclari, necessario fuerint non solum inextinguibiles hæ lucernæ, sed etiam absolute perpetuæ; quod tamen falsum esse tum experimento constat; tum ijs quoque rationibus, quibus Aristoteles [b] ostendit nullum materiale, nullumque mistum ex elementis esse perpetuum. Quæ tamen dubitatio tollitur, quia ignis, & humor in propositis lucernis non solum a se inuicem pati, & affici possunt; vt in viuentibus nostratibus calor, & humor: sed etiam a caussis vndecumque sibi extrinsecus occursantibus: si quidem in lucernis affici, perpetique non posset ignis nisi ab humore sibi adiuncto; & humor hic si pati nequiret nisi ab igne; proculdubio ij viribus æqualibus perpetuam lucem efficerent in lucerna: Verum quoniam vterque seorsum, humor inquam, & ignis, ab externis agentibus quam plurimis affici valet; quorum alia ignis vires augent, vel imminuunt, vel substantiam flammæ destruunt, vel eãdem ab humoris consortio diuellunt; alia consimiliter huiusmodi agunt in humorem, cuius vel vires augent, vel imminuunt; vel substantiam destruunt, vel vi ab igne diuellunt; vnde consortium, & æqualitas virium disoluitur, ac denique flamma extinguitur; propterea fit vt lucernæ, in quibus ignis, & humor viribus iunguntur æqualibus; flamma tandem extinctæ destituantur: Illud tamen verum est, si clausa fuerit lucerna in loco tuto a vehementioribus aeris inclementijs, eam multo longiori tempore duraturam esse coruscam; non tamen æterno; tum communiter quia corpora cuncta nostratia, vnius ob materiæ appetentiam, & propensionem ad nouas formas, caduca sunt; illa enim satianda est, hæc actuanda; secus ambæ frustra essent in materia; quum tamen frustra nihil omnino sit in rerum natura: tum proprie quia sensim ab aere, atque a continentis cuiusque corporis qualitate ignis, & humor, aut illorum alter afficitur adeo, vt processu temporis longissimi soluatur eorum proportio, & virium suarum æqualitas; vnde altero in alterum agente, corruptio flammulæ tandem consequatur. Externæ vero huiusmodi caussæ contingere, occurrereque possunt innumerabiles; nempe tum ventus violente flammulam ab humore diuellens: quod ijs contigit lucernis, quæ inter aperiendum vetustissimum sepulchrum extinctæ fuere: tum scissura, scissiove lucernæ liquorem sui grauitate cadentem vicissim a flammula seiungẽs: quod Pallantinæ lucernæ accidisse dicitur: tum loci humiditas; quæ alias lucernas extinguere potuit intro labens aut vires ignis labefactare infra vires humoris, aut etiam humoris lentorem diluere colliquando illius consistentiam, ipsumque adeo ineptum reddere igni cõtinendo, alligandoque materiæ combustibili: tum siccitas loci ab humore itidem lentorem detrahens; id enim quotidie licet obseruare, ceram, & resinas omnes ob nimiam vetustatẽ summa siccitate contracta lentorem amittere, nec amplius idoneas esse cum papyro in lucernis, aut candelis continendæ flammulæ; abeunt enim in aridum puluerem, nullamque obtinent amplius consistentiam: tum terræmotus concutiens locum reconditæ lucernæ illam varijs rationibus extinguere potest. Illud tamen asseuerare non dubito, lucernam, in qua ignis, & humor sint viribus æqualibus, vbi cetera sint paria, multo longiori tempore ardentem ignem in se conseruaturam, quam ea, in qua ignis, & humor viribus inæqualibus associantur: quoniam & corpus salubre in humana specie temperatissimum diutius vitam producit incolumem, & magis resistit caussis morbificis omnibus. Ob istas igitur, & alias rationes consimiles, lucernę ardentes in antiquorum monumentis, alibive recõditæ perpetuo durare non potuerunt; etiamsi neque flamma in eis absumeret humorem, neque humor flammam extingueret, aut suffocaret ad plurimos annos, quia viribus essent ad inuicem æqualibus; sed liquor ignem suo lentore solum sibi adiunctum retineret, prohiberetque ne sursum a lucernis euolaret

[b] 1. cæl. tex. 136. 140.

Mistum nullum æternum.

Lucernarum ignem affici ab humore, & ab externis.

Lucernæ veterum cur æternum arderе nequiuerint.

Ignem corrũpentes externæ caussæ.

Ventus quas priscorum lucernas, & quomodo exuinxerit.

Lucernæ Pallantis vt extinctæ.

Loci humiditas vt lucernã extinguat.

Siccitas loci vt lucernam extinguat.

Cera vetustior cur inepta candelæ inflammabili.

Lucerna quæ diutissime duret ardens.

Homo qui diutissime viuat incolumis.

laret ad æthera. Sed quod nuperrime dicebamus corruptionis cauſſam eſſe materiæ appetitum, mortis autem naturalis pugnam elementorum internam (quod nuper aſſumpſimus) in controuerſiam reuocatur ab aliquibus recentioribus: Sunt enim, qui[c] duo hæc vulgatiſſima pariter, ac veriſſima theoremata nobis antea recepta conuellere conentur aſſerentes corruptionis noſtratium neceſſitatem referendam non eſſe in materiæ primæ appetitum, quia ex morte animalium adhuc remaneat in cadauere materia multis formis ornata: Et quia materiæ appetitus perinde ab anima expleatur, atque ab alia quacumque forma; ita vt ſi compoſito contrarium nullum accederet validius, numquam corruptio conſequeretur: Addentesque falſum eſſe cauſſam præcipuam naturalis interitus, & multorum morborum eſſe pugnam contrariarum qualitatum, ex quibus conſtat viuens, tanquam compoſitum ex elementis; quod videtur velle Ariſtoteles dicens corrumpi quod ex contrarijs conſtat: id tamen falſum eſt, inquiunt, quia Ariſtoteles voluit non ab internis contrarijs corrumpi, ſed ab externis; vnde ſublunaria omnia corruptibilia: Veriſimile enim eſt, immo neceſſarium a forma miſti coerceri elementa ne inuicem pugnent; quod ſi pugnarent, morbi fierent, non mors naturalis. Accedit quod ex hac cauſſa præciſe non ſequetur mors, ſed diſſolutio miſti; viuens enim primo eſt miſtum, deinde organicum, tertio viuens; primum habet ex vnione elementorum, ſecundum ex diuerſitate partium, tertium ex præſentia animæ; mors tollit præſentiam animæ, non miſtionem, aut compoſitionem; quare ſine pugna qualitatum fit mors; & pugna qualitatum non deſtruit vitam, ſed miſtionem: Proximiorem fecimus vitæ diſpoſitionem corporis temperiem, & inſtrumentorum compoſitionem; an igitur, ſi hæc vitientur, mors ſequetur naturalis? nequaquam; etenim quæ propter hanc cauſſam ſequetur mors, ex morbo erit, & violenta: Præterquam quod ad temperiem, & compoſitionem adeo vitiandam, vt mors contingat, tanta requiritur violentia agentis, tanta immutatio, vt ex cauſſa naturali, & neceſſaria ſequi non poſſit, quin prius calor ille deficiat, quem vitalem diximus; videmus enim maximos durare intemperiei, & malæ compoſitionis morbos, durante vita. Iam ergo ex omnibus cauſſis vnam, ſi bene diſcurramus, inueniemus naturalis mortis cauſſam, nempe caloris defectum; quem ſtatuimus eſſe poſtremam, & proximam animæ diſpoſitionem; etiamſi ex reliquis omnibus poſſit etiam corpus alterari, ægrotare, & mori. Hæc illi: Qui tamen voti compotes non effecti, fruſtra celeberrimas Philoſophorum ſententias impugnare aggreſſi fuerunt. Quod enim primo ſtatuunt, mortis neceſſitatem non eſſe referendam in materiæ primæ appetitum; aperte reclamantem habet Ariſtotelem[d] tum definientem materiam eſſe primum ſubiectum, ex quo inexiſtente fit vnumquodque generabile, & in quod remanens abit vnumquodque corruptibile: tum[e] decernentem materiam eſſe cauſſam rebus quibusque ineſt, vt eſſe, ac non eſſe poſſint; tum clare demonſtrantem intelligentias eſſe incorruptibiles, quia careant materia, quæ nouam formam apperat. Ratio vero, quam afferunt ad ſui placiti confirmationem, nempe, quia ex morte animalium remaneat adhuc in cadauere materia multis formis ornata, duplici notatur vitio; alterum eſt paralogiſmus, ac omnino petitio principij, quia probatur ignota concluſio per ignotiora, vel ſaltem æque ignota principia; negant enim plurimi Philoſophi a morte animalis remanere vllam formam priſtinam, & inficiantur in eodem ſubiecto ſimul plures in eſſe formas; quum omnes ad vnum confiteantur materiæ appetitum eſse cauſsam communiſſimam corruptionis omnium ſubcæleſtium; Ariſtotele clare decernente naturales ſubſtantias perpetuas, ac omnino cæleſtia corpora carere[f] materia, quæ ſit in potentia ad formam ſubſtantialem. Alterum vitium eſt, quia concedentes a morte animalium remanere adhuc in cadauere materiam multis formis ornatam, negare debemus neceſſitatem mortis referendam non eſse in appetitum materiæ; nam forma cadaueris quum ſimul in eadem materia eſse nequeat cum forma viuentis, vt

[c] Sal. art. med. c. 9.

Appetitus materiæ vt ſit cauſſa corruptionis.

[d] 1. phyſic. t. 82.

[e] 7. meta. t. 22. 53. 12. meta. t. 30.

[f] 8. meta, t. 12.

pote sibi opposita; quumque materia sub forma viuentis esset naturaliter in potentia ad formam cadaueris, eamque physice appeteret; quando naturalis hic appetitus expleri debet, physicaque ista potentia est actuanda; secus enim vtrumque frustraretur, quod natura non patitur, iam apparet appetitum formæ nouæ in materia esse caussam necessitatis interitus omnium subcælestium, etsi post eorum corruptionem in materia remaneat aliqua forma: & in viuentibus speciatim appetitus formæ cadaueris, potestasque ad eam induendam existens in corpore, seu in materia, est mera caussa mortis; quia hæc potestas, dum actuatur, facit animam exulare a corpore; licet cadaueri multæ formæ præcedentium insidere dicantur, nempe elementorum, & mixti. Quod autem secundo aiunt, materiæ appetitum perinde ab anima expleri, ac alia quacumque forma, non probat intentum; quia duplex quum sit appetitus in materia, vniuersalis alter omnium formarum, peculiaris alter vniuscuiusque formæ seorsum; vt anima præsens explet eum appetitum particularem, quem ad eamdem animam olim materia obtinebat; & singula forma seorsum satiat appetitum materiæ ad eandem numero formam: ita nec anima, nec vlla forma particularis alia saturare potest appetitum vniuersalem ad omnes formas, nec eum peculiarem, quem habet materia ad aliam quamcumque formam absentem, ac præsenti oppositam: Qui appetitus quum frustra non sit in materia, expleri quandoque debet; id autem fieri nequit, nisi præsens forma contraria de materiæ sinu recedat; quippe simul in eadem materia esse nequeunt oppositę formæ: proinde in materia viuentis residens appetitus nouarum formarū animam secum non compatientium, reddit viuens corruptibile, ac necessario morti obnoxium. Quod tertio proponitur, si composito contrarium nullum accederet validius, numquam corruptionem consecutum iri; falso proponitur; tum quia compositum suapte natura finitum, licet ei non accedat extrinsecus vllum contrarium, tandem ex se sponte corrumpetur; quod enim per se corruptibile est, id circumscripto quolibet alio, tandem interire necesse est; ac vt pleraque sponte nascuntur ab interno genitore, quemadmodum late probauimus in opere *De Spontaneo viuentium ortu*; ita multa sponte interire pariter ab interno corruptore nil prohibet: tum quia licet compositum; ex contrarijs principijs non constitutum, a seipso corrumpi nequeat, sed solum intereat a contrario validiore sibi extrinsecus accedente; cuiusmodi est corruptio simplicis elementi; compositum tamen ex contrarijs naturis, vti sunt viuentia cuncta nostratia, & inanimata etiam mista vniuersa, facile corrumpi valet ab interno contrario validiori alterum destruente; nec oportet ad misti corruptionem extrinsecus vllum contrarium validius accersiri: vbi enim alterum componentium ab altero destruitur, totum compositum necessario corrumpitur. Quod quarto dicitur, falso statui caussam præcipuam naturalis interitus, & multorum morborum esse pugnam contrariarum qualitatum elementariū, ex quibus constat viuens, tāquam compositum ex elementis; id aperte fugillat Aristotelem asseuerantem elementa esse caussas mortis animatorum, in hæc verba, *Quamobrem nosse oportet, quemadmodum rerum naturalium constitutarum partim calidæ, partim frigidæ, & aliæ siccæ, aliæ humidæ dici debent; nam vitæ quoque, & mortis causssas hæc habere; atque etiam somni, & vigiliæ, iuuentutis, & senectutis, & morbi, & sanitatis; non asperitatem, aut lenitatem; non grauitatem, aut leuitatem. nihil fere tale apertum esse videtur; & recte quidem; sunt enim hæc, vt alio loco* [g] *exposuimus, initia elementorum naturalium; calidum dico, frigidum, siccum, humidum.* Quin & fugillat [h] Hippocratem statuentem, si homo non esset ex pluribus elementis constitutus, sed vnum quid simplex; eum non dolituru, nec ægrotaturum: si enim solum ab externo agente homo affici potest; is æque, si vnum sit elementum, afficietur ab externo contrario; ac si fuerit ex multis elementis constitutus: sed quia proprie non dolet homo, nec ægrotat, nisi ob pugnam inter sua interna principia, siue sponte inuicem pugnauerint, siue ad pugnandum

Sponte posse quid interire, & oriri.

Corruptio ab externo contrario.

Corrumpantur quæ ab interno.

Appetitus materiæ quotuplex; & vt explcatur.

[g] 2. de part. an. c. 2.

[h] 1. de nat. hum.

Homo si vnū quid, cur non doleret, nec ægrotaret.

dum ab aliquo externo incitata, & irritata fuerint; ideo vere sanxit Medicinæ parens, Hominem non doliturum, nec ægrotaturum, si eius corpus vnicum sit elementum; non ex pluribus, ijsdemq. inuicem contrarijs coagmentatum. Quod quinto afferunt, Aristotelem velle non ab internis contrarijs corrumpi, sed ab externis; longe a veritate abest; nam ex aduerso agens de caussis longitudinis, & breuitatis vitæ, ac speciatim de caussis mortis, expressis verbis Aristoteles ait, [i] *Quemadmodum enim multa flamma comburit, & corrumpit paucam, eo quod alimentum consumat: sic naturale calidum primum concoctiuum consumit materiam, in qua est*. Quod exinde colligitur, vnde subcælestia omnia sunt corruptibilia, id ex eo quod est, non ab internis, sed ab externis contrarijs viuens corrumpi, male colligitur: nam subcælestia omnia ratione materiæ nouam formam appetentis sunt ex se corruptibilia; sed eorum simplicia quidem elementa semper ab externo contrario corrumpuntur; mista vero ex elementis tum ab externo, tum etiam ab interno contrario promiscue corrumpuntur; violente quidem ab externo; naturaliter vero ab interno, seu calore humidum consumente, seu etiam humore calorem suffocante. Quod præterea dicunt, verisimile esse, immo necessarium a forma misti coerceri elementa ne inuicem pugnent; id veritati repugnat, tum quia si anima, quæ longe nobilior est, quam forma misti, solum continet ne diuellantur elementa in contrarias mundi regiones inhiantia, doctore [k] Aristotele; non autem ea impedire potest, ne pugnent ad inuicem; quanto minus id præstare poterit forma misti? tum quia misti forma re non dissidet a forma elementorum; est enim aggregatum quid ex illis in vnum iunctis; quomodo ergo contrarium coercebit aut seipsum, ne agat in contrarium; aut suum contrarium, ne secum pugnet? tum quia misti forma potest ad summum coercere ne vnum elementum cito reliqua in misto corrumpat, refractis illius viribus: at quia virtus elementorum in misto saluatur, vt ait [l] Aristoteles; proinde prohiberi non possunt

Hippocratis dogma illustratum.

[i] cap. 3. Calor natiuus consumit materiam, in qua est.

Subcælestia vt sint corruptibilia.

Anima quid præstet elementis.

[k] 2. de ani. t. 48.

Elementorum virtus in misto saluatur.

[l] 1. de gen. t. 84.

A ne inuicem pugnent; quum virtus contrarij præsentis ociosa esse nequeat physice, sed necessario agat in contrarium. Quod postea scribitur, si elementa in corpore viuentis pugnarent, morbi fierent, non mors naturalis; falsum est penitus: cur enim elementorum pugna morbum inuehat, & eo mediante non possit aduehere mortem naturalem decrepiti? an ne potest mors naturalis obrepere sine morbo? quomodo quis intereat sanus? non ne a sanitate in mortem vna via est ægritudo? non ne Medicum axioma est, quempiam interire non posse sine febre? non ne febris est morbus? itaque pugna elementorum, ex quibus animantium corpus constituitur, morbus inuehit, & post morbos etiam mortem naturalem. Quod vlterius asseritur, ex elementorum pugna non præcise mortem sequi; hoc vltro concedimus; at quod additur, ex ea præcise consequi misti dissolutionem; id absolute negamus; quia ex elementorum pugna in viuente sequi non potest misti dissolutio, quin ex eadem prius consecuta mors fuerit; nam viuens necessario est mistum, & mistum perfectum: Ad negati dogmatis confirmationem cõcedentes viuens primo esse mistum, deinde organicum, &, si placet, tertio viuens naturæ ordine, ac primum habere ex vnione elementorum, secundum ex diuersitate partium, tertium ex præsentia animæ: dantesque mortem tollere præsentiam animæ, non autem mistionem, neque compositionem. Negamus absque pugna qualitatum elementarium obrepere mortem; nam mors est animæ a corpore seiunctio; quum autem anima corpori mediantibus dispositionibus associetur; quibus non dissolutis eam a corpore auelli non posse certissimum est; quumque dispositiones illæ in temperamento potissimum consistẽtes dissolui nequeant, nisi per elementarium qualitatum pugnam; propterea mors obrepit viuentibus non nisi præcedente pugna elementorum in eorum corporibus: quæ quidem pugna vltimo terminatur in dissolutionem misti, sed tamen ad eam peruenire nequit nisi prius inuehat mortem animantis; cuius corpus absque mistione consistere non potest:

Mors non aduenit sine morbo.

Elementorum pugna vt mortem aduehat.

Animantis corpus est necessario mistũ.

teſt: prius ergò, quam miſtionem, pugna elementorum deſtruit vitam, quæ ſine perfecta miſtione conſiſtere non valet. Sed quid nos concedimus viuens prius eſſe organicum per compoſitionem diuerſarum partium inſtrumẽtalium, deinde viuens per animæ præſentiam? an ne poteſt eſſe caput, cor, hepar, caro, neruus aut alia pars vlla vel ſimilaris, vel diſſimilaris, quæ non viuat, & non ſit animata? non ne [m] Ariſtoteles a ſemine maris ante organorum conſtitutionem excrementum feminæ ſtatuit animari? non ne hoc ipſum nos fuſe demonſtrauimus in opere *De perfecta conſtitutione hominis in vtero?* non ne prius in eamdem ſententiam ſcripſerat [n] Ariſtoteles, *Semen igitur tale eſt; motumque habet, & principium tale, vt motu peracto pars exiſtat quæque*; ecce vim partium formatricem, *eademque ſit animata:* ecce vim viuificatricem, *non eſt enim facies, niſi animam habeat, neque caro; ſed corrupta æquiuoce dicetur facies, aut caro, perinde quaſi lapidea, aut lignea facta ſit?* Sic ergo viuens ſimul eſt organicum, & viuens; nec prius organorum compoſitio, partiumque natura conſtituitur, deinde ijs anima, & vita accedit. Quid præterea concedimus a morte tolli animæ præſentiam, non autẽ partiũ organicarum compoſitionem? non ne [o] Ariſtoteles ait multis in locis cadauerum non eſſe carnem, manum, aut aliam partem vllam? ſic primum ait, viſiua potentia, atque adeo anima oculi deficiente per mortem, *non eſt amplius oculus, niſi æquiuoce, ſicut lapideus, aut depictus*. Et paullo poſt, [p] *Non eſt autem quod abiecit animam potentia exiſtens vt viuat*, hoc eſt, inſtrumentale, quod prius ipſemet Ariſtoteles [q] admonuerat, *ſed quod habet*. Atque alibi, *Nec fieri poteſt vt vel facies, vel manus, vel caro, vel alia pars ſit, niſi anima ſenſualis inſit, aut actu* operans, *aut potentia; & aut aliquatenus*, id eſt copulata cum rationali in hominibus, *aut ſimpliciter*, nempe in brutis; *erit enim vt mortuus, aut pars mortui*. Mors itaque tollens præſentiam animæ, vna tollit compoſitionem partium inſtrumentalium, & organorum; quando in cadauere non ſunt organa, & membra priora, niſi æquiuoce, hoc eſt quoad nomen, & apparentiam tantum; vt [r] alibi notauit admirandus Præceptor: Quod poſtea dicitur, inſtrumẽtorum compoſitionem eſſe proximiorem diſpoſitionem vitæ, ſeu materiæ ad vitam recipiendam, & retinendam; id falſum eſſe conſtat ex nuper allatis ex Ariſtotele decernente inſtrumenta non eſſe ſine anima, & vita; quum vbique diſpoſitiones præcedant id, ad quod apparant materiam ſibi ſubiectam. Sed concedentes diſputationi propoſitum dogma, & aliud verum illi complicatum, quo decernitur temperamentum eſſe proximiorem diſpoſitionem corporis ad vitam; negamus vbi temperies, aut inſtrumentorum compoſitio vitietur, ſequi non poſſe mortem naturalem: an ne illæſo temperamento poterit quiſpiam naturali morte in vltimo ſenio perire? non ne temperies eſt diſpoſitio corporis ad vitam, atque adeo vinculum nectens animam corpori? quomodo ergo non ſoluto vinculo diſſociabitur anima a corpore? non ne [f] Ariſtoteli compoſitio inſtrumentorum eſt item id, quo corpori adnectitur anima? quomodo igitur eo non diſſoluto poterit corpus anima priuari? an ne corpus inſtrumentale poterit eſſe ſine anima, quæ ſuus eſt actus eſſentialis? id porro negat [t] Ariſtoteles. Ad probationem concedentes mortem, quæ propter vitiatam corporis temperaturam euenit, & propter vitiatam inſtrumentorum compoſitionem obrepit, ex morbo eſſe; negamus eam eſſe mortem violentam, non autem naturalem; nam vere mors violenta eſt, quæ morbum ſequitur vehementem, & ante ſenium: at morbus eſt etiam lenis, & in vltimo ſenio ſenſim ſine ſenſu perducens homines ad mortem naturalem: non ne vitiatæ compoſitionis, ac temperaturæ morbus conſequens internam elementorum pugnã poteſt in decrepita ætate mortem naturalem aduehere? poteſt profecto. Quod vlterius additur, Ad temperiem, & compoſitionẽ adeo vitiandam, vt mors contingat, requiri tantam violentiam agentis, vt ex cauſſa naturali, & neceſſaria ſequi non poſſit; hoc audacter negandum eſt; nam ſenibus in vltima ætate adeo languidus eſt calor, vt exiguum

Viuens non eſſe organicũ ante adeptam animam.

[m] 2. de gen. an. c. 3.

Cap. 8. & ſeqq.

[n] 2. de gen. an. c. 4.

[o] 2. de ani. t. 9.

Cadaueris corpus non eſt ſe organicum

[p] tex. 10. tex. 6.

[q] 2. de gen. an. c. 4.

Mors tollit eſſe inſtrumentale.

[r] 1. de gen. t. 37.

Diſpoſitio præcedit formam.

Temperamento illæſo non mori quempiam.

[f] 2. de ani. t. 26.

[t] 2. de ani. t. 10.

Mors quę violenta.

guum temperaturæ, conformationisque vitium, citra vllam fere violentiam calorem extinguat, aut suffocet, mortemque naturalem necessario aduehat. Ad postremum assertum huic implicatum concedentes ad temperaturam, & instrumentorum compositionem adeo vitiandam, vt mors contingat, tantam immutationem requiri, qua calor naturalis deficiat: Negamus calorem naturalem deficere non posse ob lentam pugnam internarum caussarum, ac omnino qualitatum elementarium, ex quibus humanum temperamentum constituitur: quoniam si viuidus iuuenum calor, sique calor natiuus absolute cito, & affatim corrumpi, ac deficere non potest, nisi a caussa externa, eademque vehementi, ac celeriter operante; calor tamen exilis decrepiti senis (cui soli mors naturalis accidere valet) ab humiditate interna redundante, ac sibi affluente facile suffocari, & a frigiditate contrarij pariter intimi elementi sensim extingui potest per morbum non acutum ad mortem naturalem sine vlla sensibili violentia, vel vehementia terminabilem: sic enim magnus Hippocrates inquit [a] alicubi, senibus febres non similiter acutas fieri ac iuuenibus, quia frigidum est eorum corpus; hoc est, quia languido, & imbecillo gaudent naturali calore. Ita ergo calor in morte naturali deficere valet ob intimam pugnam elementarium qualitatum. Quamobrem satis vnicuique constare potest, eos tantum a veritatis meta deuiare, cuicumque statuunt materiæ appetitum nõ esse caussam, ob quam subcælestia cuncta sint corruptibilia: & intimorum elementorum pugnam non aduehere mortem naturalem animantibus; & speciatim lucernas extingui non posse sponte a calore humorem absumente, vel ab humore calorem suffocante; quantum a communi Philosophorum sententia recedunt.

Calorem naturalem deficere posse ob lentam pugnã elementorum.

Mors naturalis aduenit solum senibus.

[a] 1. aph. 14.

Aequalitatem virium ignis, & humoris in Lucernis tum reipsa inueniri, tum difficili negotio posse constitui; tum caussam non esse varietatis naturæ lucernarum; eam tamen non demoliri. Cap. XXIX.

INde quoque huiusmodi flammæ, ac humoris in lucerna virium [a] æqualitatem alij clarissimi viri de medio tollere nituntur, tum quia in mistione semper vnum dominatur; & æquale cogitatione quidem cognosci posse, non autem reipsa dari, vt inquit Galenus, aiunt, primo de Temperamentis: tum quia æqualitas illa, si detur, factu tamen, conseruatuque sit difficillima; vnde ab ea tot lucernæ tam diuturnam perdurationem habere non potuerunt: tum demum quoniam ab vna illa æqualitate virium tanta lucernarum varietas exoriri nequit, vt aliæ adeo imbecillam flammam obtineant, quæ aeris noui præsentiam sustinere nequeat, sed protinus eo viso extinguatur; aliæ validiorem, quæ aeris externi commercium per aliquot horas etiam admittant, sponte postea commorientes; & aliæ denique robustissimam, quæ aeris imminentis, & flatus ingruentis, & aquæ obruentis vim, & impetum sustinere, superareque valeat. Sed & has obiectiones eluere possumus. Ad primam enim aperte negamus in omni mistione semper vnum aliquod miscibilium ceteris dominari; docente [b] Aristotele miscibilia in mistione debere adinuicem coæquari: etsi plerumque contingat in mistis aliquod elementum habere prædominium supra reliqua. Deinde negamus Galenum primo de Temperamentis allegato constituere non dari reipsa æquale, sed sola cogitatione id posse cognosci; nam toto eo libro perlecto nihil tale [c] vidimus; at potius oppositum; quia contra veteres demonstrat dari temperamentum æquale, quod expers sit omnis excessus, ac vere medium inter extrema; idque agnoscit, esseque reipsa vult in homine, quem temperatum, eusarcum, quadratum, & canonem omnium temperamentorum appellat; & in eius cute, ac speciatim ea, quæ volam manus contegit, summosque digitos intrinsecus. Deinceps concedentes in disputationem, non dari mistum æquale ad pondus, vt aiunt Medici, nec proinde hominem temperamenti æqualis citra omnem cuiusque qualitatis excessum: negamus ignem in lucerna humori, & combustibili coniungi non posse viribus omnino æqualibus; quandoquidem [d] Aristoteles alicubi demonstrat, nec ma-

Miscibilium vnum aliquod non semper ceteris in mistione dominari.

[b] 1. de gen. t. 88. 89.

Mistum æquale dari ex Gal.

[c] cap. 3. 8. 9.

Homo quadratus canon temperamentorum.

Ignis non misceri materiã ardentem.

[d] 1. de gen. t. 83.

id. 3. c. 23.

materiam igni mistam esse, quum ardet, aut ipsam suis particulis; nec ignem misceri cum materia combustibili, & ardente. Ad secundam oppositionem vltro concedimus difficilem quidem esse hanc ignis, & humoris æqualitatem quoad vires; vt nos [e] pridem monuit Maximus Olybius; non tamen ideo damus eam fieri non posse; quando nouimus etiam fieri sæpe difficilia: Porro difficultas ista raritatem euentus aduehit; neque enim plurimæ omni æuo, & omni loco hucusque visæ sunt lucernæ, quas constiterit plurimos annos arsisse; sed paucas. Ad tertiam dubitationem dicimus propositam virium ignis, & humoris in lucerna æqualitatem non supponere, nec inuehere eundem flãmæ vigorem in gradu; quia fusius ostendimus in opere nostro [f] *De his qui diu viuunt sine alimento*, hominum habentium calorem innatum, & humidum radicale viribus æqualibus, huiusmodi æqualitatem esse valere cum calore imbecillo, cum calore valido, & cum mediocri etiam in varijs indiuiduis; quidni hoc ipsum contingat in lucernarum igne, atque humore? hic enim humido nostro radicali, natiuo ille calori aptissima proportione respondet: Sane igni debiliori æquales vires habebit humor minoris tenacitatis; validiori vero igni æqualis erit humor tenacissimus; mediocri mediocris: calor etenim, & omnino qualitas quæuis actuosa validior est in subiecto densiori; vt in eodem opere late [g] demonstrauimus: Varietas ergo lucernarum, quæ esse potest cum æqualitate virium ignis, & humoris, ab ea æqualitate veluti a sui caussa minime dependet; sed a varietate materiæ, ac humoris flammæ subiecti; vt dudum explicauimus. Quare in admirandis istis veterum lucernis id cõtingere statuendum est, tum vt ob eandem caussam, nempe ob æqualitatem virium ignis, & humoris, per multas annorum decades, nullo deinceps addito liquore, iugiter ardeant incolumes; tum vt ob diuersitatem liquoris inflammabilis, penes maiorem, aut minorem visciditatem, densitatemve, facilius, vel difficilius obsistant caussis externis ignem extinguere valentibus.

Æqualitas virium ignis & humoris in lucernæ difficilis est, at possibilis.

[e] lib. 1. c. 9.

Lucernæ diutissim ę ardentes cur raræ.

[f] lib. 3. c. 41. & seqq.

Vitæ, ac lucernæ comparatio.

Igni debiliori qui humor vires habeat æquales.

Qualitas actuosa validior in subiecto densiori.

[g] lib. 2. c. 73. 327.

Lib. 4. c. 24

Lucernarum varietas est cũ æqualitate virium ignis, & humoris.

A *Partes combustibilium terreas non in solum cinerem, sed etiam in fumum abire; combustionemque non esse misti resolutionem in elementa. Cap. XXX.*

VEllicant alij theorema illud, quo dudum [a] statuimus fumum esse partem combusti terream, eo quia dum mistum in elementa per combustionem ab igne deurente dissoluitur, terrena pars illius in cinerem subsideat, ignea in flammas abeat, aerea in halitus insensiles euanescat, aquea demum in fumum densiorem conuertatur: Quod vel inde, inquiunt, apertissime constat, quia fumus non alia ratione adhæresci cuicumque corpori, & ipsum coinquinat, nisi ob inexistentem sibi ab aqua humiditatem cum visciditate coniunctam. Huic tamen obiectioni non vno modo possumus occurrere: In primis enim falso accipitur per combustionem vstibilia in elementa resolui; namque putredo est resolutio misti in elementa, non autem combustio; quæ vere, ac proprie conuersio est combustibilium in ignem; Quum enim omnis mutatio physica mobilium substantiam mutans ab eo agente proficiscatur, quod materiam, in quam agit, conuertere studet in naturam suæ consimilem; qui fieri possit vt combustio, quæ actio est ignis in combustibilem substantiam, sit eius misti resolutio in quatuor elementa, vt est putredo? an non a putredine dissidet combustio? nihil magis: ignisne vnica sui functione generabit ex eodem combustibili, præter ignem sibi consimilem, aerem, aquam, & terram sibi dissimiles? nihil minus. Ad vero comburitur ab igne non solum mistum, sed etiam terra simplex, & aqua simplex; ceterum nulla istarum in elementa dissolui potest; sed ab igne deurente in ignem sibi similem conuertuntur. Deinde licet per combustionem misti ab initio partes eius elementares diuersæ naturæ a seinuicem quoquopacto separentur; vltimo tamen omnia elementa mistum constituentia in ignem transmutantur; quod belle concinit aliquando [b] Lucretius inquiens,

[a] lib. 3. c. 14.

Combustione mistum non resolui in elementa.

Combustio quid.

Mutatio substantiæ physica vt fiat.

Putredo a cõbustione dissidet.

Ignis eadem functione ex eadem materia omnia elementa generare nequit.

Igne combusti etiam simplicia elementa

Combustio vt patiatur variæ mist partes.

[b] lib. 3.

„ *Ergo omnis natura cibos in corpora viua*
„ *Vertit, & hinc sensus animantum procreat omnes,*

Non

„ *Non alta longe ratione atque arida ligna*
„ *Explicat in flammas, & in ignes omnia*
versat.

Nec obstat ignem, qui Aristoteli [c] agit in quantum calidus, calore suo cuium est eidem autori heterogenea segregare debere, quæ in misto sunt diuersæ speciei elementa ab inuicem separare; tum quia mistum heterogeneum non efficiunt elementorum variæ naturæ; quando mista pleraq; Aristoteli [d] sunt homogenea, ferrum, æs, aurum, argentum, stamnum, lapis, caro, vena, neruus, os, oleum, adeps, & id generis alia sexcenta: tum quia etsi putillus ignis combustibilem materiam magnam in elementa quoquopacto resoluere videatur; tamen & ingentior flamma totum combustibile simul quoad omnes sui partes in ignem vertit, & omnis ignis vlteriori actione deinceps agens in partes combustibilis a se prius discretas, si hoc disputationi dandum sit, eas omnes in ignem denique transmutat. Præterea comburens ignis sic agit in combustibile, cuius, si mistum fuerit, quæcumque pars sensibilis mista est, [e] Aristotelis obseruatione, vt primum portionem igneam a prædominio facillime soluat in flammas; quę postea in ignem abeunt raritate, tenuitateque summa insensibilem aspectui; sensim semper interim disponens aereas, aqueas, & terreas misti eiusdem portiones ad induendam naturam flammæ: hanc autem prius induunt aereæ, quam aqueæ, ob substantiæ similitudinem; quæ decreto [f] Aristoteleo faciliorem transmutationem efficit: Dum autem aereæ misti portiones ab igne comburente disponuntur ad flammæ naturam, formamque subeundam; tunc vt fieri potest, quod earum aliquæ latenter euolent ad cognatum sibi aerem propinquum vstionem subterfugientes; plurimæ tamen ceteris misti partibus alligatę vertuntur in ignē: interim aqueæ in aereas ab eodem agente sensim commutantur, vlteriori actione deurentis ignis in flammam conuertendas; & simul cum aqueis terrenæ partes a igne comburente ad induēdam naturam flammæ pari quidem tempore, dispari tamen ratione disponuntur; pari sane tempore, quia terrenę partes rei combustibilis etsi ob sui crassitiem, ac densitatem igni comburenti magis, quam aquæ, resistant; hæ tamen, quam illæ, ob humiditatem igni magis obsistunt, ac reluctantur: Quare misti terrenæ partes igni comburenti frigore, ac densitate resistentes, pari passu ad ignis naturam currunt atque misti eiusdem partes aqueæ deurenti eidem igni frigore, ac humiditate obsistentes: Sed quia non eadem est omnium partium dispositio; propterea partes aliquæ misti mutationem in ignem subterfugiunt: Profecto partes aqueæ combustibilis ab igne deurente in vaporem, & aerem maxima ex parte commutantur; terrenæ vero in fumum, seu siccam exhalationem, & in cinerem; in cinerem quidem illæ conuertuntur; quæ non ita sunt aptæ naturam igneam induere; in fumum vero illæ, quæ vlteriori actione adurentis ignis in ignem facile commutari valent: Huic autem fumo visciditas inest aliqua ob aquearum partium participationem; terreæ namque partes dicuntur a prædominio, quibus nonnihil aquei admistum inest: quam sane theoriam apertissimam habeas apud Aristotelem [g] asseuerantem actione caloris vi Solis prope terram geniti ex humiditate circumfusa terræ sursum tolli vapores, ex quibus condensatis a frigore in media regione aeris oriuntur nubes; & ex sicco terreo procreari fumidas exhalationes; quæ sursum vi secum deferentes, velut onus, humidum vaporem; eoque postea relicto in media regione aeris; ad altiorem denique delatæ maxima ex parte vertuntur in ignem; reliquijs earum ad instar cinerum, & atomorum [h] deorsum cadentibus in mare; illique salsedinem conciliantibus, & amaritudinem: exustorum enim omnium cinis Aristoteli [i] salsus est. Terrenæ igitur misti partes vi comburentis ignis non solum in cineres, verum etiam in fumum abeunt; idque ea ratione, quia terra in ignem verti non potest, nisi pertranseat, muteturq. prius in fumum; quemadmodum aqua in aerem mutari nequit, nisi vertatur prius in vapores: vt enim vapor est natura quædam media inter aquam & aerem; ita plane fumus substantia media est inter ignem, ac terram: cinis autem est terrea misti portio longe difficilior mutatu

[c] de sen. & sen. c. 4. Ignis agit vt calidus. Caloris munus.

Elementorum naturæ variæ non efficiunt mistum heterogeneum.

[d] 2. de gen. t. 84. meteo. sum. 4. c. 1. 2. de par. c. 1. 2. 1. de gen. an. c. 18. Mista plurima sunt homogenea.

Misti pars quęuis sensibilis mista est.

[e] 1. de gen. t. 86.

[f] 2. de gen. t. 25. Ignis combustionis actum vt edat in varia elementa mistum constituentia.

Combustionem quæ partes misti ardentis subterfugiant.

Terreæ partes cur simul cum aqueis deurantur.

Fumus ex qua parte combustibilis oriatur.

Fumo vnde visciditas insit.

[g] 1. meteor. sum. 1. c. 4. sum. 2. c. 1. sum. 3. c. 1. Solis actione vt de terra tollantur in aera vapores, & exhalationes. Vide inf. c. 31.

[h] 2. meteor. sum. 1. c. 3. Maris amaror & salsedo vnde.

[i] 24. sect. probl. 18.

Terrea pars misti combustione cur abeat in fumum, & cinerem.

Aqua vt in aerem vertatur?

Cinis quid sit.

tatu in ignem, quam fumus; quia fumus immediate in ignem commutari potest; cinis immediate in ignem commutari non potest, sed prius in fumum conuerti debet, vt terra, si transmutari debeat in ignem.

Cinis vt in ignem mutari valeat.

Calor Solis ex terra, & aqua quot, & quales halitus eliciat. Cap. XXXI.

NOn recipiunt alij, quod nuper, & [a] antea quoque sanximus ex Aristotele, Calore Solis agente in terram aquis perfusam duos halitus procreari; vaporem scilicet humidum ex aqua; & exhalationem siccam ex terra: nam insuper aiunt ab eodem agente generari ventos; qui non sunt de natura vaporis, nec de specie fumidæ exhalationis; sed ex aerea substantia geniti tertiam halituum speciem constituunt. Sed nec istam nostram sententiam euertunt: In primis enim asserimus calore Solis duos tantum ex terra, & aqua sursum halitus extolli, vaporosum, & fumosum, at ventos non esse de natura vaporis concedimus; eos tamen ab exhalatione fumida distingui apertissime [b] negat Aristoteles, qui omnium ventorum naturam in siccam, seu fumosam exhalationem de terra genitam partim a calore Solis, partim ab eo qui degit intra terræ viscera, referre non dubitat. Deinde negamus actione caloris in aerem vllam gigni exhalationem; nam aer caloris vi transmutatur immediate in ignem, nullius exhalationis interuentu, ob maximam cognationem, quam cum igne habet; quum enim & ipse tenuitate, raritateque inaspectabilem substantiam obtineat, si a desiccante calore humiditate priuetur, illico in ignem commutatur, & eo magis, quo inter ignem & aerem nulla datur media natura, mediave consistentia: sed terra magis ab igne dissidet, non solum enim frigore illi aduersatur, verum densitate, crassitieque longe ab igne distat: quare terra in ignem commutari nequit, nisi prius attenuetur, atque rarescat in fumidam exhalationem, quæ mediam consistentiam habet inter ignem rarissimum, ac tenuissimum, & terram crassissimam, atque densissimam: natura enim de vno extremo non saltat in aliud intacto medio, sed gradatim progreditur semper ab extremo ad medium, & a medio ad alterum extremum.

[a] li. 4. cap. 7. cap. superiori.

Solis calore duos tantum halitus e terra tolli, & ex aqua.

[b] 2. meteor. sum. 2. c. 1. Ventos esse fumidam exhalationem.

Aer caloris actione non vertitur in halitum.

Medium non est inter ignē & aerem.

Exhalatio media est inter ignem & terram.

Naturæ progressus.

Vt multa lumina simul in eodem aere non vere sint vnquam, nec accidentia plura eiusdem speciei simul in eodem subiecto esse valeant. Exercitatio cum Zimara. Cap. XXXII.

INsitiatus olim est Zimara in suis theorematibus nostrum, quo [a] supra, & [b] alibi constituimus duo, & omnino plura eiusdem speciei accidentia, solo numero inter se dissidentia, non posse simul esse in eodem numero subiecto; nam asserit, & quasi nobis ex nobismetipsis obijcit in eodem aere cubiculi multa esse variarum ardentium lucernarum lumina, quæ ab vno corpore opaco multas vmbras excutiant simul in eodem aere, tot nempe, quot adsunt lumina illum aerem illustrantia. Deinde addit in eodem numero intellectu simul esse posse plures cognitiones numero differentes, aut saltem in eadem virtute cogitatiua; nam [c] Aristotele doctore tum ex pluribus sensilibus fit memoria, tum ex pluribus memorijs fit experimentum. Deinceps [d] affert in eodem medio simul esse valere duas species sensibiles eiusdem speciei. Vlterius adiungit in eodem animali simul esse posse plures paternitates. Insuper ait indiuiduum substantiæ præcedere indiuidua aliorum Prædicamentorum, & per consequens in vnoquoque prædicamento accidentium posse nos imaginari duas formas indiuiduales se ipsis intrinsece differentes. Vltimo [e] inquit, subiectum, & habitudo ad subiectum non est caussa formalis entitatis ipsius accidentis, & vnitatis eius, sed extrinseca, & subiectiua tantum, vt supra ostensum est. Nos tamen ob hæc nostram sententiam non repudiamus. Ad primam etenim oppositionem de multis luminibus in eodem aere occurrentes dicimus, vbi omnes illæ candelæ non simul inferantur intra cubiculum, sed ex ordine, confitemur primi luminis immediatum, & quod appellant adæquatum subiectum esse aerem purum ex se diaphanum, secun-

[a] Theor. 5. Lib. 2. c. 21. Lib. 4. c. 7. 10.
[b] 3. de vita c. 34.
[c] 2. poster. t. 104.
[d] 1. metaph. init.
[e] Theor. 3.

Luminum multorum in eodem conclaui varia subiecta explicantur.

cundi luminis aerem primo lumine illustrem, tertij luminis aerem duplici lumine illustriorem; & ita deinceps; vt vere duo lumina in eodem subiecto numero non existant proprie, ac formaliter loquendo: Nec obstat, quod in eodem theoremate obijcit Zimara scribens ex [f] Aristotele habitibus præsentibus in materia non amplius generari aliquid, sed iam esse; & propter hoc agens inueniens subiectum informatum aliqua forma, non posse consimilem eiusdem rationis introducere per verum motum, & alterationem; quia non reperit illud sub forma contraria; talis enim contrarietas, ait, necessaria est in tali actione. Quia concedentes habitibus præsentibus non generari amplius, sed esse iam illud, cuius illi habitus sunt forma; negamus proinde agens inueniens subiectum informatum aliqua forma non posse accidentalem formam (secus est de substantialibus, quia sunt incompatibiles, & non inter se subordinatæ duæ formæ substantiales eiusdem speciei) consimilem eiusdem rationis introducere, seu educere per verum motum, & alterationem: quia videmus ignem vbi in lignum introduxerit primum gradum caloris, mox posse per verum motum, & alterationem secundum gradum introducere; qui eiusdem rationis est cum priori, eiusdemque speciei, ac solo numero ab eo differens: ad oppositionem de contrarietate dicimus terminum alterationis huius postremæ non esse secundum gradum caloris, vt a primo contradistinctus est, ac eiusdem omnino rationis; sed esse gradum secundum primo superadditum, seu verius constitutum quid ex duplici gradu; modo ex [g] Aristotele vnus gradus caloris ad duplicem comparatus eam habet rationem contrarij, quæ sufficit ad alterationem, ac verum motum; ita sane tepidum a calido alteratur. Deinde vero vbi candelæ plures accensæ simul afferantur intra cubile, tunc duo pronunciamus; alterum est, a candela lumen viuidius effundente citius illuminari cubilis aerem, nam agens validius vbique velocius agit in materia, quàm debile; lumen vero debilius perficere mox aerem a potentiori lumine illustratum, veluti subiectum sibi adæquatum. Alterum est, ab vnaquaque candela statim illuminari aeris eam partem, quæ sibi propinquior est, remotiores autem non perficere nisi ante illustratas a lumine sibimetipsis propinquiore: atque adeo fieri vt singula lumina obtineant subiecta in eodem cubiculo distincta; quia viuidum, & vicinum lumen pro subiecto habet aerem purum, non aliunde illuminatum, sed mere diaphanum; lumen vero debilius, & remotius a sua luce pro subiecto habet aerem a viciniori, ac viuidiori lumine prius illustratum. Ad secundam oppositionem, quod attinet ad intellectum, in quo vno dicuntur esse posse plures cognitiones numero differentes; respondemus animaduertendo nomine cognitionum posse nos tria intelligere; nempe vel operationem intelligendi, vel antecedens illi functioni simulachrum obiecti, siue id phantasma, siue species intelligibilis afferatur, vel denique post operationem intelligendi remanens in animo notitia, quæ dicitur habitus mentis: si quidem agamus de functione intelligendi, falso dicitur in eodem intellectu simul esse valere plures cognitiones; nam operatio non est nisi dum fit, & intellectus non potest simul plures actus intelligendi obire; intellectio enim est operatio naturalis ipsi menti; Natura vero vna determinatur ad vnum [h] Aristoteli. Si vero loquamur de simulachro intelligibilis obiecti præcedente intellectionem; rursus vel agimus de phantasmate representante naturam singularem, vel de specie intelligibili opere intellectus agentis educta e phantasmatibus: si de specie intelligibili representante obiectum vniuersale; falso dicitur in intellectu eodem simul esse valere duas species intelligibiles eiusdem speciei solo numero a se dissidentes, vt duas imagines eidem intellectui representantes hominis totam speciem. Si de phantasmate loquamur, falso primum dicitur id esse in intellectu; quod proprie inest in phantasia. Deinde nos agimus de accidente subiecti corporis, non de accidente rei incorporeæ. Si demum agatur de habitu notitię post actum intelligendi remanente in intellectu; falso dicitur habitus plures

[f] 1. de gen. c. 55.

Agens nouam formam similem priori vt addere valeat.

[g] 1. de gen. c. 46.

Agēs validius velocius agit.

Cognitionis nomen æquiuocum.

Intellectus nō potest simul duas operationes obire.

[h] 8. phys. t. 8.

Species intelligibiles multæ solo numero dissidentes non sunt simul in eodem intellectu.

in eodem intellectu simul existentes ab inuicem solo numero distingui, & esse eiusdem speciei; nam si quis cognitionem vnius rei obtineat; & postea eandem rem iterum, iterumque contemplatus fuerit; necessario vel cognitionem eiusdem rei distinctiorem, exactioremque, atque adeo a priori confusa, & rudi secundum speciem distinctam sibi comparabit, non solo numero distinctam: vel iterata functione nouum habitum non induet, sed veteris confirmationem, maioremque promouebit impressionem. Quod autem attinet ad phantasiam, similiter si de functione cognoscendi agamus, falso dicitur eam simul edere duas operationes eiusdem speciei solo numero ab inuicem diuersas: sin autem de phantasmate tractemus, siue ante cognitionem, siue post operationem phantasiæ, duo dicimus; primum est, phantasmata representantia duos homines, qui solo numero dissident in eadem specie, non ideo ipsa necessario pariter in eadem specie solo numero ab inuicem dissidere; sed plusquam [i] numero differre secundum speciem; quia phantasma est imago eius, quod a sensu externo perceptum fuit; sensus autem exterior nudam hominis substantiam non percipit; sed aggregatum ex subiecta substantia, & omnibus accidentibus illi inexistentibus: at aggregatum ex substantia Socratis, & omnibus accidentibus in eo existentibus, non solo numero, sed specie dissidet ab aggregato ex substantia Platonis, & omnibus accidentibus ipsi inhærentibus; quia vel obseruatione Porphyrij, [k] indiuidua dicuntur huiusmodi, quoniam ex proprietatibus constitit vnumquodq. eorum, quarum collectio numquam in alio eadem erit: Socratis enim » proprietates numquam in aliquo alio » particularium erunt eædem; eæ vero, » quæ sunt hominis proprietates (dico » autem eius, qui est communis) erunt » eædem in pluribus. Itaque concedentes in eadem numero phantasia simul esse phantasmata representantia plures naturas indiuiduas eiusdem speciei; negamus illa phantasmata inter se solo numero distingui, non item specie; nam phantasmata formaliter constituuntur in esse per accidentia, & naturæ abijs A representatæ per formam substantialem. Secundum, quod in proposito dicimus, est, vere phantasmata non esse in phantasia, prout hæc est [l] facultas animæ ab organo materiali contradistincta; sed esse proprie in organo phantasiæ, seu mauis in aggregato ex organo illo corporeo, & phantasia; vt in composito ex materia, & forma: ceterum tale compositum quantitatem habens varias partes obtinet, in quibus B varia phantasmata inesse possunt solo numero distincta; vt in varijs partibus eiusdem canis varię sunt albedines eiusdem speciei. Ad tertiam oppositionem de pluribus speciebus sensibilibus eiusdem speciei simul in eodem medio existentibus; idem dicimus, quod nuper diximus de pluribus luminibus in eodem aere; quia lumen est species visibilis corporis lucidi, a quo prouenit; & in aere inest vt in medio. Ad quartam primo dicimus nos agere de accidentibus absolutis, non de relatiuis, vti C est paternitas. Deinde dicimus subiectum paternitatis non esse patris meram substantiam, quæ vna numero est; sed substantiam patris in habitudine ad filium; & quum ad multos filios idem pater obtineat varias numero habitudines; ideo multæ numero paternitates habent multa numero subiecta formaliter distincta in eodem supposito. Ad quintam concedentes indiuiduum sub- D stantiæ præcedere indiuidua aliorum generum; negamus primo nos concipere posse duo accidentia solo numero a se ipsis intrinsece differentia: quia posteriora sine prioribus non sunt. Deinde concedentes nos imaginari posse duo accidentia eiusdem speciei sine substantia; negamus proinde simul ea esse posse in eodem subiecto: multa enim possumus imaginari, quæ reipsa esse nequeunt, vt hircoceruus; nostra quæstio est de reali existentia E duorum accidentium eiusdem speciei simul in eodem subiecto. Ad vltimam concedentes subiectum; & habitudinem ad illud non esse causam formalem entitatis, & vnitatis accidentis; sed extrinsecam, & subiectiuam tantum; negamus ideo duo accidentia simul esse posse in eodem, si fuerint eiusdem speciei; nam entitas, & vnitas ac-

Habitus duo eiusdem speciei simul in eodem intellectu cur non sint.

Phantasia non simul edit duas operationes.

[l] 3. de ani. t. 6. Phantasmatum subiectū.

Lumen est species visibilis lucidorum.

Paternitatis subiectum.

[i] 2. de ani. t. 161. 2. de ani. t. 65. Phantasma quid.

Phantasma Socratis a phātasmate Platonis differre specie.

Posteriora nō esse sine prioribus.

[k] cap. de Specie.

Phantasmata quomodo cō stituuntur in esse.

Entitas accidentis vt pendeat a subiecto.

accidentis quoquopacto dependenta subiecto ex[m] Aristotele; cui accidens est ens, quia est entis aut qualitas, aut quantitas, aut aliud quid tale; vnde autem habent entitatem, inde vnitatem habere necesse est accidentia: loquimur autem nos hic non de entitate essentiæ, sed existentiæ; illam sane ab intrinseco principio habent sibi accidentia; sed hanc a subiecto solum obtinere possunt: quippe accidentis existere est inhærere alteri; at inhærentia non est, neque concipitur absque eo, cui inititur id, quod inhærere dicitur. Ita ergo nunquam euenire potest vt duo, ac omnino plura numero accidentia eiusdem speciei simul insint in eodem numero subiecto, secus atque censuerit Zimara senior, & cum eo plerique alij non mediocris autoritatis Doctores,

[m] 7. meta. t. 2

Accidens vt sit ens.

Vnitatem vnde habeat accidens.

Accidentis existere est inhærere.

Vapor aqueus, & aqua vt sit humidior aere; & ignis vt sit summe siccus.

Cap. XXXIII.

[a] 1. cantic. sum. 15.
[b] lib. 4. c. 25.

REclamant cum Auerroe [a] plerique nobis olim [b] asseuerantibus vaporem aqueum esse humidiorem aere; nam Aristotelis [c] obseruatione aer est humidior quam aqua, & proinde quam vapor aqueus: Dum enim tribuës elementis proprias qualitates vnicuiq; sibi familiariorem assignat inquiens,

[c] 2. degen. t. 22. 23.

» Hæc enim (elementa scilicet) ex contra-
» rijs passionibus constituta sunt. Sed ta-
» men simpliciter quatuor existentia,
» vnius vnumquodque est: Terra autem
» sicci magis, quam frigidi: Aqua autem
» frigidi magis, quam humidi: Aer autem
» humidi magis, quam calidi: Ignis autem
» calidi magis, quam sicci. Quorum sen-
2. de gen. t. 23. sus est, vel vt cum communi Latinorum Schola putat Nobilius, in quouis elemento vnam qualitatem in summo excedentem esse, alteram vero remis-
[d] disquis. phys. p. 69. sam; vel vt censuisse videtur [d] Coslæus, quodlibet elementum habere vnam qualitatem primo, alteram secundario: Si ergo aer primo humidus est, summeque humidus; aqua vero humida est remisse, ac secundario; iam aer erit humidior, quam aqua. Sique ignis primo calidus est, & secundario siccus; seu intense calidus, ac remisse siccus; terra vero primo, & intense sicca est, iam terra fuerit igne siccior; & illa multam in se humiditatem retinente, qua nectuntur illius partes ad inuicem (secus enim puluis esset dissolutu facilis, minimeque consistens) iam ignis non erit in propria sphæra sine humore; contra ea, quæ olim etiam decreuimus; remissio enim siccitatis in igne fieri nequit nisi per admistionem contrariæ [f] humiditatis Aristoteli. Addunt aerem esse alieno termino facilius terminabilem, & difficilius proprio, quam sit aqua; & proinde aerem esse aqua humidiorem; quippe Aristoteli [g] humidum esse definitur id, quod est proprio termino interminabile, & alieno facile terminabile. Ceterum his non obstantibus a superiori placito nobis recedendum non est, seu de aquæ humiditate loquamur, seu de summa ignium siccitate. Nam quod attinet ad aerem, concedentes Aristotelem constituere aerem esse magis humidum, quam calidum; vt pote cuius natura magis in humore, quam in calore consistat; negamus primo aerem habere humorem in summo excedentem; nam vtramque qualitatem remissam obtinet; adeoque remissam, vt eam [h] Aristoteles asserat esse ferme insensibilem: Negamus deinde aerem habere humorem primo, & calorem secundo; nam vtramque qualitatem obtinet in primo modo per se; quum per vtramque [i] definiatur: Negamus deinceps aerem esse magis humidum, quam sit aqua; nam eo loci non comparat Aristoteles elementi vnius qualitates cum qualitatibus alterius; sed idem elementum ad suas qualitates; & non ait aerem esse magis humidum, quam sit aqua; sed esse magis humidi, quam calidi; vt cuius essentia magis humore, quam calore determinetur; licet vtroque per se primo determinetur; sic naturale corpus, vt caro, & os [k] Aristoteli non sola materia, nec sola forma, sed vtrisque naturis determinatur per se primo, ac specificatur; cum hoc tamen forma est magis natura, quam materia; & natura carnis magis consistit in eius forma, quam in materia: Et licet aquæ substantia magis in frigiditate consistat, quam in humiditate; non tamen

[e] 2 degen. t. 49.

lib. 3. c. 18. 19.

[f] 2. cel. t. 37.

[g] 2. degen. t. 9.

Aer vt sit magis humidi quam calidi.

Aer non habet humorem in summo excessu.

[h] 1. phys. t. 54

Aer non habet humorem primo, & calorē secundo.

[i] 1. poster. t. 30.

Aerem non esse aqua humidiorem.

Aeris essentia humore magis quam calore nititur.

[k] 2. physic. t. 12. 21.

Forma est magis natura quã materia.

Aquæ substãtia magis in frigiditate cõsistit, quam in humiditate.

ideo aqua minus humida quam aer ponenda est; vt putat obiectionis autor: nam licet ignis essentia magis in calore consistat, quam in siccitate [l] Aristoteli; cui & ignis agit in quantum calidus, non in quantum siccus; & operatio vbique prodit essentiam operantis; non tamen, iudice vel sensu, ignis est minus quam terra siccus, quæ naturam habet in siccitate magis, quam in frigiditate consistentem. Denique concedentes humidum definiri esse facile alieno termino terminabile, ac proprio termino interminabile; negamus id magis aeri conuenire, quam aquæ; nam etsi aqua sit aere crassior, ac densior; facillime tamen & ipsa, nulloque negotio terminatur quouis alieno termino, nullum terminum habens sibi proprium, quo a semetipsa terminetur. Ita ergo aer non est humidior, quam sit aqua. Immo vero quum ob crassitudinem, ac densitatem in aqua humor sit euidentior, magisque sensibilis, quam in aere; vt olim nos docuit [m] Aristoteles; merito constituimus aquam, & vapores aqueos humidiorem naturam habere, quam aer. Ad ignem postea quod attinet, consimiliter primo concedentes ignem esse magis calidi, quam sicci, hoc est sui naturam, & essentiam in calido magis obtinere, quam in sicco; & terram esse magis sicci, quam frigidi; hoc est habere suam essentiam in siccitate magis; quam in frigiditate collocatam: Vtroque dantes terram nostratem multa perfusam esse sibi aduentitia humiditate: negamus primo terram esse sicciorem igne; sed hunc terra sicciorem asserimus; quia is in sua sphæra ob summam sui actiuitatem omnis extraneæ humiditatis consumptricem nihil alieni humidi obtinuit, vt terra. Negamus deinde terram in centro, vbi non pertingit humor, vllam habere humiditatem: Aristoteles enim loco citato loquitur de terræ puro elemento; quod si cubi est, in centro est, ac prope centrum. Negamus deinceps terram puram, si magis in sicco, quam in frigido consistat, & ignis contra magis in calido, quam in sicco, propterea terram esse igne sicciorem; nam ignis omnis humoris consumptor siccior est, quam terra, quæ alienum humorem patitur: attamen terræ natura magis consistit in sua qualicumque siccitate, quam in socia illi frigiditate; ignisque substantia magis consistit in suo calore, quam in adiuncta illi summa siccitate: sat est Aristoteli terram definiri siccitate frigida, ignem vero calore sicco, aerem autem humore calido, aquam denique frigore humido; licet ignis sit siccior quam terra, & aqua humidior quam aer, sensuum iudicio; qui circa propria hæc sensibilia decipi non possunt, Aristotele [n] autore; nec a Physiologo dimittendi sunt, ratione oppositum suadente conquisita. Terram puram dicere possumus habere duritiem, & consistentiam, ac non ad instar pulueris aridi diffluere; nam humor Aristoteli est gluten vniens partes misti corporis continui, non simplicis; quoniam aqua corpus continuum est, partesque vnitas obtinet nullo humoris ab eis varij ministerio; quum purus sit humor aqua tota: & ignis absque humore corpus est continuum; cæloque sine humiditate sua inest continuitas: sed mistum ex varijs elementis coalescere non potest, nisi humidi lentore glutinentur inter se repugnantia elementorum corpora.

Ignis essentia in calore magis, quam in siccitate.
[l] de sen. & sen. c. 4. 1. de ani. t. 12. 13.
2. de ani. t. 33.
Operatio prodit essentiam operantis.
Ignis non est minus quam terra siccus.
Aqua est aere crassior, ac densior.
Humor aquæ cur sensibilior quam aeris.
[m] 1. physic. t. 54.
Vapor vt sit aere humidior.
Terra vt sit magis sicci quam frigidi.
Ignis est siccior quam terra.
Terra in centro non humida.
Ignis cur sit quam terra siccior.
Ignem definiri calore sicco.
Sensus circa propria non decipi.
[n] 2. de ani. t. 63. 8. physic. t. 22.
Humor est gluten vniens partes misti continui.
Ignis absque humore corpus est continuum.
Misto cur humiditas necessaria.

Ignem purum sub Luna esse supra omnem regionem aeris. Exercitatio cum Cardano. Cap. XXXIV.

CArdanus in opere suo [a] de rerum Subtilitate, & in eiusdem libri Defensione contra Scaligerum euertere conatur assertum, quo supra [b] cum Aristotele constituimus dari supra elementum aeris immediate sub orbe Lunæ maximum elemẽtum simplicis ignis inquiens, Sed certe sub cælo Lunæ nullus est ignis; nam quum cælum purissima res sit, non decuit sub omnis qualitatis experte rem ardentissimam collocasse: natura enim semper extrema medijs iungit: inter carnem enim, & os membranam; inter os, & ligamenta cartilagines; inter os, & cerebrum, quod carne cerebrum esset mollius, duplicem membranam, ac duriorem ossi propinquiorem collocauit. Est etiam aliud non leue argumentum huius rei, quod Cometes, aut faces calores hic accendunt intolerabiles; quid igitur fiet, si tanta re-

[a] lib. 2. de elem. respons. 16. & 182.
[b] 2. de subt. init.

» regio,& vniuerſus orbis igne ambiatur? A
» quid enim prohibebit ne aerem ipſum
» accendat,inde hæc omnia reliqua; tum
» maxime quod calor ſiderum adiuua-
» bit? omnem enim lucem Auerroes ca-
» lidam eſſe exiſtimat; aerem etiam cali-
» dum maxime eſſe volunt: humida au-
» tem qualitas omnium minime reſiſtit:
» quomodo igitur violentiſſimo, & ma-
» ximo, & acerrimo elementorum aer
» ipſe repugnabit? Itaque Auerroesipſe
» hoc videns dixit aliquando ignem non B
» eſſe calidum actu: ſed ſi calidus non
» eſt actu, quæ potentia hæc eſt? poten-
» tia dicimus medicamenta talia, quod
» deuorata calefaciunt; an vero hic ignis
» ab aliquo ingenti animali deuorabitur?
» Deinde ſi ignis calidus non eſt, nec
» aqua pari ratione frigida(hoc autem eſt
» confundere ordinem vniuerſi) quid
» prohibet, ne luceat? quamquam hoc
» eludant vt leue argumentum. Si etiam
» ibi ignis eſt: cur quanto altius aſcendi-
» mus, cuncta frigidiora apparent, vt C
» etiam ſub torrida Zona in montium ca-
» cuminibus niuem abundare affirment?
» Quod minus mirum eſt, ſi quis conſide-
» ret non ſolum hieme niues, ſed media
» etiam æſtate frigidiſſimas grandines ge-
» nerari. Sed dicunt abeſſe ea loca a ra-
» diorum repercuſſu: ſed hoc minoris
» caliditatis argumentum eſſe poteſt,non
» autem frigiditatis. Denique ſi ibi eſ-
» ſet,maxime ob generationem eſſet;ve-
» rum non ob hoc eſſe poteſt: quum ca- D
» lor cæleſtis ſit qui generet, vel ipſo te-
» ſte Philoſopho; & leuiſſima res tam
» procul deſcendere haud queat. Quin
[c]8. mete. » & [c] Ariſtoteles in concauo orbis Lu-
lum. 1. c. 4. » næ nec ignem eſſe vult, nec rem cali-
diſſimam. In actione demum con-
tra Scaligerum de ſubtilitate repetit
[d] Reſp. » [d]Cardanus: At ego deturbaui ignem
182. » e mundo,e numero elementorum exe-
» mi: feci eiuſdem veritatis amore. Qui
» ferat homines in tanta inſania viuere, E
» adeo obcæcari,vt credant ſub orbe Lu-
» ne tantum ibi ignis eſſe, quem nec vi-
» deamus, nec qui nos calefaciat? ob ſo-
» lam antiquam opinionem quãdam fal-
» ſam (& ab Ariſtotele comprobatam)
» ob id tantum, quod ſidera ipſa ignea
» eſſe exiſtimarentur: Velut etiam & tra-
[e]lib. 2. c. 5. » dit & credit [e] Plinius atque ita ex vno
» errore abſurdiſſimo alium pepererunt,
nec primum tamen deleuerunt. Hæc »
ad verbum Cardanus; in quibus dili-
genter exerceri nos oportet. Ad pri-
mam oppoſitionem concedentes na-
turam non inungere inuicem illa, quæ
penitus extrema ſunt, ſine medijs; ne-
gamus ignem cælo vt extremum ex-
tremo comparari; nam ignis cælo ſimi-
lior eſt, quam aliud vllum elementum;
primo quia cælum eſt mere actiuum
impatibile a ſubcæleſtibus, ignis om-
nium noſtratium actuoſiſſimus eſt, ac
minimum paſſibilis: Deinde quia cæ-
lum ſe habet vt forma quædam, & ignis
erga inferiora elementa vt forma ſe
habet erga materiam,quia ea continet,
& in ea quoquopacto agit [f] Ariſto-
teli: Deinceps quia cælum eſt corpus
omnino ſimplex, ac puriſſimum; ignis
inter omnia elementa ſimpliciſſimus
eſt, atque ſynceriſſimus: Amplius quia
cælum eſt corpus diaphanas, & lucidas
partes habens;illas raritate perſpicuas,
& has denſitate ſplendidas; ignis etiam
ſolus in ſua natura ob raritatem eſt
tranſparens, atque perſpicuus; at quo-
modocumque denſatus, aut denſæ ma-
teriei applicatus effulget in lucidum:
Præterea quia cælum vel Cardano ca-
lorẽ immittit in noſtratia;ignis elemen-
torũ ſolus calefacere poteſt; aeris enim
calor inſenſilis eſt Ariſtotelis[g] obſer-
uatione. Inſuper quia cęlum motu ve-
lociſſimo agitur; ignis mobilior eſt tãto
ceteris elementis; quanto eis eſt & ra-
rior,tenuior,& actuoſior. Addo naturã
ea extrema ſine medio non iungere,
quæ contraria ſibi inuicẽ ſunt,& a quo-
rum altero metus eſt ne alterum læda-
tur,aut corrumpatur: modo ignis cælo,
cui nihil contrarium eſt,non opponitur
vlla ratione: metusque nullus eſſe de-
bet vt vel illud ab igne, vel hic a cælo
detrimenti aliquid patiatur,quia cælum
noſtratia cuncta fouet, ſolamque ignis
aliquam portionem deorſum motu ſuo
impellit ad miſtorum conſtitutionem;
ob quam ignis elementum non patitur,
cælum vero, tum quia in materia cum
igne non [h]cõmunicat Ariſtoteli; tum
quia peregrinas ab igne qualitates vl-
las recipere non poteſt; citra læſionem
igni aſſociari valet: ob contrarias cauſ-
ſas oſſa carni natura iunxit per interme-
diã membranam, ne caro mollis ab oſ-

Natura non iungit extrema ſine medijs.

Ignis vt cælo ſimilior quam alia elementa.

[f] 2. de gen. t. 50.
Ignis, & cæli comparatio.
Cælum eſt puriſſimum.
Cæli partes vt differant.

[g] 1. phyſ t. 54
Ignis cur alijs elementis mobilior.

Extrema quæ natura non iũgat ſine medijs.

Ignis cælo nõ opponitur.

Cælum cuncta fouet.

Cælum non communicat in materia cũ igne.

[h] 8. meta. t. 12. 9. meta. t. 17.
Cælũ ab igne nullam qualitatem accipit.

sium duritie in motu attrita consume-
retur. Ad secundam obiectionem pri-
mo negamus cometas omnes, ac faces
in sublimi ardentes gignere apud nos
calores intolerabiles; nam hoc ipso
tempore, quo hæc scribimus ardent in
sublimi trabes, & maximæ amplitudinis
cometę mense Decemb. MDCXVIII.
vigentibus magnis humiditatibus plu-
uiarum cum intenso frigore niuium.
Deinde Meteora ignita non ardent
procul a nobis in elemento ignis; sed
prope nos in aeris supremi parte infe-
riori; quare illa poterunt ad nos calo-
rem cõmunicare, potissimum per exha-
lationes intermedias in aere puro a va-
poribus aqueis: at elementum ignis
procul a nobis distat locatum supra
omnem regionem aeris; atque ideo nos
calefacere non potest. Aerem quidem
supremum sibi conterminum impense
calefacit ignis; vnde suprema illa regio
aeris calidior est, quam a se sola esset; at
sensim fatiscente calefactione ab igne
remotiori, terminatur ea calefactio vna
cum motu cæli ad extremum supremæ
regionis; quum media regio aeris nul-
lum ignis calorem sentiat ob magnam
ab illo distantiam; & suum calorem
actualem mitissimum (illæso habituali,
qui formam eius complet) ab aqueis va-
poribus frigidis eo cum sicca exhala-
tione sublatis, ab eaque sursum magis
ascendente liberatis, ibique relictis, ex-
tinctum habet; contrahitque frigidita-
tem intensam; quæ non solum grandi-
nis, pluuiæ, niuis, & aliarum frigidarum
impressionum caussa existit; sed etiam
veluti vallum nos a calore ignei ele-
menti tutari valeret; non enim per il-
lum aerem rigentissimum incolumis ca-
lor ignis ad nos sensim permeare pos-
set. Negamus deinde calorem siderum
adiuuare ignis elementum ad aerem
adurendum, & ad nos plusquam ni-
mium calefaciendos; sidera enim ex se
calorem nullum habent; generant ca-
lorem solum hic apud nos prope ter-
ram lumine suo; cuius radij recta refle-
ctantur; reflexione multiplicentur; &
multiplicati aerem atterant; qui attritus
in ignem commutatur; vt supra [i] fusius
explicauimus; at elemento ignis ad nos
calefaciendos nequicquam cooperan-
tur astra calore suo vllo. Dum quærit

Cometas non semper nobis afferre calores intolerabiles.

Cometes cum niue & pluuijs.

Ignita meteora vbi ardeant.

Ignis elementum cur nos calefacere nequeat.

Ignis elementum quid calefaciat.

Aeris partes vt differant in participatione caloris.

Aeris media regio cur sit frigidissima.

Aer vt nos tueatur a calore ignis.

Sidera calore carent.

Lumine vt calorem gignãt.

[i] lib. 4. c. 19.

quomodo igni violentissimo, & maxi-
mo, & acerrimo elementorum aer ipse
repugnabit; respondeas bifariam: pri-
mo humiditate sua retundens aciem ca-
loris: deinde magnitudine sua illum
procul a nobis intermedius arcens. Le-
gi apud Indicarum [k] Nauigationum
descriptores Insulam, Maderam nomi-
ne inter Canarias appellatam, olim a
Lusitanis inuentam fuisse ingentibus
arboribus adeo refertam, vt densissima
silua horrens aditum homini ambulan-
ti non daret; quam vt habitare possent,
iniecto arboribus igne locum habitatio-
ni, & culturæ sibi parare curauerunt:
Exarsit diu multumque vagus ignis per
insulam; tantusque prior illius ardor
fuit, vt oportuerit Lusitanos cum femi-
nis, & progenie in mare sese ad gulam
demergere per integrum ferme biduũ,
ibi sine cibo, potuque degentes; alio-
quin egressos e mari æstus vrentis ignis
extinxisset: si ergo a viciniissimo igne
exilis aqua maris illos tutata fuit; quid
ni aer immensus, cuius media regio ni-
uibus, aqueisque vaporibus, semperque
frigore pollet intensissimo, nos a distan-
tissimi elementi calore defendere vale-
bit? Auerroes elementum ignis dum
habere ait calorem non in actu (si nobis
Auerroes defendi debeat) id solum
pronunciat de actu secundo; quia ele-
mentum ignis non semper, ac necessa-
rio aliquid actu calefacit, & ardet; sed
potentia; quia tunc actu operatur,
quando ad eum locum peruenerit ali-
quod combustibile, quod inflammari
valeat in cometen. Medicamenta peri-
tis, & subtilioribus Medicis, Philoso-
phisque dicuntur potentia talia, non
proprie quod deuorata calefaciunt;
nam sinapismata, & alia caustica extrin-
secus admota corpori viuentis animalis
calefaciunt; sed quod ex se non agunt,
nisi in materiam viuentem, velut in su-
biectum dispositum ad illorum passio-
nem subeundam; actus enim actiuorum
fiunt in sola materia disposita: Sic ergo
& ignis in sua sphæra dici potuit Auer-
roi potestate calidus; vti sunt pleraque
medicamenta; etsi nullum ponat ingens
animal, a quo deuoretur ignis. Ad ter-
tiam oppositionem primo respõdemus
eum non minus confundere ordinem
vniuersi, qui ponit omnia elementa fri-
gida,

Igni vt aer repugnet.

[k] tom. 2. pag. 97. F. Historia pulchra.

Ignis vt habeat calorem non in actu.

Medicamenta vt sint potentia talia.

Ordinem vniuersi tollit ponens omnia elementa frigida.

gida, tollitque de mundo elementum leuiſſimum; atq; illi, qui ſtatuunt ignem non eſſe actu calidum; & aquam frigidam in actu; licet nos illis non alia ratione ſubſcribamus citra ordinis mundani peruerſionem, quam aſſerentes ignem ex ſe non eſſe actu calefacientem; nec aquam eſſe ex ſe actu refrigerantem; ſed poteſtate ſolum; quia ſcilicet poſſunt materiam diſpoſitam, vbi eam ſibi vicinam habuerint, proprijs viribus alterare; ſecus ociantur. Deinde aſſeueramus ignis elementum, ne luceat, prohiberi a ſumma ſui raritate, ac tenuitate; lux enim omnis eſt qualitas denſi, ſolidique corporis: vnde ſi cogatur ignis illius aliqua portio in aerem motu cæli rapido vi deturbata, a nubibus frigidioribus circumobſeſſa, illico emicabit in fulgur: ſique apprehendat aliquam denſiorem exhalationem, ſtatim eam inflammabit in ſplendidum meteorum. Deinceps quidni dicamus ignem ſimplicem illum ideo non lucere, quia diaphanus eſt natura ſua, non autem lucidus? lucida quidem efficit ea, quæ inflammat; ipſe lucidus non eſt, ſed perſpicuus. Ad quartam obiectionem dicimus ignis elementum eſſe ſupra totam ſphæram aeris; qui medius inter nos, & ignem, habens mediam ſuam regionem perpetuo frigore algentiſſimam, in cauſſa eſt, vt quanto altius a terræ centro tollimur, tanto cuncta nobis obuia frigidiora ſentiantur: oritur autem intenſa illa in aere medio frigiditas ab aqueis vaporibus eo delatis, & ibi ſemper manentibus, aeremque iugiter refrigerantibus; quam frigiditatem nullum agens phyſicum vmquam demolitur; nam eo non peruenit radiorum ſolarium a terra reflexio; quæ aerem atterere, ac incendere poſſet: nec vlla portio ignis tantæ molis, quæ ſubito a vaporibus non extinguatur; qui aquei ſunt illi contrarij: & calidæ exhalationes de terra ſublatæ ibi deponentes vapores aqueos, velut onere liberatæ ſurſum tendunt altiorem ad regionem: Ab ea vero frigiditate ſemper & fota, & aucta per nouos vapores aqueos aſſidue aſcendentes ad mediam regionem aeris in omni regione vndique ab humido terræ circumfuſo, æſtate grandines, hieme niues fieri cõſueuerũt vbiq. locorum ex nubibus, & aquis congelatis; vt pulchre docuit [l] Ariſtoteles: radiorum reflexio non pertingens ad mediam regionem aeris, ibi certe frigiditatem non generat; ſed genitam a vaporibus aqueis illuc cum fumida exhalatione delatis non demolitur, quare iſta ſemper ibi conſeruatur, & augetur. Ad quintam concedentes elementum ignis in mundo eſſe ſpeciatim ob generationem miſtorum; primum negamus dari calorem cæleſtem autorem generationis ab elementari diſtinctum: Ariſtoteles [m] autem dum ait calorem, qui reſidens in ſubſtantia ſpirituoſa ſeminis, efficit vt fecunda ſint ſemina, proportione reſpondere elemento ſtellarum; non ideo ſtatuit calorem hunc non eſſe elementarem; nam ignis, & eius calor proportione reſpondet cælo in generatione viuentium; quia ignis, & calor eius, vt cælum, eſt cauſſa efficiens in ea functione. Deinde concedentes ignem eſſe rem leuiſſimam, negamus ipſum deſcendere non poſſe tam procul ad miſtorum generationem; quia cæli rotatu multæ portiones ignis deorſum pelluntur; quæ ſi reperiunt in aere fumidam exhalationem, per eam, veluti per pyrium puluerem, citiſſime deſcendere poſſunt vſque ad terram; vt ſæpe videmus æſtate in ſtellis cadentibus appellatis. Adde pleraſque miſtorum generationes ab eo igne fieri, qui non ex alto vmquam deſcendit, ſed hic apud nos genitus aſcendere ſemper inhiat. Ignis quidem leuiſſima res eſt, nec ſponte deſcendit; ſed vi pulſus a cæli rotatu ſibi violento deorſum procul impelli poteſt. Deinceps admonemus ignem ad miſtorum, ac ſpeciatim ad animantium generationem concurrere neceſſario non ſolum vt cauſa efficiens, verum etiam vt materialis; qui enim calore ſuo agit, idem corpulentia ſua materiam miſto exorienti exhibet, illiusque formæ ſubſternit; quare ſi diſputationi demus calorem cæleſtem ſufficere promouendæ miſtorum viuentium generationi; adhuc tamen opus erit igne vna cum ceteris elementis ad miſti materiam aptam conſtituendam: vt ſcite Plinius [n] admonuerit dubium plura ne abſumat ignis, an pariat. Demum ignis elementum non ſolum ob ge-

[l] 2. meteor. tum. 3. c. 1.

[m] 2. de gen. an. c. 3.

[n] li. 36. c. 27.

Ignis elementum cur non luceat.

Lux eſt qualitas denſi corporis.

Ignis inuiſibilis denſatus effulget.

Ignis natura ſua diaphanus eſt, non lucidus.

Aſcendentes cur ſemper aerem frigidiorem inueniamus.

Media regio aeris cur frigida.

Aerem mediũ numquam calefieri.

Grandines æſtate fiunt.

Ignis eſt ob generationem miſtorum.

Calor cæli nullus ab elementari diſtinctus.

Ignis calor vt cælo proportionatus.

Ignis vt deſcendat ad miſtorum generationem.

Stellæ cadentes æſtate vt fiant.

Ignis ad animantis generationem concurrit ſub duplici genere cauſſæ.

Ignis cur in vniuerso ponendus.

generationem in vniuerso ponendum A est, sed maxime ob integritatem mundi, qui ex graui, leui, & neutro corpore simplici constituitur. Ad sextam oppositionem dicimus Aristotelem [o] asserentem corpus, quod est sursum, & vsque ad Lunam, esse corpus alterum & ab igne, & aere; ignis nomine significare ignem vulgarem, qui apud nos fulget in flammam; nam hic ignis visibilis est mistum corpus a prædominio igneũ, ille vero corpus est simplex, licet habeat in se partes alias puriores, alias minus synceras. Deinde vero Aristoteles eo loci per corpus, quod est sursum, & vsque ad Lunam, non intelligit elementare corpus infra Lunam: sed cæleste corpus supra Lunam: quod quum veteres alij putarent ob astra esse ignẽ, alij ob perspicuitatem esse aerem; Aristoteles ait esse corpus alterum & ab igne, & ab aere; quod paullo antea dixerat appellari nomine ætheris; in quo agnoscit partium varietatem penes maiorem, & minorem synceritatem: Quare hinc argumentum sumere non potest Cardanus ad negandum ignis elementum: quum speciatim Aristoteles ipse aperte scribat in hanc sententiam, *Aqua enim circa terram extensa, sicuti circa hanc aeris sphæra, & circa hanc quæ dicitur ignis*. Ad postremam oppositionem condonantes homini plusquam nimium irato si vesanos appellat, qui putant ignem procul existentem B non calefacere nos; & rarissima substantia præditum, eaque diaphana, non ex se lucis vllius, aut coloris participe, non mouere nostros oculos ad sui visionem: nam ipse pacatus animo nec ab ardore siluæ, a qua ipse solo aeris tractu decem stadiorum distet, vllum calorem sentiet; nec diaphanum corpus aeris propinqui, cælique longinqui potest intueri: Negamus Aristotelem comprobasse veterum opinionem falsam asserentium astra esse ignea: quum ipse toto primo volumine de cælo demonstret omne corpus circulo mobile specie, ac genere distingui ab igne, ceterisque elementis: & speciatim alibi decernat Solem, & astra, quæ maxime calida esse videntur, vere non esse ignea. Negamus denique ob hanc veterum sententiam [p] Aristotelem po- C suisse ignem inter elementa; nam eum multæ, ac necessarię, eędemque naturales rationes impulerunt ad ignis cognitionem, ac positionem in mundo ceu quartum elemẽtum cælo propinquum, quas breuiter huc lubet attexere, vt videant studiosi an sint leues, rhetoricæ, ac indignæ serio Physiologo; quod ait Cardanus: prima est, quia motus simplex est affectio corporis simplicis, ast inter motus simplices est rectus a medio simpliciter, qui quum terræ per se non conueniat, nec aquæ, nec aeri; nam hic supra elementum aquę degens non ascendit amplius, ibi suum locum obtinens; immo & sponte grauitat descendens in locum aquæ sublatæ, [q] Aristoteli. Aqua vero, & terra grauia sunt, & ascensui non apta; quare præter hæc esse oportet corpus simplex, cui secũdum naturam competat ascendere sursum simpliciter, hoc autem nullum est, nisi sit ignis elementum: Id ergo ponendum. Secunda est, quia datur corpus graue, quod suopte nutu ad medium tendit vniuersi: cuiusmodi est globus ex terra, aqua, & aere conflatus; aerem enim grauitatis esse participem ideo probat [r] Aristoteles, tum quia vter inflatus aere stateręlancem deorsum magis trahit, quam vacuus: tum quia sublata aqua, sponte descendit aer in locum aquæ: datur etiam corpus grauitatis, & leuitatis expers, quod voluitur circa medium, & istud est cælum: D ergo debet dari corpus absolute leue, quod a medio ad circunferentiam ascendat secundum naturam motu recto; id autem nullum fuerit, nisi supra omnem aerem sub Luna ponatur elementum ignis: ignis itaque purum elementum est sub orbe Lunæ. Tertia est, quia tangibiles qualitates primæ, eædemque habituales, sunt [s] differentiæ constitutrices primorum corporum sensibilium; eorumdemque tactu sensibilium: sed siccitas frigida terram constituit, frigiditas humida aquam, humiditas calida [t] aerem: quum igitur constituere corpora sit actio perfectæ naturæ; & caliditas sit frigiditate perfectior, & humiditate siccitas, fieri nõ potest vt caliditas sicca non habeat vim constituendi aliquod corpus simplex: at constituere nequit nisi elementũ ignis, E

[o] 1. meteor. tum. 1. c. 4.

Elementum sub Luna vt sit alterũ ab igne.

Ignis elementum esse vt demonstretur.

Motus simplex est affectio corporis simplicis.

Motus qui arguat ignem.

[q] 4. cæl. t. 39. & seqq.

Graue corpus tria infera elementa complectitur.

Aerem esse grauem vi probat Arist.

[r] 4 cæl. t. 30. 39 & seqq.

Ignis est simpliciter leuis.

[s] 2. de gen. t. 7. & seqq.

Qualitates quæ sint elemẽtorum differentiæ.

[t] 1. de gen. t. 18.

Constituere corpora est actio perfectæ naturæ.

2. meteor. c. 1.

Distingui specie ac genere ab elementis omne corpus circulo mobile.

Astra non esse ignea.

[p] 1. meteor. tum. 1. c. 4.

id

id ergo est in rerum natura; si sunt aer, aqua, & terra per ignobiliores qualitates constituta. Quarta ratio est, quia mundi ratio, & bonum maxime consistit in [u] ordine, ac proportione partium ipsius ad inuicem; modo si præter terram omnium elementorum minimã, & aquam ea decuplo maiorem, & cælum in vniuersi[x] circumferentia locatum omnium maximum, solus absque igne in mundo esset aer totum replens interuallum, quod est ab orbe Lunæ ad aquam, & terram; multo excederet aer [y] æqualitatem communis proportionis ad coordinata corpora; & ideo mundi ordinem perturbaret; mundumque, cuius essentia, vt exercitus, in ordine sita est, plane destrueret: ergo supra aerem, aqua decuplo maiorem, ignis elementum aere decuplo maius reponendum est: nec dubitandum erat Cardano a tanto igne mundum conflagratum iri; quia cælum impassibile ab igne est; & tanto igni non solus aer, sed tria elementa infera opposita, illius actiuitatem intra suos terminos apte compescere possunt; aere quidem, & aqua, humore vtroque suo illius æstum, & acrimoniam hebetante; aqua vero, ac terra, frigore vtroque suo pollentiori eius ferociam procul a nobis arcente; contraria etenim se se mutuo fugant in natura rerum. Addo ignem in sua sphæra quietum degere; ferocem esse solum extra suum locum erga ea corpora, quæ ipsum lentore suo præpedire conantur, ne ad suam regionem naturalem sursum euolet; sic fluminis aqua per alueum sibi natiuum non impeditum placida fluit, ast vbi, opposito sibi in medio itinere obice, impedire quid tentat illius fluxum; tunc furias velut in se concipiens, concitatissimo impetu furibunda, extra naturalem alueum egressa, prosternit arbores, diruit ædificia, secum vi trahit omnia mire, ac misere ad mare: Quid ergo ferociat ignis in propria sphæra, quum nihil ibi habeat sibi contrarium, a quo stimuletur, aut in quod suas vires exerceat? sat sibi est ibi consistens vniuersum mundum constituere. Quinta ratio est, quia in aere supero, vbi cæli motus elanguescere incipit, sæpe cometæ, trabes, & alia pleraque accenduntur variarum formarum meteora: quæ quidem exhalationes ibi neque per antiperistasim possunt inflammari, quum in aere supero nullum eis adsit frigidum corpus circumobsistens, vaporibus frigidis omnibus in media regione aeris derelictis: neque motu celeri ardorem concipere possunt; non solum quia ibi cæli distantioris motus semper fatiscens elanguet, viresque non habet, quibus ignem excitet; verum etiam quia exhalationum fumidarum tenuis, rara, mollisque materia nullo motu accendi valet; sed ignescunt celeriter mota solum corpora densa, & dura; quæ sui duritie, ac densitate contactum aerem diuidendo atterunt, atterendo in ignem vertunt; a quo & ipsa mox accenduntur; vt experimento sagittæ volantis per aera, cuius mucro [z] plumbeus calore ignis concepti per motum ab aere colliquatur, ostendit Aristoteles: necessario confitendum est supra elementum aeris adesse sphæram ignis; cuius a motu cæli rapidissimo[a] portiones multæ, ob eius corporis raritatem maximam, vi deorsum assidue trudantur in aerem; vbi quum reperiunt exhalationem inflammabilem ad instar pyrij pulueris, aut sulphuris, eam accendant in varia [b] meteororum simulachra: vel etiam ad quem pertingens quouis motu exhalatio inflammabilis degens in aere supremo ardorem concipiat, & splendeat ardens in cometam, trabem, aliaue id generis ignita. Ex quo loco patet falso Cardanum dicere cometas Aristoteli fieri iuxta terram in aere infimo; quum clare scribat Aristoteles cometas fieri in eo aere, qui proxime sub igne degens a cælo cum igne circumuoluitur; quo motu circulari accendatur exhalatio vel ab igne deorsum truso contacta; vel ad ignem sursum delata motu modico: mouetur autem in orbem Aristoteli [c] non infimus, non medius, sed aer supremus longissimo hinc distans interuallo. Sexta ratio est, quia nos aperte conspicimus flammas ardentes, & fumidas exhalationes recto motu sursum ascendere, nec in terræ sinibus, nec in mari profundo, nec in aere quiescere, sed altiorem aere sedem petere: quum autem naturalia corpora simplicia quidem non nisi ad suum locum

[u] 12. meta. t. 52. & seqq.
Bonum vniuersi maxime consistit in ordine.
[x] 8. phys. t. 85.
[y] 1. meteor. sum. 1. c. 3.
Mundi essentia in ordine sita, vt etiam exercitus.
Cælũ ab igne pati non potest.
Igni soli vt tria elementa reliqua opponantur eius actiuitatem sæuire non permittentia.
Ignis cur solũ sæuiat extra suam sphærã.
Ignis actiuitas fluminis impetui comparata.
Ignis cur in propria sphæra non ferociat.
Cometæ in aere supero.

Antiperistasis cur non fiat in aere supero.
Exhalationes cur motu nequeant accendi.
[z] 2. cæl. t. 42
Motu quæ igniantur, & quomodo.
[a] 1. meteor. sum. 1. c. 4.
Ignita meteora vt a solo ignis elemento accẽdi possint.
[b] 1. meteor. sum. 2. c. 1.
Cometæ non fiunt in aere inferiori.
[c] 1. meteor. sum. 1. c. 4.
Circulo moueturr solus aer supremus.
Flamma recto motu sursum p aerẽ scandit.
Naturalia corpora simplicia secundum naturam non mouentur nisi ad sua loca.

cum

cum moueantur secundum naturam; mista vero agantur motu [d] prædominantis in eis elementi; profecto supra omnem aerem sub cælo debet esse locus ignis, ad quem sponte contendunt ascendentes flammæ, ac exhalationes fumidæ; quæ sunt a prædominio non terreo, non aqueę, non aereę, sed igneę; quum in terra, aqua, & aere non conquiescant; sed per aerem sursum sponte contendant semper ascendentes.

[d] 1. cæl. t. 7.

Essentialia mixti referuntur accepta simplicibus constituentibus.

Septima ratio est, quia quicquid in mistis inanimatis reperitur essentiale quomodocumque, seu essentiam constituat, seu constitutam illam necessario consequatur, id omne acceptum referri debet simplicibus corporibus, ex quibus ea mista constituuntur; nam vbique orta referunt attributa, & naturam suarum causarum: modo inter mista pleraque sunt leuia supra aerem, vt fumida exhalatio; calida magis quam aer, vt flamma; comburentia, & sicca, vt omnia succensa: quæ huiusmodi attributa quum a terra, & aqua non habeant; quæ frigidæ sunt, grauesque; nec ab aere, qui & cum aqua humidus est, & calorem obtinet mitissimum, qui supra suas vires agere non potest intensissimum ardoris æstum in misto procreans; & in suo loco non mouetur sponte sursum ascendens; iam necessarium est confiteri præter aerem, aquam, & terram, in mundo ignem esse quartum elementum, sua natura calidum, & siccum, leuem simpliciter, supra omnem aerem esse appetentem; cuius participatione maximæ exhalationes, & flammæ, in quibus prædominatur alijs elementis, leuitatem habent, qua sursum sponte ascendant per aerem; caloremque siccum excedentem; quo sibi resistentia corpora grauia ad libere ascendendum comburentes destruant, vt expeditæ ad locum illum conscendant suo elemento familiariori, ac prædominanti naturalem. Neque hoc argumentum euitat Cardanus inquiens ignem nostratem non esse naturæ eiusdem cũ illo supero; quum hic vrat, splendeat, & corrumpat; quorum nullum ille præstat ignis: nam primo ille ignis est corpus simplex, hic mistum a prædominio igneum; atque adeo non omnino eiusdem naturæ; illum tamen necessario

Orta referunt naturam causarum.

Aer non ascendit supra aquã degens.

Ignis nostratis, & elementi comparatio.

A supponit, atque se includit quomodocumque castigatum ab alijs elementis. Deinde ille non splendet, quia diaphanus est, & rarissimę substantiæ: hic splendorem gignit in materia densa; cui admiscetur. Deinceps quis docuit Cardanum illum ignem non vrere, non corrumpere? vrit, & corrumpit vicinas exhalationes cometarum; non vrit, neque corrumpit nos ab eo distantissimos, quia omnis actio physica fit per contactum. His rationibus octauam etiã adiungere possumus ex distillationibus desumptam, quia [e] cum caloris proprium sit heterogenea disgregare; quumque vi flammæ pleraque mista per distillationem in vitreo vase sigillo hermetis optime clauso resoluantur in quatuor corpora; quorum vnum in fundo residens fæculentiam terræ ostendit, alterum illi innatans aquæ lentorem præsefert; ac tertium super humorem mobilis aerem prædominantem in se gerit, supra quod tenuissimum flauescit, in quo ignis valde prædominatur; quem ordinem positionis ad se inuicem semper obtinent, quomodocumque inuerso, & inclinato vase continente; nam singula suum ad locum collimant, illumque perpetuo sibi retinent: euidentissimum argumentum in mundo totidem elementa esse; nam mistum igne citra combustionis actum non nisi in elementa dissoluitur, ex quibus a generante pridem constitutum fuerat. Nona denique ratio fit, quia quum aer iugi actione ignis etiam nostratis sub specie flammæ, carbonisque subditi corrumpatur, talique corruptione non abeat in aquã, neque in terram, quia hæ aere crassiores, densioresque sunt; aer autem ab igne comburente rarefit, & attenuatur: & quia hæ frigidæ sunt ambæ, aqua etiam insuper humida: ignis autem vrẽs aerem calefacit, & siccat: neque in mistum vllum: tum quia mistum omne iam est aere dẽsius, atque crassius: tum quia mi simplex elementum nullum immediate per actionem vnius, & eiusdem agentis in corpus mistum conuerti potest, quia de ratione misti est vt ex pluribus miscibilibus præexistentibus, & in vnam materiam vi mistionis inuicem coeuntibus oriatur: neque sub forma, speciequeaeris permanere valeat inuictus, ac

[e] 2. de gen. tex 8.

Caloris proprium quid sit.

Mista vt arte in quatuor elementa intra vas resoluantur.

Ignis elementum cur non lucat, nostet hic luceat.

Ignis ille sursum quid vrat, & corrumpat assidue.

Aer actione ignis corrumpitur abiens in ignem.

Aer ab igne cur verti nequeat in mistum.

Misti essentialis origo vt fiat.

immu-

immutabilis; nam qui aer intra terræ si-
Aer vi frigoris in quid vertatur. nus, & aeris media regione vi frigoris denſatur in vapores, & in nubes, ac demum vlteriori eiuſdem frigoris actione cogitur in aquam; ille idem apud nos vi
Aer vi caloris in quid mutetur. caloris flammæ adurentis rareſcere debet in aliam ſubſtantiam a ſua ſpecie diſtinctam; quippe contrariorum oppoſita eſt ratio; cur enim frigus corrumpat aerem denſando in aquam, & calor frigore non remiſſior, ſed etiam intenſior attenuans, & rarefaciens vltra modum aeris ſubſtantiam, eam non deſtruat? ſique deſtruens aerem calor, ipſum non poteſt in aquam, non in terram, non in miſtum vllum tranſmutare; iam neceſſario illum conuertet in ignem ſimplicem; datur itaque in mundo elementum ignis, in quod aer attenuatus, & rarefactus, exſiccatusque ab adurente calore corrumpitur aſſidue: an putas aerem a comburente flamma poſſe in cæli ſubſtantiam commutari? ſed cæli ſubſtantia generationi obnoxia non eſt. An ad nihilum redigi? nihil minus: vt
Nihil ex nihilo phyſice fieri poteſt. enim ex nihilo nihil fit; ſic nihil in nihilum abire poteſt: ſecus demum, & noſtra tempeſtate, mundi finita moles, aerisque totum elementum ſaltem, ad nihilum redactum fuiſſet. Ita ergo Cardani rationes ignem de mundo ſimplicem tollere non poſſunt; quem pro quarto elemento naturales Ariſtotelis demonſtrationes infra Lunam ſupra totum elementum aeris neceſsario eſse demonſtrant. Nos quidem ſic; aliter etiam Scaliger [f] cum Cardano exercitationem habuerit in hoc propoſito; eam diligens Lector inſpicere quoque poterit.

[f] Exerc. 9.

Glaciem eſſe aquam frigore condenſatam, non rarefactam; & cur illa ſupernatet aquis fluentibus: Exercitatio cum Galileo viro clariſſimo. Cap. XXXV.

[a] lib. 2. c. 34.

[b] init.

NObis antea [a] conſtituentibus glaciem eſſe aquam virtute frigoris excedentis congelatam repugnare videtur in ſuo Tractatu *De rebus aquæ ſupernatantibus* Galileus [b] Mathematicus inſignis, aſſeuerans glaciem eſſe aquam rarefactam, non autem condenſatam, duplici de cauſſa, prima quidem, quia rarefactio leuitatem inducit, condenſatio grauitatem; modo glacies eſt leuior quam aqua; nam ei ſupernatat quodlibet, & cuiuslibet figuræ fruſtulum; quin & vi demerſum aquis ad ſummitatem aquarum ſponte remeare conſpicitur, atque ibi ſupernatare. Altera vero, quia rarefactio inuehit augmentum molis, condenſatio viciſſim decrementum; glacies autem maioris molis eſt, quam aqua, ex qua originem habuit. Ceterum his amiciſſimi, doctiſſimique viri placitis non obſtantibus, a priſtina ſententia nobis diſcedendum non eſt; In primis enim dicentes olim glaciem eſſe aquam congelatam vi frigoris non habemus aduerſarium virum egregium aſſerentem glaciem eſſe aquam rarefactam, non autem condenſatam; nam
Congelari, & condenſari nō eſt omnino idem. idem formaliter non eſt congelari, & condenſari; quod ſupponit obiectio; ſed congelari eſt conſiſtere in ſubſtantiam duram, quod prius erat materia mollis, & fluens: condenſatio vero eſt partium antea diſtantium appropinquatio, vt ita loquar. Quare fieri poteſt vt glacies ſit aqua congelata citra vllam ſui condenſationem. Deinde vero ponentes aquam eſſe per condenſationem a frigore in gelu commutatam;
Glaciem eſſe aquam a frigore congelatam per condenſationem. ad primam obiectionem concedentes glaciem ſub quacumque mole, ac figura
Figura ſola ſupernatandi cauſa grauiſſimis. ſupernatare aquis; quod experimento comprobatur; primo negamus omnia ſupernatantia eſſe aquis leuiora; nam plumbi, & auri lamina, & ſubtilis acus ex ferro ſupernatant aquis ob ſolam figuram, quæ tamen corpora materiam habent aqua grauiorem. Deinde negamus rarefactionem formaliter inuehere leuitatem materiæ; inducit enim
Rarefactio nō inuehit neceſsario leuitaté. ſolam partium diſtantiam; ſed idem pondus eſt, eademque grauitas omnino plumbeæ maſſæ compactę in denſiſſimum corpus; atque illius eiuſdem in modum cribri citra remotionem ſubſtantię quouis ingenio rarefactę. Deinde infitiamur itidem condenſatione
Condenſatione non inducī neceſſario grauitatem. formaliter induci grauitatem; quia plūbi maſſa cribri ad morem, aut pumicis inſtar rarefacta eiuſdem grauitatis, ac ponderis erit, ſi malleorum ictibus denſetur in minorem molem; ſemper enim & perforata, & cæca mergetur in aquis: nec grauius eſt plumbum coactum colliquato; nec eliquatum leuius eſt coacto,

[c]3 cæl.t.57.

cto, docente [c] Aristotele, absurdum esse dicere, magnitudinem eandem constrictione fieri grauiorem; & vtrumque immergitur æque sub vndas. Ratio vero, propter quam glacies, quum sit aqua frigore condensata, non immergatur, sed supernatet aquis; & vi demersa, sponte tollatur ad supremam aquarum superficiem, duplex est: Vna quidem, quia in glaciem quum mutetur aqua solum a frigore ambientis aeris; congelatur solum aqua in superficie (si alta fuerit in lacu, aut fluuio rigente) ad quam pertingit frigus ambientis; non autem ea, quæ in profundo existens a calore concentrato in proxima terra tepescit, & ab externo frigore congelante procul abest: quum autem aqua in superficie prope aerem sit leuior inferiori; quippe ab aere aliquid passa; quod adnotauit etiam [d] Aristoteles; aut saltem non grauior, vt infra eam descendere debeat; propterea glacies orta per condensationem, coactionemque superioris aquæ, ad profundum descendere non debet; sed supernatare, vt prius, dum fluidam, & rariusculam substantiã obtinebat; aqua enim, & glacies inuicem differunt, vt plumbum liquatum, & coactum; si ergo liquatum non est grauius, nec leuius plumbo coacto; nec plane glacies leuior, aut grauior esse poterit aqua, ex qua per densationem ortum habuit. Quam veritatem agnouisse videtur Athenæus [e] alicubi dicens, Quo fit vt
„ pluuiæ aquæ, & quæ ex glacie manant,
„ sint meliores, quia leuiores: signum au-
„ tem est, quod & glacies ipsa reliqua
„ aqua reperitur leuior. Si ergo aqua manans e glacie leuior est aquis reliquis numquam glaciatis; plane leuior itidem fuerit ijsdem aquis non glaciatis aqua, ex qua glacies concreuerit; nam eadem est omnino aqua, ex qua glacies primum concreuit, & in quam glacies demum colliquata dissoluitur. Altera vero ratio est, quia in ortu glaciei ex aquis a frigore ambientis id necessario contingit aliquando, vt halitus e terra aquę subdita vi caloris concentratione vigentis sursum sublati per aqueum elementum, vbi peruenerint ad aquæ superficiem, ibi occluso sibi exitu a densitate aquæ glacescentis, extra aquam

Glacies ex qua aqua fiat.

Aqua in profundo cur non rigeat in glaciem.

Aqua in superficie cur leuior sit.

[d] 1. meteor. sum. 1. c. 4.

Aqua quo differat a glacie.

[e] dipnos. c. 1.

A nequeant afferri; quinimmo etiam a contrario ambientis frigore fugati retrocedant paullisper in aquam; remanentes proinde in glacie sub forma aeris (frigore namque densati coguntur in aerem ex igneis) eam supernatare faciunt, vt aer inclusus in lignorum substantia porosa, in lapide pumicoso. Quin & sæpius obseruauimus in amphora semiplena conglaciatam aquam scatere ampullis vbique aere plenis; illo in aquam ingresso ad replenda loca,
B quæ, dum aqua in arctiorem molem sui condensatione cogeretur, inania remanebant; nam vbique natura vacuum refugit. Ad alteram rationem concedentes rarefactionem inuehere augmentum molis, cuius decrementum inducit vicissim condensatio; negamus aquam, dum in glaciem vertitur, augeri mole; sed asserimus experimento docti eam diminui; nam hieme sæpius exponentes nocturno aeri aquam in
C vase congelandam, mane semper inuenimus inter glaciem, & aquam imam, locum vacuum, seu aere plenum; ad quem replendum, si non aliunde aer ingredi valeat, vitreum vas in fundo sponte distrumpitur aeris ingressui, ne detur vacuum: sæpe namque obseruauimus hieme vitrea vasa liquore plena, eo congelato, in ima ipsorum parte sponte diffringi, & non in alia: Quin & obseruare liceat vnicuique in fluminibus, & stagnis conglaciatis inter aquã
D inferiorem adhuc liquidam, & superiorem glaciem medium esse locum inanem, seu aere plenum; quod vt est in caussa, quare pulsantes lapillo glaciem, ex ea sonum canorum excutiant; ita id non aliunde prouenit, quam ex condensatione vi frigoris congelantis, qua moles aquæ fluidæ maior coarctata est in minorem: Secus enim si glacescens frigore rarefieret, aut non densaretur; glacies aquam infernam non mutatam
E in gelu contingeret, vt prius, quam obrigescceret. Sed & Athenæus asserit aquam Pangæi eadem mensura hieme pondus habere vt nonaginta sex, æstate vt quadraginta sex, alius textus habet sexaginta sex; quod alia de caussa fieri non potest, nisi quia frigus aquæ substantiam cõdensans multo maiorem illius copiam in vas intrudat; e contra

Glaciem esse aere plenam vt lignum.

Rarefactio inuehit augmentum molis.

Aquam glacescentem minui mole.

Glacies cur nunquam rangat aquã subtus fluidam.

Glacies cur sonora sit.

Aqua Pangæi cur hieme sit ponderosior, quam æstate.

ca-

calor eam rarefaciens, attenuansq. non sinat totam in eodem vase cõtineri posse; in maiori vero aqua maius inesse põdus necesse est: sed Athenæum [f] audiamus: Earum inquit, aquarum, quæ sunt apud metalla circa Pangæum, hieme vas ducẽs habet nonaginta sex proportionem, & æstate quadraginta sex (alia lectio habet, sexaginta sex) sistit autem ipsam frigus, & magis condensat; quare quum fluit in Gnomonibus per hiemem horas non auget, sed tardat; quum ob glaciem tardior fluxus efficiatur. Id autem non euenit, quia condensatio augeat eiusdem aquæ grauitatem, aut pondus; quod nuper inficiabamur cum Aristotele, cui eadem [g] magnitudo non videtur per constrictionem fieri grauior; sed quia condensans maiorem aquæ copiam in arctum cogit, & cum maiori aqua maius etiam illius pondus in eodem vase concludit: vnde proprie densitas grauitatem non inuehit, nec raritas leuitatem: quum idem aurum liquatum igne, ac frigore concretum eãdem semper habeat grauitatem, idemq. pondus omnino. Ceterum vere a frigore aquam densari, præter duo experimenta de aucto pondere aquæ Pangæi ab hiberno frigore; deque vacuo intermedio inter glaciem superam, & inferam aquam relicto ab aqua in glaciem contracta: Aliæ rationes comprobant apertissime; ipsæque ab euidentia sensuum deductæ; prior est, quia videmus vi caloris aquam in vapores, & aerem resolui nonnisi per rarefactionem, attenuationemque; nam vapores, & aer substantiam habent tenuiorem, ac rariorem aqua: modo agentia contraria in idem subiectum patiens necessario contrarias operationes edunt, contrariasq. dispositiones, ac formas inuehũt; quare necessarium est aquam ab agente frigore densari, non autem vllo modo rarefieri. Altera est, quia frigus ambientis tum in aere supero condensat vapores ob raritatem inadspectabiles in nubem conspicuam ijs longe densiorem; & hanc in aquam adhuc ea densiorem; tum intra terrę viscera in ortu fontium condensat aerem in vapores, eosque vlteriori actione in consistentiam nubi similem, & hanc postremo in aquã densiorem: sed idem agens in consimilem materiam non potest contrarias dispositiones inducere; igitur frigus, quo vapor aqueus in nubem, & hæc in aquã condensatione verti cõspicitur; aquam nubi, ac vapori congeneam rarefacere non potest; sed necessario condensabit. Addo quoq; tertiam his rationem, quia eadem materia contrariam mutationẽ patiens deinceps mutari necessario debet inter eosdem contrarios terminos: quippe contrariæ sibi mutationes eiusdem materiei fieri non possunt nisi inter eosdem terminos inuicem contrarios; quod vnicuique vel inductione patet in omnibus mutationum generibus: Si ergo vapor, & nubes ab agente condensantur in aquã; necessario aqua per sui rarefactionem verti debebit in nubem, ac vapores; non autem in glaciem: frigus ergo, quo aqua in glaciem commutatur, aquam non rarefacit; sed condensat. Viterius a frigore si glacies oriretur per aquæ rarefactionem; iam a calore de glacie manaret aqua per glaciei condensationem; an non est hoc eiudere sensum? & calori, cuius proprium est rarefacere, vim dare glaciei, quã liquat, condensatricem? quis concipiat mente durum, rigensq. corpus ab eo condensari, a quo colliquatur; atque adeo colliquationem duræ glaciei in aquam esse illius condensationem? Vltimo vt caloris est homogenea congregare, & vicissim heterogenea disgregare; ita frigoris est omnia promiscue cum homogenea, tum heterogenea [h] congregare; quod placitum si nolit ab Aristotele desumere vir acutus, ab experimentis eius veritatem addiscat: quum autem condensatio sit congregatio partium antea distantium; & rarefactio sit earumdem vicinarum separatio, disgregatioque; plane qui glaciem ex aqua fieri confitetur vi frigoris excedentis: ille necessario aut nobiscum definiet glaciem esse aquam a frigore condensatam, non autem rarefactam, aut falso constituet frigidũ disgregare corpora homogenea. Ita ergo ab inueterata, & communi sapientum sententia recedendum nõ est, qua constituimus glaciem esse aquam a frigore condensante concretam. Ob hæc a viri doctissimi doctrina recedere cogor; cuius amicitia veritati nequicquam apud me derogare potuit.

[f] lib. 2. c. 2.

[g] 3. cæl. t. 57.

[h] 2. de gen. t. 8.

Condensatio non auger pondus, nec grauitatem.

Auri liquati, & concreti est eadem grauitas, & idem pondus.

Aquam calore attenuari, & rarescere in vapores & aerẽ.

Frigore vapores densantur in nubes.

Aqua rarefactione vertitur in nubes, & vapores.

Caloris est rarefacere.

Colliquationem non esse condensationem.

Caloris, & frigoris munera.

Condensatio quid.

Glaciem esse aquam condensatam a frigore non proprio, nec terreo, sed aeris; Exercitatio cum Vallesio, Buccaferrea, & Plutarcho. Cap. XXXVI.

[a] Cap. 54.

SEd quod [a] nuper etiam diximus glaciei ortum esse a frigore ambientis, non recipitur a viris doctissimis; nam
» Vallesius in *Sacra Philosophia* scribit
» aquam suo naturali frigore concrescere per ignis, & calidarum exhalationum absentiam; quia si affectionem vllam frigidam præter naturam suam pati posset, esset aliud aqua natura frigidius: quum vero necesse sit, quod est primo, esse etiam summe tale; necesse
» est aut aquam non esse primum frigidorum, aut nullum frigus esse illi præter naturam. Quæ opinio recipienda non est in proposito: In primis enim falso dicitur aquam suo naturali frigore se in glaciem densare; tum quia nullum corpus simplex a semetipso moueri potest [b] Aristotele doctore, nec locali, nec alio vllo mutationis genere: tum quia sic aqua natura sua esset glacies, & eius perfectio consisteret in duritie, per quam glacies ab aqua dissidet; si absente contrario calore ignis, & exhalationum, a proprio frigore per se rigescere in glaciem; atq; ita non aqua, sed glacies esset elementum perfectum: & aquæ secundum sui naturam non conueniret esse corpus facile terminabile termino alieno, & interminabile proprio; ac proinde aquę proprium non esset secundum se humidam, & fluidam esse; quum glacies non fluat, non facile alieno termino terminetur, sed propriũ terminum obtineat rigida. Deinde falso statuitur, quod est primo tale, id esse summe tale; nam aer [c] Aristoteli est primo humidus ea ratione, qua aqua est primo frigida; & tamen aer eidem, & sensui, vbi secũdum naturam se habeat, non aliunde alteratus, est [d] remisse humidus, non summe humidus: ita sane aqua primo frigida est, non solum quia eius essentia magis consistit in frigido, quam in humido, & quia [e] definitur per frigidum; sed etiam quia inter corpora est primum, cui competat frigiditas, terra excepta; quę non est posterior aqua; sed illi coæua tempore, ac forte natura prior; tum quia extrema sũt priora medijs; tum quia centrum in vniuerso habet rationem principij apud [f] Aristotelem: id tamen non efficit vt aqua sit rerum omniũ frigidissima; & vt vlterius refrigerari nequeat ab alio. Sed esto frigidissima omnium; non tamen erit infinite frigida; nec dicenda erit ab alio rursus non posse frigidior effici; nam ditissimus omnium hominum Crœsus potuit a mediocriter opulento, cuius demortui hæreditatem adeat, ditior adhuc fieri: & sapientissimus omniũ Philosophus ab idiota rem sibi antea ignotã edoctus sapientior euasit. Deinceps dum aqua frigore gelascit, non patitur præter naturam suam; quia glacies est aqua condensata, non omnino quid ab aqua natura distinctũ; in quod abiens aqua corrumpatur; est enim glacies aqua alterata, non a se, aut ab externo frigore. Deniq; falso constituitur a mitissimo calore aeris, & exhalationum; qui insensilis est, impediri summã aquæ frigiditatem quo minus glaciem procreet: quidni enim singulis noctibus, ac tota hieme omnis conglacietur aqua, si ea id patitur a naturali sibi frigiditate, quum abest ignis, & exhalatio calida? Ludouicus Buccaferrea [g] putat aquam conglaciari ab exhalatione terrea sicca, & frigida: cuius signum est, quia post colliquatam glaciem remanẽt in fundo terrenæ partes; quæ admistio exhalationis calidæ, ac siccæ facit glaciem aquis supernatare. Cui viro non subscribimus, primo quia etiam aqua purã vi frigoris in glaciem concrescit, citra terream exhalationem, in aere medio sub specie grãdinis; grando enim glacies est in aeris meditullio genita vi frigoris aquam nuper ortam congelantis [h] Aristoteli; cui eo loco non cõsistit exhalatio sicca sursum tendens ad aerem supremũ: Quin aqua destillationibus ab omni terrena sorde defæcata vi frigoris [i] facillime conuertitur in glaciem. Deinde inconstantiæ notandus est hic autor, qui modo calidas, modo frigidas ait esse glaciei admistas terreas exhalationes: si calidę, qũo sine his gigni non potest glacies; cuius materies est aqua; efficiens caussa frigiditas? si frigidæ; qũo aquæ supernatant terrenæ partes aqua grauiores? At non semper in fundo vasis, in quo nix eliquatur, exhalationum terrearum pulueres

Aquam seipsam non gelare.

Simplex corpus a se moueri nequit.

[b] 8. phys. t. 29 & seqq.

Aquæ propria est fluxilitas.

Quod est primo tale, non est summe tale.

[c] 2. de gen. t. 23.

[d] 1. phys. t. 54

Aqua vt sit primo frigida.

[e] 2. poster. anal. t. 30.

Terra est natura prior aqua.

[f] 8. physic. t. 76 88.

Sapientissimus vt ab idiota fiat sapiẽtior.

Aqua glacescit non præter naturam suam.

[g] 1. de gen. com. t. 80.

Aqua non cõglaciari ab exhalatione terrea.

Grandinis origo vt fiat.

[h] 1. meteo. sum. 3. c. 1.

Aqua destillata facillime congelatur.

[i] 1. meteo. sum. 3. c. 2.

Glacies liquata, & nix non semper terrenã habet subsidentiam.

ueres inſpicies; aſt vbi glacies ex aqua fæculenta vi frigoris orta fuerit; ſecus orta ex puro latice glacies liqueſcit in aquam illimem, omnique terrena ſorde carentem. [k] Plutarchus autem, Abſurdiſſimum, inquit, dictu eſt, ab aere aquam cogi; quum ipſum aerem nuſquam videamus concreſcere. At Ariſtoteles, ac ſenſus docuit aerem in aquam frigore verti poſſe in fontium origine, & in pluuiarum exortu: Si aqua in aerem vertitur calore illam attenuante prius in vapores, & hos deinde in aerem, & hunc demum in ignem; quid ni aer a frigore denſante cogi poterit primum in vapores; & hos vlteriori actione in aquam, & hanc demum in glaciem mutari dicemus? Nos autem dicimus aquam concreſcere in glaciem, non a frigore proprio, nec a frigore ſubſtratæ ſibi terræ, ſed ſemper a frigore ambientis aeris; qui aeri naturalis non eſt, ſed aduentitius, non quidem ab aqua, ſed a terra per halitus terreos aeri impactos; quæ omnia ſigillatim explicanda ſunt. Primo ſi aqua frigore proprio, non autem alieno in glaciem commutari poſſet; profecto aqua non in ſuperficie ſua, vbi ab aere ſemper afficitur; ſed in ſui corporis meditullio, quæ pars illius ab omni extraneo defenditur, ſola retinens integram ſui naturam, ſemper gelu rigeret: at contra ſemper in ſuperficie conglaciatur aqua, & in aere medio procul a ſuo elemento ſub forma grandinis; igitur glaciei autor non eſt frigus aquæ proprium. Deinde terra non tangit glaciem; quæ oritur in ſuperficie ſtagnorum, ac fluminum; & procul abeſt a media regione aeris, vbi aqua in grandinem conglaciatur; at agens naturale omne agit per contactum, ac non niſi in ſubiectum ſibi propinquum [l] Ariſtoteli; ergo aqua in glaciem non vertitur a frigiditate natiua terræ. Deinceps glacies omnis oritur ex aqua tacta immediate ab aere, & ab aere frigido, actu frigido, & impenſe frigido; aerisque frigiditate remiſſa glacies a tepido aere colliquatur: ergo efficiens glaciem ex aqua eſt aeris ambientis frigiditas. Verum quia aeri frigiditas impreſſa ab aquis nititur humido vapore; humiditas autem hebetat vbique vim frigoris, & caloris; cuius vtriuſque aciem ſiccitas exacuit, veluti lima ferrum; proinde fit vt ab aere frigido propter abundantiam vaporis aquei non denſetur aqua in glaciem; & reuera in aere nubibus, & aqueis vaporibus referto ab humida illius frigiditate non gignitur glacies; ſed orta diluitur, & colliqueſcit. Quum autem ab exhalationibus terrenis, eiſdem frigidis, ac ſiccis, quales maxime vigent in aere ſereno, & flante Borea, aer intenſiſſimam acquirat frigiditatem; hæc vna eſt, quæ tum in aere medio guttas aquæ pluuiæ condenſat in grandines; tum in aere infimo fluminum, & ſtagnorum ſuperiorem aquam cogit in glaciem. Sed redeamus ad ignem; qui nobis eſt in hoc opere ſcopus.

[k] lib. de primo frigido.

Aerem in aquam verti vi frigoris.

Aquam in aerem verti vi caloris.

Seren s aer aptus glaciei generandæ.

Glaciem fieri a frigore aeris aduentitio a terra.

Macrobium nobis non refragari, dum ponit ignem Veſtæ Romæ quotannis conſueuiſſe renouari. Duplicemq. ignem ſacrum Veſtalem extitiſſe. Cap. XXXVII.

QVod etiam ſuperius [a] non ſemel obſeruauimus, Romæ Virgines Veſtales ignem lampadis æternũ cuſtodire cõſueuiſſe ab externis iniurijs abſque vlla noui fomitis adiectione, id placitum eſt, cui aperte refragari videtur in ſuis Saturnalibus [b] Macrobius aſſerens, Apud Romanos Virgines Veſtales Menſis Martij (qui primus erat totius anni) prima die ignẽ nouum Veſtæ aris accendere quotannis conſueuiſſe; vt incipiente anno cura denuo ſeruandi nouati ignis inciperet. At vero neque iſta ſuperiorẽ ſententiam noſtram eneruãt: In primis enim potuit ignis ille Veſtalium cuſtodiæ commendatus fuiſſe annuus; vt erat lucernæ Mineruæ Atheniẽſis igniculus, de quo [c] ſupra, integrum annum ardens abſque vllo noui fomitis adiectu. Deinde quidni dicere valeamus eũ ignẽ Veſtales illo menſe conſulto deditaq. opera, extinguere ſolitas veluti hoſtiam Marti Romanorum parenti putato, aut Victimam Veſtæ congruam litantes quotannis; alioquin diutiſſime arſurum ſine vllo noui fomitis adiectu? eo autem extincto nouum iiſdem aris accendere cuſtodiendum toto deinceps anno, futuri noui anni Marti pariter, aut Veſtæ dignum holocauſtum, dicere quid prohibet? Deinceps etiam nec

[a] lib. 1. c. 30. lib. 2. c. 8.

[b] lib. 1. c. 12.

Martius primus menſis Romanorum.

Ignis Veſtæ vt quotannis renouaretur.

Ignis Veſtæ annuus.

[c] lib. 1. c. 4.

Ignem vt mactarẽt Romani quotannis.

Aqua cur ſemper conglacietur in ſuperficie ſuperna.

Agens naturale agit per contactum.

[l] 1. de gen. t. 45. 2. de gen. an. c. 18. phyſ. t. 8.

Glacies fit ſolum aere impenſe frigido.

Humiditas hebetat aciem frigoris, ſiccitas acuit.

Ignis Vestalium geminus.

temere quis asserueriť Vestales Virgines ignem custodire geminum consueuisse; alterum quidem quotannis extinguendum, aptum Marti, ac Vestæ sacrificium veluti mactandum, & mense Martio incipiente renouandum; de quo Macrobius; alterum vero æternum, & purum; quem Romani vna cum Dijs Patrijs venerarentur; de quo nos antea meminimus ex Plutarcho: secus enim annum ignem quotannis extingui solitum perperam æternum appellarent. Denique vero dicere quoque liceat Vestales Romanorum Virgines præter lucernæ flammulam in honorem Vestæ semper ardentem absque vlla fomitis noui appositione, conseruare solitas fuisse in ara eiusdem Vestæ ignem in rogo ligneo ad sacrificiorum victimas comburendas; quem & singulis diebus, noctibusq. nouorum lignorum adiectione fouerent, ac, vt dici solet, enutrirent assidue; singulisq. annis initio mensis Martij nouarent, extincto veteri nouum ignem substituentes, toto futuro anno pariter fouendum: id enim ex claris antiquitatum cultoribus multiplici coniectura compertum habemus: in primis enim Ioannes Rosinus[d]refert ex Dionysio Virgines Vestales Romæ ab initio fuisse quatuor; postea tamen ob sacrificiorum multitudinem ad senarium numerum adauctas: Vnde constat aperte illas ignem quoque sacrificiorum victimis comburendis destinatum custodiuisse. Dein vero id ipsum nobis insinuauit Arnobius[e]inquiens, *Sedent in spectaculis publicis Sacerdotum omnium, Magistratuumque collegia; necnon & castæ Virgines, perpetui nutrices, & conseruatrices ignis:* ecce duplicem ignem sacrum, quem perpetuum Vestales curabant, alterum in ara ob sacrificiorum victimas lignis assidue adiectis enutrientes; alterum in lucerna remoto quouis externo contrario conseruantes. Dein apertius in notis Lipsianis [f] hoc habemus, *In penetralibus, scilicet in ara, & culignis, idest vasis fictilibus Vestæ ignis perpetuo seruatis focos:* Nimirum in ara perpetuus focus Vestæ seruabatur iugi lignorum adiectu ad sacrificia comburenda: & in vasis fictilibus, quæ lucernæ ardentes erant, æternus ignis custodiebatur tutus ab externis iniurijs omnibus effulgens in honorem Deæ. Deinde vero apertissime vt in templo Iouis Ammonis Silius[g]flammam in ara ponit ad sacrificia comburenda, dum inquit,

„ *Inrestincta focis seruant altaria flammæ.*

quod etiam legimus apud [h] Lipsium: & Plutarchus[i]lucernam inextinctam: ita plane verisimile est in æde Vestę duplicem ignem perpetuum arsisse sub Virginum cura; quorum alter in lucernis ad honorem numinis; alter in aris ad sacrificiorum holocausta semper extaret; ille oleo incombustibili nixus ab externis iniurijs opera Virginum custodiretur: hic lignis deinceps iugiter adiectis earumdem ministerio assidue foueretur. Nostram sententiam deinceps etiam fouet Velleius inquiens, *Perpetuorumque custos Vesta ignium.* Scilicet quia in æde Vestæ Virgines custodiebant non vnicum, sed ignem geminum; alterum in ara ob sacrificia, sensim ei suggerendo lignorum fomites; alterum in lucerna, inde procul arcendo externas omnes iniurias. De igne Vestæ lucernæ dudum [k] plura vidimus antiquorum testimonia: quæ superuacaneum hic esset repetere: De Vestæ ara cum igne in rogo ad sacrificia testem habemus non solum Ouidium, cui [l]

„ *Igne cremat vitulos, quæ natu maxima Virgo est.*

sed etiam Pausaniam[m]alicubi scribentem hoc modo, *Progredientibus in Vestæ, simulacrum nullum occurrit, Ara tamen, & in ea Vestæ sacrificant.* Addere quoque Statium[n] liceat, cui consimiliter

„ *Peruigilēq. focis ignem longæua Sacerdos*
„ *Nutriet, arcanum non inspectura pudorē.*

Vtrumque tamen ignem perpetuum Vestæ nobis proposuit Liuius, *Quid,* inquit, *de æternis Vestæ ignibus loquar?* præferens multitudinis numerum singulari. Sed etiam Iuuenalis, cui [o]

„ ---------- *quamquam diruta seruat*
„ *Ignem Troianum, & Vestam colit Alba minorem,*

nobis opitulari videtur; nam in Alba ciuitate ignem Troianum seruari, nempe lucernam semper ardentem, cuius flamma niteretur oleo incombustibili, cuiusmodi sunt ignis ab Ænea ex Troia in Italiam aduectus; de quo [p] Virgilium olim consuluimus; & insuper admonet ibi-

[d] 3. Rom. ant. c. 19. lib. 2. & 3. Vestalium numerus cur auctus.

[e] lib. 4. Vestales in spectaculis sedisse.

[f] De Vest. c. 14. not. 1.

Ignis geminus in Ammonis templo.

[g] lib. 3.

[h] De Vest. c. 15.

[i] De orac. defec. init.

[k] lib. 1. c. 30.

[l] 4. Fast.

[m] in Corint.

[n] 2. Thebai. in fin.

[o] Sat. 4. Iuuenalis illustratur.

Ignis Troianus in Alba qui.

[p] 2. Æneid. lib. 2. c. 12.

ibidem excoli Vestam minorem, scilicet ignem in ara sacrum, quem ad sacrificia iugi lignorum appositione fouebant; qui sane ignis, quod non admirabili humore illo incombustibili, vt alter ille Troianus appellatus, inniteretur; sed, vt nostras, assiduo fomite indigeret; scite Vesta minor a Poeta cognominatur, nempe ignis minus admirabilis. Noui Lipsium hæc aliter interpretari. Sed suum cuique est ius veteres glosandi. Sed nostram sententiam maxime probat numisma æneum ab Antonio [q] Augustino relatum, in quo mulier scapulotenus circumscripta, LVCILLA AVG ANTONINI AVG F. a tergo Dea Vesta gerens manu dextera Lucernam, sinistra Palladium, ad pedes habens Altare cum flamma exardente: Indicium euidentissimum Vestalem ignem sacrum duplicem fuisse; vt nuper explicauimus. Constat igitur ex habitis Macrobium asserentē Romæ ignem Vestæ quotannis consueuisse renouari; nobis olim constituentibus ignem Vestæ Romæ ad multos annos iugiter absq; pabuli adiectu exarsisse, non refragari; quum ille agat de Igne aræ ad sacrificia in rogo ligneo ardente; vt aperte constat ex [r] Solino alicubi asseuerante in hanc sententiam, Romani initio annum decem mensibus computabant, a Martio auspicantes adeo, vt eius die prima de aris Vestalibus ignes accenderent: nos autem de igne lucernæ in oleo combustibili perpetuo effulgente.

[q] tab. 50.

[r] cap. 2. Polihist.

Cur in extinctu Lucernæ fumus ex ellychnio & vberior, & densior halaret soleat. Cap. XXXVIII.

RAtioni aduersari asserūt alij, quod [a] olim constituimus, in lucernarum extinctu fumum ex ellychnio densiorem, & vberiorem exhalare; nam inquiunt, fumi caussa efficiens vnus est ignis; qui eum excutit e combustibili, ceu de suo materiali principio; at ignis, dum lucerna extinguitur, labefactatur, atque corrumpitur; vt autem ab eneruato efficiente minor effectus effici potest; atque a corrupto nihil procreari valet; sic in extinctione lucernarum minor fumus excitari debet, & in ijs extinctis nullus omnino generari potest. Sed & ista nihil officiunt nostræ sententiæ; In primis enim rationi allatę nos opponimus experientiam quotidie nobis apertissime demonstrantem in extinctu lucernarum, & in ijs recens extinctis ellychnia semper vberiorem, & densiorem fumum exhalare; quam experientiam sensuum iudicio innixam nos præferendam remur allatæ rationi; qui ab [b] Aristotele didicimus rerum sensibilium quærere rationem, dimittentes sensum, esse infirmitatem quandam intellectus. Deinde vero ad obiectionem concedentes fumi caussam effectricem vnum esse ignem, qui eum de materia combustibili excutiat; negamus hunc ignem in extinctu lucernæ labefactari, & in ea recens extincta corruptum esse; nam geminus est in lucerna exardens ignis; quorum vnus est ignis flamma, & alter est ignis carbo, qui in materia densa ellychnij residet; dum lucerna extinguitur, labefactatur quidem, & corrumpitur ignis flammam; sed hic non est ille ignis, qui fumos procreat e combustibili, veluti eorum caussa efficiens; quum sit fumus ardens [c] Aristoteli, atque adeo effectus e fumo veluti e materia pendens: In extinctu vero lucernæ ignis carbo in densiori substantia ellychnij residens non labefactatur, neque corrumpitur; sed aliquandiu viget; licet postea destitutus auxilio flammæ, qua fouebatur, & ipse tandem fatiscens corrumpatur: in extincta ergo recens lucerna ignis carbo in ellychnij densiori substantia viribus integris adhuc ardens e combustibili consuetam fumi copiam excutit; quem fumum, quia flamma non attenuat amplius, nec vlla ex parte sibi arripit in materiam inflammabilem; ideo fit vt lucerna & dum extinguitur, & recens extincta copiosiorem, atque densiorem de se fumum emittat. Deinceps autem etiam dato in disputationem in extinctu lucernæ quoque præter flammam ab eodem agente, quo flamma extinguitur, ignem carbonem in densiori substantia ellychnij accensum labefactari; quippe id illi non minus, quam flammæ aduersatur; & extinctæ flammæ auxilio destitutum eneruari; dicimus tamen oportere quoque

Lucerna recēs extincta fumū densiorem, & vberiorem halat.

Sensus cui rationi proferendus, & quando.

[b] 8. phys. t. 22

Fumi caussa efficiens ignis.

Ignis in lucerna quatus geminus ardet.

Ignis qui in extinctione lucernæ corrumpatur.

[c] 2. de gen. c. 8.

[d] 1. meteor. tum. 2. c. 1.

Ignis qui in extinctione lucernæ non labefactatur.

Ignis qui in extincta lucerna fumum gignat.

[a] lib. 1. c. 19.

in extinctu lucernæ, atque ipsam eamdem nuper extinctam de se crassiorem, ac vberiorem fumum emittere, quam prius, dum flammam rutilam habebat; quia longe maior copia fumi erat illa, quæ ardens flammam constituebat, quam quæ flammæ ardorem non experta sursum halabat; quare licet sine flammam ignis lucernæ minorem quam cum flãma fumum procreet ex ellychnio; maior tamen fumus ascendit ex nuper extincta lucerna, & densior, quam ex antea inflammata; quia totus ille, quem flamma in sua materia consumebat vertens in ignem raritate, ac tenuitate inadspectabilem, sursum sine flamma libere scandit in densam, & crassam fumi exhalationem; quum etiã alter ille fumus, qui a flamma rarefieri, attenuarique consueuerat; ea extincta, nihil de sua crassitie, densitateque remittat. Ob has igitur causas lucerna dum extinguitur, & recens extincta semper vberiorem, ac densiorem fumum emittere consueuit. Addo etiam flammam, dum extinguitur, abire in fumum; cuius & partes multæ densiorem adhuc, & crassiorem substantiam retinent; quippe quæ nondum satis ab igne attenuatæ, rarefactæque sunt: & vniuersa moles copulata vicino alteri fumo ascendenti, eius magnitudinem adauget.

Fumus ardens vberior est, quam ardorẽ subterfugiens.

Fumus in extincta lucerna minor oritur, & maior apparet.

Flamma extinctione abit in fumum.

Frigus vt adurere dicatur; quum vere quidquam comburere nequeat. Cap. XXXIX.

[a] lib. 2. c. 25.

IMprobant alij, quod nos [a] antea negauerimus aeri vim adurendi, & inflammandi; quam tamen aquæ concessimus; quia id aqua (inquiunt) vel frigore, vel humore, vel vtrisque qualitatibus efficit; at frigus aeri aduenire potest intensissimum; humorque illi a natura inest; quid ergo si aqua per antiperistasim aliqua inflammat frigiditate sua; non poterit idem præstare aer frigiditate non sua cum humore coniuncta? sed non ne frigori absolute, ac speciatim aereo frigori ventis innixo vim adurendi tribuit [b] Virgilius? inquit enim alicubi,

[b] 1. Georg. non longe ab init.

„ ---------- *rapidive potentia Solis*
„ *Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.*

A si ergo Boreæ frigus vrere potest, vt Solis virtus; quum Boreæ frigus sit frigus aeris; & Sol adurat reflexis radijs combustibilia inflammando; iam & aer poterit etiam accendere combustibilia. Sed neque ob has oppositiones debemus nos a pristina sententia discedere: Nam quoad primam; concedentes aquã posse calcem inflammare; id eam efficere dicimus frigiditate quidem sua præcipue calorem calcis in angustum con- B centrantem; at non sine sui corpulentia, & lentore prohibente ne concentratus calor subito ante quã in igneum adolescere possit, foras egrediatur; & ita perfectam antiperistasim inflammatoriam ab aqua prouenire concedimus; non autem ab aere; cui etsi adsit aduentitia frigiditas ab externo intensa, vnde calor potest concentrari; non tamen corpulentiæ crassitudinem vllam habet aer, vllumque lentorem; quibus prohibeat ne calor concentratus illico C retrocedat prius quam in igneum, atque inflammatorium euadat: quæ omnia fuse [c] superius. Quoad secundam concedentes tum Solis radios habere facultatem igniendi, & inflammandi quędam combustibilia; tum frigus a Borea inuectum esse in aere; tum etiam vtrumque hoc adurere posse; negamus tamen aeris frigiditatem solam aptam esse ad aliquid inflammandum, ignemve vlla ex re accendendum; quia Solis D radij bifariam vrere possunt aliquid, nempe vel flammam, & ignem quomodocumque excitando; vt quando reflexi a speculo concauo stipulas incendunt; & de hac vstione non loquitur Virgilius eo loci agens de passione, qua humus a Sole, ac frigore afficitur; a quorum neutro licet intensissimo certum est terram accendi, ac in flammam ardentem commutari: vel etiam radij Solis adurere dicuntur minus proprie, quando scilicet nimium desiccant; quo- E niam exsiccatio est effectus adustionis; ac proinde causaliter (dicerent scholæ) adustio nuncupatur: sic etiam frigus aeris intensum terram nimium desiccat; vnde belle illam adurere dicitur, vt etiam virtus Solis: Tale adurere ab aeris nimio frigore fit citra vllam ignis, & flammæ productionem: quare nos antea dicentes aere non posse calcem inflam-

Aqua calcem inflammari.

Calx vt aquis inflammetur non solo frigore.

Antiperistasis inflammatrix ab aqua esse potest, non ab aere.

[c] lib. 2. c. 25.

Solis radij quædam inflãmare possunt.

Boreæ frigus in aere est.

Frigiditas sola non inflammat.

Solis radij bifariam inflammant.

Exsiccatio vt sit adustio.

Frigus vt adurat.

Adustio quæ sine igne fiat a frigore.

flammari; quæ ab aqua poteſt accendi; A reclamantem non habemus Virgilium; cui Solis potentia, & venti Aquilonaris intenſa frigiditas in aere terramcitra ignis, ac flammæ interuentum adurit; hoc eſt perquam exſiccat, dicit Etruriæ ſermo *adhugge*: quo ſenſu Petrarcha [d] ſcribit alicubi,

[d] Sonet. 43. par. 1.

„ *Qual'ombra è ſi crudel, che'l ſeme adhugge,*
„ *Ch'al deſiato frutto era ſi preſſo?*

ſeminis enim arefactionem, priuationemque prolifico humore, atque adeo B exſiccationem concinit. Nobis ergo Poetæ non reclamant vim adurendi ſine ignis interuentu minus proprie vento, & vmbræ tribuentes; qui aeri vim proprie ignem excitandi dudum interdiximus. Quin & aliter ex [e] Theophraſto hunc nodũ ſoluimus, qui vſtionem interpretatur caloris naturalis roborationem, non autem flagrantis ignis productionem; ait enim, Hieme circumdatus aer contrahit, & concludit calorem, & corpora melius cibos con- C coquunt; & frigoribus omnino robuſtiora ſunt, quod coactus ſit calor, & compulſus vndique teneatur: iſta de cauſſa nonnumquam frigus idem, quod calor efficere videtur, & abſolute, & ſuperlatiue: nam frigoribus fructus coqui prædicant; & adurere æſtum, & frigus: nec id vere loquuntur tamen: propterea quod ſic vrere, & coquere frigus videtur, non ſua ſponte, ſed ex conſecutione: quia contrahit, & cogit D calorem huius rei effectorem, qui copioſior, etiam protinus valentior eſt. At proprie frigus aeris ignem non procreat; ab eo nata vſtio ſine igne fit a calore valido, vt in nobis melancholiæ per aduſtionẽ fieri dicuntur a Medicis.

[e] lib. de igne.

Aquam ſolam non poſſe in flammam vlla ratione commutari: Vbi de irroratione ferri candentis a fabro ferrario. Cap. XL.

[a] lib. 2. c. 46. ILli etiam dogmati, quo [a] pridem E conſtituimus aquam non poſſe in flammam ſplendidam accendi, obijciunt viri præclari experimentum; aſſerunt enim ſæpenumero ſe vidiſſe aquam a fabro ferrario ſupra candens, ignitumque ferrum proiectam citiſſime, in flammulas easque ſplendidiſſimas conuerti. Sed neque hoc noſtram ſententiam labefactat; in primis enim eo loci conſtituimus aquam ſupra frigidum lapidem aquarum aſpergine inflammabilem non poſſe in ſplendidam flammam commutari; non tamen proinde negamus aquam abſolute, ac ſpeciatim ſupra ferrum ignitum proiectam in flammam rutilam poſſe commutari: & ratio diſcriminis eſt, quia ſi aqua pura inflammatur ab igne; certe flammam procreabit, emittetque ſplendidam ex ſe ſe; at aqua inſperſa lapidi gagatino; quum is non niſi per antiperiſtaſim ab aqua poſſit accendi, vt calx; neceſſario flammam turbidam, & impuram edet; quippe aqua lapidis pulueri permiſta cænum eſt; cuius flamma non poteſt ob terræ opacitatem eſſe ſplendida. Deinde vero quum flamma non ſit elementum ſimplex; ſed fumus ardens; atque adeo corpus miſtum a prædominio igneum; vere dictum olim a nobis eſt, aquam in flammam commutari non poſſe; nam miſtum nullum gigni valet ex vnico elemento; aqua enim corpus eſt ſimplex, ſiue purum, ſiue impurum; atque proinde in flammam vnica functione, ac immediate ab vno agente commutari nequit: flammulæ vero illæ ſplendidiores, quæ a fabro ferrario aquam aſpergente ſupra ferrum candens excitantur, non ſunt vere aquarum ſtillæ ardentes, vt ſenſui apparet, vulgoque perſuaſum eſt; ſed ſunt flammæ præcedentis e fumo carbonũ genitæ portio multiplex ab aquarum guttis denſatæ; flamma enim rara minus effulget; denſata fit ſplendidior. Deinceps etiam dicimus ex aquarum guttis illis, & portione fumi ardore inflammabilis vna iunctis fieri corpus, quod eſt inflammabile ab igne præſenti, & flammam edere aptum ſplendidiorem, ob aquæ tum diaphaneitatem, tum etiam illi coniunctam craſſitiem, ac denſitatem: hoc tamen non obſtat ei placito, quo ſanximus in ſuperioribus aquam ſolam non poſſe in flammam rutilam tranſmutari.

Aqua vt conuertatur in flãmam rutilam.

Lapis ab aqua vt accendatur.

Flamma quæ turbida eſt.

Flamma non eſt corpus ſimplex.

Miſtum nullũ fit a ſimplici elemento.

Aqua inſperſa ſuper ferrum candens vt flammas excutiat.

Flamma rara minus effulget.

Aquæ qualitates materiales.

Epicteti Lucernam ex earum numero non fuiſſe, quæ diu ſine liquoris adiectu ardebant. Cap. XLI.

NEgligentiæ nos alij damnant in eo, quod in primo huius operis li-

libro, vbi scopus fuit antiquorum lucernas admirabiles diuturna duratione connumerare, lucernæ Stoici Epicteti non meminerimus; quæ fictilis quum fuerit non ob materiam, sed ob diuturnæ lucis perennem fulgorem olim a quodam tribus drachmarum millibus empta fuit. Sed neque ob id nos iure arguimur: Nam concedentes Epicteti lucernam fictilem fuisse; ac proinde non tanti venisse ob materiæ valorem; negamus eam tanti æstimatam, quia diutissime absque noui liquoris appositione flammulam conseruare valeret; vt opinantur viri præclari: Quoniam Epictetus non solum seruus, & claudus erat, sed etiam Homerico illo Iro pauperior; quod nobili Epigrammate vetustiores Poetæ Græci celebrarunt[a] a Sabæo translato hoc modo primum in Latinum idioma,

Epicteti lucerna fictilis.

Lucernæ Epicteti non diu ardebat.

Epicteti nobile distichon.

[a]lib.2. p.287

„ *Seruus eram, & pauper, tum mancus corpore; sed Dis*
„ *Gratus Epictetus, ille, vel ille licet.*

[b]pag.361. Deinde eodem in [b] loco,

„ *Irus egestate, & seruus non integer ipso*
„ *Corpore Epictetus; Dis sed amicus erã.*

[c]lib.3. p.450 Deinceps paullo [c] infra,

„ *Irus inops, seruusque fui, nec corpore toto*
„ *Seruus Epictetus; charus at ipse Deis.*

Denique inferius etiam,

„ *Seruus eram, & pauper, tum mancus corpore; sed sic*
„ *Gratus Epictetus Dis ego amicus eram.*

Quod & Angelus ille Politianus, qui eiusdem Epicteti Enchiridion e Græco interpretatus est, in Epistola ad Laurentium Medicem contestatur, ita de Epicteto scribens,

„ *Qui quum & seruus esset, & claudus, & Homerico*
„ *Iro pauperior, haud tamen dubitauit Dijs sese amicum*
„ *Notissimo apud Græcos disticho adseuerare.*

Quum ergo Mendicus fuerit Epictetus, & inopia summa premeretur; quomodo lucernam eiusmodi habere potuerit, quæ citra noui fomitis adiectionem ad multos annos lumen perenne conseruaret? talis enim lucerna non sine sumptu comparabilis, ditioribus tantum hominibus possidebatur. Ideo igitur ab initio nostri voluminis Epictetica lucernæ inter alias nõ meminimus, quia ipsam non ex earum genere, quæ diutissime sine liquoris adiectu exardebant, fuisse putauimus. Et certe quum ab autore nullo tale quid de ipsa litterarum monumentis proditum legere potuerimus vnquam; nec vllam coniecturam, suspicionemve de proposito habuerimus: ipsam inter admirabiles duratione lychnos enumerare non debuimus. Quod enim proponitur a viris egregijs de pretio ingenti, quo illa venijt: id nobis non persuadet eam proinde fuisse cum exiguo liquore longissimæ durationis; nam tanti eam venisse constat ob solam Philosophi memoriam, ac reuerentiam; vt Politianus, & ante illum asserit Lucianus: Politianus quidem ita de Epicteto ad verbum scribens, Tanta vero apud omnes homines » eius vitæ admiratio extitit, vt Lucianus » Syrus Epicteti lucernam fictilem tribus » drachmarum millibus ob eius auctoritatem venisse tradat. Nos ad te nunc » non Lucernam Epicteti, sed eius imaginem animi, quæ multo plus lucis habeat Laurenti, mittimus. Lucianus vero etiam ille Samosatenus in Dialogo, quem Aduersus indoctum inscripsit, ipsissimis verbis de proposito infit, Quorsum vero attinet Orphæa tibi, aut Neãtum proponere? quum nostra ætate vixerit, & ni fallor, adhuc superstes est, qui » Epicteti Stoici Lychnum fictilem tribus » drachmarum millibus mercatus est: sperans futurum scilicet, vt si noctu ad » istam lucernam legisset, mox Epicteti » sapientiam somniaret, & similis efficeretur admirando seni. Quo quidem in loco vt præterire non possum, quod sua lingua dictauit Lucianus, τρισχιλίων δραγμῶν, non bene penitus ab Anastasio verti, trecentis denarijs, siue illis assentiamur, qui opinantur cum Plutarcho, vt fuse notauit [d] Mazzonius in sua Danthis defensione, denarium idem esse cum Attica drachma; siue cum [e] Liuio arbitremur in Tetradrachmo denarios fere tres ineesse: ita sane apertissime colligo Epicteti lucernam non extitisse inter illas, quæ citra noui liquoris adiectum diutissime arserint: Id etenim monuisset Lucianus, cuius temporibus ea venundata fuit: Immo vero nec ex illa tale argumentum aduersus indoctum libros multos inu-

Epicteti lucerna cur maximo pretio empta.

Lucerna Epicteti venijt tribus drachmarũ milibus.

Anastasius notatus.

[d]In vita Syllæ initio lib.1. c.26.

Denariũ idem cum Attica drachma.

[e] lib.34. Drachmę quatuor tres denarij.

inutiles sibi comparantem contexere potuisset. Sed hoc ipsum etiam inde constat aperte, quod statim subdit de emptore baculi Cynici, qui se in ignem sponte coniecerat, inquiens, Sed nuperrime alius quispiam Protei Cynici baculum, quem quum in flammam insiluit, reliquerat, emit talento; custoditumque etiam num inter reconditas, ac charissimas opes habet; ostentatque non secus ac Tegeatæ apri Calydonij tergus, & Thebani ossa Geryonis, & Memphitæ Isidis capillos. Ita ergo maximo pretio empta est lucerna Epicteti ob eius reuerentiam, & summi viri caram memoriam. Sic etiam[f] olim apud Maturantium legisse notauimus, se Olybij lucernam, ampullas, & vrnas fictiles habere sine lumine, sineque liquore; quas ob vetustatis venerationem ait se non commutaturum cum millle aureis.

Baculum philosophi Cynici talento venundatum fuisse.

[f] lib. 1. c. 9.

Africanorum ignem perpetuum non fuisse Lucernam sine fomitis adiectione iugiter ardentem. Cap. XLII.

COnsimiliter alij nos arguunt, quod ab initio connumerantes lucernas diutissime ardentes absque noui fomitis adiectione, mentionem non fecerimus post Vestalium lucernam, de consimili Africanorum igne, de quo Iulius Cæsar ille Scaliger[a] in exercitationibus De subtilitate ad Cardanum asseuerat scriptum esse in Historijs Africanis ignē in Lybia pro Deo habitum; quem Vestalium ritu perpetuum seruarent. Ceterum neque ideo reprehendendus erā, qui consultis illis Africanorum Historijs, nil in eis reperi, vnde coniectari possem Lybicum ignem in lucerna diu sine fomitis adiectu exarsisse: namque apud Ioannem Leonium Africanum in sua descriptione Africæ a Io: Baptista [b] Ramusio cum alijs terrarum, mariumque descriptionibus compilata, & inuulgata hæc ad verbum legi, Africani antiquis temporibus fuerunt quasi Idolatræ, cuiusmodi sunt Persæ; qui pro Deo colunt Ignem, & Solem; & habebant pulchra, & ornata templa in honorem vtriusque; & illis delubris assidue ignis ardebat: noctuque custodiebatur, ne extingueretur, eo modo, quo apud Romanos in phano Deæ Vestæ obseruari consueuerat: Quod in Chronicis Africanorum, atque Persarum late continetur. Hæc ille. Vnde certo colligere possumus Africanorum Ignem sacrum non fuisse lucernam diu sine fomitis adiectione ardentem, sed rogum ligneum; tum quod noctu solum custodiebatur, ne extingueretur: an non etiam interdiu ob defectum humoris lucernæ flamma potest euanescere? sed lignea pyra interdiu præsentes habet ministros, qui ei fomitem deesse non patiuntur; at noctu peculiaris indiget custodis; quo tempore lucerna maior sine custodia iugiter ardet ad Solis vsque præsentiam in diem sequentem: tum quod Persarum ignis sacer olim apud Maximum[c] Tyrium visus est non in lucerna, sed in rogo ligneo exarsisse, & fomitem assidue consumere solitum euidentissime: Quibus non ignis tantum, sed & igni contrarium elementum, Aquam videlicet Diuino cultu honorari consueuisse nouimus etiam ex antiquo Poetæ græci Epigrammate, quod latine sic vertit Faustus[d] Sabæus,

Eufratrem tu ne cōbure, Philonime; flāmas
Ne fœdes in me; Persa ego sum genere.
Persis namq. Ignes nobis corrumpere sacros
Est, hære, supremo tristius interitu.
Quare me cōdens terræ dabis: ablue nec me:
Post mea fata etiam flumina nā veneror.

[c] lib. 2. c. 8. Persæ quem ignem colerent.

Aquam Persæ pro Deo habebant.

[d] lib. 5. p. 818

Ad Vestalium ignem quod attinet, dicimus illi simile non extitisse Africanorum ignem in eo, quod & ipse in lucerna diutissime sine fomitis adiectu cōseruaretur illustris; vt supponit obiectio; sed quod & ille sacer erat; & ille in delubris custodiebatur, & ille perennis conseruabatur; in ceteris dissidebant. Nisi etiam potius asserendum sit Africanorum Ignem sacrum simile extitisse non illi Vestalium igni, quem in lucernis diutissime coruscare absque noui fomitis adiectione superius[e] explicatum est in honorem Vestæ; sed alteri, quem in rogo ligneo ad comburendas sacrificiorum victimas in eodem phano Vestales custodire solitas verisimile est; nam talem etiam fuisse Persarum ignem antea didicimus a Maximo Tyrio: de gemino autem isto Vestalium igne paullo antea fuse nos egimus in hoc ope-

Ignis Africanorum vt simi lis Vestalium & Persarum.

[e] lib. 1. c. 30.

[a] Exerc. 258. art. 1. in fin. Africani colebant ignem.

Ignis in Lybia pro Deo habebatur.

[b] Tom. 1. li. 1 c. 24. p. 7. lit. C in fin.

Persæ ignē colunt pro Deo.

Sol, & ignis Persarum Dij.

lib. 2. c. 8.

lib. 4. c. 37.

opere. Merito igitur inter lucernas antiquorum diutissime sine noui fomitis adiectu exardentes Vestalium ignem connumerare potuimus, Africanorum ignem connumerare noluimus.

Pisces non ideo in aquis viuere, quia ignei sint a prædominio, vt contra Empedoclem demonstret Aristoteles, Theophrastus, & rei natura. Cap. XLIII.

CVlpant in eo etiam nos alij, quod [a] olim de piscium temperamento tractantes ostendere sat habuerimus aduersus Empedoclem eos non esse igneos, allatis Aristotelis argumentis absque vlla eorum explicatione: Ac eo magis, quo pisces viuentes sunt; viuentia vero sunt a prædominio calida. Nos autem primo dicimus eas Aristotelis rationes adeo claras, & faciles vlas esse, vt putauerimus ipsas alia explanatione vlla non indigere; quare nude illas attulimus. Deinde vero monemus eum importunum fuisse locum, quo illæ fusius explicarentur; quum obiter ibi ea contemplatio habita fuerit in explicationem distichi ab Autore græco incerti nominis in Empedoclem conscripti; habentes in animo ipsas oportuniore loco latius illustrare, scilicet in hoc vltimo nostri voluminis opere difficultatum solutioni dicato. Empedoclem igitur existimantem pisces primum in terra genitos fuisse a prædominio igneos, ab ortu statim e terra in aquam progressos, vt a contrario elemento nimius eorum calor temperaretur; hebetatusq. non ita facile ipsorum substantiam consumeret: diutiusque adeo, atque commodius viuere possent; Aristoteles [b] confutat multiplici ratione. Quarum prima est, quia nullum animal de loco ad locum, atque de terra ad aquas moueri potest absque instrumentis deseruientibus motui progressiuo, cuiusmodi sunt pedes, aut pedibus partes proportionatæ; Modo plurima piscium genera carent pedibus, alijsque membris pedibus proportionatis motui progressiuo necessarijs; cordulus enim solus, bos marinus, cancer, polipus, & alij pisces huiusmodi habent instrumenta; innumeræ aliæ piscium species ijs organis omnino carent a natura; vt sensui cuiuis est apertissimum: ergo verum non est pisces omnes, aut maximam eorum partem primum a natura in solo genitos, deinde in aquas progressos fuisse ad intimi caloris æstum temperandum; siue de prima piscium cunctorum origine ab initio mundi loqueretur Empedecles; siue de ortu cuiusque piscis quotidiano tractaret: quem etiam sensus explodit; nam quotidie videmus pisces omnes in aqua nasci, in qua viuunt; & nullum eorum in terra exoriri, ac inde in aquam pergere. Secunda vero ratio est, quia pisces generatim non sunt pedestribus animalibus, quæ terram, & aerem incolunt calidiores; at viciſſim frigidiores; quoniam calor animalium excedēs in sanguine maxime residet; vt certum sit animalia sanguinea exanguibus esse calidiora, & quæ magis abundant sanguine ceteris plus esse calida; siquidem sanguis crassior aereus est a prædominio, tenuior sanguinis portio, quæ spiritus appellatur, est a prædominio ignea; & ab ignis, & aeris prædominio caloris excessum a natura obtinent animalia quæque: quum autem piscium plurimi exangues sint; & sanguinei tum ad animalia pedestria comparati, tum pro magnitudine sui corporis pauco sanguine affluant; proinde non possunt esse aerei, nec ignei a prædominio, nec temperamento flammei, ac impense calidi: Pisces vero sanguineos minorem sanguinis copiam habere quam animalia terrestria, & aerea sanguinea, data æqualitate corporis, vnicuique certis constare potest experimentis. Non est igitur asserendum cum Empedocle pisces esse a prædominio igneos; & ideo in aquas perrexisse, vt intimi caloris ardorem sibi temperarent. Tertia ratio est, quia Naturalia maxime seruantur a similibus; & naturalibus corruptis nihil supersse potest: illud quidem, quia omnis corruptio [c] est a contrario: hoc autem quia natura est rei cuiusvis essentia; si ergo pisces sunt a prædominio ignei; iam caloris excessus illis est naturalis; nam ignis est caliditatis [d] excessus: qua ratione igitur ignis [e] ab aqua statim extinguitur, & calidis conseruatur, vt oleis, bituminibus, & id generis; eadem pisces ignei

Viuentia sunt a prædominio calida.

Organa motus progressiui.

Pisces qui habeant pedes.

Pisces fere omnes absque pedibus.

Pisces in aqua, non in terra nasci.

Pisces cur sint alijs animalibus frigidiores, & quomodo.

Sanguinea cur exanguibus calidiora.

Sanguis partes duę igni & aeris proportionatæ.

Piscium plurimi exangues.

Pisces cur & quomodo sint pauci sanguinis.

Natura seruatur similibus.

Ignis est caliditatis excessus.

[a] lib. 2. c. 57.

[b] lib. de respir c. 13. Animal mouetur non sine instrumento.

[c] 1. phys. t. 42. & seqq. Corruptio semper est a contrario.

[d] 1. cel. t. 21.

[e] 2. de gen. t. 21.

Naturalia cito corrumpuntur a contrarijs.

ignei dicendi non sunt, quia diu in aquis seruantur incolumes. Quarta ratio est, quia naturalia corrumpuntur cito a cõtrarijs; quod experimento constat; nam si natura quid ex sale, aut nitro, veluti ex materia proxima constituisset, quum nitrum, & sal sint corpora a prædominio sicca; ea sane in aquis non collocasset; nam cito sal, & nitrum ab humido corrumpitur, cui contrarium habet naturale temperamentum: similiter si natura quid ex glacie, vt ex materia proxima, genuisset; id ipsum certe ponens in loco calido non conseruasset, neque si quid ex cera procreauisset: quia glacies, & cera frigore concreta contrarij caloris vi facile [f] dissoluuntur: si ergo piscium materia esset a prædominio ignea, tantum abest vt in aquis conseruarentur, quod in contrario loco citissime corrumperentur: Quinta ratio est, quia Materia, ex qua proxime constituuntur animalia, essentiales habet passiones; quæ in eo dissident ab accidentalibus animalium habitibus, & dispositionibus; quod qualitates naturales animalibus a materia cõstitutrice inexistentes conseruandæ sunt, vt pote sine quibus animalia consistere nequeunt; siue illæ qualitates vehementes sint, siue remissæ; nam piper, pyrethrum, & alia ignea tamdiu seruantur, quamdiu caloris excessum obtinuerint: at accidentales qualitates animalibus, non ex interna eorum materia inexistentes, sed extrinsecus quomodocumque aduenientes, siue dispositiones fuerint facile mobiles a subiecto, siue habitus difficulter ab eo separabiles, vbi excessum habuerint, animalia perimunt, vt febres; & ab vsu contrariorum locorum, alimentorum, medicamentorumque ad mediocritatem redigendæ sunt, si animalia conseruari debeant; sic dudum vidimus in Insula Maderæ [g] Lusitanos ardore syluæ plusquam nimium æstuantes in aquis conseruatos fuisse, alioquin ardore illo extraneo morituros: Igitur pisces non ideo aquas incolunt, vt naturalis eorum calor excedens temperetur; sed potius vt naturalis ipsorum frigiditas, & humiditas ab elemento simili conseruetur. Sexta ratio est, quia si pisces in terra primum geniti fuissent, & inde in aquas perexissent, quia ignei a prædominio naturalem calorem excedentem ab aquæ frigiditate temperare sibi naturali desiderio cuperent; eadem plane ratione arbores in terra genitæ ad aquas a natura transferri debuissent, quum hæ sint ob terræ prædominium vehementer siccæ, vt earum naturalis siccitas excellens ab aquę humiditate ad mediocritatem reduceretur. Quum ergo arbores prædominium terræ obtinentes, & inde magnopere siccæ sint, non tamen ad aquæ humorem a natura translatæ visuntur: Non est Empedocli subscribendum asserenti pisces ob ignis prædominium in aquis locatos esse, vt intimus eorum æstus temperaretur. His Aristotelis lubet demum attexere tres alias discipuli [h] Theophrasti rationes; quarum prima est illa, quoniam Natura collocauit animalia in ea mundi plaga, vbi præsto habere valeant alimentum; quũ autem nil inter animantia contrario sibi, sed solum simili misto viuens omne nutriatur; vt cuiuis inductione manifestum fieri potest: quum in aquis ignea mista multa non sint, & diutule seruari nequeant vlla flammea; multa vicissim in eis aquea degant, diuque seruentur: liquido iam constat pisces in aquis viuentes, & nutrimentum sibi oportunum inuenientes, non esse igneos a prędominio. Secunda vero ratio idipsum comprobans est ea, quia necessarium est pisces illos primos Empedoclis assertione in terra genitos, eiusdem esse speciei, atque naturæ cum his, qui postea per multas propagationes ab illis originem duxerunt semper in aquis vitam peragentes; nam omnia viuentia nil nisi simile sibi per generationem seminariam procreare possunt: Quum ergo nunc videamus pisces omnes fere de salo in solum transductos cito commori, nec diutius in arida posse incolumes commorari, plane dicendum non est primos illos ortũ in arida obtinuisse; secus etenim prius in terra obijssent, quam inde ad humorem progredi valuissent: & eo magis, quo verisimile fit nullos, aut paucos admodum in littore maris, vbi minus vigent calida, ob frigidi elementi vicinitatem, originem habuisse; sed omnes, aut plurimos in locis

Sal, & nitrum sunt corpora naturæ siccæ.

Glacies, & cera sunt frigida, & humida. [f] 2. de gen. t. 216

Naturales qualitates vt ab accidẽtalibus differant.

Qualitates materiæ seruandæ.

Qualitates accidentales animalium tollendæ quæ sint.

[g] lib. 4. c. 34.

Pisces cur in aquis a natura locati sint.

Arbores a prędomino terręę, ac siccæ sunt.

[h] 1. de caus. plant. c. 27.

Viuentia degunt vbi præsto habent alimentum.

Alitur nil cõtrario, sed omne simili misto.

Ignea in aquis pauca esse, & diu non seruari.

Pisces primos eiusdem speciei fuisse cum nostris.

Generatio seminaria est a simili agente.

Pisces in aere cito mori.

cis procul ab aqua calidioribus genitos fuisse flammeos illos; ac proinde non ita cito vsque ad aquas a loco natali meare potuisse. Tertiam denique rationem in eo sitam legimus, quod in proposito eadem ratio prorsus, eademque proportio debet esse piscium ad suum locum naturalem, quæ ceterorum viuentium est item ad propriam sedem originis cuiusque illorum: modo nos apertissime videmus & plantas, & animantes alias omnes conseruari apte in loco suæ primæ generationis, & in alieno contrarijs qualitatibus affecto vicissim maxime perpeti, atque corrumpi. Non est ergo vt cum Empedocle constituamus pisces esse natura sua igneos a prædominio; & propterea primum in terra genitos fuisse in prima vniuersi Orbis constitutione, deinde vero generatione ipsorum absoluta in aquam perrexisse, vt in frigidum elementum translati caloris interni æstum sibi temperarent assidue. Nec alia illa ratio prætereunda est, qua nouimus homines, leones, & multa bruta piscibus calidiora caloris interni ardorem sibi satis attemperare supra terram in aere degentia vnius beneficio respirationis: iam ergo & in arida orti pisces idem beneficium ab aere sortiri potuissent, nec ad refrigerium sibi comparandum ad aquas pergere debuissent: ac eo magis, quo nonnulli piscium pulmones habent, quibus exerto extra aquam ore aliquando spiritum aeris ducunt, nempe maiores mole; sed quia tanto non egent refrigerio, vt homines, ideo rarius respirant. Quin & pulmones omnibus dedisset piscibus natura, si eos igneos effinxisset; atque adeo multo refrigerio indigentes; nam omnium membrorũ vni pulmones sunt instrumenta ad intimi caloris æstum refrigerandum instituta: Quum ergo plurimi sint absque pulmonibus, & eos habentes ijs raro vtantur: iam confiteri oportet pisces non multa indigere caloris refrigeratione; atque adeo non esse flammeos a prædominio. Insuper autem pisces esse frigidos a prædominio, & humidos ad alia viuentia comparatos, hoc manifestum facit vnicuique, quod Icthiophagi ex assiduo piscium esu temperamentum induunt, sanguinemque sibi comparant frigidũ, & humidum, ac pituitosum maxime. Ad obiectionem vero concedentes, pisces inter viuentia numerari; & omne subcæleste viuens inter mista esse cum prædominio caloris; negamus tamen pisces esse igneos, & ideo in aquas a natura transmissos; quia primo dicimus viuentia esse a prædominio calida non solum, sed etiam humida; quia vita non in calore solo, nec in calore sicco, qualis igneus est; sed in calore humido, vt aereus est, vere consistit: quare pisces; quia viuentes sunt, ignei vere non sunt. Deinde nouimus viuentia esse a prædominio calida, quia in eis calor frigori dominatur, non tamen vsque adeo, vt ignea sint; & proinde in aquis degant, vnde caloris excessus nimius corrigatur. Deinceps asserimus viuentia esse cum prædominio caloris, & humoris, quia sunt aere calidiora, & humidiora; & ideo apta, quorum calor ab aere temperetur; nec oporteat ea proinde in aquas ferri; nam minus calidum temperat æstum calidioris, vt aqua tepida in feruentem proiecta illius ardorem temperat. Pisces ergo non quia flammei degunt in aqua, vt in elemento contrario; sed quia frigidi, & humidi, vt in loco simili, & seruatore.

Viuunt apte omnia in suo loco natali.

Bruta calidiora piscibus vt calorem sibi temperent.

Pisces pulmonem habentes.

Pulmonum vsus.

Icthiophagi quo temperamento.

Viuentium temperies.

Calor igneus qualis.

Viuens vt sit a prædominio calidum.

Calor maior a minori remittitur.

Edessa, quæ Antiochia nuncuparetur; quæue Antiochia ab Edessa distingueretur. Cap. XLIV.

QVod pridem[a] cõstituimus, Edessam olim Antiochię nomine nuncupatam; ac proinde lucernam ab antiquo tempore intra murum supra portã ciuitatis Edessæ ante Crucifixi Domini Redemptoris imaginem, absque fomitis adiectu exardentem, a Cedreno commemoratam, appellari posse Antiochenam; non obstante Guilielmo [b] Tyri Archiepiscopo, qui agens de Bello sacro Edessam ab Antiochia distinguit euidentissime non vno in loco: id nobis assertum non ita facile recipi nouissime poterat a Raphaele Ferrario, Patricio Genuense, morum suauitate amabilissimo, historiarum perito, meoque Venetijs hospite liberalissimo; qui ex plurimis & Historicorũ, & Geogra-

[a] lib. 1. c. 7.

[b] lib. 4. c. 2. 7. & seq. lib. 7. c. 4.

graphorum teſtimonijs Antiochiam longe diuerſam eſſe ab Edeſſa cognouerat. Ceterum a quo voluntate numquam hactenus diſcrepare potui, ab eo neque hac in re intellectu diſſidere me plurimum gaudeo; namque tria quum fuerint varijs in regionibus Edeſſæ nomine nuncupata loca, longeque plura, & omnino ſeptem, vel potius octo, Antiochiæ nomine inſignita: impune Ferrarius, ac vere Antiochiam vnam ab vna Edeſſa diſtinguere quiuit cum ſummis viris; & ego Edeſſam aliam Antiochię nomine quoque appellatam cum Plinio pro eodem loco vſurpare potui eorum nemini cõtradicens: Quippe vna Edeſſa fuit, autore Plinio, [c] in Arabia; cui quidem Edeſſæ quondam nomen inerat Antiochia; & altera Edeſſa fuit ad Euphratem Syriæ in Meſopotamia; de qua Edeſſa tum Strabo [d] ait, Bombicam appellari, & Sacram vrbem; in qua Atargatam Deam Syriam colunt: tum Maginus apud Ptolemæum [e] inquit, Erech dicitur Hebræis, teſte Hieronymo in traditionibus Hebraicis; olim Rages, nunc Raſe, Rohais Hairhono: tum denique Volaterranus [f] notat, Edeſſa ἀπὸ τῆ ἰδέυ Steph. „ Hanc Hebræi Harac vocant, vbi Abagarus olim dicitur regnaſſe; qui datis ad „ Dominum Ieſum litteris, reſpõſum meruit accipere: Ad hanc quoque Tobiam „ miſiſſe filium ad Gabellum ſacrę teſtantur litteræ. Edeſſenus Princeps vnus „ olim e quatuor, quum Syria noſtri potirentur, habebat Metropolitanos tres „ ſub Patriarcha Antiocheno cõſtitutos, „ Edeſſanum, Geropolitanum, & Corycienſem. Quam Edeſſam conſtat ab Antiochia differre, vt notat Archiepiſcopus Tyri. Tertiam demũ Edeſsam in Macedonia Strabo [g] collocauit. Antiochiæ vero apud Autores octo numerantur: Et ſane Ptolemęus [h] in ſua Coſmographia primam habet Antiochiam in Aſia proprie dicta penes Meãdrum fluuium ſitam; quam Volaterranus [i] in Phrygia ponit: Secundam Ptolemęus [k] Antiochiam Piſidiæ nominat in Galatia ſitam: Tertiam in Pamphylia conſtituit Antiochiam Cæſaream Plinio dictam, vt adnotat eo loci Maginus [l] Ptolemæi ſummus illuſtrator: Quartam in Cilicia memorat Antiochiam ſuper Trago flumine poſitam: Quintam Syriæ vocat penes Taurum montem in Commagena collocatam: Sextam ait Antiochiam in Syria pariter ſuper Oronte fluuio eſſe; quæ Magini adnotatione, Plinio [m] Epidaphne cognominata, & Theopolis, quæ Reblata Hebræis; vbi ex Diui Petri Apoſtoli doctrina primi Chriſtiani nominati ſunt. Hæc fortaſſis Antiochia Theopolis dicta, hoc eſt, Ciuitas Dei, & Reblata; eadem eſt cum Edeſſa ſecunda Meſopotamiæ in Syria, quam paullo antea Strabo nos [n] docuit appellari Vrbem ſacram; & Maginus Erech, Rages, Raſe, Rohai; & Volaterranus Harac, in qua Chriſtianorum primitiæ apparuerunt; & lucernam a Cedreno commemoratam diu ſine fomitis adiectu exardentem Dominicæ imagini ante portam Ciuitatis accendere potuerunt: Septimam Ptolemæus [o] idem collocat Antiochiam in Margiana, Magini, & Volaterrani teſtimonijs, primum Alexandriam a ſuo Conditore cognominatam, deinde Seleuciam ab eius dirutæ reſtauratore dictam, & demum Antiochiam appellatam. Octauam in Arabia Antiochiam agnouit [p] Plinius, qui eam demum Edeſſam cognominatam eſſe teſtatur. Lucerna ergo, de qua Cedrenus, reperta in Arabicæ huius Edeſſæ muro, quæ quondam, Plinij relatu, Antiochia nuncupabatur, citra errorem mihi dudum Antiochena cognominari potuit: Nec obſtat amiciſſimus Ferrarius diſtinguens optime Syriacam Edeſſam ab alia Antiochia.

[c] lib.5.c.24. Edeſſa vna Arabica.
Syriaca altera.
[d] lib.16.
[e] lib.5.c.18.
[f] lib. 12. cap. de Sectis Syriæ.
Macedonica tertia.
[g] lib.10.
[h] lib.5.c.2. Antiochia Meandri vna.
[i] lib.11. Piſidiæ ſecunda.
[k] lib.5.c.4 cap.5. Pamphiliæ tertia.
[l] cap.8. Ciliciæ quarta. Cap.15.
ibid. Syriæ ad Taurũ quinta. Ad Orontem ſexta.
[m] lib.5.c.21.
[n] lib.16.
[o] lib.6.c.10. Lib. 12. Margiana ſeptima.
Arabica octaua.
[p] li.5.c.24.

Prytanei perpetuus ignis quotuplex, quique fuerit. Cap. XLV.

SVnt etiam plerique viri eruditiſſimi, qui non recipiunt, quod olim [a] aſſeruimus, ignem perpetuum Prytanei non fuiſſe ardentem in rogo ligneo, ſed accenſum in lucerna olearia: nobisque Pauſaniam obijciunt in Eliacis prioribus de propoſito ita ſcribentem, At in „ ipſo Prytaneo, quum ad eam acceſſeris „ cellam, vbi focum habent, ad primi ingreſſus dexteram Panos aram videas. „ Focus ille e cinere ſubſtructus, perpe- „ tuo igni tam interdiu, quam nocte adoletur. Solemne eſt tranſportari ab hoc „

[a] lib.1.c.28.

„ loco cinerem ad Olympij aram, quam
„ suo loco e cinere congestam diximus:
„ neque illa aliunde magis in altitudinem
„ proficit. Et ad earum, quas hactenus
„ enumerauimus, ararum singulas quoli-
„ bet mense Elei sacra faciunt, prisco pa-
„ rentum ritu, thura, & melle subactum
„ triticum adolentes: & aras quidem
„ oleagina fronde velant, vino in liban-
„ do vtuntur. Hæc ille. Ceterum ne-
que ob hæc nos de proposita sententia
[b] Lib.4.c.37. discedere cogimur; quia vt paullo[b]su-
Prytanei sacer ignis æternus duplex. perius in æde Vestæ cognouimus; ita nunc in Prytaneo geminum dicimus extitisse perpetuum ignem sacrum; quorum alter a Pausania nouissime de-
scriptus ardebat in lignis super aras ad sacrificia comburenda, & alter olim a Plutarcho in Vita Numæ commemoratus ardebat in lucerna Viduarum custodiæ commendata: de quo nos ab initio præsentis operis egimus, dum veterum lucernas lustraremus.

Brutorum sepulturas, non solum a Poetis fabulosis, sed etiam a veridicis Historicis olim celebratas fuisse. Cap. XLVI.

[a] li.2. c.57. QVæ dudum [a] fuse de sepultura, & Elogio sepulchrali antiquitus belluarum cadaueri concessis attulimus; ea plerique respuunt, tanquam Poetarum mera figmenta, nihil in se veritatis, ac soliditatis habentia. Ceterum si alia ratione nostrum placitum non arguunt viri cordati, nobis ideo non erit de pristina sententia discedendum; quam etsi non solo Poetarum testimonio (quod tamen autoritatem habet in proposito) vallauerimus; sed etiam [b] Plinij, Strabonis, Iustini, Solini, [c] Maioli, & aliorum historicorum fide nostrum argumentum comprobauerimus: Ad maiorem tamen rei euidentiam, & iucundæ rei tractationem, præstat nunc iterum id ipsum multiplici
[d] lib.6.c.7. Aeliani [d] grauis Historici obseruatione manifestum reddere; agens itaque de Animalium natura, in primis ait ita
Sepulchrum Cornicis. „ de Sepulchro Cornicis, Ad nuncupa-
„ tum lacum Myridis in Ægypto, vbi Cro-
„ codilorum oppidum est, Cornicis sepul-
„ chrum ostenditur: cuius caussam Ægy-
„ ptij eam afferunt, quod eorum rex,
„ Marres nomine, Cornicem valde cicu-
rem habuerit; quæ postquam audisset „
quo perferenda esset epistola, mox quo „
volatus dirigendus, & quænam regio „
transeunda, & vbi terrarum requiescen- „
dum esset, cognouerit, eoque regis lite- „
ras ocyus quam quiuis nuncius perfer- „
re solita sit, eam mortuam & sepulchri „
honore & cippi a rege affectam aiunt. „
Deinde paullo post [e] commune sepul- [e] cap.15.
chrum Delphini, & amati pueri fusius
describit attexens huic pulchræ histo-
riæ, Celebris ille iam olim Delphini in „
Iaso amor, quo formosum adolescen- „
tem prosecutus est, non est silentio mihi „
prætereundum: Iasiensium igitur Gym- „
nasium mari imminet: illic ephebi post „
cursus, & palestras mare ingressi, anti- „
quitus recepto more, lauabant: Et „
quum aliquando natationi indulgerent, „
vnum ex illis forma præstantem Del- „
phinus quidam acerrime amare occæ- „
pit: ad quem quum adnasset initio, non „
mediocrem ei metum incussit: sed aucta „
paullatim familiaritate, ita puerum sibi „
conciliauit, vt plane amicum, & bene- „
uolum haberet: Itaque lusitare inter se „
cæperunt, & natando inuicem certare. „
Est quando puer insidens illi, ceu sessor „
equo, superbus vehebatur. Atque hoc „
spectaculum tum Iasenses, tum peregri- „
ni admirabantur. Pergebat enim suos „
amores vehens Delphinus, & in mare „
tantum procedebat, quantum libebat „
puero: deinde reuertebatur, & prope „
littus eum restituebat: vbi inuicem di- „
gressii, hic domum suam, ille in pelagus „
redibat. Solebat autem apparere Del- „
phinus eo ipso tempore quo dimitte- „
batur Gymnasium: eo quem expecta- „
uerat, viso puer gaudebat; seque & col- „
[b] Cap.46. ludendo belluæ maris, & suæ pulchritu- „
[c] Colloq.1. tom.5. dine formæ, iucundum præbebat spe- „
ctaculum; vt qui non hominibus modo, „
sed etiam nulla ratione præditis feris, „
formosus videretur. Sed nescio quæ „
inuidia redamantem illum non multo „
post sustulit: Nimium enim exercitatus „
& fessus aliquando puer cum toto ven- „
tre in vectorem suum Delphinum te- „
mere se iniecit, non animaduertens au- „
cleatam spinam dorsi erectam esse, at- „
que horrentem: cuius acuminibus eius „
vmbilicus, quia exulceratus esset, ex „
eo factum est, vt & venæ quædam „
abrumperentur, & permultus sanguis „

ef-

» effluëret, ibique puer extremum spiri-
» tum effunderet. Id Delphinus partim
» ex pondere sentiens; non enim iam, vt
» consueuerat, tam leuis & expeditus in-
» sidebat, nempe qui spiritibus se se non
» subleuaret; partim sanguine imbutum
» mare cernens, id quod res erat vt in-
» tellexit, amasio suo superstes viuere
» noluit: Quamobrem multo robore
» quemadmodum Rhodia nauis (*plenis*
» *velis propulsa*) sic simul cum defuncto
» in littus se eiecit; amboque, hic iam mor-
» tuus ille animi defectione expirans,
» humi strati iacuerunt: Laius, o bone
» Euripides, non tale facinus propter
» Chrysippum conscisciuit; quamuis, sicut
» tu ipse ais, & fama docet, Græcorum
» primus pueros amare cæpit: Iasenses
» ciues, vt illorum vehementem amorem
» cum honoris gloria compensarent, se-
» pulchri monumentum commune am-
Delphini. » borum, & formosi pueri, & Delphini
» amatoris constituerunt: & statuam, quæ
» forma eximia puerum in Delphini dor-
» so sedentem haberet, excitarunt: at-
» que etiam numismata ex argento, at-
» que ære fecerunt, & eorum imagini-
» bus signauerunt ad demonstrandum
» vtriusque miserabilem casum, ac ni-
» mirum tantum facinus memoriæ tradi-
» derunt, vt Dei amicum honorarent.

[b] lib.7.c.38. Dein [b] eodem autore, antiquitus interempto Cani simulachrum picturæ inter virorum fortium imagines positum est, quod sepulchro, ac titulo præclarius est monumentum; ait enim, In
» pugna etiam ad Marathonem commis-
» sa cuiuspiam Atheniensis canis summa
» contentione illi tulit auxilium: Quam-
» obrem nec ipse quamquam canis con-
» temptus, sed hoc præmium consecu-
» tus est, vt in Poecile porticu vna cum
» hero suo pingeretur, & inter fortissi-
» mos viros Cynægirum, Epizelum, &
» Callimachum spectaretur. Picturæ hu-
» ius Nicon, vel, vt alij putant, Polygno-
tus Thasius, autor fuit. Deinceps au-
[i] cap.40. tem non multo post [i] Catelli sepultu-
Catelli. ram memorat subdens, Vt vero Theo-
» dorum psaltem sui propinqui in sepul-
» chrum imposuissent, eius Melitensis
» Catellus, vltro seipsum in cadaueris
» thecam inijciens, pariter cum domino
» humatione, & sepultura affici voluit.
Vlterius Anseris sepulchrum idem

A Aelianus [k] mox nobili memorat hi- [k] cap.41.
storia dum ait, Lacydem peripateticum Anseris.
altorem suum Anser tantopere amauit, »
vt & cũ ipso simul ambularet; & quum »
ille sederet, hic quoque ab ambulando »
quiescceret, nec ipsum vnquam relinque- »
ret. Eum igitur Lacydes mortuum non »
minus ambitiose, quam aut filium, aut »
fratrem sepulturæ honore affecit. Præ- »
terea in eodem opere [l] postea Mu- [l] lib.8.c.4.
rænæ monumentum idem exponit in- Murænæ.
B quiens, Murænæ etiam Crassi Romani »
omnium prædicatione celebrata, sic in- »
auribus, & gemmis distincto monili tan- »
quam sanæ eximia formæ pulchritudi- »
ne puella ornabatur; & appellantis vo- »
cem Crassi agnoscebat, atque ad eum »
adnatabat; quumque quppiam ei porri- »
gebat edendum, prompto & parato »
animo accipiebat. Hunc ille mortuam »
fleuit vberius, atque honore sepulturæ »
affecit. Et quum aliquando Domitius »
in hunc dixisset, Stulte Crasse, Muræ- »
C nam fleuisti mortuam: Ad hæc respon- »
dens Crassus: Equidem, inquit, de be- »
stiæ morte fleui; Tu vero nullos, ne ex »
trium quidem vxorum interitu, quas ad »
sepulturam dedisti, luctus percepisti. »
Insuper ex Aristotele sic Delphinorum
funera, & sepultura describit Aelianus,
[m] dum ait, Delphini etiam mortuo- [m] lib.12.c.6.
rum memoriam non abijciunt, & eos Delphinorum.
quibuscum consuetudinem viuis ha- »
buerant, extinctos quoque non dese- »
D runt: Itaque sui generis cadauera sub- »
euntes, ad summam aquam alleuant, »
tum ad continentem (velut funere) il- »
los efferentes, hominibus ipsos sepe- » [n] hist.an.
liendos tradunt, [n] Aristotele teste: » c.38.
post vero sequitur magna Delphino- »
rum multitudo, tanquam funeri ope- »
ram dantium, atque in extinctos ho- »
norem conferentium; aut certe eos ab »
impetu aliarum belluarum, ne deuo- »
rentur, defendentium. Itaque homi- »
E nes rei musicæ intelligentes, reue- »
rentia studij in Delphinorum musicam »
adducti, humatione eos afficiunt. »
Ceterum multo antea formicas defun-
ctorum suorum cadauera, non homi-
nibus humanda portare, sed ipsas si-
bi sepelire, monuerat [o] Aelianus; dum [o] lib.9.c.34.
ita inquit, Illud auditum habeo (*de* »
Formicis) prudenter factum, eas huma- »
tione mortuas aliqua necessitudine si- »

„ bi coniunctas afficere, & in granorum
„ folliculis condere, vt homines in vrnis
parentes suos, vel amicos. Vlterius ab
hominibus equas monumento conditas
[p] lib.12.c.40 idem [p] recenset, dum ait, Miltiades tres
„ equas Olympiæ victrices sepulturæ ho-
„ nore in Ceramico affecit. Euagoras
Equarum. „ Lacon itidem Olympionicas equas ad
„ sepulturam magnifice dedit. Legimus
„ & Cimois equas post tres victorias
„ Olympicas Athenis sepultas. Idem au-
[q] lib.13.c.20 tor [q] postea de Cicadis marinis agens,
illarum sepulturam celebrat in hanc
„ sententiam, Seriphij in retia vel fortui-
Cicadæ marinæ. „ to delapsam *Cicadam marinam* non sane
„ retinent, sed mari reddunt; atque etiam
„ mortuam flentes & sordidati humatio-
„ ne afficiunt; quod eam dicant Perseo
„ Iouis filio consecratam esse. Denique
[r] lib.14.c.27 apud eumdem [r] autorem legimus Ca-
nem a quibusdam sepeliri consueuisse,
„ dum scribit, Cynospastus herba, alio
„ nomine Aglaophotis dicitur; hæc per
„ diem inter ceteras herbas (a quibus ne
„ minimum quidem differt) delitescit, nec
„ vllo modo agnoscitur; nocte vero stel-
„ læ instar lucens, & igneo splendore co-
„ ruscans, facile in conspectum venit: Ita-
„ que signo ad radices eius defixo disce-
„ dunt; absque eo neque colorem eius
„ interdiu, neque speciem cognituri: No-
„ cte iam exacta aduentant, & herbam
„ ex signo agnoscunt; euellere vero, aut
„ circumfodere tantum, cauent; primum
Canis. „ enim qui eius naturæ imperitus eam at-
„ tigit; perijsse ferunt. Canem igitur iu-
„ uenem adducunt, diei spatio famelicum,
„ & funiculum validum arctissime ad in-
„ feriorem herbæ stipitem vinctum Cani
„ etiam alligant, & carnes assas multas
„ ei obijciunt, quam longissime interim
„ possunt, recedentes: Canis nidore mo-
„ tus impetu ad carnes fertur, & herbam
„ radicitus eruit, cuius radices si Sol vi-
„ derit, canis mox expirat; & secretis
„ quibusdam ceremonijs, vt pote in ip-
„ sorum gratiam extinctus, sepelitur: tum
„ demum herbam contingere, & secum
„ auferre audent. Ita ergo ex historicis
etiam habemus antiquitus bruta sepe-
liri consueuisse. Ceterum neque hic
præterire possumus, quod nouissime le-
Lib.2.c.37. gimus adud Theophrastum in suis *Cha-
racteribus Moralibus*, nuper ab Ansaldo
Cebà, Patricio Genuense, summæ
probitatis, & miræ eruditionis viro,
præclara explicatione dilucidatis; nem-
pe carus, & clarus ille Aristotelis alum-
nus agens de μικροφιλοτιμία, quam
Cebà vertit Paruam, seu macram am-
bitionem; & Eresius describit, definit-
que vilem honoris cupiditatem; asse-
rit eiusmodi vitio notari hominem, qui
catelli sui cadaueri monumentum po-
nit, columnulamque cum epitaphio
erigit: sic enim a Philosopho quoque
Peripati cultore habemus, consueuis-
se veteres bestias etiam sepulchri, &
elogij sepulchralis honore dignare; li-
cet hunc morem insultæ ambitionis vi-
tio fædatum notet vir vterque sublimis.
Quibus consentit Aelianus inquiens 8.hist.c.4.
Poliarchum Athenienscm eo luxuriæ
peruenisse, vt canes etiam & gallos, si
quibus delectatus fuisset, mortuos ef-
ferret publice, & amicos suos conuoca-
ret ad funus, splendideque eos sepeli-
ret, atque erigeret in illorum monu-
mentis columnas, quibus epitaphia eo-
rum insculpserat.

Brutorum speciem integram esse naturæ hermaphroditæ in vtroque sexu prolificam; & speciatim Lepores, & Ichneumones. Cap. XLVII.

NOn accipiunt alij, quod olim de
Hyænis, & Leporibus asseruimus,
eorum nempe speciem hermaphrodi-
tam esse, ac singulum indiuiduum in
ipsis tum maris, tum feminæ promi-
scue munere fungi; nam eius nullum
inquiunt haberi apud antiquos testimo-
nium. Sed a nobis Aelianus est, qui
agens de Animalium natura, præclare
monet Ichneumones, & Lepores esse
vtriusque sexus hermaphroditus; Le-
pores quidem vbi scriptum reliquit,
„ De viro rei venatoriæ bene perito, &
„ cetera quam bono, & a mendacijs alie-
„ no, auditione [a] accepi, mares Lepo- [a] lib.13.c.12.
„ res vno eodemque tempore tum alios Lepores omnes hermaphroditi.
„ implere, tum ex se se parere, tum nu-
„ trire, quippe qui sint vtriusque sexus
„ participes. Idemq; testabatur aliquan-
„ do duos, aliquando tres parere. Huc
„ etiam addebat, marem semimortuum
„ captum fuisse, ipsum autem prægnan-
„ tem fuisse, atque in disecti vtero tres
„ lepusculos repertos fuisse, eos primum
ex-

» extractos immobiles fuisse, & veluti A
» ossas quasdam carnis sine motu iacuis-
» se: deinde a Sole intepescentes, re-
» uixisse, & eorum quemdam postea re-
» spexisse; foras & linguam porrexisse, &
» cibi desiderio os aperuisse: & lac ei ad-
» motum, & paullatim alitum fuisse veri-
» simile est, ad ostentandum parentem.
Non possum equidem mihi vt huic nar-
rationi non credam persuadere; quod
viri illius sermo ab omni mendacio &
ostentatione alienus fuerit. Quorum B
pars dudum nobis allata fuit ex Maio-
lo, sed, operæ pretium fuit nunc ex
[b] lib. 10. c. 47 [b] Aeliano totum caput afferre in maio-
Ichneumones omnes hermaphroditi. rem propositi confirmationem. Ich-
neumones autem idem autor herma-
phroditos ait multo antea dicens, Ich-
» neumoni vtriusque sexus participi a na-
» tura tributum est, vt & suo semine gra-
» uiditatem, & partum alijs afferat; & ipse
» quoque ventrem ferat, & ex se se pariat.
» Qui in pugna, quam inter se pugnant,
» victi fuerint, ea bellicæ offensionis nota C
» inuruntur, vt & in viliorem sexum cen-
» seantur, & muliebria patiantur: contra
» ij, qui ex bello superiores euaserunt,
» victos subigunt, & simul suo semine
» implent; at victi ex ea male a se pu-
» gnata pugna, hoc præmio afficiuntur, vt
» & partus dolores sufferant, & ex patri-
» bus, qui iam ante fuissent, matres red-
» dantur. Ita ergo verum est quasdam
» species animalium esse vtriusque sexus
» participes, & hermaphroditas.

Qui liquores absque igne vim habeant adurendi physice, & qui non nisi supra naturæ vires eleuati hoc præstare valeant. Cap. XLVIII.

SVnt inter Philosophiæ cultores, qui
culpent assertum, quo dudum san-
[a] lib. 2. c. 16. ximus [a] oleum lucernæ Antiochenæ
supra naturæ leges admirabiliter exer-
citum Cosrois exussisse; quum id præ-
stare potuerit puris naturæ viribus;
Centauri sanguis Herculē non adussit. nam & sanguis Nessi Centauri linteo
exceptus Herculem eo indutum con-
cremasse legitur. Ceterum hæc nos pa-
rum turbant; in primis enim argumen-
tum hoc deductum a Poetarum fabula
necessitatem, ac soliditatem non habet:
virus illud a Deianira molli puella con-
trectari diu potuit impune, quæ vestem
amatoriam zelotypa viro concinnauit;
quod Herculis durum, ac torosum cor-
pus tactu solo comburere valuit? non
certe Physiologo cordato. Deinde
mirabile lampadis Edessæ oleum supra Edessanæ lampadis oleum vt vsserit exercitum.
naturæ vires Persicum exercitum exus-
sit, quia tantulum tot militum turmas
comburere quiuit; si quæ vero venena,
& olea deurunt, proportionatæ molis
obiecta perdunt, non ea, quibus tam
grandi magnitudine, ac numero exce-
dantur: namque agentia pure physica Agens physicum vires habet suæ moli proportionatas.
vim habent suæ magnitudini quomo-
documque proportionatam. Et certe
multa esse, quę sine igne, ad instar ignis,
exurant naturaliter in liquorum gene-
re, nos docuit non vno in loco [b] Aelia- [b] 5. de animal. c. 3.
nus; ac primum vbi agit de Ingenti ver-
me Indico, quem captum, & interfe-
ctum Indi triginta dies appensum, ait,
ad Solem sinunt, atque ex eo in fictilia
vasa crassum oleum stillat: singuli ver-
mes quinque olei sextarios reddunt:
quod quidem ipsum regi Indorum ap-
portant, vasis obsignatis; neque enim
alij cuiquam vel guttam illius possidere
licet: corpus reliquum inutile: Huius ea Oleum omnia comburens, vt ignis.
est vis olei, vt sine vllo igne eius infusa
hemina quemcumque lignorum acer-
uum comburat; ac si vel hominem ve-
lis, vel aliud animal exurere, primum vt
hoc infunderis, funditus statim defla-
grauerit. Eodem ipso Persarum reges
aiunt capere hostium vrbes, neque
D arietes, testudines, aliaque bellica tor-
menta ad eas capiendas opus esse; nam
quum fictilia vasa vnius heminæ capa-
cia eo impleta, & obstructa in portas
iaculatur, vasa quidem ad portas allisa
rumpuntur, at oleum delapsum ignem
circumfudit, vt restingui non possit; &
flamma insaturabilis comburit homines
pugnantes pariter cum armis: restingui-
tur autem multa inutili congerie, qua-
lis per terram, & vicos conuertitur in
E eum iniecta. Hæc Ctesias Cnidius.
Profecto si tale fuisset oleum lucernæ
Antiochenæ, Cosrois exercitus eo non
deflagrasset; quum Persarum Rex faci-
le a suis cohortibus iniectu pulueris, &
quisquiliarum talem ignem extinguere
valentium, hoc malum auertere sciuis-
set, ac potuisset. Deinde vero vbi hæc
infit, [c] Peonicum animal, quod Mo- » [c] lib. 7. c. 3.
nopem Peones nominant, piloso tauro »

„ magnitudine ſimile, quum ab inſequen-
„ tibus vrgetur, præ vexatione acre, &
Peonici ſtercus venatores vrens. „ igneum reddit ſtercus: quod quidem ſi
„ in venatorum quempiam inciderit, mortem afferat. Sed huiuſmodi tanto non pollent ardore vt in exili copia, quanta in exigua lucerna comprehendi poteſt, integri exercitus copias omnes ad vnam comburere valeant; vt oleum Antiochenæ lucernæ præſtitiſſe memorat Cedrenus: Vnde non immerito illud ſupra naturæ vires tale facinus admirabiliter edidiſſe notauimus.

Quid nos hactenus in propoſito argumento De reconditis Antiquorum Lucernis præſtiterimus. Cap. IL.

NOs autem in ſuperiore libro veras diuturnæ flammulæ in reconditis Antiquorum Lucernis cauſſas non attuliſſe, inde conuincere ſe poſſe putant plerique viri noſtra tempeſtate doctiſſimi, quod ego talem Lucernam diutiſſime ardentem abſque noui fomitis adiectione, domi non habeam, nullive Principi viro donauerim, nulloque in templo ſuſpenderim: cuius enim effectus arte parabilis cauſſas agnouerit quiſpiam, in eius artificis eſſe poteſtate conſimilem effectum procreare. Ceterum neque iſta nos turbant: In primis enim late demonſtrauimus in opere noſtro [a] *De his qui diu viuunt abſque alimento* falſum eſſe penitus propoſitum fundamẽtum, effectum ſcilicet omnem ab eo poſſe produci, quicumque cauſſas illius integre cognouerit: quandoquidem nobis non ſemper ad vota reſpondent agentia naturalia, etſi non occulta: Sed huiuſmodi theoriam non eſt vt hoc in loco repetamus; inde illam ſibi hauriat Lector ſtudioſus. Deinde vero noſtrum inſtitutum fuit in hoc opere, declarare attributa, & conditiones cauſſarum omnium, quæcumque ad conſtitutionem perennium Lucernarum ab Antiquis olim reconditarum concurrere dudum potuerunt: Cui ſcopo ſatisfactum a nobis hoc opere fuiſſe putamus, etiamſi nullam ex huiuſmodi cauſſis lucernam condiderimus, nullamve condere potuerimus; & quamuis materiam determinate, ac in indiuiduo, & ad vnguem, vt dici ſolet, non agnouerimus, in qua huiuſmodi attributa, conditionesque neceſſario eſſe debent ad perennem flammulæ durationem. Deinceps autem nos non artem parandæ lucernæ perennis, aut eius praxim profitemur in hoc opere; ſed olim conditarum, reconditarumque naturam, puramque theoriam explicare conati ſumus: quare noſtra non intererat nouas condere lucernas diu duraturas; at ſolum vetuſtarum eſſentiam aperire. Deniq; vero ſat habuimus in hoc Libro meditari diuturni Lychni ardorem; & eas illius conditiones in medium afferre; quibus apte poſſemus tum excitare Chymicos egregios, aliosve operarios ad huius admirandi operis artem deperditam reſtituendam; tum pro virili mea etiã perducere cunctos ſapientiæ ſtudioſos ad occultiſſimam eiuſdem effectus naturam internoſcendam: Quorum illud me conſequi, aliorum in poteſtate conſiſtit; hoc autem an præſtare valeam, aliorum eſto iudicium. Non eſt itaque minus veritati conſentanea, minusque vtilis hactenus habita in hoc volumine *De reconditis antiquorum Lucernis* contemplatio, quia perennis huius ignis artem, fabricamque inſtituere, atque perficere ſeu noluerimus vnquam, ſeu etiam nequiuerimus, neſciuerimusque; quod nobis vitio vertebant inſignes viri.

Effectus non neceſſario fieri poſſe a noſcente cauſſas.

[c]lib.4.c.104

Agentia naturalia non ſemper nobis ad vota reſpondent.

Scopus noſter in hoc opere qui fuerit.

FORTVNII LICETI

De reconditis Antiquorum Lucernis

LIBER QVINTVS,

In quo difficultatibus Areſianis, & plurimis & ingenioſis, durationem diuturnam Lucernarum Antiquarum infirmare ſatagentibus occurritur.

PRÆFATIO

Attexens dictis dicenda.

HActenus Antiquiorum Lucernarum theoriam ex rei natura ſatis explicaſſe videmur; verum enim vero quia Vir eruditione pariter atque pietate ſpectatiſſimus, D. Paulus Areſius, Epiſcopus Derthonenſis, in opere ſuo Sacrorum Emblematum omnes neruos intendiſſe videtur, ingenua tamen diſſertatione, contra diuturnam veterum Ellychniorum durationem, a nobis antea confirmatam, & quaternis Libris editione prima iam antea promulgatam, quam ipſe plurimis argumentis, ingenioſis potius, quam firmis concutere conatus eſt; præſtat ad operis noſtri confirmationem & complementum, ea ſingula diligenter explicare quæcumque recens in opinionem noſtram allata fuere. Quoniam vero Vir eximius Italico ſermone ſuam diſputationem contexuit; germanum illius contextum afferemus, mox Latio donatum conſiderabimus; vt qui Latina lingua non vtuntur, perfruantur noſtris diſputationibus.

Quid de noſtra ſententia ſuperius explicata circa durationem phyſicam luminis antiquarum Lucernarum ſenſerit Clariſs. Areſius, proponitur, & expenditur. Caput I.

ERuditiſſimus Paulus Areſius, Epiſcopus Dhertonenſis, in ſuis Emblematibus, ſiue Symbolis ſacris digreſſionem non ita breuem inuulgauit, qua ſeptem capitibus aduerſus meam theoriam de Lucernis Antiquorum reconditis ingenue diſputat. Cuius moratam diſſertationem operæ pretium duxi nunc animaduertere, ac expendere paulo diligentius ad veritatis trutinam: & ne quid illi videamur imponere, quum Italice ſcripſerit, ipſiſſima verba vernacula referemus, quę ſtatim Latio dabimus, ob exteros qui non audiunt Italicam linguam: ait igitur Areſius. [a] Digreſſione. Se Lucerna poſſa ritrouarſi, che ſenza nuouo nutrimẽto perpetuamente arda. Hanno data occaſione a queſto dubbio alcune Lucerne ritrouate, per quanto ſi dice, ne' ſepolcri de gli antichi acceſe: E noi di queſta materia ragionato habbiamo nell'Impreſa della Fiaccola acceſa nel Secondo Libro. Ma perche dipoi habbiamo veduto quello, che nell'iſteſso tempo ne ſcriſse il Signor Fortunio Liceto, Primiero Lettore di Filoſofia in Padoua, e diligentiſſimo inueſtigatore de' più occulti ſegreti di Natura: non ci è paruto di paſsar qui ſotto ſilentio l'opinione, ch'egli ha di queſte Lucerne, e dirne di nuouo il noſtro parere: eſsendo materia degna veramente di molta conſideratione; & hauendola egli trattato al ſolito ſuo compitiſſimamente in quattro Libri, ch'egli ha ſtampato con queſto titolo, *De Reconditis Antiquorum Lucernis:* da quali però noi breuemente caueremo quello, che farà a propoſito noſtro, alla ſua più lauta menſa il famelico Lettore rimettendo. ideſt: *Digreſſio. Si Lucerna poſſit inueniri,*

[a] l. 5. Imp. 133.

„ ri, quæ sine nouo nutrimento perpetuum ar- „ deat. Occasionem dederunt huic dubio quæ- „ dam Lucernæ repertæ, vt dicitur, in sepul- „ cris antiquorum accensæ. Et nos de hac „ materia tractauimus in Emblemate Facis „ accensæ in secundo libro. Sed quia postea „ vidimus id, quod eodem tempore de illis „ scripsit D. Fortunius Licetus, Prim. Lector „ Philosophiæ Patauij, & diligentissimus in- „ uestigator occultiorum secretorum Naturæ; „ nobis visum non est, præterire sub silentio „ opinionem, quam ille habet de istis Lucer- „ nis, & denuo dicere nostrum iudicium; „ quum sit materia digna vere multæ consi- „ derationis; & eam ille tractauerit more suo „ absolutissime quatuor libris, quos edidit hoc „ titulo, De Reconditis Antiquorum Lu- „ cernis: e quibus tamen nos breuiter exci- „ piemus id, quod facit ad propositum no- „ strum; ad suam lautiorem mensam famelicum Lectorem remittendo. LIC. Exosculor ingenuitatem eruditissimi viri: neque detrecto meliorem sententiam sequi, meamque derelinquere, si solidis fundamentis a vero procul abesse probetur. Iam audiamus virum insignem. ARE. Opinione del Liceto affermatiua. Cap. I. Tiene per certissimo questo valente Filosofo, Che fusse presso gli antichi vn'arte di formar Lucerne, che senza aggiunta di nuouo liquore arder potessero perpetuamente. Idest. *Opinio Liceti affirmatiua. Cap. I. Habet pro certissimo hic egregius Philosophus, fuisse apud antiquos artem formandi Lucernas, quæ sine adiectione noui liquoris arderent perpetuum.* LIC. In oppositum ego scripsi citatis verbis expressis in eo volumine dicens: [b] *Non enim admirabiles illæ, quæ plures annorum decades, & centurias arsere Lucernæ, omnes eiusdem tenoris extiterunt, vt æterno, æqualive tempore flammam singulæ seruare potuerint. Nulla quidem Lucerna potest simpliciter æternum ardere, ob rationes inferius afferendas commodiori loco.* Et quidem Cl. Aresius videre potuit Cap. XXVIII. sub hoc titulo: *Aequalitatem virium flammæ, ac humoris in Lucernis causam non perpetuæ, sed solum diutissimæ durationis igniculorum esse comprobatur: & vnde tandem intereant, explicatur: patefaciendo causam corruptibilitatis omnium nostratium, & mortis naturalis animantium*, & reliqua multa sequentia.

[b] l. 3. de Luc. Ant. c. 13.

Lucernas nullas perpetuo ardere posse. Lib. 4. c. 28.

A Quæ omnia late poterat, sicut ibi, sic etiam superius, inspicere, recuso eodem operæ nihil in hac secunda editione mutato loco proposito. ARE. E „ lo proua con molte esperienze di Lu- „ cerne, trouate accese nei sepolcri de „ gli Antichi, e posteui molte centinaia, „ num. 31. e migliaia d'anni prima. Tale, dice, fù „ la Lucerna ritrouata a tempo di Pao- „ lo III. nel sepolcro di Tulliola, figlia „ di Cicerone, come riferisce il Pancirolo nel suo libro *De rebus memorabilibus deperditis*, & altri: della quale è necessario dire, che sia stata accesa intorno „ a 1550. anni &c. Pone egli dunque in „ num. 34. prima questo principio, come fondamento gagliardissimo della sua opinione: Non esser vero ciò, che communemente si dice, che il fuoco habbia bisogno di nutrimento per mantenersi; „ anzi tanto falso, che in nessuna maniera può conuenire la nutritione al fuoco, prima &c. E se gli domandi, a che „ C serue dunque l'olio nelle Lucerne, se „ di lui non si nutrisce il fuoco; e come si „ consuma? Risponde, che il fuoco cerca sempre di salir in alto alla sua sfera; „ ma che l'olio con la sua viscosità lo tratt- „ tiene: e che il fuoco per liberarsi da „ questo impaccio, l'abbrucia, e lo con- „ suma; e finito che ha di consumarlo, „ a guisa di vccello, che habbia rotti i le- „ gami, se ne vola in alto; benche poi sia „ dall'aria fredda & humida combattuto, „ D e morto prima che arriui alla sua sfera; „ [c] E se da noi non si vede, è perche li- „ [c] nu. 36. bero da legami egli si fa raro, e diuenta „ inuisibile. E che il fuoco si distacchi „ dall' humido, proua egli con vn'altra „ esperienza; & è, che vna candela posta in vna gran fiamma, rimane estinta; „ il che non accade, come pensano molti, perche dalla fiamma sia deuorato il „ nutrimento alla candela; essendo che „ tanto humido in quella rimane, che si „ può di nuouo accendere; ma si bene, „ E perche vn simile tira l'altro, e la fiamma maggiore tira a se la minore; nella „ guisa, che anche l'Estate l'esterno cal- „ do a se tira l'interno de gli huomini: onde auiene, che il caldo naturale in noi „ ha minor forza, e che l'Inuerno all'incontro sia più gagliardo. Hor posto „ questo fondamento, dice egli, Che si „ può far lucigno, il quale nel fuoco non „ si con-

» si consumi mai; qual sarebbe quel for-
» mato della pietra Asbesto; e di più tro-
» uarsi olio, il quale habbia la sua forza
» talmente proportionata col fuoco, che
» non lo vinca, ne sia da lui vinto. Dal
» che ne seguita, che possa trattener il
» fuoco qui abbasso; e tuttauia da lui non
» rimanga distrutto, e consumato. Con
» questo solo potrà vna Lucerna mante-
» nersi accesa moltissimo tempo; & an-
» cora in perpetuo, se da gli estrinsechi
» agenti tolta non fusse questa parità di
» forze, che tra il fuoco, e l'olio si ritroua.
» Si che essendo necessario che in molto
» tempo accada; ne segue, che veramen-
» te egli è impossibile, che Lucerna alcu-
» na si formi che sia perpetua &c. Idest:
» *Idque probat multis argumentis Lucerna-*
» *rum, inuentarum in sepulchris veterum,*
» *ibi positarum ante multas centurias, &*
» *millenas annorum. Talis, inquit, fuit Lu-*
» *cerna reperta tempore Pauli III. in sepul-*
» *chro Tulliolæ, filiæ Ciceronis, vt refert*
» *Pancirolus lib. De Rebus Memorabilibus de-*
» *perditis, & alij: de qua necesse est dicere,*
» *accensam arsisse mille quinquento quinqua-*
» *ginta circiter annos. &c. Ponit ipse pri-*
» *mum igitur hoc principium, ceu fundamen-*
» *tum validissimum suæ opinionis: Non esse*
» *verum, quod communiter dicitur, Ignem*
» *indigere nutrimenti pro sui conseruatione;*
» *quin adeo falsum, vt nullo pacto valeat*
» *igni conuenire nutritio: primum &c. Sique*
» *petas ab eo, ad quid ergo seruit oleum in*
» *Lucerna, si eo non alitur ignis; & quomo-*
» *do conseruatur? Respondet, ignem quæ-*
» *re semper ascendere sursum ad suam sphæ-*
» *ram; sed oleum sua visciditate illum reti-*
» *nere: Ac ignem, vt liberetur ab hoc im-*
» *pedimento, ipsum absumere; ac vbi consum-*
» *pserit oleum totum, velut auis disrupto*
» *vinculo, sursum euolare: Licet postea pa-*
» *tiens ab aere frigido & humido extingua-*
» *tur, anteaquam perueniat ad suam sphæ-*
» *ram: Qui si non aspicitur a nobis, id eue-*
» *nit, quia liber ignis a vinculis materiæ,*
» *rarescit, & redditur inadspectabilis. Et*
» *ignem separari ab humido, probat ipse alio*
» *experimento; quod est, quia candela posi-*
» *ta in magna flamma, extinguitur; quod*
» *non euenit, vt multi putant, quia consum-*
» *ptum a flamma fuerit alimentum candelæ;*
» *quum tantum humidi remaneat adhuc in*
» *candela, quo potest iterum accendi; sed so-*
» *lum quia simile trahit ad se simile: flamma*

A *maior attrahit ad se minorem; eo modo, quo*
etiam æstate calor exterior ad se trahit in-
teriorem hominum; vnde prouenit, calo-
rem naturalem in nobis minores habere vi-
res, & hieme contra maiores, ac robustio-
res. Nunc isto fundamento iacto, inquit
ipse, posse fieri myxum, qui nunquam con-
sumatur; qualis esset ex Asbesto lapide for-
matus: Et insuper oleum inueniri, quod
habeat vim adeo proportionatam igni, vt
nec ignem vincat, nec ab eo vincatur; vn-
de sequitur, illud posse detinere ignem hic
B *apud nos, & nihilominus ab igne non de-*
struatur, nec absumatur. Hoc solo poterit
Lucerna conseruari accensa plurimum tem-
pus, etiamque perpetuum, si ab extrinse-
cus agentibus illa virium æqualitas ignis
& olei sublata non fuerit; quod quum ne-
cesse sit post diuturnum tempus euenire; se-
quitur, vere fieri non posse, vt Lucerna
formetur vlla, quæ perpetuum ardeat.

Lucernarum durationis cau sæ duo.

C LIC. Equidem non vnicum, allatum a Viro Cl. sed duo potissimum attuli fundamenta diuturnitatis luminis: Omisit ille secundum, quo statui, posse quidem ab igne consumi subiectum oleum, sed adeo lente, vt per longissima temporum interualla queat semel infusus liquor in Lucerna flammam detinere: Quam causam adeo luculenter, post illam priorem, explicaui capite vigesimo quinto libri tertij, vt mirum sit de illa rationem habitam non fuisse a Viro Cl. quæ tamen secunda mea causa sola

D sufficit ad antiquissimam flammæ durationem promouendam, & ostendendam. Sed & prius quoq; dixeram capite decimo septimo eiusdem [d] operis: [d] lib. 3. *Deinde vero etiam potuit ab antiquo antea semper arsisse Lucerna in conditorio clausa, quæ demum extra monumentum educta, vim spiritus vehementis, & aquæ ingruentis eluderet ad longum tempus: ardore quidem in se diutissime conseruato, vel quia flamma fomitem non absumeret; vel quia*

E *non nisi minimum quid eiusdem longissimo temporis tractu ignis absumeret.* Ad cuius fundamenti secundi (quo solo niti potest opinio mea, sartaque tecta tueri) destructionem quum nihil afferat Aresius, satis aperte constat, eam ab ipso non demolitam, euersamve, sed superesse stabilem adhuc & incolumem.

ARE. [e] La sopradetta opinione s'impugna. Cap. II. Merita il Liceto veramen- [e] Cap. II.

» mente molta lode d'ingegno, e di dili-
» genza, e di dottrina; non essendo di
» quelli, che ad occhi chiusi caminano
» per la strada battuta; ma esaminando
» molto bene le difficoltà, che tratta; &
» alle cose dette da gli altri, molto ag-
» giungendo del suo: & incontrando va-
» lorosamente le difficoltà, che paiono
» insuperabili: e quanto alle opinioni de
» gli altri, egli certamente molto bene le
» impugna. Ma non sò già, se così bene
» egli stabilisca le sue; il che non deue pa-
» rer marauiglia in cose tanto difficili, ò
» forse anche impossibili. E noi confor-
» me al nostro costume, diremo libera-
» mente quello, che sentiamo di questa
» sua opinione, e di tutta quella difficol-
» tà delle Lucerne de' sepolcri antichi.
» ideſt: *Supradicta opinio impugnatur Ca-*
» *put II. Meretur vere Licetus multam in-*
» *genij, & diligentiæ, & doctrinæ laudem;*
» *quum ex illis non sit, qui clausis oculis*
» *incedunt iter tritum; sed examinans ac-*
» *curate difficultates, quas tractat; & rebus*
» *alienis multas adiungens proprias: & oc-*
» *currens strenue difficultatibus, quæ viden-*
» *tur insuperabiles; & aliorum opiniones re-*
» *cte multum impugnans. At vero nescio an*
» *ita bene stabiliat ipse suas; quod mirum vi-*
» *deri non debet in rebus adeo difficilibus, &*
» *fortassis etiam impossibilibus. Et nos de*
» *more nostro dicemus libere nostram senten-*
» *tiam de sua ista opinione, & de omni diffi-*
» *cultate illa Lucernarum sepulcrorum vete-*
» *rum.* LIC. Meretur Cl. Viri mode-
stia simul & ingenuitas ingentes gra-
tias, quas illi habeo, reddendis impar.
Sed illius introspiciamus dogmata.
» ARE. E cominciando dal suo fonda-
» mento, stimiamo noi, che in nessuna
» maniera possa star saldo. Non perche
» il fuoco propriamente si nutrisca, che
» ciò niun Filosofo afferma, ma larga-
» mente, inquanto non può senza hauer
» materia, ch'egli consumi, mantener-
» si: e questo si vede tanto chiaro per
» l'esperienza, che è marauiglia da alcu-
» no negarsi. ideſt. *Et incipientes a suo*
» *fundamento, censemus nos, ipsum nulla ra-*
» *tione posse firmum consistere. Non quia*
» *ignis proprie nutriatur; quod quidem ne-*
» *mo Philosophus affirmat; sed lato modo,*
» *siue communiter, quatenus ignis absque*
» *eo quod habeat materiam, quam ipse con-*
» *sumat, conseruari non potest. Et hoc ap-*

Aparet adeo clarum experimentis, vt mirum
sit ab aliquo negari. LIC. Dum igni
nutricationē interdixi, nutrimenti sim-
pliciter omnem illi necessitatem & vsum
adimeri volui, non solum contradicens
iunioribus philosophantibus, qui spu-
riam, & metaphoricam igni nutrica-
tionem concedunt cum Viro Cl. sed
etiam antiquioribus, qui vere ac pro-
prie nutriri putauerunt ignem; contra
quos disputat Aristoteles non vno in
B loco, [f] monens Heraclitum, qui So- [f] 2. meteo. fa. 1. c. 8.
lem esse censuit ignem, existimasse
non bene nutriri humido sursum attra-
cto: & alibi dicens, [g] *Videtur autem* [g] 2. de an. t. 40.
quibusdam ignis natura simpliciter causa
nutritionis & augmentationis esse; etenim
ipse videtur solus corporum, aut elemento-
rum ali, & augmentari: vnde & in plan-
tis & in animalibus putabit vtique quis,
hunc esse id, quod operatur. Quo loci
quum certum sit Aristotelem agere de
C proprijssima nutritione; certe vere non
ponitur a Viro Cl. nullum Philosophum
affirmare, ignem ali proprie. Cete-
rum neque, cum iuniorum plurimis ac-
cepta nutritione sub latiore vocabulo,
dicendus est ignis ali simpliciter hac ra-
tione, permanere ac esse non posse
ignem absque eo quod materiam ha-
beat, quam consumat; quia longe aliud
est ignem existere, & materiam sibi sub-
ditam consumere; præcedit ordine na-
turæ ignis existentia suæ functioni, qua
D materiam absumit; nec vllum prius in
esse dependet a suo posteriori. Præte-
rea non vniusmodi materies est, in qua
conseruatur ignis apud nos; triplex est
enim; vna, quæ vim parem habet resi-
stendi actiuitati flammæ; quam ignis
non absumit, licet ab eius lentore de-
tineatur ignis apud nos; prohibeatur-
que ne sursum euolet ad ætherem subli-
miorem. Altera, quæ vim obtinet ma-
ximam resistendi summæ actiuitati flam-
E mæ; quæ materiam illam insensibiliter
absumit, nec nisi longissimo tempore
pusillam sui portiunculam ab igne pa-
titur exolui; quæ duo fundamenta su-
perius iacta fuerunt, & latæ compro-
bata, nostram sententiam communien-
tia; quum Cl. Aresius primi tantum ra-
tionem habeat in hac sua digressione,
secundo penitus intacto; quod eludit
omnes ipsius obiectiones. Tertia ma-

se-

teries eſt vulgaris, quæ minimam, ac exiguam valde ſortitur a natura vim reſiſtendi flammarum actiuitati; quare cito conſumpta non poteſt diu flammam apud nos continere, niſi ſubinde ſuccedat in conſumptæ locum noua materia, quæ flammam deinceps genitam conſeruet, ſeu verius vi detineat hic apud nos, inhiantem ſponte ſua ſemper ad ſublimia. Neque licet ex experimento flammæ materiam iſtam tertiam cito conſumentis, arguere conſimilem conditionem in flamma, quæ ſecundam materiam ſubiectam habeat; multoque minus in ea, cui ſubijcitur materia primi ordinis; de quibus duabus prioribus agimus. A R E. Che
» ſe egli non ſi nutriſce, come dunque ſi
» fà maggiore? Non veggiamo noi, che
» ſe ad vna picciola fiammella molte le-
» gna, ò altra ſorte di nutrimento aggiun-
» giamo, ella diuenta molto gagliarda,
» e grande? Se per ſolo rattener qua a
» baſſo la fiamma, le legna ſeruiſſero,
» conſeruerebbero bene quella, che vi è,
» ma non la farebbero più grande. Dirà
» forſe, che ſi fà più grande per nuoua
» generatione: ma replico io, e ne' vi-
» uenti la nutritione non è altro che nuo-
» ua generatione, ò come dicono eſſi
» aggeneratione: e nel fuoco la genera-
» tione ſi prende per nutritione; che già,
» come detto habbiamo, non v'è alcuno,
» che voglia propriamente nutrirſi il fuo-
» co: ma ſi come ſi dice l'animale nutrir-
» ſi, perche in ſe conuerte il cibo; così
» il fuoco in ſe conuertendo le legna,
» meritamente ſi dice, che di loro ſi nu-
» triſca; ancorache non in quella manie-
» ra, che farebbe, ſe fuſſe viuente. ideſt,
» *Quia ſi non alitur ignis, quomodo ergo*
» *maior efficitur? Non ne videmus, ſi flam-*
» *mulæ perexiguæ multa ligna, vel aliud ge-*
» *nus fomitis adiungamus, illam euadere*
» *valde validam, & grandem? ſi ſolum ad*
» *hunc finem ligna ſeruirent, vt flammam*
» *huc apud nos continerent; conſeruarent*
» *quidem flammam priſtinæ molis, at eam*
» *non augerent. Dicet fortaſſe, flammam*
» *fieri maiorem, non quidem nutritione, ſed*
» *noua generatione: ſed ego replico, & in vi-*
» *uentibus nutritionem aliud non eſſe quam*
» *nouam generationem, vel vt ipſi dicunt,*
» *aggenerationem: & in igne generatio ſumi-*
» *tur pro nutritione; quia vere, vt dictum eſt,*

A *nemo vult ignem proprie nutriri; ſed vt di-* »
citur animal nutriri, quia conuertit cibum »
in ſui ſubſtantiam; ita ignis in ſe ligna con- »
uertens, merito dicitur illis enutriri, etiam »
ſi non eo modo, quo faceret, ſi viuens eſſet. »

LIC. Ignis vt proprie non alitur ligni combuſtione, ſic vere non augetur idem numero plurium lignorum appoſitione: videtur quidem augeri ſic ignis; at nouus ignis fit, qui per conuerſionem plurium lignorum in flammam grandior eſt, atque viuidior. Ceterum hæc obiectio, vt vt attingit ignem in tertia materia vigentem, qui vulgaris eſt; non tamen ignem primæ, vel ſecundę claſſis materiam habentem vellicat, qui ſolus a nobis poſitus eſt in antiquis lucernis admirabilibus. Quin & ligna, quæ primario ac per ſe faciunt ad retinendum huc apud nos ignem ſenſibilem ſuo lentore; ſua tamen magnitudine præexiſtentem ignem non augent, ipſum nutrientia; ſed nouum ignem maiorem priori ſuccedentem noua generatione materialiter atque paſſiue generant; ſed & Ariſtoteles aperte ſententiam Viri Cl. quæ fuit Antiquiorum reprobat, & meam confirmat, inquiens: [h] *Quapropter & deridendi ſunt omnes, quicunque priorum exiſtimauerunt Solem ali humido: & propter hoc quidam etiam aiunt facere verſiones ipſum; non enim ſemper poſſe eadem loca exhibere ipſi alimentum: neceſſarium autem eſſe hoc accidere circa ipſum, aut corrumpi; etenim manifeſtum ignem, quamdiu habuerit alimentum, tamdiu viuere: humidum autem igni eſſe alimentum ſolum, tanquam pertingat vſque ad Solem, quod ſurſum ducitur humidi, aut aſcenſus talis ſit, qualis quidem factæ flammæ, propter quam ſignum accipientes, ſic & de Sole putauerunt. Hoc autem non eſt ſimile: Flamma enim propter continuum humidum, & ſiccum, quæ permutantur, fit, & non alitur: non enim eadem exiſtens, permanet vllo tempore, vt ita dicam. Circa Solem autem impoſſibile eſt hoc accidere; quoniam ſi alitur quidem eodem modo, ſicut illi quidem dicunt, palam quod & Sol non ſolum, ſicut ait Heraclitus, nouus quotidie eſt, ſed ſemper nouus continue,* ſicut ignis flammæ. Alibi quoque dicit [i] Ariſtoteles: *Ignis autem perſeuerat ſemper fiens, & fluens, ſicut fluuius: ſed*

[h] 2. meteor. tu. 1. c. 2.

[i] de iuu. & ſen. c. 3.

ſed latet propter velocitatem. Quum ex aduerſo viuens idem numero permaneat vniuerſo tempore ſuæ nutritionis, & augmentationis Ariſtotele doctore; qui nutritionem & augmentationem eo diſcernit a generatione; quod generatio ſit productio rei nouæ, nutritio vero ſit conuerſio nutrimenti in ſubſtantiam viuentis præexiſtentem, non autem in nouum, quæ veteri præexiſtenti adijciatur. Verba Magiſtri clara ſunt aſſerentis: [k] *Sed neque ſic contingit dicere fieri augmentationem & diminutionem, vt quum ex aqua aer*, vel ex ligno ignis; *tunc enim maior moles eſt generata; non enim augmentatio hoc, ſed generatio quidem eius, in quod tranſmutatur, erit: corruptio autem contrarij: augmentatio autem neutrius. Sed aut nullius; aut, ſi quid commune amborum exiſtit, eius, quod generatur, & eius, quod corrumpitur, vt ſi corpus: aqua autem non aucta eſt, neque aer*, ſimiliter neque lignum, neque ignis: *ſed hoc quidem deperiit*, aqua ſcilicet atque lignum; *hoc autem generatum eſt*, aer nimirum & ignis. *Corpus autem, ſi quidem auctum eſt. Sed & hoc impoſſibile. Oportet enim ſaluare ratione inexiſtentia ei, quod augetur, & diminuitur: hæc autem ſunt tria; quorum vnum quidem eſt, Quãcumque partem maiorem fieri eius, quod augetur, magnitudinis, vt, ſi caro, carnis: Et adueniente aliquo: & tertium, vt ſaluetur quod augetur, & permaneat. Quum enim generatur aliquid ſimpliciter, aut corrumpitur, non permanet; quum autem alteratur, aut augetur, aut minuitur, permanet idem, quod augetur, aut alteratur; ſed hic quidem paſſio, ibi autem magnitudo eadem non permanet. Si itaque erit quæ dicta eſt* aeris ex aqua, & ignis ex lignis *augmentatio, continget nullo adueniente, neque permanente augeri, & nullo recedente diminui, & non permanere quod augetur. Sed hoc ſaluare oportet: ſupponit enim augmentatio tale*. Quum igitur ex lignorum combuſtione gignatur ignis, non autem augeatur, qui nunquam permanet idem numero, ſed ſemper fluens veluti fluuius, aſſidue nouus fiat; iam vere non dicitur, ignis augeri, & nutriri lignis; qui generatur nouus, & pro vetere paruo nouus immediate ſuccedens maior ſubſtituitur, etſi propter celeritatem ſucceſſionis permutationum duarum id ſenſum lateat. Quare falſo ponitur, nutritionem in viuentibus aliud non eſſe, quam nouam generationem, ſiue aggenerationem. Vere quidem animal alitur, quia vertit idem perſeuerans alimenta in ſui ſubſtantiam permanentem; non ſic ignis, quia fluens dum attingit ligna, generat ex illis ignem nouum ipſe recedens; & ad menſuram lignorum maiorem ſe procreat ignem, non autem ligna conuertit in ſui permanentem ſubſtantiam; ita fauilla minima tãgens magnam pulueris pyrij molem, ex ea magnam flammam excitat, non autem in ſui ſubſtantiam puluerem illum conuertit, quo nutriatur; & augeatur; vt vnicuique compertum experimento quotidiano.

ARE. Di più, che vuol egli dire, che » num.30.
ſi eſtingue il fuoco, mancandole legna, »
ſe queſte neceſſarie non ſono per ſuo »
nutrimento? dirà, perche egli ſe ne vo- »
la in alto, come ſi vede nell'eſtinguerſi »
vna lucerna. Ma che vuol dire, repli- »
co io, che ciò non ſi vede, quando ſi »
eſtingue vn carbone? in queſto non »
era egli più potente il fuoco? non era »
più denſo? come dunque non ſi vede, »
partendoſi? ideſt: *Inſuper, cur extinguitur ignis deficientibus lignis, ſi hæc neceſſaria non ſunt ad eius alimentum? Dicet, quia ignis euolat in altum, ſicuti videtur in lucerna, quæ ſponte extinguitur. Sed cur, adiungo, tale quid non videtur, quando extinguitur carbo? in hoc nonne potentior erat ignis? nonne denſior erat? cur igitur non videtur, dum inde diſcedit?* LIC. Ignis etiam præſentibus lignis aſſidue corrumpitur, & deficit, ſed nouus in locum corrupti ſubſtituitur; deficientibus autem ex toto lignis, extinguitur ignis vltimo genitus, quia nulla materia ſupereſt, ex qua nouus generetur in locum extincti; qui quidem extinguitur procul a lignis vbi ſublatus in altum reperit aerem aliaque ſibi contraria, quibus corrumpitur, vt antea late probatum eſt. Quare vero non aſpiciatur ignis procul a carbone in aere extingui, ſicut aſpicitur flammula ſupra lucernam extinctam diutule in altum extolli, ac demum extingui; dicimus, Lucernæ liquorem de ſe virtute ignis multum ac denſum fumum halare, qui ardens eſt flamma, vt ait Ariſtoteles: [m] *Confeſſa au-*

[k] 1. de gen. t. 33.

[m] 2. de gen. t. 28.

autem & ſenſui ignis generatio: maxime enim ignis flamma, hæc autem eſt fumus ardens; fumus ex aere & terra, ſed cum aeris prædominio: ſurſum enim aſcendit in altum aerem. & alibi, [n] *Eſt enim flamma ſpiritus ſicci ardor*. & inferius adhuc, [o] *Flamma, ſpiritus, aut fumus ardens eſt*. Quia igitur lucernæ oleum de ſe virtute comburentis ignis multum & denſum fumum halat; is abſumpta iam oleo & extincta lucerna, procul ab ea etiamnum ardens in aere flammam oſtendit. Ita ligna viridia multum ac denſum fumum accenſum halantia per combuſtionem, a ſe flammam viſibilem excutiunt; ſicciora vero multo rariorem atque minorem, quod minorem fumi copiam rariorisque ſubſtantiæ valeant exerere: ſed carbo, cuius materia minimum particeps eſt humiditatis, quod obtineat ſubſtantiam quaſi penitus exſuccam, minimum fumi poteſt halare, tenuiſſimæ rariſſimæque ſubſtantiæ; quapropter accenſus adſpectabilem flammam non reddit, ſed ob raritatem fere inconſpicuam, quæ ſolum vtcumque valeat aerem proprie prunam in tenebris minus obſcurum reddere, vt in eo queant quoquopacto legi characteres literarum ab oculo viciniſſimo. Dubio procul ignis prunæ materiam denſiorem occupans potentior eſt, atque denſior, planeque viſibilis; at e pruna ſcandens in altum flamma, quod nitatur exhalatione fumi pauciſſima ſimul atque rariſſima, vires habet imbecillas, & viſui conſpicua non eſt.

[n] 1. meteo. ſu. 2. c. 1.

4. meteo. ſu. 3. c. 2. t. 47.

„ ARE. Ma ſe egli ſarà in mezo di vna
„ camera chiuſa, particolarmente per di
„ ſopra, che farà il fuoco? ſe il ſoffitto
„ ſarà di legno, certamente l'abbrugerà;
„ ſe di volto, ſi fermerà. Sciocchi dun-
„ que, che ſono gli huomini, poiche ſpen-
„ dono tante legna, acciò che il fuoco
„ non voli in alto; faccianli vna volta,
„ ò vaſo coperto al di ſopra ò di ferro,
„ ò di vetro, ò di altra coſa impenetra-
„ bile dal fuoco; che non potendo egli
„ volar più in alto, e non hauendo biſo-
„ gno di nutrimento, iui continuamente
„ ſi fermerà, & haueranno fuoco per tut
„ to l'inuerno ſenza legna. ideſt: *Sed ſi*
„ *fuerit ignis in medio clauſi conclauis, pe-*
„ *culiariter ſuperne, quid efficiet ignis? ſi*
„ *fornix fuerit ligneus, ignis eum certe cre-*
mabit: ſi lateritius, ibi firmabitur ignis. „
Fatui ſunt igitur homines in erogandis tot „
lignis, ne ſurſum euolet ignis: conficiant „
ei fornicem, aut vas opertum ſuperne vel „
ferro, vel vitreo, vel alia re impenetrabili „
ab igne: qui propterea non valens altius „
euolare, nec indigens alimento, firmabi- „
tur ibi perenniter, & habebunt ignem tota „
hieme ſine lignis. LIC. Ludi V. C. at vna ſecũ ludamus: In cubiculo clauſo ſuperne flamma ſurſum ſcandens, ni prius intermoriatur extincta ab aere, fornicem ligneum concremabit; & proinde furnarij clibanum ex ligno concameratum non habent: ſed ex lateribus, quibus firmatur quidem tantiſper; at impatiens flamma quieſcere deorſum in alieno loco, circuit aſſidue quærens locum per quem foras exeat in altum; vbi vero nulla data via, rimas omnes inuenit occluſas, tandem extincta perimitur a frigiditate parietum fornicisque clibani tanquam a contrario permanentiore, denſioreque in ſubſtantia vires acquirente ſemper validiores, quibus flammam ſemper acrius oppugnat. Fatui ſane forent homines, qui putarent carceratum ignem diu detinere in vaſe ferreo, vel vitreo, vel ex alia materia impenetrabili ab igne: quęnam apud nos eſſe poteſt materia, quam ignis perſeuerans non vincat, qui rerum omnium actuoſiſſimus eſt? Quid vitrum obijcit igni, quod a flamma facillime diffringitur, liquefit, atque corrumpitur? Ferreus fornix frigiditate ſua facile breuique tempore flammam eo delatam extinguet, ne dum illius aſcenſum ad vlteriora prohibebit; non enim ocioſæ permanent contrariæ qualitates actiuæ corporum ſe ſe contingentium. Sane vt flamma ſurſum ad fornicem ferreum ſublata calefacit materiam terri, ſic agendo repatitur, atque refrigeratur; & ob denſitatem diutius permanente ferro, validiusque reagente in ſubſtantiam flammæ tenuiorem, rariorem que, corrumpitur ignis a contrario ſuo, non ob alimenti defectum. Supponit autem V. C. ignem ad concameratum locum elatum, ibi quieſcere, nihilque perpeti a contraria qualitate fornicis, at ſolum impediri ne ſcandat vlterius: contrariaque prope degentia non agere in ſe ſe mutuo deſtructoria fun-

ctione, sed ociosa quiescere; contrariumque perseuerantius, & densius non corrumpere fluxilius & rarius: Quæ nil habent firmitatis aut probabilitatis in Philosophia; sed potius aduersantem obtinent omnem Philosophiam. Ac eo magis, quo flamma semper[q] fiens, sicuti fluuius Aristoteli exigua permanere potest prope fornicem, adeoque cito superari corrumpique debet a suo contrario, non illi sociari diuturna duratione. ARE. In[r]oltre veggiamo noi „ tal'hora il fuoco essere in vn ferro, e „ dopò qualche spacio di tempo, da se „ estinguersi; ma chi l'ha fatto partire? „ forse il non hauer più humido, che lo „ tratteneſſe? ma che vuol dir dunque, „ che se quell'istesso ferro vn'altra volta „ nella fornace si pone, di nuouo s'in„ fiamma, e mantiene pure per altro tan„ to tempo il fuoco? Forse nella fornace „ acquistò humidità, per la quale potesse „ ritener il fuoco? anzi in quella diuenne „ più secco. Non è dunque dal ferro ri„ tenuto il fuoco; ma si ben discacciato. „ Perche ogni cosa quanto può procura „ di conseruarsi. Il ferro è consumato „ dal fuoco; adunque non cerca egli di „ tenerlo seco: ma a più potere lo discac„ cia; e come dicono i Naturali, cerca ri„ dursi all'esser suo naturale, che ama il „ freddo, e non il caldo; e l'istesso fareb„ bero le legna, e l'olio se potessero; per„ che il fuoco è la loro distruttione; e pe„ rò da quello si difendono più che pos„ sono, e lo discacciano, come si vede „ nelle legna verde; tanto è falso, che vo„ lendo egli partire, e volarsene alla sua „ sfera, si sforzino di tenerlo seco. idest: „ *Vlterius videmus nos aliquando ignem es„ se in ferro, & post aliquod spacium tempo„ ris, extingui sponte, sed quid inde illum „ abire fecit? num quia non adfuit amplius „ humidum, quo retineretur? quid ergo rur„ sus idem ferrum in fornace positum, inflam„ matur iterum, & conseruat etiam æquali „ tempore ignem? Forsan in fornace acquisi„ uit humiditatem, qua posset ignem retine„ re? quinimmo in ea siccius euasit. Non „ igitur a ferro retinetur ignis, sed expelli„ tur. Quia res omnis pro virili studet suæ „ conseruationi; ferrum igne consumitur; er„ go non tentat illum detinere secum, sed pro „ viribus ipsum repellit, & vt aiunt Physici, „ studet reducere se ad suum statum natura„ lem, qui frigido gaudet, non calido; & idem „ efficerent ligna, & oleum, si valerent; quia „ ignis est eorum destructio; quare ab isto se „ pro viribus defendunt, & ipsum expellunt; „ vt apparet in lignis viridibus; adeo falsum „ est, quod abire gestientem, & ad suam sphæ„ ram anhelantem conentur secum retinere. „

[q] de iu. & sen. c. 3.

[r] nu. 40.

LIC. Plato tria posuit ignium genera, prunam, flammam ex ea manantem, & lumen a flamma proueniens: verba Platonis in Timæo sunt, ex Cornari versione: *Post hæc vero considerare oportet, Ignis genera multa esse, velut est flamma: & quod a flamma discedit, & non quidem vrit, sed lucem oculis exhibet: & quod flamma extincta, de ipsa in ignitis corporibus relinquitur*. Quæ quidem ignium species, potissimum flamma, & pruna, de quibus agimus in præsentia, differunt essentialiter ab inuicem etiam in Peripato; nam Aristoteles ponit flammam esse corpus cum prædominio aeris & ignis, dum ait: [s] *Confessa autem & sui ignis generatio: maxime enim ignis flamma; hæc autem est fumus ardens: fumus autem ex aere & terra*: proindeque plus aeris quam terræ particeps, secus enim non ascenderet de loco terræ. Carbonem autem ac prunam ponit aeris, ac fumi propemodum expertem, tum videns non attolli sursum, sed humi iacere, tum asserens, [t] *Carbonabilia esse quæcumque inflammabilium habens plus terræ quam fumi*. Quinimmo metalla licet ignita prunam referant quoquo pacto, tamen nullo modo sunt inflammabilia, quum liquabilia sint Aristoteli statim asserenti: *Adhuc autem quædam liquabilia existentia non inflammabilia sunt, velut æs: & inflammabilia non liquabilia, velut lignum: alia autem ambo, velut thus. Causa autem est, quia ligna quidem simul totum habent humidum, & per totum continuum, vt peruratur; æs autem secus vnamquamque quidem partem, non continuum autem, & minus quam vt flammam faciat: thus autem hac quidem sic, hac autem illo modo habet. Inflammabilia autem sunt exhalabilium quæcumque non liquabilia sunt*. Itaque ferrum igniri quidem potest, & igne liquari, sed non inflammari, seu flammam concipere, ac emittere de se. Nos igitur agentes de lucernæ flamma, non autem de carbone myxi, minime lędimur ab obiectis

[s] 2. de gen. t. 28.

[t] 4. meteo. su. 3. t. 47.

ctis Viri Cl. de ferro candente, quod inter inflammabilia locum non habet, sicuti nec æs; quum vtrumque sit igne liquabile. Deinde ferrum ignitum post aliquid temporis extra fornacem extinguitur non vnica ratione, vt videtur supponere Vir Cl. sed gemina; vna quidem est, quia sensim sine sensu metalli propria humiditas secundum partes tenuiores halat vna cum ignis portione inadspectabili in halitus raritate inconspicuos, qui quidem igniti procreant in aere proximo calorem igneum, sed non lumen vllum visibile; quod nonnisi densiori materia nititur: partes vero metalli humidæ densiores vna cum terris extinguunt contrarium sibi ignem in eodem ferro degentem; qui quidem extinguitur non auolans a ferro sursum ab aere contrario vt prior; sed in ipso ferro a natiua ferri humiditate, ac frigiditate; quæ post victoriam de igne vetere superstes in ferro, potest iterum igniri, si denuo mittatur in fornacem: sed repetita ferri noua sæpius ignitione, tandem consumpta ferri tota humiditate, remanebit scoria sicca penitus & exsucca, quæ nunquam vlterius igniri poterit. Vere quidem res omnis per se primo studet suæ conseruationi; ferrumque procul a se tentat abigere ignem sui corruptorem primario instituto; immo non tantum abigere, quantum ipsum destruere corrumpereque qualitatibus contrarijs, frigiditate scilicet ac humiditate, vt dicebam: sed quia præter primas istas qualitates actiuas in ferro, vt etiam in ligno, & oleo, secundæ qualitates inueniuntur; & inter eas humiditati iuncta maxime visciditas, & lentor, quumque visciditatis atque lentoris proprium sit & naturale munus, vincire, præpedire, detinereque cuncta, quibus vniuntur, associantur, & inferciuntur quoquomodo: nihil est mirum, nihil est inconueniens, ignem a ferri frigiditate, ac humiditate, veluti contrarijs naturæ suæ, quæ calido & sicco nititur, pelli, & extingui; simul & a lentore, visciditateque secundis qualitatibus humori suo iunctis, ceu compedibus retineri, præpedirique deorsum apud nos, alioqui sponte sursum ascensurum ad suam propriam regionem. Non ne videmus aquam feruentem, quo tenuior est, minusque lentoris particeps, ac visciditatis expers, citius refrigerari, & calorem igneum a se propellere: contra densiorem magisque viscidum, & lentum, diutius inuisum & inimicum, contrariumque sibi calorem igneum in se retinere; quem non ita facile vincere potest, ac a se propellere, vtputa sibi penitius implexum, arcteque sibi colligatum tenaci vinculo lentoris, & visciditatis? certe testimonio Hippocratis, *Aqua, quæ cito calet, & cito refrigeratur, leuissima est*; leuissima vero est, vt ait in commento Galenus, quæ turbida non est, neque cœnosa, sed facile penetrat; adeoque viscida non est, neque lenta. 5. aph. 26.

ARE. Le cose senza ragione, ancora che non habbiano intendimento, in quello però che appartiene alla loro conseruatione, guidate dalla Natura si gouernano meglio di quello, che facciano gli huomini stessi. Ma qual huomo sforzerebbe a star seco forestiero, che tutto lo distruggesse, e consumasse? anzi chi non procurarebbe di cacciarlo quanto prima di casa? Non è dunque credibile, che i misti tengano seco per forza il fuoco, dal quale sono consumati, e distrutti; ma si bene, che procurino di scacciarlo a più potere. idest: *Res irrationales, etsi careant intellectu, in eo tamen quod attinet ad earum conseruationem, ductæ a Natura, melius seipsas gubernant, quam agant homines ipsi. Sed quis homo cogeret secum manere aduenam, qui totum ipsum destrueret, atque consumeret? immo quis non procuraret eum quantocyus e domo pellere? Non est itaque credibile, mista secum vi tenere ignem, a quo consumuntur, & destruuntur; sed potius procurare omni conatu ipsum a se repellere.*

LIC. Etsi non apte ducatur, neque necessarium argumentum ab actionibus voluntarijs hominum, ad operationes naturales rerum inanimatarum: attamen ista ratio multipliciter elui potest; in primis enim homines in duas classes diuidit Aristoteles, quorum alij viuunt ex intellectu, siue secundum rationem: alij ex appetitu, sicuti sunt incontinentes, ac intemperantes: his tertius gradus adiungi potest eorum, qui sanctitate clarent. Si de primis agamus, quis vnquam concedit, melius inanimata, & irrationalia se gubernare in sui

conseruatione quam homines? illa solum vniusmodi functionem obtinent, qua se tueantur ab aduersis; homo rationem obtinuit, qua mille sibi comparare potest machinamenta ad sui conseruationem idonea: quod luculenter edocuit Aristoteles inquiens: *Anaxagoras igitur hominem prudentissimum omnium animalium esse ait, quoniam vnus omnium manus obtinet. Sed recta ratio exigit, vt quoniam prudentissimus omnium est, ideo manus receperit; manus enim instrumentum sunt; natura autem, vt homo prudens, ita tribuere solet cuique rem, qua vti possit: rectius enim tibia dabitur perito tibiæ, quam tibiam habenti peritia tibiæ addetur: rem enim minorem maiori, potiorique natura addidit, non maiorem nobilioremque minori. Quod si ita melius est; natura autem ex ijs, quæ fieri possunt, facere solet quod melius sit; homo non propter manus prudentissimus est; sed quia prudentissimus omnium animalium est, ideo manus obtinet. Qui enim prudentissimus est, recte plurimis vti instrumentis potest: Manus autem esse videtur non vnum instrumentum, sed multa; est enim, vt ita loquar, instrumentum ante instrumenta: Natura igitur ei, qui artes plurimas recipere potest, manum reddidit, quæ ad plura instrumenta vtilis est. Qui autem hominem non bene, sed deterrime omnium animalium constare aiunt; nudum enim, atque inermem creatum referunt; non recte ij sentiunt. Cetera enim animalia vnum auxilium habent, idque nullo pacto possunt permutare; sed quasi calceata semper dormire, ac omnia agere, nec vestitum vnquam deponere pleniorem, neque arma mutare, quæ semel acceperint, necesse est: at homini multa habere auxilia licet, eaque subinde mutare: arma etiam, quæ velit, & vbi velit, capere potest: manus enim & vnguis est, & vngula, & cornu, & hasta, & ensis, & quodvis aliud genus armorum, aut instrumentorum; quippe quæ omnia hæc sit, quoniam omnia & sumere potest, & tenere* &c. At vero hic homo prudentissimus non adeo sui, suorumque conseruatur auarus est; sed non raro sua perdit, seque morti tradit rationabiliter: non ne periclitans de vita recte proijcit in mare cuncta sua bona, ne cum illis submergatur, sed nudus euadat e naufragio? non ne pul-

4. de part. c. 10.

A chrum, & optimum est mori pro salute patriæ? non ne turpe nimium est hosti terga dare, vitamque turpem glorioſæ morti præponere? sic Aristoteles, [u] *Ille itaque proprie vir fortis dicetur, qui circa præclaram mortem impauidus fuerit, circaque ea quæ mortem afferunt, quum proxima sunt; eiusmodi autem maxime sunt, quæ in bello occurrere consueuerunt, verumtamen & in mari & in morbis vir fortis impauidus est.* At vero si sermo sit de viuentibus ex appetitu mortalibus (incontinentes, & intemperantes dico) quis ignorat plerosque scortum alere lue gallica male confectum, a quo sciunt se priuari sanitate, pecunijs, & honoribus? dicit incontinens apud Poetam,

[u] 3. eth. c. 6.

Video meliora, proboque: deteriora sequor.

Itidem si viros frugi sanctitate claros consulamus, non ne Sanctus Vir optabat mori, qui dicebat, *Cupio dissolui, & esse cum Christo?* non ne dolebat se diu vitam agere Dauid inquiens, [x] *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est?* non ne dixit adolescenti, quærenti vitam perfectam IESVS: [y] *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni, sequere me?* cum aliquo istorum compara Lucernam, cuius finis est, vel cum sui detrimento mortalibus inseruire. Sed physice: non ne mista cuncta, potissimumque perfecta constituta sunt ex quatuor elementis, adeoque corpora nostra sunt ab interno principio corruptibilia, quoniam in ipsis ignea portio, quæ calidum naturale dicitur, assidue consumit humidum radicale? Theoriam istam ab Aristotele deductam [z] a nobis videre potuit Vir Cl. potissimum eius verbis allatis: [a] *Naturale calidum primum concoctiuum consumit materiam, in qua est.* Sed quis hominum a se pro virili studeat excutere calidum naturale, nisi fatuus sit, etsi sciat se sensim ab illo consumi, & demum corrumpi? sed homini præstat calidum id in se retinere, sine quo viuere nequit, licet ab eo sensim sine sensu destruatur assidue; quia satius est demum post longam vitam interire, quam abiecto calore statim occidere: sic omnino mista quæcunque naturaliter appetunt sibi suam portionem igneam diu con-

[x] Ps. 119.

[y] Matth. 19.

[z] de Lucern. c. 28.

[a] 4. de part. c. 3.

ser-

seruare, sine qua consistere nequeunt; etsi iugiter ab illa, depascente substantiam humidi radicalis tandem absumantur atque corrumpantur: Quum enim corruptibilia sint in indiuiduo, physice non appetunt esse semper, at ad vltimum æui sui peruenire; qui terminus actione caloris procuratur, humidum consumentis; nec ideo physice possunt, aut debent interitum sibi suum accelerare caloris proprij expulsione, sed ipsum calorem anxie retinere debent ad suæ durationis diuturnitatem. ARE. Di più, se il fuoco non per nutrirsi, ma perche è ritenuto dal legno, in quello si ferma: che vuol egli dire, che consumata vna parte del legno, egli non se ne vola, ma più tosto attende a consumar l'altra parte, ancora che gli sia necessario a questo fine discendere? Forse è il legno, che lo tira a basso, per farsi abbruciare? anzi è il fuoco, che discende, e si muoue in qualsiuoglia parte, per ritrouar cibo, & essendo in vna lucerna, egli tira a se l'olio, per consumarlo; che se fosse contra sua voglia dall'olio trattenuto, consumato quel poco, che nel lucigno si ritroua, subito se ne volerebbe in alto, e non tirerebbe a se dell'altro olio, che lo legasse. idest: *Insuper, si ignis, non vt nutriatur, sed quia detinetur a ligno, in isto firmatur: cur iam consumpta vna ligni parte, non euolat ignis, sed potius incumbit alij parti consumendæ, licet ad hoc illi necesse sit descendere? Forsan a ligno deorsum trahitur ignis, quo comburatur? immo descendit ignis, & mouetur in quamlibet partem, vt inueniat cibum: & existens in lucerna, trahit ad se oleum, vt illud absumat: nam si violente retineretur ab oleo, posteaquam absumpsisset paucum id, quod in myxo continetur, statim euolaret in altum, nec ad se traheret aliud oleum, a quo vinciretur.* LIC. Hanc dubitationem plane soluit Aristoteles inquiens, [c] *Ignis autem perseuerat semper fiens & fluens, sicut fluuius: sed latet propter velocitatem.* Nimirum ratio Viri Cl. supponit, permanere semper eundem ignem numero, qui prius combussit vnam ligni, ac olei partem; qua combusta tum descendat ad aliam ligni partem absumendam, tum attrahat ad se partem aliam olei comburendam. Sed res aliter se habet, quia ignis flamma

Num. 41.

[c] de iu. & sen. c. 3.

non permanet vllo tempore idem numero, sed semper nouus efficitur; quod alibi quoq; posuerat Aristoteles, aiens: [d] *Hoc autem non est simile; Flamma enim propter continuum humidum, & siccum, quæ permutantur, fit, & non alitur: non enim eadem existens permanet vllo tempore, vt ita dicam.* Quare flamma, quæ consumpserit vnam portionem ligni, vel olei, cuius glutine detinebatur, illico sursum volat, sed in suo digressu tangens aliam partem humidi sibi continuam, ob sui maximam actiuitatem, illico vertit in flammam nouam sibi consimilem, quæ pariter aliam eodem pacto deinceps; at ob celeritatem huius mutationis, & similitudinem naturæ prioris ignis cum succedente, sensus non discernit istos plures ignes inuicem sibi succedentes esse; putatque falso vnum & eundem numero ignem, qui vere multiplex est; & permanere veterem, qui semper nouus oritur; & ad materiam inferiorem descendere, qui sursum ascendens in inferiori materia, quam tangit in termino sui ascensus, nouum sibi consimilem velocissime producit; & ignem ad se nouum oleum attrahere, quum vicissim oleum ad consumpti locum sponte contendat ob sui visciditatem & continuitatem vnius superficiei; qua ratione monuit Aristoteles per siphonem, seu alembicum, cucurbitulæve vas ignitum aquam, vinumque totum ascendere sursum, & vas exinaniri, scribens in hanc sententiam, [e] *In sua igitur regione vnumquodque eorum, quæ grauitatem habent, ac leuitatem, grauitatem habet: terra autem in omnibus grauitatem habet, leuitatem autem non habet nisi in ijs, quibus supereminet. Quapropter si subtrahatur, fertur in id, quod deinceps est, aer quidem in regionem aquæ, aqua autem in eam, quæ est terræ; sursum autem in eam, quæ ignis est, ablato igni, non feretur aer, nisi vi; quemadmodum & aqua trahitur, quum fuerit superficies vna, & velocius traxerit quis sursum, quam sit latio, qua fertur aqua deorsum. Neque aquam in eam, quæ aeris, nisi vti nunc dictum est: Terra autem hoc non patitur, quoniam non est vna superficies: Quapropter aqua quidem in vas ignitum trahitur, terra autem non.* Sed si spectemus eam humorum destillationem, quam Chi-

[d] 2. meteo. tu. 1. c. 2.

[e] 4. cæl. t. 39.

mici per filtrum appellant, aſpicientes ex vno vaſe pleno per lintei fruſtum ſenſim permeare ſponte liquorem in aliud vas, in quod propendet apex illius lintei; facile noſcemus e plena lucerna pariter non ardente per papyrum prominentem ſpõte totum oleum vel e fundo vaſis aſcendere ad locum ellychnij, & inde deſcendere ad infra locatam aliam lucernam. Quare vel in ardente lucerna ſemper oleum ad flammulam per ellychnij corpus aſcendit, non attractum ab igne, ſed ſua ſponte fertur ob continuitatem ſuæ ſuperficiei, viſciditatemque ſubſtantiæ, veluti per filtrum atque ſiphonem. ARE. Più auanti, Se l'humido è contrario al fuoco, come può eſſere che ſeco ſi vniſca, e da lui ſia tenuto, e ſtrettamente legato il fuoco? L'vnione ſi fà fra le coſe ſomiglianti, e non fra le contrarie; & è coſa molto ſtrana il dire, che le legna, e la paglia, & i metalli, e tutti quaſi gli altri miſti, habbiano queſta forza di attaccarſi al fuoco, e ritenerlo; veggendo noi, che non hanno queſta virtù di attaccarſi a qualſiuoglia altra coſa. ideſt: *Vlterius, ſi humidum eſt contrarium igni, quomodo fieri poteſt, vt illi vniatur, & ab eo retineatur, & arcte vinciatur ignis? vnio ſit inter ſimilia, non inter contraria: & admodum extraneum eſt dicere, ligna, & paleas, & metalla, & omnia fere alia miſta, obtinere vim iſtam ſe ſe igni conglutinandi, & ipſum retinendi; quum videamus ea non habere vim iſtam ſe coniungendi rebus quibusque ceteris.* LIC. In primis humiditas formaliter non eſt, quæ vinciat, & retineat ignem, ſed viſciditas & lentor, humori coniunctæ, quibus compedibus ignis humori conglutinatur. Deinde vero falſo ponitur vnionem non eſſe contrariorum, ſed tantummodo ſimilium; quum elementa contraria ſint inter ſe, ac in miſto ſint inuicem vnita; quumque definiat Ariſtoteles [f] miſtionem eſſe miſcibilium alteratorum vnionem, qui nuperrime dixerat, miſcibilia eſſe inuicem contraria: verba Magiſtri ſunt: [g] *Manifeſtum eſt igitur, quod hæc miſcibilia ſunt, quæcumque facientium contrarietatem habent: hæc enim ſunt ab inuicem paſſiua.* & mox. [h] *Sed miſcibile quidem eſt, quando facile terminabile exiſtens paſſiuum fuerit, & actiuum, & tali miſcibile. Miſtio autem eſt miſcibilium alteratorum vnio.* Supra vero late [i] docuerat, alterationem eſſe ſolum inter contraria; paſſibilia pariter & actiua non eſſe niſi contraria. Nec extra rationem eſt, ignem qui [k] ſubtiliſſimarum partium eſt, permeare ligna, paleas, metalla, & omnia fere alia miſta; proindeque ab iſtorum humiditate viſcida & lenta, veluti glutine præpediri, retinerique ignem ſibi alligatum; quod non euenit rebus alijs, quæ craſſiorum partium non permeantes miſtorum illorum ſubſtantiam, ad ipſorum intimam humiditatem non perueniunt, qua vinciri valeant. ARE. Finalmente dalla generatione del fuoco argomentar poſſiamo la ſua conſeruatione; eſſendo che l'iſteſſe cagioni, che producono vna coſa, non poco gioueuoli ſono alla ſua conſeruatione. Se dunque il fuoco diſcendeſſe quà giù dalla ſua sfera, tiratoui da miſti, io veramente direi, che parimente vi ſi manteneſſe legato, & impedito di più ritornarui; ma tutto l'oppoſto accade, che il fuoco ſi genera, conuertendoſi in lui i miſti; adunque nell'iſteſſa maniera egli ſi conſerua, e queſta è quella, che noi chiamiamo nutritione. ideſt: *Tandem a generatione ignis argumentari poſſumus illius conſeruationem: quum eædem cauſæ, quæ rem aliquam producunt, non parum conferant eiuſdem conſeruationi. Si ergo ignis huc e ſua ſphæra deſcenderet, attractus a miſtis; equidem aſſerem, illum pariter hic detineri ligatum, & impeditum ad illuc amplius redeundum: ſed totum oppoſitum euenit, quia ignis generatur per conuerſionem miſtorum in illius naturam; igitur eodem modo conſeruatur ignis; & iſta eſt, quam nos appellamus nutritionem.* LIC. Neque ſemper eadem cauſa generans conſeruat rem ab ſe genitam: calor ex humido terræ circumfuſo vapores [l] generat, & in altum extollit; quos vlteriori actione diſcutit atque corrumpit. Neque ignis conſeruatur miſtis, ex quibus gignitur, quia flamma ſemper fit noua, nec vetus conſeruatur vllo tempore, vt ex Ariſtotele [m] notauimus antea. Neque nutriri poteſt etiam metaphorice, quod non permanet vllo fere tempore, ſed eſt in continuo fieri; quod enim alitur, eſt:

[f] 1. de gen. t. 90.
[g] tex. 89.
[h] tex. 23.
[i] tex. 50. & ſeqq.
[k] 3. cæl. t. 45.
[l] 1. meteoſu. 2. c. 1. & ſequentib.
[m] 2. meteoſu. 1. c. 2. De iu. & ſen. c 3.

est : sicut etiam id, quod quomodocunque conseruatur ; quia conseruatio est rei existentis, atque permanentis. Insuper conseruatrix causa proprie refertur ad effectricem; non autem ad materialem, quę pure passiua est, nihil agens; ignis vero se habet erga humidum vt actiuum erga patiens: Quare non conseruatur ignis humido vlla ratione.

Tolluntur Aresianæ responsiones ad argumenta negantia nutritionem igni.

Cap. II.

POst hæc Vir Cl. adhibere nititur solutiones ad argumenta, quæ deduxerat ex opere meo, negantia nutritionem igni: dicens, ARE. [a] Proua questo suo detto: prima, perche il nutrirsi è proprio de' viuenti; & è cosa chiara, che non è viuente il fuoco. [b] Non sarà difficile il rispondere a gli argomenti dell'ingegnoso Liceto contra la necessaria nutritione del fuoco. Alla prima rispondiamo, che veramente il fuoco non si nutrisce di quella nutritione, che è propria di viuente; essendo che non cresce per ogni parte, come essi fanno; ma si dice nutrirsi largamente per vna certa analogia, e proportione: che se egli intendeua impugnar la propria nutritione, non accadeua si affaticasse; perche niun Filosofo la concede al fuoco: se l'impropria, non douea valersi di questo argomento de' viuenti. hoc est: *Probat hoc suum dictum, primo, quia nutriri est proprium viuentium; & clarum est, ignem non viuere. Non erit difficile respondere rationibus ingenioſi Liceti contra necessariam nutritionem ignis. Ad primam respondemus, vere ignem non ali ea nutritione, quæ viuentis est propria; quia non augetur omni ex parte, vt viuentia faciunt. Sed ignis ali dicitur large, per quandam analogiam & proportionem. Quod si propriam nutritionem intendebat impugnare; non oportebat eum laborare, quia nullus Philosophus illam igni concedit. Sin autem impropriam, non debebat vti hoc argumento viuentium.* LIC. Intentio mea fuit, ad vbertatem doctrinæ, nutritionem omnem igni penitus interdicere; propriam, & impropriam; qui viderim Aristotelẽ reprehendere Philosophos, qui nutritionem propriam igni concedebant, & in nobis, & extra nos: verba Magistri clarissima sunt, antea quoque relata; nam agens de nutritione proprijssime dicta, scribit in hanc sententiam: [c] *Videtur autem quibusdam ignis natura simpliciter causa nutritionis & augmentationis esse; etenim ipse videtur solus corporum aut elementorum ali, & augmentari: vnde & in plantis, & in animalibus putabit vtique quis, hunc esse id, quod operatur. Hic autem concausa quidem quodammodo est, non tamen simpliciter causa; sed magis anima. Ignis enim augmentum in infinitum abit, quousque fuerit combustibile: natura autem constantium omnium terminus est, & ratio magnitudinis, & augmenti: hæc autem animæ sunt, sed non ignis; & rationis magis, quam materiæ.* Quin & in [d] Meteorologia late disputat aduersus Heraclitum, & alios antiquos existimantes Solem esse ignem; & ignem omnem ali humido; probans ignem proprie non ali humido, quia non permanet, sed fit semper nouus ex humido; dicens: *Flamma enim propter continuum humidum, & siccum, quæ permutantur, fit, & non alitur: non enim eadem existens, permanet vllo tempore, vt ita dicam. Circa Solem autem impossibile est hoc accidere: quoniam, si alitur quidem eodem modo; sicut illi quidem dicunt, palam quod & sol non solum, sicut ait Heraclitus, nouus quotidie est, sed semper nouus continue.* Si ergo vitio non datur Aristoteli, quod aduersum Antiquos probauerit tum ignem non ali proprie dicta nutritione, tum Solem improprie non ali, sicut ignis: cur me culpat V. Cl. qui Aristotelem imitatus probaui nutritionẽ igni non conuenire, nec propriam, nec analogicam? ARE. Secondo, se fusse necessario il nutrimento al fuoco, nella propria sfera sotto al concauo della Luna, egli non potrebbe senza di lui mantenersi; essendo quegli dell'istessa natura, che è questo nostro; e pur iui si conserua senza cibo, come da tutti si concede. ideſt: *Secundo, si necessarium esset alimentum igni, in propria sphæra sub concauo Lunæ non posset sine eo conseruari; quum sit ille ignis eiusdem naturæ cum hoc nostro; & tamen ibi conseruatur sine cibo.* LIC. Iam audiamus responsionem

[a] num. 34.

[b] num. 42.

[c] 2. de an. t. 40. 41.

[d] 2. meteo. su. 1. c 2.

» ad hoc argumentum. ARE. Al se-
» condo, rispondo, non ritrouarsi fuo-
» co sotto al concauo della Luna, come
» diffusamente prouato habbiamo nelle
» nostre questioni Filosofiche già molto
» tempo stampate: ma s'egli stima, che
» vi sia, e che vaglia l'argomentare dal-
» l'vno all'altro; perche dunque, dirò io,
» quello non riluce, come questo nostro?
» come non è visibile? come non genera
» altro fuoco? dirà forse, perche è più
» raro: ma la fiamma è più rara del car-
» bone, e pure più risplende. Poi per-
» che non valerà parimente l'argomen-
» to, che se qui non ammette rarità, che
» gli toglia lo splendore, non debba pa-
» rimente non ammetterla nella sua sfe-
» ra? Di più se la luce non conuiene al
» fuoco nella sua sfera, oue ha l'esser suo
» più perfetto, che in altro luogo; adun-
» que non gli è cõnaturale, nè di perfet-
» tione; ma come dunque l'acquista qui
» fra di noi? e come la luce, che è qualità
» perfettiua, & non corruttiua, non si
» de dire, che perfettione gli arrechi?
» hoc est; *Ad secundum respondeo, Non in-*
» *ueniri ignem sub concauo Lunæ, vt late*
» *probauimus in nostris Quæstionibus philo-*
» *sophicis iam dudum editis. At si putat ip-*
» *se ibi reperiri, & ab vno ad alterum ignem*
» *argumenta valere; cur ergo, dicam, ille*
» *non effulget, vt iste noster? cur non aspici-*
» *tur? cur non generat alium ignem? dicet*
» *forsan, quia rarus: sed flamma est rarior*
» *carbone, quo tamen magis effulget. Postea,*
» *cur non valebit pariter argumentum, quia*
» *si hic non admittit raritatem, quæ spoliet*
» *eum splendore, non debeat itidem eam non*
» *admittere in sua sphæra? Insuper, si lux*
» *non conuenit igni in sua sphæra, vbi habet*
» *esse magis perfectum, quam in alio loco;*
» *igitur illi non est connaturalis, neque per-*
» *fectionis; sed quomodo ergo lucem acquirit*
» *hic apud nos? Et quomodo lux, quæ est*
» *qualitas perfectiua, & non corruptiua,*
» *dici non debet igni perfectionem afferre?*

LIC. Ignem inueniri sub concauo Lunæ contra Cardani rationes ostendi fusius in eodem opere [e] De Lucernis Antiquorũ; qua theoria redargui possunt alibi posita obiecta Viri Cl. Profecto potest argumentum deduci ab igne nostrati ad superum, & vicissim, penes attributa solum essentialia, non item penes accidentalia; quæ possunt esse

[e] l. 4. c. 34.

A diuersa in vtrisque. Quare non effulget ignis elementum propter maximam sui raritatem, quæ visum terminare, mouereque non potest; nostras autem ignis hic materiam densam obtinens, quæ visum terminat, & mouet facile, conspicuus est obtutui. Flamma quidem est carbone rarior, & eo splendidior aliam ob causam; etenim solum ignis in materia densiori fulgidior est quando cetera paria sunt, & illa densitas maior non proueniat a causa splendorē minuente; si quidem flamma, quæ fumus ardens est, Aristotele [f] doctore, mistum corpus est a prædominio aereum, ac terreum; sed in quo cum multo aeris excessu pauca terra comperitur; vt ea ratio conuincit, qua videmus flammam & fumum ascendere sursum, non obstante telluris propensione ac impetu ad locum inferiorem: Quare flamma cum aere multo paucam terram permistam obtinens, ab hac densitatem nanciscitur, qua visum terminet; ab illo multo splendorem illustriorem. Sed in carbone viciſſim exiguus aer est, terra vero plurimum excedens; cuius excessu nimio sicuti maiorem densitatem in pruna, quam in flamma parit; ita splendorem ignis obscurat, & impurat; quod terra de se fusca sit, & obscuritatem efficiat in misto. Dubio procul ignis hic apud nos detinetur ob participationem elementi grauis, quo densitatem obtinet, qua splendet visibilis; at in sua sphæra purus nihil habet substantiæ grauis, a qua sola nascitur densitas; raritas vero, & densitas essentialia non sunt igni, sed accidentialia quædam attributa, quę singula possunt adesse igni, & ab eo abesse, præter illius corruptionem: Quare ignis apud nos ob materiæ grauis ac densæ participationem non admittit summam raritatem, quæ spoliet eum visibili splendore; sed in sua sphæra, quo nihil densum aut graue ferri potest, non admittit vllam densitatem, qua fulgeat visui, sed summam obtinet raritatem, qua visus aciem subterfugit necessario. Præterea vero possumus in igne duo considerare attributorum genera, essentialia, & accidentalia: profecto quoad essentialia ignis in sua sphæra obtinet esse perfectius quam

[f] 1. de gen. t. 28.

in

in alio loco quoad attributa essentialia, quæ sunt caliditas, siccitas, leuitas; non autem quoad accidentalia; quæ sunt lux, atque splendor. Quæ quidem lux igni non est absolute connaturalis; quum ea careat in suo loco naturali. Perfectiua quidem qualitas ignis est splendor; sed illi accidentalis, adeoque non semper inest igni necessario. Sic omnino scientia est qualitas perfectiua mentis humanæ, non corruptiua, vt ait [f] Aristoteles; quum tamen scientia non sit connaturalis animæ, quæ tanquam [g] tabula rasa nobis inditur ab initio nostræ constitutionis; quæque maximam partem vitæ nostræ degit in [h] deceptione, ac ignorantia. Quare lux, etsi perfectiua sit qualitas ignis, non ideo connaturalis est igni, nec illi conuenit in sua sphæra necessario. Si qua vero ratione contigerit ignem in sua sphæra condensari, protinus effulgebit in corpus mire splendidum; cuiusmodi quandoque fieri noua sidera, & cometas ostendimus in opere [i] proprio. Immo si contingeret ad ignei elemẽti sphæram aliquod impelli combustibile, statim ex eo præexistens ibi nouum ignem procreabit; vt non raro fit in generatione meteororum ignitorum altissimorum. ARE. Terzo „ Se il fuoco si nutrisse, mancando il nutrimento, anch'egli morrebbe; ma noi „ l'opposto, dice egli, veggiamo; perche „ consumato tutto l'humore di vna lucerna, noi veggiamo spiccarsi la fiamma pura, e salir in alto: segno chiarissimo, ch'ella può mantenersi senza humore, che la nutrisca. Al terzo [k] rispondo, che veramente il fuoco manca, mancandoli il nutrimento, come per esperienza si vede; & a quello, ch'egli dice, della fiamma, che in alto si alza, rispondo, che quella fiamma non è senza nutrimento, che è il fumo, che seco sale; e perche questo tosto manca; ò diuien tale, che non può la fiamma sostenere; però anche quella poco dura; come parimente si vede talhora la fiamma discendere, se a candela fumigante si accosta; perche và seguendo il fumo, che dalla candela deriua. ideſt: *Tertio, si ignis aleretur, deficiente alimento, & ipse deficeret; sed nos oppositum, ait ille, videmus; quia consumpto toto humore lucernæ, conspicimus inde segregari flammam puram, & in altum scandere; signum euidentissimum, ipsam seruari posse sine humore, quo nutriatur. Ad quod respondeo, vere ignem deficere, dum ei deficit alimentum, vt experientia conspicitur. Et ad obiectionem flammæ, quam ait in altum scandere, respondeo illam flammam non esse sine nutrimento, quod est fumus, qui secum ascendit; & quia iste cito deficit, aut euadit eiusmodi, vt nequeat flammam sustinere, proinde quoque illa parum durat: sicuti pariter aliquando videtur flamma descendere, si ad candelam fumantem appropinquat; quia fumum sequitur, a candela deriuantem.* LIC. Nihil alitur sui substantia, sed semper alimentum distinctum quid est a substantia rei quam nutrit; nam in eam nutritione commutatur; nihil autem in seipsum mutari potest; quum itaque fumus sit flammæ substantia; nam Aristoteli definitur [l] flamma esse fumus ardens; *Confessa autem*, inquit, *& sensui ignis generatio; maxime enim ignis flamma: hæc autem est fumus ardens: fumus autem ex aere, & terra.* Quare si flamma nutriretur, non fumo, quo constituitur, sed humido aqueo rei combustibilis, qua in fumum vertitur, aleretur. Flamma vero superior fumigantem inferiorem lucernam accendit, non quia vetus ignis per fumum descẽdat ad lucernam; sed quia nouum semper ignem generat ex ascendente fumo; licet sensui videatur descendere, non alius & alius ignis fieri; quam theoriam expressam habemus ab Aristotele scribente, [m] *Dubitabit enim aliquis, vtrum veluti quæ sub lucernis posita exhalatio a superiori flamma accendit inferiorem lucernam: (mirabilis enim & huius velocitas est, & similis proiectioni, sed non vt alius, & alius fiat ignis:) an proiectiones eiusdem corporis sunt discursus. Videtur itaque propter ambo; etenim sic, vt quæ a lucerna fit: & quædam, quia expelluntur, proiiciuntur.* Quum inferius asseueret: [n] *Flamma enim propter continuum humidum, & siccum, quæ permutantur, fit, & non alitur: non enim eadem existens permanet vllo tempore, vt ita dicam.* & alibi: [o] *Ignis autem perseuerat semper fiens, & fluens, sicut fluuius: sed latet propter velocitatem.* Quæ duo loca tollunt plurimas instantias Aresianas. Præterea

[f] 2. de an. t. 57.
[g] 3. de an. t. 14.
[h] 2. de an. t. 151.
[i] 3. de nou. astr. & com. c. 12.
[k] nu. 41.
[l] 2. de gen. t. 28.
[m] 1. meteo. tra. 2. c. 1.
[n] 2. meteo. su. 1. c. 2.
[o] de iuu. & sen. c. 3.

rea quomodo possit ignis descendere, qui leuissimus est, nullius omnino particeps grauitatis; cuius vnius proprium est descendere? An dicet, ad alimentum descendere? proprium est animalium ad alimentum progredi: plantæ nutrimento indigentes, ad illud non descendunt; sed ipsum e terra sursum attrahunt ad sua cacumina nutrienda; quomodo ergo flamma, quæ viuens non est vllo modo, nec alitur propria nutritione descendet ad nutrimentum inferiore loco seruatum? nullatenus.

» A.R E. Quarto, Nessuno de gli altri
» elementi ha bisogno di cibo; adunque
» nè anche il fuoco, il quale è molto più
» nobile di loro. Al quarto rispondo,
» attribuirsi la nutritione al fuoco, non
» perche egli sia più ignobile de gli altri
» elementi; ma perche è più nobile, e si
» auicina più alla natura de' viuenti, de'
» quali è propria la nutritione; & ha tan-
» te altre conditioni diuerse da gli altri
» elementi, che non è marauiglia, che
» anche in questo del nutrirsi sia da loro
» diuerso. Et se dirai, i misti sono più
» nobili del fuoco, e pur non si nutrisco-
» no: Rispondo, ne' misti predominar
» gli altri elementi; e però seguir la natu-
» ra loro di non nutrirsi; la doue se misto
» vi è, in cui il fuoco predomini; anch'
» egli alla maniera di lui haurà bisogno
» di nutrimento; e cosi i misti, ne' quali
» gli altri elementi predominano, sono
» in parte di lui più ignobili. hoc est:
» *Quarto, Nullum aliorum elementorum in-*
» *diget pabulo; igitur nec etiam ignis; qui*
» *multo nobilior est illis. Ad quod respon-*
» *deo, attribui nutritionem igni, non quia*
» *ille sit ignobilior alijs elementis; sed quia*
» *nobilior est, & magis accedit ad naturam*
» *viuentium; quorum propria est nutritio: &*
» *obtinet ignis tot alias conditiones diuersas*
» *ab alijs elementis, vt mirum non sit in hoc*
» *etiam nutritionis attributo differre ab illis.*
» *Et si dicens, mista sunt igne nobiliora, quæ*
» *tamen non aluntur. Respondeo, in mistis*
» *prædominari alia elementa; & ideo sequi*
» *naturam eorum, quæ non nutriuntur. Et*
» *si mistum reperitur, in quo prædominetur*
» *ignis; & ipsum ad instar ignis indigebit ali-*
» *mento; & ita mista, in quibus alia ele-*
» *menta prædominantur, sunt ex parte igne*
» *ignobiliora.* LIC. Nutritio semper arguit ignobilitatem quandam propriã, ex qua deprompsi meum argumentum, quam non attingit obiectio viri Cl. non enim de quacumque nobilitate tractaui, sed de illa solum, quæ nutricationem respicit, ac excludit; profecto triplex ignobilitas inest ijs, quæ nutricationis indigent; vna quidem est, quia sibimetipsis non sufficiunt ad esse, sed alijs indigent, ab alijsq. dependent: quis autẽ ignorat, nobilius esse non indigere alio, nec ab alio dependere, sibique metipsi sufficere; quam alimentis indigere? Altera ignobilitas essentialis eorum, quæ nutrimentis indigent, est, quia nutritio data est ad retardandam humidi radicalis consumptionem a calore, vel etiam si placet ad restaurationem eius substantiæ, quæ defluxit ex alendo corpore, ac ipsi necessaria est ad proprias operationes suas rite obeundas, cui vero deficit substantia ad recte operandum, non ne imperfectum est, & habet ideo notam ignobilitatis? Tertia demum imperfectio, & ignobilitas in ijs, quæ nutriuntur, essentialis est; quia nutritio data fuit ab initio singulis animatis, vt augerentur, & augmento iustam organorum magnitudinem sibi cõpararent, & semen prolificum gignerent, ad speciei perennitatem conseruandam per sobolis propagationem; quod aperte nos docuit [p] Aristoteles inquiens: *Nutritiuam igitur animam necesse est habere omne, quodcumque viuit, & animam habet, a generatione vsque ad corruptionem. Necesse est enim, quod genitum est, augmentum habere, & statum, & decrementum: hæc autem sine alimento est impossibile. Necesse est igitur inesse nutritiuam potentiam in omnibus, quæ augmentantur, & diminuuntur.* & multo prius: [q] *Quare primum de alimento, & generatione dicendum est. Vegetatiua enim anima & alijs inest, & prima, & maxime communis potentia est animæ, secundum quam inest ipsum viuere omnibus. Cuius sunt opera generare, & alimento vti. Nãturalissimum enim operum, quæ in viuentibus, quæcumque perfecta, & non mutilata sunt, aut generationem spontaneam habent, est facere aliud quale ipsum: animal quidem animal, plantam autem plantam, vt ipso semper, & diuino participent, secundum quod possunt. Omnia enim illud appetunt, & illius gratia agunt omnia, quæ-*

[p] 3. de an. t. 59.

[q] 2. de an. t. 34.

quæcunque agunt secundum naturam. A Ex quibus luce clarius est, quod etsi viuentia sint nobiliora non viuentibus ob animæ participationem, vt ait Aristoteles, [r] nihilominus nutritio competit illis, quatenus ratione corporis obtinent multiplicem imperfectionem enarratam nimirum deperditionem celerem substantiæ, partium organicarum exilitatem ineptam ad vitæ functiones recte peragendas; quas initio statim ab ortu promouere nequeunt apte. Quum autem ignis operationes proprię duę sint, B Aristotele [s] doctore, sursum ascendere, ob leuitatem, & vrere, nouumque ignem procreare: nec ignis habeat aliquid in se quod ipsius substantiam absumat; propterea ignis & ratione corporis est simplicissimus, purissimus, nobilissimus omnium elementorum; nec indiget alimento, quo vel humidi radicalis consumptio retardetur; quum nihil in se retineat humidi radicalis: vel eius deperdita substantia restauretur; quum nihil perdiderit: vel acquirat per augmentum debitam corporis molem ad suas operationes recte obeũdas; quum minima quæuis etiam scintilla ignis in ortu suo statim ascendat sursum, & vrat, ignemque nouum facillime generet ex pyrio puluere, ac alia quælibet materia combustibili vltimo ad ignem concipiendum disposita; Quod edocet Aristoteles inquiens: [t] *Similiter autem hæc se habent & in physicis; frigidum enim potentia calidum est; quum autem fuerit mutatum, iam ignis est; vrit autem, nisi quid prohibeat, & impediat. Similiter autem se habet & circa graue, & leue: leue enim fit ex graui, vt ex aqua aer: hoc enim potentia primum, & iam leue est, & operabitur confestim, nisi quid prohibeat: actus autem ipsius leuis est alicubi esse, & sursum*, &c. Quum igitur similiter atomus terræ, & aquę gutta, & aeris exilima portio suam naturam integram obtineant singula, qua possunt etsi pusilla proprias operationes obire, vt ignis fauilla; iam singula nullius alimenti, nutritionis, & augmentationis indigent; ac multo magis id competit igni, qui simpliciorem ac puriorem alijs naturam obtinet, ob sui summam actiuitatem aliena cuncta sibi permista consumentem; quum alia sint minus sincera, vt ait Aristoteles: [u] *Et extrema quidem, & sincera, ignis, & terra: media autem, & mista magis, aqua, & aer.* Quin & ignis terra sincerior est, eo etiã nomine, quo non potest illuc ascendere quidquam aliqua ratione particeps grauitatis; quum in locum terræ facile descendat aqua, doctore [x] Philosopho. Sic igitur alijs elementis nobilior est ignis, & illis minus indiget nutritionis; qua quum cetera careant, ignem eius immunem esse necesse est. Ex habitis aperte constat, alitionem viuentibus non esse necessariam propter sui nobilitatem, quam obtinent ab anima; sed ob ignobilitatem ac imperfectionem sui corporis, quod in exili mole ac infirmitate membrorum non possunt proprias operationes obire: Ignem vero, & elementa cetera non indigere nutritionis & alimenti, quia suas functiones obeunt perfecte, quantulamcunque molem sui corporis habuerint: & hac ratione, deducta ex corporis mole perfecta, nobiliora esse viuentibus elementa, quæ nutritionis indigent ob ternas imperfectiones corporis proprij superius explicatas; quarum nulla est in elementis, & speciatim in igne. Quin etsi differat ignis ab alijs elementis penes multas alias conditiones, quarum causas habet, quæ non inueniuntur in ceteris elementis; carentiæ tamen alimenti causa dependens ex perfectione corporis sufficientis ad operandum in quãtulacumque mole, communis est igni pariter, & alijs elementis, vt visum est, magisque competit ista perfectio igni, quam alijs; vnde si cetera sine nutrimento consistunt; igni pariter ista conditio conuenire debet. De mistis inanimatis quod additur: nec ego dixero esse nobiliora igne, quantum ad propositas perfectiones attinet, quia suas operationes obeunt etiam in quantulacumque mole. Nec in *ijs* omnibus prædominantur alia elementa; nam exhalatio sursum de se scandens, a prædominio ignea est, quæ tamen nullo modo nutritur. Neque mista secundum prædominium aquea, vt [y] metalla, & terrea, vti sunt lapides, & alia fossilia, carent in terræ visceribus adulterina quadam nutritione, per iuxtapositionem nouę materiæ ad præexistentem appellata, qua iugiter augeri conspiciuntur. Sulfuris item

[r] 1. de gen. an. c. 1.
[s] 8. phys. t. 32.
[t] loc. cit.
[u] 2. de gen. t. 22.
[x] 4. cęl. t. 39.
[y] 3. meteo. tu. 3.

item ſubſtantia non alitur apud nos extra terram, quum tamen a prædominio ſit ignea; quum mirum in modum calefaciat, & ſiccet, facillimeque concipiat ignes, ac ocyſſime mutetur in ignem.

» ARE. Quinto, l'alimento conſerua
» le coſe nutrite, & accreſce loro le for-
» ze; ma l'humore, che ſi dice eſſere nu-
» trimento del fuoco, gli è contrario; on-
» de ſouente l'eſtingue; altre volte lo de-
» bilita; e non pure non aiuta le ſue ope-
» rationi, ma anche le impediſce; poiche
» non lo laſcia ſalire alla ſua ſfera, con-
» forme alla ſua naturale inclinatione;
[z]num.40. » adunque non è ſuo nutrimento. [z] Al
» quinto riſpondo auuenir al fuoco col
» ſuo nutrimento quello, che parimente
» auuiene a gli animali; a' quali ſe il nu-
» trimento è ſouerchio, ò non bene ap-
» plicato, cagiona infermità, e morte; e
» coſi dico, che l'humido proportionato
» alle forze del fuoco, e debitamente ap-
» plicato non lo ſoffocherà mai, nè ren-
» derà più debole; ma in ſouerchia quan-
» tità, e non conueneuolmente applica-
» to, non è merauiglia, che lo danneggi,
» e ſoffochi. hoc eſt: *Quinto, alimentum*
» *conſeruat res nutritas, & auget earum vi-*
» *res; at humor, qui dicitur eſſe nutrimentum*
» *ignis, ipſi contrarius eſt; vnde ſæpius ipſum*
» *extinguit, alias ipſum debilitat; & non*
» *adiuuat ipſius operationes, verum etiam il-*
» *las impedit; quia non permittit illum aſcen-*
» *dere ad ſuam ſphæram, iuxta ſuam natu-*
» *ralem inclinationem; ergo non eſt ipſius ali-*
» *mentum. Ad hoc reſpondeo contingere igni*
» *ex ſuo nutrimento, quod pariter euenit ani-*
» *malibus; quibus ſi nutrimentum nimium*
» *eſt, vel non bene applicatum, affert infirmi-*
» *tates, & mortem: & ita dico, humidum pro-*
» *portionatum viribus ignis, & debite appli-*
» *catum, nunquam ipſum ſuffocabit, neque*
» *debiliorem reddet; ſed in nimia quantitate,*
» *& non conuenienter applicatum, mirum*
» *non eſt igni obeſſe, ac illum ſuffocare.*

LIC. Profecto valde mutilam, & diuerſam huiuſmodi meam rationem attulit Vir Cl. allatæque ſuam reſponſionem adhibuit, quæ nullatenus meæ rationi congruit; argumẽtum vero meum tale legitur in opere meo de Lucernis,

[a] lib.3.c.18. [a] *Præterea vero alimentum conſeruat ea, quæ nutriuntur, eorundemque vires auget, ſubſtantiamque perficit ad ſua ipſius opera recte obeunda; vt monet* [b] *Ariſtoteles, e con-*

[b] 2.de an. t.47.48. 3.de an. t.59.

A *tra humor vim caloris eneruat, cuius eſt lima ſiccitas: igniumque naturam labefactat, cui eſt ſumme contrarius: & ſuo lentore flammæ alligatus humor illam vi deorſum hic apud nos in Lucernis detinet, ac impedit quominus ea expedite ſurſum ad proprias ſedes euolans aſcendat: Quare humor in Lucernis non eſt veluti nutrimentum flammulæ.* Vnde non poſui humidum igni obeſſe multitudine ſua illum ſuffocans, ſed eſſentiali forma ſua,
B quum calor ſiccitate acuatur, humiditate retundatur: nec de mala applicatione verba feci, ſed de lentore, quo humidum impedit ne ſurſum euolet ignis ad ſuas proprias ſedes. Deinde reſpondens non bene comparat ignem cum animalibus erga ſuum alimentum in propoſito Vir Cl. primo quidem, quia calor naturalis animalium igneus non eſt, ſed naturam obtinuit humidam; vnde poteſt humido nutrimento
C conſeruari, tanquam re ſibi conſimili; ſed igneus calor ſiccus eſt, ſiccitateque nititur ſibi conſubſtantiali, ſine qua conſiſtere non poteſt; adeoque contrariam habet humiditatem, a qua extinguitur, aut labefactatur ſaltem neceſſario ſemper, etſi non ponatur in ſuperexcedenti quantitate. Naturalem vero caliditatem animalium non eſſe ſiccam, aut igneam, ſed humidam, mille locis cum vniuerſa Medicorum ſchola fatetur Galenus; id ipſum edocuit Ari-
D ſtoteles, tum aſſerens: [c] *Ineſt enim in ſemine omnium, quod facit vt fecunda ſint ſemina, videlicet quod calor vocatur: idque non ignis, non talis facultas aliqua eſt; ſed ſpiritus, qui in ſemine ſpumoſoque corpore continetur*; modo calor halituoſus in ſpumoſo corpore contentus, humidus eſt, non ſiccus, vt igneus: tum dicens: [d] *Oportet autem accipere, quod animal eſt natura humidum & calidum, & ipſum viuere tale.* Sic igitur alimentum,
E qua humidum, non eſt contrarium calori natiuo viuentium, ſed illi ſimile; quare ipſum conſeruat & vegetat: ſed lucernæ flammę ignis eſt natura ſua calidus & ſiccus; cui humor eſſentialiter contrarius eſt, & ſemper ipſum hebetat, ac eneruat formaliter; etſi potentior caliditatis actiuitas eludat actionem debiliorem humoris plerumque. Deinde vero calor animalium ſi comparan-

[c] 2.de gen. an.c.3.

[d] de long. & bre.vit.c.3.

dus

dus est igni, non naturalis accipiendus A est ille mitis atque blandus calor, quem humidum esse cognouimus; sed febrilis, quem & [e] Galenus, & [f] Auicennas definiũt igneum esse; quum ille febrim statuat esse conuersionem natiuæ caliditatis ad igneam; iste constituat, febrem esse calorem extraneum, accensum in corde, & procedentem ab eo mediantibus spiritibus & sanguine, per venas & arterias in totum corpus: & inflammari in ea inflammatione, quæ B nocet operationibus naturalibus. Quare calor animalium igni flammæ comparatus, est febrilis. At vero febrilem hunc animalium calorem humido victu extingui, non quantitate nimio, sed proportionato viribus ægri, & bene applicato, docet Hippocrates [g] inquiens: *Victus humidus febricitantibus omnibus confert*; ijs extinguendo febrem, non quidem copia superexcedente, quia illos enecaret suffocans; neque mala preparatione, & praua applicatione; quia cruditates, excrementitios humores pareret, & morbum adaugeret; & mortem etiam afferret; quum alibi doceat Hippocrates [h] intempestiuo tempore cœnam assumptam interemisse morbo laborantem: sed victus humidus in quãtitate debita sumptus, & bene applicatus extinguit sola sui qualitate humoris igneum calorem febris, qui siccus est; nam humiditas & per se contrariam siccitatem tollit, & hebetat aciem caloris D ignei, quem siccitas acuerat. Si vero quandoque Galenus, & Aristoteles animantium calorem erga nutrimenta compararunt igni lucernæ erga oleum, id exempli gratia fecerunt, & cum vulgo spuriam atque metaphoricam alitionem quandam igni tribuerunt; nec in exemplis veritas habetur, sed solum rei declaratio quædam, quæ per falsa etiam exempla potest haberi; sicuti constat ex Aristotele [i] *canem ex equo fieri* adducente in exemplum. Nos autem hic E argumenta conuincentia tractamus, non exempla patefacientia; quibus nullam vel infirmissimam inesse vim probationis obseruat [k] Themistius. Sed & quis non videt ignem ardentis lucernæ magis apte referre calorem ardentis febris, quam mitem & suauem natiuum? ARE. Sesto, [l] ciò che si

[e] 1.aph.14. & seqq.
[f] 14.c.1.
[g] 1.aph.16.
[h] 6.epid.
[i] 1.phy.t.76.
[k] 1.de an. c.24.
[l] num.35.

nutrisce, si conserua nel suo essere indiuiduale, & è l'istesso auanti, e dopò la Nutritione; ma il fuoco non si conserua mai il medesimo, essendo che, come insegna Aristotele 1. de gen. t. 33. 35. il fuoco è a guisa di vn fiume, che sempre scorre; e la fiamma della lucerna continuamente di nuouo si genera; onde molto bene disse Teofrasto, lib. de Igne, che il fuoco more nel suo natale. Al che rispondo, ciò, che propriamente si nutrisce, douer mantenere l'essere suo proprio indiuiduale; ma non esser ciò necessario a quelle cose, che impropriamente si nutriscono, come il fuoco. Appresso rispondo, Non esser sempre vero, che il fuoco non si mantenga il medesimo. E' vero nella fiamma, perche il fumo, che la mantiene, è sempre diuerso; quantunque per vn poco, anche in lui si può dire, che la fiamma si conserui; ma perche questo tempo è breuissimo, meritamente si dice, che la C fiamma non si conserua l'istessa; cosi succedendo vna fiamma all'altra, come vna parte del fumo all'altra parte succede. Non è all'incontro ciò vero ne' carboni, e nel ferro; perche se in questi si estinguesse vna volta il fuoco, chi sarebbe, che di nuouo ve l'accendesse? insin dunque che egli vi dura, l'istesso si de dir sempre. Non ha dunque forza contra di noi quest'argomento; ma si bene contra di lui; perche se la fiamma della lucerna non è la medesima, come dunque dice egli, che è ritenuta, che nõ voli alla sua sfera? se fosse ritenuta, certamente non scorrerebbe via a guisa di fiume. Poi, se nuoua fiamma si genera, adunque nuouamente alcuna altra sostanza si corrumpe, non dandosi generatione senza corruttione; adunque non sarà necessario, che si consumi l'olio, da cui questa nuoua fiamma si genera; si che non poteua egli addur cosa, che fosse più contraria alla sua opinione. idest: *Sexto, quod alitur, conseruatur in suo esse indiuiduali, & est idem ante & post nutritionem: sed ignis non conseruatur vnquam idem; quum, vt docet Aristoteles* 1. *de gen. t.* 33. 35. *ignis est ad instar fluuij, qui semper fluit; & flamma lucernæ continue denuo generatur: vnde perbene dixit Teophrastus, lib. de Igne, ignem interire in suo natali. Ad quod ar-*

„ *gumentum respondeo; Id, quod proprie nu-*
„ *tritur, debere conseruare proprium esse in-*
„ *diuiduale; sed hoc non esse necessarium il-*
„ *lis, quæ nutriuntur improprie, vti est ignis.*
„ *Insuper respondeo, non esse semper verum,*
„ *ignem non permanere eundem numero: Id*
„ *verum est in flamma, quia fumus, qui eam*
„ *seruat, semper est diuersus; etiamsi pauli-*
„ *sper etiam in eo dici queat, flammam con-*
„ *seruari; sed quia tempus hoc breuissimum*
„ *est; merito dicitur, flammam non conser-*
„ *uari eandem numero; ita succedente una*
„ *flamma alteri, sicut vna pars fumi succe-*
„ *dit alteri parti. Non est ex aduerso id ve-*
„ *rum in carbonibus, & in ferro; quia si in*
„ *istis extingueretur semel ignis, quid ipsum*
„ *in ipsis accenderet iterum? quousque igi-*
„ *tur ignis in ijs adest, idem dici debet sem-*
„ *per. Non habet ergo vim contra nos hoc*
„ *argumentum: sed vere contra Licetum;*
„ *quia si flamma lucernæ non est eadem; quo-*
„ *modo igitur ait ipse, illam detineri quo mi-*
„ *nus volet ad suam sphæram? si detinere-*
„ *tur, certe non effflueret inde ad instar fluuij.*
„ *Postea, si noua flamma generatur; ergo de*
„ *nouo quæpiam alia substantia corrumpitur;*
„ *quum generatio non detur sine corruptio-*
„ *ne; igitur non erit necessarium, absumi*
„ *oleum, ex quo ista noua flamma generatur:*
„ *Quare non poterat ipse rem adducere,*
„ *quæ magis esset contraria suæ opinioni.*

LIC. Aristotelem ego laudaui primi dogmatis autorem 1. de gen. & corr. t. 33. 35. vbi docet, quod alitur, idem numero permanere toto tempore nutritionis: non autem secundi, quo dicitur, Ignem semper nouum ex humore fieri, ac fluere, veluti fluuius; nam notaui dogma id alio loco poni, lib. de iuu. & sen. c. 3. Circa primam responsionem, accipientes, quæ proprie nutriuntur, eadem numero permanere toto tempore nutritionis: negamus id etiam conuenire non debere ijs, quæ minus proprie nutriuntur, sicut ignis improprie nutriri dicitur; etenim alimenti proprium est conseruare substantiam eius, quod alitur; dicente Philosopho:

[m] 2. de an. t. 47. [m] *Alimentum conseruat substantiam: & eousque est, quousque alitur.* & mox.

[n] tex. 48. [n] *Quare huiusmodi animæ principium potentia est talis, vt conseruet habens ipsam, secundum quod est huiusmodi. Alimentum autem præparat ad operandum. vnde priuatum alimento non potest esse.*

A Nutritio vero improprie licet non sit vera conuersio nutrimenti in substantiam viuentem præexistentem, sicut est proprie dicta nutritio, tamen non conuenit nisi rei permanenti toto tempore nutritionis illius: Ita sane lapides, & metalla metaphorice nutriri dicuntur & augeri intra terræ sinum, quia nutriuntur non per conuersionem alimenti, sed per iuxtapositionem nouæ materiæ ad præexistentem; in qua nutritione spuria, & impropria, quis neget
B lapides, & metalla, quibus illa nutricatio, & augmentatio conceditur, esse suum indiuiduale sibi conseruare toto tempore sui nutricatus, & augmenti? sic igni si conueniret improprie dicta nutricatio, deberet idem numero conseruari toto tempore talis nutritionis. Quod attinet ad secundam responsionem, qua concedit flammam non eandem numero permanere, nisi breuissimo, ac fere momentaneo spacio tem-
C poris; verum hoc de prunis, & ferro candente dici non posse; quia semel extincta pruna, nil adesset, quod illico illam accenderet: Nobis primum hoc de flamma sufficit, qui de lucernæ flamma rationem contexuimus, non autem de ferro candente, neque de carbonibus ardentibus. Deinde vero dicendum idem est omnino de igne tam in ferro, quam in carbone, licet sensui non ita sit euidens eius continuus fluxus, &
D ortus, vt in flamma; si quidem in carbone, ac in ferro paucus admodum est humor, & ita prædominanti terræ permistus, vt inde nonnisi tenuissimus, ac inadspectabilis fumus halet; halat attamen semper, qui vicinum aerem collustret in tenebris aliquantulum; semperque defluat ignis ex eo misto, nouusq. semper fiat ex halituosa substantia in ferro, carboneque contenta; quæ tandem victa non potest ignem amplius
E retinere ignem, sed illũ permittit ascendere; quocirca deniq; carbones abeunt in cineres absque succo non amplius ignibiles, & ferrum absumpta tota penitus humiditate degenerat in scoriam itidem igniri nequeuntem. Quod si superius euolato igne quidpiam humidi remanent in carbone, ferrove; denuo poterit igniri, sed sensim sine sensu consumens humiditatem illam ascendit, vt

flam-

flamma; sed non conspicue, vt flamma. A Quod autem insuper obijcit mihi, theoriam istam opinioni meæ refragari; quia si flamma lucernæ non est eadem; quomodo inquit retinebitur ab humido, ne sursum euolet? facile tollitur, quia retinetur eo pauco tempore, quo degit assidue fluens; nec enim momento nata volat: & quia retinetur series flammularum sibiinuicem assidue succedẽtium; ita prorsus argines fluuium retinent, ne feratur extra suum alueum in campos, B etiamsi semper aqua fluat, nec vnquam eandem numero partem aquę tangant, & retineant eædem partes arginum. Quin oleum lentore suo volantem ignem tangens, in eo contactu materiam illi fugienti præbet, ex qua nouum ignem sibi similem assidue deinceps per successionem generet; ac ita retinet ignem eundem specie semper. Quod si flatu sufflantis flamma sursum inhians & ascendens auellatur a contactu succedentis olei, lucerna penitus extinguitur. Itaque liquor olei visciditate sua volantem flammam exilimo tempore secundum sui partem retinens in lucerna, suggerensque volanti continuam materiam successiue semper, ex qua nouam flammam eiusdem speciei producat, illi priori continuam, recte dicitur detinere flammam apud nos, ne tota simul quoad omnes sui partes euolet; detinet enim flammam eandem specie, si non eandem numero diu, continua D generatione continuans vnam alteræ flammæ immediate succedenti; quod apertissime nos edocet Aristoteles inquiens, vt antea notaui: [o] *Flamma enim propter continuum humidum, & siccum, quæ permutantur, fit, & non alitur; non enim eadem existens permanet vllo tempore, vt ita dicam*; sed permanet in lucerna diu flamma eadem secundum speciem, semper noua exoriente, in locum euolantis, propter humidum combustibile continuum sicco igneo, quo permutatur in ignem nouum continue E succedentem veteri volanti sursum.

[o] 2. meteor. tu. 1. c. 2.

» ARE. Settimo, Vi sono molte cose, » le quali conseruano il fuoco senza consumarsi, come fra le altre l'oro, e la tela, che si forma dalla pietra asbesto, la » quale nel fuoco si purifica, e senza consumarsi si accende; l'istesso può dir-

si di molte altre pietre. Senza nutrimento dunque può conseruarsi il fuoco. E se gli dimandi, a che serue dunque l'olio nelle lucerne, se di lui non si nutrisce il fuoco; e come si consuma? Risponde, che il fuoco cerca sempre di salir in alto alla sua sfera; ma che l'olio colla sua viscosità lo trattiene; e che il fuoco per liberarsi da questo impaccio, l'abbrucia, e lo consuma; e finito che ha di consumarlo, a guisa di vcello, che habbia rotto i legami, se ne vola in alto; benche poi sia dall'aria fredda & humida combattuto, e morto prima che arriui alla sua sfera; e se da noi non si vede, è perche libero da' legami, egli si fa raro, e diuenta inuisibile. Al che rispondo, non voler io negare, che vi siano delle cose, che resistono al fuoco, e non siano da lui consumate; ancora che molto difficile sia il ritrouarle; ma queste tali cose, dirò io, ne anche potranno riceuer il fuoco, nè infiammarsi, C non che mantenerlo. La cenere resiste valorosamente al fuoco; ma chi ha mai veduto cenere accesa, e fiammeggiante di fuoco? mercè, che oue egli non ritroua nutrimento, non può appigliarsi; e l'istesso potrà dirsi del Diamante, e della pietra asbesto; se pur è vero, che resista al fuoco. Ma le tele di questa pietra s'infiammano, e si nettano nel fuoco: Rispondo, che in tanto vi si attaccherà il fuoco, in quanto saranno vnte, ò asperse di qualche altra D humidità simile; e questa consumata, non si vederà più fiamma in loro; come auuiene ne i lini bagnati di acqua vita, che sia fina. Ma se ho a dire quello che ne sento, io stimo, che nè questa pietra, nè l'oro, nè il Diamante siano inuincibili dal fuoco. Dell'oro io ho inteso da persone pratichissime, che sempre nel fuoco scema alquanto di peso; e cosi credo che, se la pietra asbesto, e molto più il lino, ò la tela di lui E formata, & il Diamante stessero lungo tempo in vna fornace ardente, non ne vscirebbero, quali vi entrarono. Dicosi dunque resister al fuoco, come parimente si dice della Salamandra, perche per alquanto tempo non si lasciano da lui vincere; non perche alla fine non la perdano. Ma ancora che fussero affatto inuincibili, non ne se-

» gue, come detto habbiamo, alcuna co-
» sa contra di noi. hoc est: *Septimo, multa sunt, quæ conseruant ignem in se sine sui consumptione; vt inter alia, aurum, ac tela, quæ formatur ex lapide asbesto; quæ in igne purificatur, & absque sui consumptione, accenditur. Idem dici potest de multis alijs lapidibus. Igitur absque nutrimento potest ignis conseruari. Sique Licetum interroges, Ad quid ergo seruit oleum in lucernis, si eo non alitur ignis: & cur absumitur? Respondet, ignem quærere semper in altum ascendere ad suam sphæram; sed ab olei visciditate retineri; & ignem, vt ab hoc vinculo liberetur, ipsum adurere; terminataque consumptione olei, ad instar auis post vincula disrupta, in altum volare; licet postea ab aere frigido & humido extinguatur priusquam ad suam sphæram perueniat: sique non cernitur a nobis, id accidit, quia ignis solutus a vinculis rarescit, & euadit inuisibilis. Ad hoc septimum argumentum respondeo, Nolle me negare, reperiri res igni resistentes, quæ non absumantur ab eo; licet perdifficile sit, eas inuenire. Sed huiusmodi res, aicam ego, neque poterunt ignem suscipere, neque inflammari, nedum ignem in se conseruare. Cinis resistit igni valide; sed quis vnquam vidit cinerem accensum, & flammeum igne? id fit, quia ignis ea non potest apprehendere, in quibus non inuenit alimentum. Idem dici poterit de Adamante, ac de lapide asbesto; si tamen verum est, hæc igni resistere. Sed telæ ex hac petra inflammantur, & purgantur igne: Respondeo, eatenus illis ignem applicatum iri, quatenus erunt vnctæ, vel aspersæ quapiam alia humiditate simili; & ea consumpta, non amplius in illis flamma videbitur, sicut accidit linteis aqua vitæ perfectiori madidis. Sed si debeo meum sensum referre, censeo nec istam petram, nec aurum, nec Adamantem habere naturam inuincibilem ab igne. De auro audiui a peritissimis ipsum semper imminui aliquantum pondere: & ita credo, quod si lapis asbestus, & adhuc magis linum, vel tela, ex eo formata, & Adamas manerent diutius in ardente fornace, non exirent ex ea, tanti ponderis, quanti eam ingressa fuerint. Dicuntur ergo resistere igni, sicuti pariter dicitur de Salamandra; quia per aliquantum temporis non sinunt se ab illo vinci, non quia tandem non superentur. Sed etiamsi forent omnino hæc ab igne insuperabilia; non inde sequitur, vt diximus, aliquid contra nos.**

A

LIC. Res aliquæ si sunt, quæ concipiant ignem in se, nec ab eo consumuntur; iam plane constabit, ignem alimento non egere: Res autem eiusmodi multas esse [p] probaui, aurum, adamantem, asbestum, amiantum, carpasium linum, & inde confectas telas, & herbas aliquot ex obseruatione Scriptorũ insignium inter Classicos. Quod in oppositũ adducitur primũ de cinere, qui negatur accendi, & inflammari: nihil nos turbat, tum quia cinerem non adduximus in argumentum: tum quia gratia disputationis si spectetur intime cinis super pruna, spectabitur accensus & inflammatus aliquantisper; tum quia cinis ignitus tactui sentietur; aduret enim digitum etiam a pruna statim illapsus in manum; an erit ille calor cineris volam manus adurens absque igne: tum quia legisse poterat apud Paulaniam, & apud Cardanum Aresius, igniri, & ignire cinerem; scribit enim Pausanias in Eliacis Prioribus: *Sunt in Lydis, qui Persici cognomine vocantur, Vrbes Hierocæsarea, & Hypæpa. In templo vtriusque Vrbis amplissimo, cellæ cum aris: super his cinis alio longe colore a vulgari cinere* (nimirum ardens & accensus) *Huc ingressus magus, vbi foco aridis lignis impositis, tiara caput velarit, inuocat Deum nescio quem: ex libro enim carmen recitat barbaricum, lingua plane ignota Græcis.* Vbi perorauit, *Sponte sua e lignis, nullo igne admoto, purissima emicat flamma.* Cardanus autem in suis Subtilitatibus [q] de proposito scribit: *Vidit &* Pausanias *in Hypæpis Hierocæsareaq. Lydiæ vrbibus, cinerem in ara, non alij colore similem, qui cum barbaricis precibus effusis, aridorum lignorum strue super condita, flammam semper emitteret, lignaque superimposita absumeret. Potuit primum id multis modis dolo fieri: vel si ara caluerit, aut si inspuerit: non ne calx aqua accenditur? & nos lapidem infra fabricare docebimus, qui humido quocumque accenditur. Quid aliud maius argumentum, quod vis in cinere esset potius, quam in verbis, color cineris a cinere alienus? Quum tot modis præstigias has facere liceat, non est quod laborem: nam & in cinere latere potuit ignis, velut in fuligine solet, quum exiguus est.* Sed quum

B

C

D

E

[p] 2. de Lucer. c. 14.

Cinerem accendi, & inflammari posse.

[q] lib. 18.

calx,

calx, quæ nihil eſt aliud quam cinis, in quem abijt lapis combuſtus, aquis, & ſputo ſtatim accendatur in flammas; quid negat Areſius abſolute, cinerem accendi? dum quærit, quis vnquam vidit cinerem accenſum? iam ego Pauſaniam affero, qui cinerem longe alio colore a vulgari cinere dicit extitiſſe in templis Lydiæ, quo ligna ſuperimpoſita cremarentur: is autem fuit ignis accenſus, non extinctus, vt vulgaris cinis albicans: Nec accenſus ille cinis fuit vi magici carminis, quia colorem alium habebat a cinere vulgari, prius quam Magus carmen illud barbaricum effunderet: tum maxime quia cinis vulgaris omni penitus humore carens, nullum vere continere poteſt ignem in ſe. De asbeſto, & adamante claſſicorum plurium olim [*] allatorum affirmatio præferenda ſemper erit hæſitationi vnius Viri Cl. De tela vero carpaſij, & amiãti, ſiue asbeſti, vt facile concedam ignibus effulgere ſatis vnctam atque ſordidam, quomodo probet Vir Cl. eandem puram inter flammas non coruſcare? non ardorem concipere rutilum, ſicut aurum in crucibulo, vel fornace? ſane funditur, & emicat ignitum aurum vtrobique, ſicuti conſtat experientia quotidiana. Quod autem affert, audiſſe ſe a peritiſſimis, aurum in igne ſemper aliquid ponderis amittere, nihil officit, tum quia viceuerſa nõ ſemel audiui ab aurifice peritiſſimo aurum quidem non omnino purum igne depurari, & amittere pondus impuræ ſcoriæ, ſed obrizum, ac omnino defæcatum; nihil vnquam in fornace deperdere, vel ſi centum annos in ardentiſſima fornace, crucibulove detinearur; quod aſſeuerare ſolebat Cl. Galileus. Præterea vero, ſi carpaſium linum, aurum & id generis alia diutiſſime poſſunt ignis violentiam tolerare cum exigua ſui conſumptione; quidni liquor alius eiuſdem, conſimilisve naturæ reperiri valeat, qui diutiſſime quoque detineat ignem in lucerna cum exiguo ſui detrimento? fuit autem iſta nobis altera cauſa propoſita [ſ] longiſſimę durationis flammę lucernarum ſine noui fomitis adiectu.

[*] 3. de Luc. c. 14.

[ſ] 3. de Luc. c. 22.

Num. 36.

» A. R. E. E che il fuoco ſi diſtacchi dall'
» humido, proua egli con vn'altra eſpe-
» rienza, & è che vna candela poſta in vna gran fiamma, rimane eſtinta, il che non accade, come penſano molti, perche dalla fiamma ſia diuorato il nutrimento alla candela; eſſendo che tanto humido in quella rimane, che ſi può di nuouo accendere; ma ſi bene, perche vn ſimile tira l'altro, e la fiamma maggiore tira a ſe la minore, nella guiſa, che anche l'Eſtate l'eſterno caldo a ſe tira l'interno de gli huomini; onde auuiene che il caldo naturale in noi ha minor forza; e che l'Inuerno all'incontro ſia più gagliardo. [t] All'eſperienza della candela ſpenta da vna fiamma maggiore, ſi riſponde, eſſer vera la riſpoſta commune, che è di Ariſtotile ancora, ciò naſcere perche l'alimento di lei è conſumato da quella fiamma, che ha maggior calore, e forza: & alla ſua replica, che pur vi rimane tanta humidità nella candela, che ſi può di nuouo accendere; ſi riſponde, che non è l'humidità della candela il proſſimo nutrimento della fiamma; ma ſi bene il fumo, il quale dalla fiamma maggiore diſſeccato non più può mantenere la minore; e ſe di nuouo ſi riaccende la candela, è perche nuouo fumo eſala. id eſt: *Et ignem ſeparari ab humido, probat ipſe alio experimento, & eſt, quia candela poſita in magna flamma, remanet extincta; quod non euenit, vt multi putant, quia flamma deuoret alimentum candelæ; quum tantum humidi remaneat in ea, vt denuo poſſit accendi; ſed quia vnum ſimile trahit ad ſe aliud, & flamma maior attrahit ad ſe minorem, quomodo etiam æſtate calor externus ad ſe trahit internum hominum; vnde contingit calidum naturale in nobis minores habere vires; & hieme viceuerſa robuſtius eſſe. Ad experientiam candelæ extinctæ a maiori flamma reſpondetur, eſſe veram communem reſponſionem, quæ Ariſtotelis etiam eſt, id euenire, quia alimentum eius abſumptum eſt ab illa flamma, quæ maiorem habet caliditatem, & vim. Et ſuæ replicationi, remanere tantam humiditatem in candela, vt iterum accendi valeat: reſpondetur, non eſſe humiditatem candelæ proximum alimentum flammæ, ſed fumum; qui a maiori flamma deſiccatus, amplius nequit ſeruare minorem; & ſi rurſum reaccenditur candela, id euenit, quia nouus fumus exhalat.*

[t] Num. 46.

LIC. Profecto vulgi reſponſio com-

munis de nutrimento minoris flammæ a maiori consumpto, sicuti nihil habet subtilitatis, ita procul abest a veritate: si vero quandoque illam attulit[u] Aristoteles, dogma suum obseruauit; quo præcepit aliquando, loquendum esse vt multi loquuntur, sentiendum vt pauci: nam cum multitudine dicit humidum esse flammæ nutrimentum in problematibus, [x] & alibi; sed a semetipso sentit flammam vere non ali [y] humido, sed oriri ex illo, vt sæpe notaui. Quod autem secundo dicitur, fumum esse proximum alimentum flammæ; refragatur Aristotelis [z] decreto, quo flamma definitur esse fumus ardens, adeoque fumum esse materiam ex qua flamma constituitur, non alimentum flammæ præexistentis; alimentum enim non assumitur in definitione [a] viuentis, quod eo nutritur: an dixeris brutum perfectum esse sanguinem irrationalem: & hominem, qui pariter sanguine nutritur, esse sanguinem rationalem? nihil minus: sanguis tamen est hominis, & bruti perfectioris proximum & vltimum alimentum Aristoteli. Quod tertio dicitur, candelam iterum accendi, quia denuo fumum halat; cur in maiori flamma non ardet, in qua fumum etiam halat, qui ponitur esse nutrimentum conseruatiuum flammæ candelæ? cur maior illa flamma totum alimentum minoris non absumpsit? cur in relicto fumo conseruari nequiuit candelæ flamma? ARE. Quello poi, ch'egli dice, che vn simile tira a se l'altro simile, non è vniuersalmente vero, particolarmente ne gl'indiuidui di vna stessa spetie; che se, come egli dice, vn caldo haueſſe forza di tirar a se l'altro caldo; andando noi al fuoco, ci raffredderemmo; & accostandosi al ghiaccio, ci riscaldaremmo; il che è manifestamente falso. ideſt: *Quod ipse postea dicit, vnum simile trahere ad se aliud simile, non est vniuersaliter verum, peculiariter in indiuiduis vnius eiusdem speciei; quia si, vt ait ipse, vnum calidum haberet vim ad se trahendi aliud calidum; accedentes nos ad ignem, refrigeraremur; & accedentes ad glaciem, calefieremus; quod est manifeste falsum.* LIC. Sicuti contrariorum proprium est, vt valentius pellat, aut destruat imbecillius; ita similium ex aduerso proprium est, vt imbecillius accurrat ad robustius, & valentius attrahat ad se debilius, vel ipsum augeat; attrahat quidem, si nimium excedat, augeat autem si non sit in excessu notabili. Quæ doctrina proponitur non semel ab Aristotele, scribente perspicuis verbis in hanc sententiam: [b] *Vbi enim multum superest ignis, lucerna nequit ardere; exiguum quippe ignem multus ille ad se trahit.* & mox: [c] *Videsne lucernam, vbi multus ignis perflagrat, suam asseruare flammulam minime posse? multus enim ille exiguum ad se rapit.* Quin & meus coquus e carne thynnorum plusquam nimium salsa diebus quadragesimæ facile salem extrahit, elixans in aqua, in quam plurimum salis iniecerit. Dum vero nos ad ignem accedimus, non ideo refrigeramur, quia non in igne ponimur, nec ab eo calescimus immediate; sed ignis aerem calefacit, qui calor in aere minor est nostro, propter aeris raritatem; qualitas enim caloris in subiecto rariori minus est actuosa; quare potius calor noster ad se trahit aereum debiliorem, vnde calescimus adaucto calore nostro per adiectionem alterius; sin autem in ignem feramur, ab illius excedente calore noster euocabitur, & extincti frigidi fiemus, quod Aresius ipse notauit alibi tractans de his qui diu viuunt sine alimento. Immo si vndique flammis circumdati, calor in ambiente toto circa nos excedens nimium generetur, ab eo primum quidem intense similis in corpore nostro procreabitur; sed iste mox nostrum depopulabitur, vt a calore febrili, qui prorsus igneus est, calor noster innatus consumitur & extinguitur, vnde vel frigidi fimus innato calore plurimum eneruato, vel etiam morimur, eo penitus extincto. Dum autem ad glaciem accedimus, ideo non calescimus, quia nihil in nobis est actu frigidum eneruans innatum calorem, cuius eductione calor inualescat; sed glaciei frigiditas contrariam caliditatem nostram hebetat, ac remittit, demum etiam extinguit. Quid? nonne tractantes glaciem incalescere sibi manus experiuntur? ab initio calor concentratur, fugiens inimicum frigus; mox concentratus viribus augetur, & foras erumpit validior. Præterea

[u] 2. top. c. 1. loc. 5.
[x] 5. sect. prob. 57.
[y] 2. meteo. tu. 1. c. 2.
[z] 2. de gen. t. 28.
[a] de iuu. & len. c. 2.
[b] 1 sect. prob. 57.
[c] probl. 58.

terea quibus itinere per niues obrigue-
re pedes, ac veluti gelati ſenſum amiſe-
re, ſi curare volueris vel balneo calen-
tis aquæ, vel ignis propinqui calore,
morientem calorem reſiduum in pedi-
bus educes, ac partem cancrena inter-
ficies; vnica ſpes eſt, confricare pedes
alia niue, quæ trahat ad ſe frigidam
humiditatem a niue pedibus impactam;
qua liberati pedes, poſtea leuibus fo-
mentis exiguum calorem ſuum ſibi ſen-
tient augeri, & ad priſtinum ſtatum re-
„ duci. ARE. Il fuoco ha dalla natu-
„ ra inclinatione all'andar in alto; e non
„ è credibile, che contra queſta egli ſi
„ muoua verſo di vn lato per vnirſi con
„ vna fiamma maggiore; che ſe ciò foſſe,
„ accoſtandoſi vna candela a ſimil fiam-
„ ma, ſi vedrebbe queſta pendente verſo
„ di lei, e non diritta; il che è falſo, ideſt:
„ *Ignis habet a natura inclinationem ad*
„ *aſcenſum ſurſum; & non eſt credibile, con-*
„ *tra naturalem propenſionem ipſum moueri*
„ *ad latus vt vniatur cum flamma maiori;*
„ *quod ſi hoc eſſet, accedens candela ad ſi-*
„ *milem flammam, videretur iſta flammula*
„ *pendens verſus illam maiorem, & non dire-*
„ *cta, quod eſt falſum.* LIC. Ignis flam-
mæ, propter fumi participationem eſ-
ſentialem, qui terræ particeps eſt, vt ait
[d] Ariſtoteles, non recta ſurſum aſcen-
dit, ſed habet motum miſtum ex aſcen-
ſu & deſcenſu, licet prædominetur aſcē-
ſus deſcenſui; quare flammulæ motus
vndoſus eſt, & ad latera ſenſibiliter
flammæ particulas verticales agere
conſpicitur. Ac experimento verum
eſſe conſpicitur, flammulam candelæ
prope maiorem flammam, cieri motu
laterali ad iſtam, tum ad quam ſponte
conuertitur, vt ad ſimilem; tum a qua
trahitur, vt a valēriore: neque diu pen-
det verſus illam lateraliter; quia motus
ille celerrimus eſt: Falſoque tribuitur
flammulæ motus abſolute rectus, ne-
„ gatur lateralis. ARE. All'eſperien-
„ za dell'Eſtà, in cui i noſtri corpi ſono
„ più languidi, & i pozzi più freddi: Ri-
„ ſpondo, dal caldo eſterno, e che pene-
„ tra anche nell'interno, aprirſi i pori; e
„ per quelli eſalar gli ſpiriti; e coſi rima-
„ ner noi più fiacchi: onde anche molto
„ più facilmente ſudiamo; ma il caldo eſ-
„ ſer veramente nell'interno maggiore,
„ ſi proua, perche più ſi beue nell'Eſtà,

[d] 2. de gen. t. 28.

A e più freddo, e più temperato con ac- „
qua, che l'Inuerno. ideſt: *Ad experien-* „
tiam æſtatis, in qua noſtra corpora ſunt lan- „
guidiora, & putei frigidiores: Reſpondeo, a „
calore externo, & qui penetrat ad inter- „
num, aperiri poros; & per eos exhalare ſpi- „
ritus; & ita remanere nos languidiores; „
vnde facilius multo quoque ſudamus. At „
vere calorem eſſe in interno corpore maio- „
rem, probatur, quia plus bibitur æſtate, & „
frigidius, et aqua temperatius, quam hieme. „

B LIC. In primis, diſputationis ergo,
calor æſtatis igneus eſt; naturalemque
propenſionem habet aſcendendi recta
ſurſum, non minus quam flamma; qui
ergo nunc dixerat Vir Cl. flammulam
candelæ non poſſe moueri ad latera;
quomodo ponit nunc igneum calorem
æſtatis moueri & ad latera, & deorſum,
vt ingrediatur ad intima noſtri corpo-
ris? Deinde vere quidem calor am-
bientis aperit poros, & per eos vtcum-
que penetrat ad intima; ſed inde trahit
C & ducit ſpiritus, atque ſudores calor
non ingreſſus ille, ſed vigentior in am-
biente; ſecus etenim ſpiritus habent na-
turalem inclinationem manendi intra
corpus, & membra ſeruare; ſudoresque
nonniſi violenter, ac vtcumque præter
naturam e corpore ducuntur; quum
ſint vel ichores, qui naturaliter expur-
gari ſolent per vrinas: vel partes humo-
rum attenuatæ in ſubſtantiam vaporo-
ſam; qui humores debuerant naturali-
D ter in corpore permanere; neque foras
niſi violenter aut pelli, aut attrahi poſ-
ſunt: quum autem nihil æſtate ſit intra
corpus, quod humores bonos, & icho-
res, atque ſpiritus vitæ proficuos & ne-
ceſſarios expellat; oportet eos ab ex-
cedente calore ambientis attrahi. Præ-
terea ſi ſola meatuum cutaneorum
apertio vi caloris ad educendos ſpiritus
ſufficeret; næ quum patentiſſimi ſemper
hient oris, & narium pori, & aurium;
E quid ni continenter effluant inde ſpiri-
tus cum perpetuo virium languore pa-
riter in hieme? ſed hos retinet natura,
quos retinere nequit æſtate, calore
vehementiori aeris eos inuita natura
foras euocante. Ad probationem, quod
calor internus æſtate maior ſit, quia
plus bibatur æſtate, ac frigiditus, & aqua
dilutius quam hieme, dicimus: eductis
ab externo calore ſpiritibus, & humo-

ri-

« ribus, atque vaporibus extra corpus, partes interiores remanere siccas, quæ sibi necessarium humorem hauriunt a venis, & per eas continuato ductu, sicut obseruat Galenus [e] a faucibus: Quin & aerem calidiorem, siccioremque iusto continenter inspiratione per os & nares attractum excalfacere vehementer, ac exsiccare guttur, indeque procreare sitim, quæ desiderium est frigidi [f] & humidi; quare necessitas ingruit æstate plus bibẽdi, frigidius, & aquosius potandi, quam hieme: calorem vero natiuum robustiorem esse plurimum in partibus interioribus hieme quam æstate demonstrat Hippocrates ex eo manifestissime, quod hiberno tempore pluris indigemus alimentis, quæ nonnisi a vegetiore calido concoqui possunt, dum ait [g] *Ventres hieme, & vere natura calidissimi sunt; & somni longissimi; quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda: etenim tunc calor innatus plurimus est; vnde & pluribus egent alimentis: indicio sunt ætates, & athletæ.*

[e] 1. de symp. cau. c. 7.

[f] 2. de an. t. 28.

[g] 1. aph. 15.

» ARE. All'esperienza de' pozzi si di-
» ce similmente, che l'Està escono dalla
» terra i caldi vapori; e l'acqua non ha-
» uendo impedimento, si riduce alla sua
» natural freddezza; la doue l'Inuerno,
» perche il freddo condensa, & indurisce
» la terra, non lascia che suapori la calda
» esalatione, che ha nel seno; e cosi ne
» vengono a farsi l'acque men fredde.
» idest: *Ad experientiam puteorum dico si-*
» *militer, æstate exire de terra calidos vapo-*
» *res; & aqua non habens impedimentum,*
» *reducitur ad suam naturalem frigiditatem;*
» *vnde hieme quia frigus condensat, & in-*
» *durat terram, non permittit euaporare ca-*
» *lidam exhalationem, quam habet in si-*
» *nu, & ita fiunt aquæ minus frigidæ.*

LIC. Terra sua natura sicca, & densa non vlterius densatur, & induratur hiberno frigore, nec magis hiberno frigore, quam æstiuo calore. Quinimmo terra molescit hibernis imbribus assidue. Quæ namque frigore densantur, & indurantur, ac e contra calore molescunt, & attenuantur, omnia sunt humida corpora, nix, glacies, pruina, ros, adeps, cera, pix, gummi, resina, bitumen, & similia: sicca vero & dura, vt terra, pariter a nimio calore, atque a frigore dẽsantur, & indurantur. Quamobrem hieme quidem prohibentur calidi vapores ne foras exeant e terra, sed non quia terra densetur, & occludatur illis via patens ad exitum; verum quia fugantur, & concentrantur intus ab inimico frigore potentiore. Viceuersa foras exeunt æstate vapores calidi de terra, non quia calor ambientis terram emolliat, & aperiat; sed quia calor in aere vegetior per terræ substantiam eodem fere modo semper se habentem in duritie ac densitate, trahit ad se consimiles naturæ suæ calidos vapores, qui pariter sponte sua feruntur & accurrunt ad cõsimiles attractorios; vt omnes Philosophi, & Medici rectissime fatentur vnanimi consensu. Ceterum omisit Vir Cl. alias meas rationes, propositis etiam vrgentiores, præsertim, qua dixi, [h] si flamma in lucernis humore indigeret veluti pabulo; inde profecto fieret, tum ad imminutionem humoris assidue, flamma assidue contabesceret; quemadmodum homines, viuentiaque nostratia cuncta (siue stirpes, siue zoophyta, siue bruta consideres, siue infra stirpium naturam tubera, & fungos) exili nutrimento pasta, tenuique victu enutrita emaciantur: tum in vltimo humoris exterminio flãma exilis admodum appareret, vel saltem longe minor quam antea existeret; quippe defectus alimenti decrementum accersit, tabemque prouehit: tum demum flamma emarcesceret, deficeretque adiuncta, & affixa humori combustibili, & ellychnio; sed ex aduerso contingere videmus, consumpto humore flammam sursum eleuari, & extra combustum fomitem in aere penitus extingui; dumque ab illo exusto seiuncta est proxime, maiorem fieri, splendidioremque, ac exultare quasi vinculis liberatam; signum euidentissimum, in lucernis flammulam humore non indigere, tanquam eo, quo nutriatur. Ne repetam alias rationes omissas a Viro Cl. & autoritatem Aristotelis, asserentis [i] ignem, & flammam ex humido quidem exoriri posse, humido autem ali minime posse.

[h] 3. de Lucer. c. 18.

[i] 2. meteor. su. 1. c. 2.

Re-

Respondetur Aresianis obiectionibus contra nostram sententiam allatis.
Cap. III.

POst rationum nostrarum examen, inclytus vir opinionem nostram demoliri strenue conatur, multis machinis in eam ingeniose contortis.
„ ARE. Hor posto questo fondamento, dice egli, che si può far lucigno,
„ il quale nel fuoco non si consumi mai;
„ qual sarebbe quel formato della pietra
„ asbesto: e di più trouarsi olio, il quale
„ habbia la sua forza talmente proportionata col fuoco, che non lo vinca,
„ nè sia da lui vinto; dal che ne seguirà,
„ che possa trattener il fuoco qui abbasso, e tuttauia da lui non rimanga di-
„ strutto, e consumato; con questo solo
„ potrà vna lucerna mantenersi accesa
„ moltissimo tempo, & ancora in perpe-
„ tuo, se da gli estrinsechi agenti tolta
„ non fosse quella parità di forze, che
„ tra il fuoco, e l'olio si ritroua, si che
„ essendo necessario che in molto tem-
„ po accada; ne segue, che veramente
„ egli è impossibile, che alcuna lucerna
„ si formi che sia perpetua. ideſt: *Nunc*
„ *isto fundamento posito, dicit ille, posse fieri*
„ *myxum, qui nunquam in igne consuma-*
„ *tur; cuiusmodi foret ex asbesto lapide for-*
„ *matus: & insuper inueniri oleum, quod*
„ *habeat suam vim adeo proportionatam cum*
„ *igne, vt ipsum non vincat, nec ab ipso vin-*
„ *catur; vnde sequetur, posse detinere ignem*
„ *hic apud nos, & nihilominus ab eo non de-*
„ *struatur, nec absumatur: hoc solo poterit*
„ *lucerna permanere accensa plurimum tem-*
„ *pus, & æternum etiam, si ab extrinsecis*
„ *agentibus sublata non fuerit illa paritas*
„ *virium, quę reperitur inter ignem & oleum:*
„ *sed quia necesse est id tandem accidere; se-*
„ *quitur vere fieri non posse vt vlla lucerna*
„ *formetur perpetua*. LIC. Hæc ego quidem posui; sed non solum istam causam attuli diuturnæ durationis ignis in Lucerna, verum & aliam, quæ non in æqualitate virium, sed in ea inæqualitate, qua vires ignis adeo leuiter excedant humidi resistentiam, vt hoc non nisi post [a] longissimam seriem annorum ab illo consumatur; quam secundam causam Vir Cl. intactam relinquit; sed videamus quid afferat contra primam. ARE. [b] Non approuo io

[a] lib. 3. c. 25.

[b] c. 7. nu. 49.

A ciò, che dice appresso il sottilissimo Liceto, potersi dar olio di cosi proportionate forze col fuoco, che ritener lo
„ possa, e non sia da lui consumato. Imperciochè ò egli vuole, che il fuoco sia
„ nella materia stessa dell'olio, nella guisa che noi veggiamo lui essere nel car-
„ bone, nel ferro, & in altre simili: ò
„ vero, che solamente vicino, e contiguo gli sia. Se nell'olio stesso vuole
„ che sia; sarà necessario che vi sia prima
B „ stato generato; essendo che il fuoco
„ non passa da vn soggetto all'altro per
„ moto locale; ma per generatione; E se
„ la fiamma si muoue, è perche si muoue parimente il fumo, in cui ella alber-
„ ga. Se dunque il fuoco si generò nel-
„ l'olio; è necessario che vi precedesse
„ alteratione, e combattimento; e che
„ in questo combattimento fosse il fuoco
„ vittorioso, & introducesse nell'olio le
„ sue dispositioni; anzi corrompesse
C „ qualche parte della sostanza di lui; es-
„ sendo che, secondo l'opinione comu-
„ ne, non si dà generatione senza cor-
„ ruttione; adunque non sono il fuoco,
„ e quest'olio di forze eguali, che vno
„ non hauerebbe vinto l'altro; ma mol-
„ to maggiori sono nel fuoco, che nel-
„ l'olio; e questo è consumato da quello.
„ Se poi dirà, che il fuoco gli sia sola-
„ mente vicino, e continuo; incorrerà
„ in non minori inconuenienti: Prima,
„ perche ciò, che si diceua dell'olio, do-
D „ uerà dirsi di questo corpo a lui conti-
„ guo, in cui si presuppone essere il fuo-
„ co. &c. ideſt: *Non approbo, quod insu-*
„ *per aut subtilis. Licetus, posse dari oleum*
„ *ita proportionati roboris cum igne, vt reti-*
„ *nere valeat illum, nec ab eo consumatur:*
„ *Nam aut vult ignem esse in eadem materia*
„ *olei, sicuti videmus eum esse in carbone, in*
„ *ferro, & in alijs similibus: aut solum con-*
„ *tiguum, & illi vicinum. Si vult in oleo*
„ *ipso ignem esse; necesse erit ipsum prius in*
E „ *oleo genitum fuisse; quum ignis non tran-*
„ *seat de vno subiecto ad aliud motu locali;*
„ *sed per generationem: Et, si flamma mo-*
„ *uetur, id euenit, quia mouetur pariter fu-*
„ *mus, in quo illa inest. Si ergo ignis gene-*
„ *tus fuit in oleo; necesse est in oleo præcesse-*
„ *se alterationem, & pugnam; & in ista pu-*
„ *gna ignem fuisse victorem, & introduxis-*
„ *se suas dispositiones in oleum; quin & cor-*
„ *rupisse partem aliquam substantiæ olei;*

quum

» *quum iuxta communem opinionem, non*
» *detur generatio sine corruptione. Non sunt*
» *igitur ignis, & hoc oleum viribus æqualibus; nam ignis non vicisset oleum; sed multo maiores in igne vires quam in oleo sunt;*
» *& hoc ab illo consumitur. Si postea dicet,*
» *ignem oleo esse solummodo vicinum, & continuum; incurret in non minora inconuenientia. Primo, quia quod dicebatur de oleo, dici debebit de isto corpore illi contiguo, in quo præsupponitur, ignem esse,*
» *nempe id etiam corpus victum ab igne*
» *fuisse, nec non ab eo consumi, & vbi consumptum fuerit, ignem extinctum iri.*

LIC. Ista quidem ratio subtilis est, & valde militare videtur contra primam causam diuturnitatis ignis a nobis allatam: sed non attingit secundam, quæ ponit exilimam virium inæqualitatem, qua diutissime potest ignis cum oleo pugnare. Ceterum neque primã euertit omnino; quia concedentes disputationis ergo, flammam lucernæ in oleo reperiri, sicut ignis in carbone, vel ferro, reve consimili conspicitur in esse: negari primo potest, eam in ipso prius genitam fuisse: nec obstat obiectio, qua dicitur ignis non transire de vno subiecto ad aliud per motum localem: quia ignis accidens non est, vt egeat subiecto, sed est corpus & substantia non indigens subiecto. Falsum est item, ignem motu locali non moueri de vno combustibili ad aliud, si ponatur permanere idem numero diutius, vt censet vir egregius; etenim sal motu locali transit de carne salsamentorum in aquam, in qua salsamenta diu macerantur, & elixantur, ijs demum insipidis remanentibus. Ceterum Aristoteles igni superno tribuit violentum motum ad inferna, sæpeque in materiam combustibilem, dicens: [a] *Et propter hanc igitur causam pertingit ad hunc locum caliditas: & quia ambiens ignis aerem spargitur motu frequenter, & fertur violentia deorsum:* & paulo post: [b] *Supponitur enim nobis mundi eius, qui circa terram, quantum sub circulari est latione, esse primam partem exhalationem, siccam & calidam. Ipsa autem, & continui sub ipsa aeris adhuc multum, simul circumducitur circa terram a latione, & motu circulari: Quum autem fertur, & mouetur hoc modo, quacumque contigerit, bene*

[a] 1. meteo. tu. 1. c. 4.

[b] su. 2. c. 4.

A *temperata existens, sæpe ignitur: quapropter dicimus fieri & sparsorum siderum discursus. Quum igitur in talem condensationem inciderit propter superiorum motum principium igneum, neque sic multum valde, vt cito, & ad multum exurat; neque sic debile, vt extinguatur cito, sed maius & ad multum; simul autem ab inferius accidat ascendere bene temperatam exhalationem, hoc fit stella comata.* Sed quid procul a nobis dissita propono? nonne apud nos apertissime cernimus
B flammam locali motu de candela ferri ad naphtham? certe [c] Plutarchus ait Naphtham rapere ad se ignem ex interuallo: Plinius item [d] refert ex Pythagora, radicem Aproxidis herbæ e longinquo ignes concipere, vt naphtha. Quod autem addit, flammam moueri ad motum fumi, in quo inest; quasi flammam per se non moueatur, sed per accidens ad motum vehiculi; &
C quasi fumus non sit essentialis igni flãmæ, tanquam ipsius materia constitutiua, sed extraneum illi subiectum; quæ singula falsa sunt; etenim [e] Aristoteli flamma definitur esse fumus ardens; & quilibet ignis est corpus naturale; proindeque per se [f] loco mobilis: neque in fumo residet ignis, sed ex eo constat essentialiter flamma, tanquam ex sua materia proxima, quam ardoris forma informat. Itaque potest aliunde ferri flamma in oleum lucernæ, absque eo quod in ipso primum generetur; sic admonebat [g] Aristoteles lucernæ flammam accurrere ad maiorem ignem fornacis, siue ab ea rapi. Quare flamma primum alibi genita, deinde iungi potest oleo, cui vires obtineat æquales. Ceterũ videamus aliud membrum dilemmatis viri Cl. sed antea notemus insufficientiam diuisionis; omisit enim tertium membrum, præcipuum in proposito, quod verum est, & ab
E Aristotele collaudatum; nimirum ignis in lucerna non absumens oleum, trifariam se potest erga liquorem habere, vel vt sit in ipsa materia liquoris accensus; vel in corpore quopiam alio vicino contiguoque; vel, addi debuerat, in corpore aliquo continuo ipsi liquori, non vicino tantum, & contiguo; quæ sententia fuit Aristotelis asserentis: [b] *Flamma enim propter continuum hu-*

[c] 9. symp. qu. 7.

[d] l. 24. c. 17.

[e] 2. de gen. t. 28.

[f] 1. cæl. t. 5. & seqq.

[g] 1. sect. probl. 57. 58.

[b] 2. meteor. su. 1. c. 2.

humidum & ſiccum, quæ permutantur, ſit, & non alitur. non enim eadem exiſtens permanet vllo tempore, vt ita dicam. nimirum, humori continuum eſt corpus fumi, ex eo flammæ actione ſublati; flammæ vero ignis & ardor eſt in fumo, velut in ſui propria materia conſtitutrice; fumus autem humido liquori, ex quo naſcitur, non proprie vicinus & contiguus eſt, ſed contiguus; vt in fodinis aliquando continuum corpus virgæ reperitur, quod parte dimidia metallum B eſt vnius generis, & alia dimidia genus
[i] lib. 37. c. 3. eſt alterum; ſic apud Plinium [*i*] Dalechampius in notis inquit, *Glebam habui erutam prope Narbonem in eius lapidis* (Gagatis nimirum, de quo loquitur ibi) *fodinis, dimidia ex parte nigram, altera flauam, ſuccini modo: quod argumento certiſſimo eſt, ſuccinum eodem modo gigni, quo diximus*. Frequens eſt etiam in gemmis, vt vnius corporis continui pars vna ſit achates, altera iaſpis. Quare flammæ ignis in fumo conſiſtit, qui corpus continuum eſt humido, ex quo ſcandit. Quod membrum in dilemmate non poſitum, & a nobis cum Ariſtotele probatum, veluti fundamentum ſententiæ noſtræ, ſartam tectam ipſam tuetur ab argumento Viri Cl. Verum ad vberiorem doctrinam conſideremus vtrumque membrum dilemmatis ab eo poſitum; & ſupponamus in gratiam diſputationis, fumum, in quo flamma reſidet, eſſe corpus oleo vicinum, & illi D contiguum: De primo igitur, concedentes diſputationi, flammam ignis in oleo genitam fuiſſe, per præcedentem olei alterationem, & pugnam cum igne generante, in qua pugna fuerit victoria penes ignem, qui ſuas diſpoſitiones introduxerit in oleum, & aliquam olei partem corruperit; quippe flammæ generatio ex olei ſubſtantia non fit abſque corruptione ſubſtantiæ olei, quæ vertitur in ignem. Negamus inde ſequi, vt ignis genitus non habeat vires æquales E oleo, in quo poſt generationem diu manet. Nam argumentum viri peccat in æquiuoco, & a ſecundum quid paralogizat ad ſimpliciter; etenim geminus ignis adeſt in generatione flammæ ex oleo; & gemina portio, ſiue ſubſtantia olei; primus ignis eſt ille generans nouum in oleo ſibi conſimilem, qui quidem ignis generans, oleum mutans, in argumentum ſumitur a Viro Cl. cui concedimus vires robuſtiores ſupra reſiſtentiam olei, quod ab eo mutatur in ignem; at nos agimus de flamma genita in lucerna, qui genitus ignis oleum non mutat, ſed in eo reſidet, præpeditus aſcendere ſurſum ab olei lentore: Generans autem ignis genito poteſt eſſe viribus robuſtioribus; adeoque vincere liquorem, quem corrumpere nequeat ſecundus ignis in eo, vel ex eo genitus: etſi namque ſit eiuſdem ſpeciei generans ignis cum genito, non tamen eſt neceſſario virium æqualium; quare neceſſario non concludit intentum obiecta ratio. Quam etiam demoliri poſſumus introſpecta duplici ſubſtantia in olei corpore; ſiquidem, vt [*k*] alibi non ſemel oſtendimus, elementa hæc noſtratia, ex quorum varia miſtione ad inuicem cuncta & viuentia & inanima conſtituuntur, etſi corpora ſimplicia C ſint, partes tamen habent ſingula non omnes eiuſdem puritatis; at alias magis puras, & alias minus ſinceras; ſiue impuritas iſta ſit ſola peregrina qualitas, illis ab alieno corpore vicino impreſſa, & præter naturam inſidens; vt indicat Ariſtoteles [*l*] alicubi: ſiue impuritas ea ſit aliqua permiſtio alienæ ſubſtantiæ; ſiue potius vtroque modo contingat impuritas elementis. Tali ergo partium varietate quum inſtructa ſint elementorum corpora; profecto D dum ſimul vniuntur in conſtitutionem miſti, diſſimilem difformemque miſtionis gradum in varijs hiſce partibus aſſequuntur; & ex elementis ita difformes in puritate partes habentibus miſtum oriri non poteſt partium penitus vniformium; etenim orta ſingula ſuorum principiorum naturam redolent; ſed ex partibus elementorum purioribus, quæ arctiori nexu, propter alienarum rerum & qualitatum abſentiam, inuicem vniuntur, miſti partes exoriuntur puriores, quæ maiorem obtinent vnionem, exactioremque miſtionem: ex partibus autem elementorum impurioribus, quæ non ita exacte vniri, miſcerique potuerunt ad inuicem, fiunt miſti partes itidem impuriores, quæ minorem gradum miſtionis, laxioremque vnionem obtinuere. Quum autem vbique,

[k] 4. de his q. d. v. f. al. c. 13. 1. de ſpont. vi. or. c. 58.

[l] 1. meteor. ſu. 1. c. 4.

que, ceteris paribus, virium robur sequatur perfectionem naturæ; necessarium est, partes impuriores misti vim obtinere debiliorem ad resistendum contrarijs agentibus, eas dissoluere tentantibus: e contra partes puriores misti pollere maiori virium robore ad resistendum contrarijs propriam vnionem destruere satagentibus. Hæc itaque partium varietas quum reperiatur in oleo lucernarum perennium, ea ratione qua partes impuræ pauciores valde sint, quam sinceræ; propterea primum ignis accendens lucernam producit flammam ex partibus impurioribus olei; quæ flamma postea detinetur ab ipsius olei partibus purioribus, ob exactissimam mistionem, ad instar auri, consumi nescijs ab igne contento retentoque pertinacius; qui potius eas conseruat, quam absumat; quum ignis agat, vt calidus; & calidi proprium sit, homogenea congregare, decretis [k] Aristotelis: In flamma vero prius genita ex impuris partibus olei, quum actione ignis purificetur, heterogeneis ablegatis, nulla seruatur amplius impuritas; quare non dissoluitur, sed permanet. Ita demonstrauimus [l] olim, ab eodem calore ambientis mistorum eorundem partes impuriores corrumpi, putredineque resolui in elementa; partes vero puriores perfici, & animari. Sic igitur ignis exterior præualens resistentiæ partium impuriorum olei, conuertit eas in flammam nouam; quæ purificata viribus æqualibus cum olei substantia puriori, eam non absumit, sed ab ista retinetur arcte diutissimo tempore. Quæ solutio primum præcipuumque membrum dilemmatis enodat. Sed ad secundum membrum quod attinet, asserens ego nunc ignem primum accendere flammam in corpore propinquo contiguoque substantiæ olei, nullum incurram inconueniens; etenim si dicatur id corpus ab igne superari, atque consumi; dicam superari quoad partes impuras tantum, non autem quoad sinceriores, quæ remanentes inuictæ, diu retinent ignem apud nos; at vero præstat asserere primam in lucerna flammam accensam fuisse in ea olei parte, qua fuerat imbutum ellychnij, mixive corpus, absque vllo inconuenienti.

[k] 2. de gen. t. 8.

[l] 1. de spont. viu. or. 4. de his qui d. f. al. vi.

AARE. Appresso, se solamente contiguo sarà l'olio al fuoco; non veggo, come potrà da lui esser mantenuto, ò trattenuto; poiche veggiamo tutto giorno, non da corpi vicini, ma da quelli, ne' quali alberga, esser mantenuto il fuoco. idest: *Insuper, si solum contiguum erit oleum igni, non video, quomodo poterit ab eo conseruari, vel retineri; quum videamus quotidie, non a vicinis corporibus, at ab illis, in quibus inest, ignem seruari.*

BLIC. In primis ex aduerso videmus quotidie flammam ignis non esse in oleo lucernæ, sed in papyro, seruarique semper ab oleo papyrum attingente. Deinde non dicimus ignem manuteneri, & quasi per nutritionem ab oleo cõseruari; sed inhiberi ne sursum ascendat, detinerique ne volet, quasi a compede, laqueoque: sed laqueum, & compedes corpora sunt contigua solum, non intima rei, quam retinent. Aspicimus etiam lignum esse prunæ continuum, non intimum, sensimque tamen prunam retinere sibi alligatam & adhærescentem, ne ipsius ignis euolet.

C

AARE. [m] In oltre, ò questo fuoco, ch'egli vuole, che sia solamente trattenuto dall'olio, sarà fiamma, ò nò; se nò, la lucerna dunque sarà spenta, e non darà lume; che questo dalla fiamma dipende: se sarà fiamma; adunque vi sarà fumo; e se fumo; adunque quell'olio esalerà, e suaporerà; che non è altro, che consumarsi. E se forse dicesse, che sarà fiamma pura senza fumo; adunque ritroueraffi fra di noi fuoco separato da ogni altra materia; che è contra l'esperienza, e contra i suoi stessi principij; perche tal fiamma non essendo legata, nè trattenuta da alcuna materia, se ne volerà alla sua sfera; ò quì dimorando, tanto si farà rara, che diuenterà inuisibile. Nè mi si dica, che per vn piede è trattenuta dall'olio; perche le parti della fiamma non sono attaccate insieme, come i membri dell'huomo. E se il fuoco pur rattenesse la parte a se contigua; le altre tutte se ne volerebbero via; si che vi rimarrebbe, non fiamma, ma vna picciola scintilla. E se alcuno dirà, che volando via vna fiamma, vn'altra se ne genera, come auuiene alle nostre lucerne: rispondo, che questa generatione non si potrà

[m] nu. 30.

D

E

fare

» fare senza qualche corruttione; e con-
» seguentemente sarà forza, che l'olio si
» consumi. hoc est: *Amplius, aut hic ignis,*
» *quem ipse vult esse solum retentum ab oleo,*
» *erit flamma, aut non. Si non; lucerna igi-*
» *tur erit extincta, & non exhibebit lumen;*
» *nam id a sola flamma dependet. Si fuerit*
» *flamma; igitur aderit fumus: & si fu-*
» *mus; igitur illud oleum exhalabit, & eua-*
» *porabit; quod nihil est aliud, quam absumi.*
» *Et si forte diceret, esse flammam puram si-*
» *ne fumo; ergo reperietur apud nos ignis*
» *separatus ab omni alia materia; quod est*
» *contra experientiam, & contra sua ipsa*
» *principia; quia talis flamma quum ligata*
» *non sit, neque retenta ab vlla materia, vo-*
» *labit ad suam sphæram; aut hic remanens,*
» *adeo rarescet, vt inuisibilis euadat. Ne-*
» *que mihi dicatur, eam ab oleo retineri ac*
» *præpediri velut vno pede comprehensa;*
» *quia partes flammæ non sunt ad inuicem*
» *copulatæ, sicuti membra hominis. Et si ta-*
» *men ignis oleum detineret partem sibi con-*
» *tiguam; aliæ cunctæ sursum auolarent;*
» *adeo vt remaneret, non flamma, sed exi-*
» *gua scintilla. Et si dicet aliquis, auolan-*
» *te vna flamma, aliam gigni, vt accidit*
» *nostris lucernis; respondeo; generationem*
» *hanc fieri non posse sine corruptione ali-*
» *qua; & consequenter oportebit oleum ab-*
» *sumi.* LIC. Soluuntur hæc omnia ex precedente theoria, Dico siquidem, flammam detentam in lucerna geminã esse; tum prunam in substantia myxi, tum etiam flammam circa ipsum emicantem, a qua lumen in aere gignitur. In flamma concedo fumum adesse, quum flamma sit fumus ardens: concedo pariter illum fumum ex oleo halasse; proindeque partem olei, quæ abijt in fumum, consumptam fuisse. Sed obseruandum est, fumum illum ortum habuisse ex impuriori olei substantia principio suæ accensionis; reliqua substantia pura semper postea remanente integra, & incorrupta, nullique prorsus obnoxia euaporationi fumosæ. Fumus autem, qui genitus est ex olei partibus non ita puris, in flammam ab igne accendente mutatus, ardore purificatus partibus adhuc minus puris, puriores retinuit, & homogeneas, quæ caloris ignei actione non dissiparentur, sed illi valide resisterent æqualitate virium, vt olei partes in ellychnio prunam, &

A flammam attingentes. Nec illa flamma purus ignis est, vt simplex elementum in sua sphæra, sed corpus a prædominio igneum, vt ait[n] Aristoteles: habetque materia fumi, & prunæ, oleique in ellychnio, grauem, & vtcumque viscidam, a qua ligatur ac præpeditur ne sursum auolet: neque raritatem vlteriorem, qua fiat inuisibilis, induere potest, resistente subdita illi materia fumi, suamque sibi densitatem pertinaci conatu retinente. Quin & in fumo non
B deest visciditas, qua ceu naturali vinculo cõtinuantur adinuicem partes flammæ, cuius ideo vna portio non separatur ab alia; glisCente natura cuiusque rei suam sibi propriam continuitatem, & integritatem conseruare. Quæ solutio est secundum primum fundamentum sententiæ nostræ. Secundum vero fundamentum, quo concedimus, oleum sensim sine sensu tardissime consumi, neque nisi post longissimi temporis in-
C teruallum exilimam suæ substantiæ iacturam perpeti, concedit vniuersum hoc Aresianum argumentum; quod nihil aliud euincit, nisi liquorem ab igne consumi; sed non ostendit breui tempore consumi, quod oporteret fieri ab impugnãte nostram opinionem. ARE. Di Num. 52.
» più, è poco credibile, che vi sia liquore,
» che resister possa al fuoco; imperciochè
» non si può trouar liquore, che habbia
» maggior forza contra il fuoco, che l'ac-
» D qua, perche questa è armata di humidi-
» tà e di freddezza, qualità direttamente
» opposte al fuoco; e le ha in sommo
» grado: e pure dal fuoco anch'ella è
» consumata, e ridotta in fumo; come an-
» ch'ella il fuoco estingue. Onde dall'
» hauere questi due elementi le virtù, e le
» forze loro grandemente bilanciate;
» poiche il fuoco è caldo e secco in som-
» mo, e l'acqua fredda & humida quanto
» esser possa; non solamente non ne sie-
» E gue quello, che diceua il Liceto, che
» vno non possa distruggere l'altro; ma
» tutto l'opposito, che ciascheduno dal-
» l'altro sia distrutto: mercè, che ancora
» che le qualità attiue loro sieno eguali;
» quelle però, che resistono non sono
» eguali alle attiue dell'altro. Hor que-
» st'olio, ch'egli fa inuincibile dal fuoco,
» di quali qualità sarà egli armato? di
» freddezza, & humidità? ma queste non

[n] 2. degen. t. 20.

„ baſtano, come ſi vede nell'acqua. Ha-
„ urà calore, e ſiccità? ma tanto più facil-
„ mente ſarà vinto; perche *inter ſymbola*
„ *datur facilior tranſitus*, dice Ariſtotele,
„ cioè, fra quelle coſe, che in qualche
„ qualità conuengono, ſi dà più facile
„ paſſaggio, cioè vna più facilmente ſi
„ conuerte nell'altra. Vi ſarà forſe qual-
„ che altra qualità ſeconda, che al fuoco
„ reſiſta? ma ſe ciò non poſſono le prime
„ più gagliarde, come far ciò potranno
„ le ſeconde? ideſt: *Parum credibile eſt,*
„ *adeſſe liquorem, qui reſiſtere valeat igni:*
„ *nam inueniri non poteſt liquor, qui maio-*
„ *rem vim habeat aduerſus ignem, quam*
„ *aqua; quia hæc pollet humiditate, ac frigi-*
„ *ditate, qualitatibus directe oppoſitis igni;*
„ *& eas habet in ſummo gradu; & tamen*
„ *ab igne ipſa quoque conſumitur, & in fu-*
„ *mum diſcutitur; ſicut etiam ipſa extin-*
„ *guit ignem. Vnde ex eo, quod habent iſta*
„ *duo elementa facultates & vires ſuas val-*
„ *de pares; quoniam ignis eſt calidus, & ſic-*
„ *cus in ſummo; & aqua frigida, & humi-*
„ *da, quantum eſſe poſſet (ex hac inquam*
„ *virtium æqualitate) non ſolum non ſequi-*
„ *tur id, quod aiebat Licetus, vnum non poſ-*
„ *ſe deſtruere aliud; ſed totum oppoſitum;*
„ *quod vtrumlibet ab altero deſtruatur; quia*
„ *licet eorum qualitates actiuæ ſint æquales;*
„ *illæ tamen, quæ reſiſtunt, non ſunt æquales*
„ *actiuis alterius. Modo iſtud oleum, quod*
„ *ipſe facit inuincibile ab igne, quibusnam*
„ *qualitatibus armatum erit? frigiditate, ac*
„ *humiditate? ſed iſtæ non ſufficiunt, vt ap-*
„ *paret in aqua. Habebit calorem, & ſicci-*
„ *tatem? ſed tanto facilius vincetur; quia*
„ *inter ſymbola datur facilior tranſitus, ait*
„ *Ariſtoteles, hoc eſt, inter ea, quæ in aliqua*
„ *conueniunt qualitate, datur facilior muta-*
„ *tio; nempe facilius vnum conuertitur in*
„ *alterum. Aderit forte quæpiam alia qua-*
„ *litas ſecunda, quæ reſiſtat igni? ſed ſi non*
„ *poſſunt hoc primæ validiores, quomodo fa-*
„ *cere poterunt id ſecundæ?* LIC. Credibile ſatis eſt, inueniri liquorem, qui reſiſtere poſſit igni; quum certis experimentis conſtet aurum in fornace liquatum, adeoque liquorem auri reſiſtere penitus igni. Nec obiectio petita ex aqua valet in propoſito; tum quia licet aqua polleat actiuis qualitatibus in ſummo (demus hoc diſputationi) prorſus æqualibus oppoſitis qualitatibus actiuis ignis; ego tamen non poſui æqualitatem inter vires actiuas ignis, & actiuas olei, tractans vtrobique de primis qualitatibus; verum inter qualitates actiuas, ſiue conſumptiuas in igne reſidentes, & vires reſiſtendi actiuitati ignis in oleo degentes; mea verba fuere: [p] *Neque igitur in eiſdem lucernis flamma vires habebat ſupra reſiſtentiam humidi; atque adeo ignis humorem minime comburebat.* Ex [q] *ante habitis colligere quidem iam neceſſario poſſumus, in propoſitis Lucernis, quæ per tot centena, & annorum millia ſine vllius fumi euaporatione, ac vllius humoris adiectione ab antiquo ardentes perdurauerunt, humorem contentum, & ignem in ea fuiſſe proportione adinuicem, vt quantam haberet flamma vim humidum ſibi ſubditum conſumendi; tantundem virtutis obtinuerit illi ſubiectus humor ad reſiſtendum viribus ignis.* Quam ſententiam [r] ſæpius in eodem opere ſatis explicaui: tum quia ſi totum elementum ignis in mundo compares cum vniuerſo elemento aquæ, proportionatas adeo vires habet alterum ad alterum, vt neutrum a contrario deſtruatur. Aqua certe ceteris omnibus maiorem vim habet actiuam ignem opprimendi; non tamen habet vim ignis actiuitati magis reſiſtendi quam ceteras; nam aurum, asbeſtus, & linum carpaſium exiguum reſiſtere poterit igni maximo fornacis ad plurimos annos, cui non reſiſtet aqua longe maioris molis ad paucas horas. Igitur oleum lucernæ perennis habet vim reſiſtendi actiuitati ignis non a primis qualitatibus, igni contrarijs, aſt a gradu ſuæ miſtionis ex partibus puris & homogeneis, cuiuſmodi reperiuntur in auro, asbeſto, amianto, & alijs, quæ reſiſtunt ignibus inuicta; quin & ab igneo calore conſeruantur, non diſſipantur; quia caloris eſt homogenea talia congregare, non autem diſſoluere. Quare falſo ſumitur ad reſiſtendum ignis actiuitati validiores eſſe primas qualitates, quam ſecundas; quum aurum igni magis reſiſtat qualitatibus non primis, quam aqua, ſed ſecundis; nimirum proprio gradu miſtionis, & conſtitutionis ex partibus elementorum purioribus miſti ſubſtantiam exactiſſime homogeneam conſtituentibus. ARE. [/] Se al fuoco reſiſte il diamante, è per la ſua durezza, e ſodez-

[p] l. 3. c. 28.
[q] c. 24.
[r] l. 4. c. 19. 24. 29. 30.
[/] nu. 52.
„

» dezza; ma questa ripugna alla natura A
» dell'olio. Se la cenere; è per la sua sic-
» cità, che non è cibo proportionato al
» fuoco; ma nè anche questa può conue-
» nir all'olio. Come dunque possiamo
» noi imaginarci, che vi sia olio, che al
» fuoco resista? Forse riceuerà questa
» virtù dal lambicco? ma noi veggiamo,
» che quanto più vna cosa è lambiccata,
» tanto più facilmente si consuma dal
» fuoco, come si vede nell'acqua vita.
» Forse dirà, esser olio estratto dalla pie-
» tra asbestio? ma questa pietra resiste al B
» fuoco per la sua siccità, e durezza; la
» quale non potrà nell'olio ritrouarsi, nè
» da quella pietra potrà cauarsi olio, ò
» altro liquore, se prima ò con aceto, ò
» con altra cosa liquida non si bagna; da
» cui riceuerà l'humidità l'olio, che se ne
» caua. Dirà, che sia vna certa viscosità
» tenace? ma questa appunto esser suole
» il cibo più gradito dal fuoco. Non ap-
» pare dunque, come ritrouar si possa
» quest'olio inuincibile dal fuoco. ideſt: C
» *Si resistit adamas igni, hoc a sua duritie*
» *prouenit ac soliditate; sed ista repugnat*
» *olei naturæ. Si cinis; id a sua siccitate,*
» *quæ non est cibus igni proportionatus; sed*
» *nec ista potest oleo conuenire. Quomodo*
» *possumus igitur imaginari, oleum esse, quod*
» *igni resistat? An accipiet hanc vim ab*
» *alembico? sed videmus, quo magis quid*
» *per alembicum transit, eo facilius ab igne*
» *consumitur, vt apparet in aqua vitæ. An*
» *inquiet, esse oleum extractum de lapide* D
» *asbesto? sed iste lapis igni resistit sua sicci-*
» *tate ac duritie; quæ non poterit in oleo re-*
» *periri; nec ab eo lapide duci poterit oleum,*
» *aut liquor alius, nisi prius aceto, vel alia re*
» *liquida madefiat; a qua recipiet oleum,*
» *quod inde ducitur, humiditatem. Dicet,*
» *esse quandam visciditatem tenacem? sed*
» *ista speciatim esse solet cibus gratior igni.*
» *Non apparet ergo, quomodo reperiri valeat*
» *hoc oleum inuictum ab igne.* LIC. Con-
cedo quidem oleo repugnare duritiē, E
atque soliditatem; quæ propria est ada-
mātis: at vero non ita facile dedero, sua
siccitate, duritieque lapidem hunc igni
resistere; sed a gradu suæ mistionis, &
homogenea natura; quam calor igneus
[z] 2. de gen. l. 8. non disgregat, sed potius [z] congregat
& conseruat. Immo quum obseruatu
[u] 2. de mine. r. 2. c. 1. [u] Alberti, mollescat, & soluatur ada-
mas hirci sanguine, carneque, maxime

si hircus antea vinum biberit, vel pe-
trosillum, silerve montanum come-
derit: Quin etiam quum soluatur ada-
mas plumbo; quid ni ex eo quomodo-
cumque mollito, solutoque, ducatur
ex arte spagirica liquor olei, non ob
duritiem, ac soliditatem, sed ob gra-
dum mistionis homogeneæ vires igniū
eludentis, & ab igneo calore conser-
uati? De cinere, non accipio viribus
ignis ob siccitatem resistere; tum quia
constat experimento, cinerem iteratis
adustionibus imminui, tandemque con-
sumi: tum quia siccitas eum reddit fa-
ciliorem ad ignis naturam induendam.
Nonne siccitas est qualitas igni cineri-
que symbola? nonne cinis est fere ter-
ra? Sed Cl. Aresius [x] Aristotelem au- [x] 2. de gen. t. 28.
dit inter habentia symbolum faciliorem
esse transitum, & in ignem facilius com-
mutari terram, quam aqua: verba Ma-
gistri nouit, asserentis: *Quæcumque enim*
habent cognationem ad inuicem, velox ho-
rum transmutatio est: & mox: *Eadem quo-*
que modo ex aqua terra, & ex terra ignis;
habent enim ambo ad ambo cognationem:
& mox: *Quoniam ignis quidem siccus, &*
calidus; terra autem frigida, & sicca, si
corrumpatur frigidum, ignis erit ex terra.
Quum autem cinis nihilominus quam
terra siccus existat, & non magis frigi-
dus quam terra, sed potius minus; iam
igni similior facilius in ignem commuta-
bitur, quam terra; certe non minus fa-
cile: Non ergo dicendum est cum Are-
sio, cinerem igni resistere ob sui siccī-
tatem; quia per hanc symbolam qua-
litatem facile vertitur in ignem, vt ter-
ra. Nec accipio, non posse nos ima-
ginari oleum, quod igni resistat; quum
eliquatum aurum in crucibulo resistat
igni; cur non oleum aliquod habere
valeat auri liquidi conditiones? Acci-
pio quidem, aquam vitæ, quo sæpius
per alembicum destillatur, eo facilius
ab igne consumi; sed non omnium est
æqua ratio cum aqua vitæ: millies per
alembicum distilla substantiam auri, nū-
quam hilum ab igne consumetur. De
lapide asbesto, quod additur, iam af-
fero de tali lapide vi chimica, vel arte
alia posse deduci oleum igni resistens;
nec accipio lapidem hunc igni sua sicci-
tate, duritieque resistere; quum durio-
ra, & sicciora marmora calcinentur ab

igne, nec illi resistant; asbestum vero non ita durum & siccum esse, constat experimento, quo vincitur malleo, & adeo subigitur, vt ex eo fila ducantur, ex quibus telæ contexuntur; quod ex materia siccissima, & durissima nequit haberi: sed illi Plutarchus agens de Oraculorum defectu mollitiem attribuit, & nomen Caryſtiæ rupis; ait enim, *Nec diu est quod Caryſtia rupes desijt simul cum marmore proferre stamina quædam mollia ac quasi fila lapidea (existimo enim quosdam vestrum vidisse mantilia, retia, & inuolucra capitis ea ex materia confecta, quæ neque vruntur; & quum vsu sordes contraxerunt, in ignem conjecta nitorem splendoremque suum recipiunt) plane enim desijt, & vix graciles quædam tanquam fibræ & quasi capilli eius materiæ per metalla discurrunt.* Sed igni resistit peculiari gradu mistionis homogeneæ, quæ conseruatur ab igne, ac in oleo reperiri valet. Minus accipio, deduci non posse rebus e siccis, ac duris, vti lapides ipsi sunt, oleum nisi prius materies illa maceretur aceto, vel alio quopiam liquore; vnde sortietur humiditatem oleum inde per artem eductum; nam oleum de lapidibus Gagatis educitur absque permistione vllius peregrinæ humiditatis, vt constat ex Mesue, ac Antidotario Nicolai Mutonis, quod inscribitur *Luminare Maius*. At vero quæ prius aceto madefiunt, vel oleo siccIora corpora de quibus oleum proprium extrahendum est, ea ratione præparantur, vt acetum penetrans aridas partes, ex illis educat natiuum oleum, similiter oleum aduentitium natiuo rei glutine suo magis adhæret, ac ipsum vna secum ad superficiem ducit; vi vero ignis acetum absumitur, & oleum peregrinum; remanetque purum oleum rei; sic oleum de tartaro faciunt & sine madefactione, & cum irroratione aceti; nam in *Aromatariorum Thesauro* cognominato libro legimus: *Oleum de tartaro Magistrale valet ad maculas facici purgandum. Reci. tartari quantitatem quam volueris, ponatur super prunas, & tantum permittatur, quod totus inflammetur & rubeat* (scilicet vt consumatur in eo tota humiditas aquea) *postea ponatur in sacculo lineo, & pone dictum sacculum in loco humido sicut in penu* (nam in arido loco A paucum oleum exiens resolueretur, ac penitus exsiccaretur, ab ambiente) *& sub sacculo ponatur vel ampulla, vel cyathus; quod enim exiet ab eo, oleum tartari ab omnibus solet appellari. Hoc oleum potest fieri tam de tartaro albo, scilicet vini albi, quam rubei.* Tartarum autem est vini fex, ac portio maxime terrea in lapideam substantiam concreta, ex qua sine liquoris vllius adiectu defluit oleū. Addit autor: *Et sunt qui alio modo faciunt, scilicet pulueriZando tartarum subtiliter: deinde in sacculo telæ reponunt; & ipsum sacculum & tartarum irrorant aceto; deinde sub prunis ponunt, & relinquunt vsque quo nigrescat; deinde extrahunt illum a sacculo iterum, & pulueriZant, & aceto aspergunt, & sub prunis ponunt, & post ipsius nigredinem sacculum accipiunt, & in penu ponunt, & liquor exit:* qui quidem non est acetum; nam id a calore prunarum eductum prius & absumptum fuit ob substantiæ suæ tenuitatem; sed oleosa tartari substantia densior, quam acetum veluti vehiculum duxit ad extima tartari ab intimis; eo plane modo vehiculum alimenti nuncupat [y] Hippocrates ichorem serosum tenuem, qui sanguini crassiori permistus per arctas venas ab intimo corpore ducit ad alendas omnes partes etiam cutaneas. Ita Philosophorum oleum nuncupatum fit ex lateribus, vt ait Mesues, hac arte: *Lateres ex terra rubente multum antiquatos in frusta comminutos carbonibus non fumantibus accende, donec igniti rubeant: tum concha oleo roris marini, vel antiquo claro plena extingue, & quoad eius fieri potest, oleo imbue: sicca per se in casulis; post minutissime tere, & vasi per sublimationem destillandum trade, luto chymistarum capitello committe, carbonibus in fornace accensis coque donec oleum destillet in phialam vitream naso imo capitelli agglutinatam, quam exacte obstructam reconde, & serua; quanto enim antiquius, tanto valentius.* Quare oleum exterius admotum seruit ceu glutem ad extrahendum oleum internum ac proprium laterum; quod solum habet virtutes medicinales illas mirabiles, *consumendi materiam omnem excrementosam*, vt ait Mesues, *& maiorem in modum conferendi epilepsiæ, paralysi, vertigini, obliuioni, doloribusque frigidis omnium*

[y] lib. de alim.

nium partium neruosarum, lienis, renum, A *vesicæ, vteri, neruorum, & articulorum omnium* speciatim, quibus oleum commune non opitulatur: quod etiam exsiccatum abijt in halitus, vbi deduxerit olcum laterum, quod magis igni resistit, extra illorum substantiam. Ceterum hanc nostram sententiam aperte confirmat experientia, dudum a Cardano, & alijs Chimicis obseruata, dum inquit, [z] *Extrahunt alij ex his* metallis *vim atque oleum alio modo: Metallum,* B *metallicaque in pollinem redigunt, ea arte qua plumbum redigi docuimus. Puluerem hunc, aut si vitare placet hunc laborem, folia metallorum malleo attenuata, in acetum distillatum immittunt, tamdiuque loco calente sinunt, donec aceti color augeatur; inde eo detracto, diligenter aliud superinfundunt: inde aliud, atque aliud, donec desinat acetum, quod super infusum est, colorari: totum igitur hoc acetum seruatum miscent, atque distillant; abijciuntque acetum, quod primo purum ascendit ac leuiore igne: quo conduplicato humidior metalli pars, instar olei ascendit, remanentibus fœcibus. Quæcumque igitur aceto soluuntur (& sunt omnia, præter aurum atque argentum) reddunt oleum illud. Sic etiam & lapides, corallus, margaritæ, crystallus, smaragdus, hyacinthus etiam, sed parum. Ignita vero aurum atque argentum aliquid reddunt, maxime argentum, quod tenerius est: atque eo magis (vt dixi) scobes: quare fieri potest, vt aliquid perexiguum magna arte & longa assiduitate detrahatur; quod eo pretiosus est, quo difficilius, & rarius. &c.* Sic igitur ex asbesto facilius oleum proprium educit poterit, quanto lapis iste plus abundat oleosa substantia propria, quam lateres, & pumices: ex quibus eodem modo, ac ex lateribus oleum pariter efficax educi posse monet ad hunc locum Mesuæ, Costæus Præceptor. Quod vltimo statuit, humiditatem viscidam atque tenacem esse proprie cibum ignis: id verum absolute non est; nam auri liquati visciditas tenax ignem non alit, nec ab eo consumitur: Ita dixero de humore lapidis asbesti, & consimilium vi chymica educto: Quare non conuincitur ex dictis, inueniri non posse oleum inuincibile prorsus ab igne.

[z] 10. de subt. c. 1.

„ ARE. [a] Quello ancora, ch'egli di- „ ce, il fuoco spiccatosi dalla lucerna, es- „ ser estinto dall'aria circonstante, non „ mi piace; perche, ò ciò farebbe l'aria „ per mezzo delle sue qualità attiue, ò „ per mezzo della sua mole, cioè, per „ esser egli in grandissima quantità; ma „ nè l'vno, nè l'altro può dirsi. Non „ per le qualità; perche queste sono mol- „ to più gagliarde nel fuoco; e si vede „ per esperienza, che debolissimo lume „ posto quanto si voglia all'aria, pur che „ non vi sia vento, non rimarrà mai estin- „ to. Per ragione della quantità nè an- „ che; perche in questa guisa esser suole „ estinto il fuoco per essere suffocato, & „ oppresso; ma l'aria è tanto tenue, sot- „ tile, e leggiera, che non può cagionar „ suffocatione; anzi è l'vnico rimedio di „ lei. Aggiungo, che nè anche il vento „ potrebbe estinguer questo fuoco, che „ egli dice volar alla sua sfera; perche „ il vento intanto estingue il fuoco ap- „ presso di noi, inquanto lo separa dal „ corpo, che lo manteneua, onde re- „ manendo senza nutrimento, muore; „ che perciò talhora il vento fa accen- „ der maggiormente il fuoco, quando „ cioè lo manda verso quella parte, oue „ è il suo nutrimento, e con quello mag- „ giormente lo vnisce; ma il fuoco sepa- „ rato, di cui fauella il Liceto, non hà „ bisogno di nutrimento; adunque non „ riceuerà alcun danno dal vento. E ben- „ che possa essere da lui in questa, ò in „ quella parte portato; non però sarà da „ lui estinto. idest: *Id etiam, quod ait Licetus, ignem absolutum a Lucerna, extingui ab aere ambiente, mihi non placet; quia vel id efficeret aer suis qualitatibus actiuis, vel mole sua, nempe maximam ob sui quantitatem; sed neutrum dici potest. Non suis qualitatibus, quia istæ multo validiores in igne sunt; & apparet experientia, debilissimam lucernæ flammam in aere quocunque positam, dummodo ventus absit, nunquam extingui. Ratione quantitatis nequaquam; etenim ab hac ignis per suffocationem extingui solet, & opprimi; sed aer adeo tenuis est, subtilis, & leuis, vt inducere nequeat suffocationem; immo eam vnice tollit. Addo nequeuento extingui posse hunc ignem, quem ait ipse volare ad suam sphæram; quia ventus eatenus extinguit ignem apud nos, quatenus cum separat a corpore, quod illum.*

[a] nu. 53.

» *lum conseruabat; vnde remanens absque*
» *nutrimento, moritur; & iccirco ventus ali-*
» *quando magis accenait ignem, quando ni-*
» *mirum eum impellit versus eam partem,*
» *vbi nutrimentum illius adest, & cum ipso*
» *magis vnitur; sed ignis iste segregatus a*
» *Lucerna, de quo Licetus, non indiget ali-*
» *menti; non accipiet ergo detrimentum vl-*
» *lum a vento; & licet ab ipso deferri valeat*
» *in hanc aut illam regionem, non ideo ex-*
» *tinguetur ab illo.* LIC. Hæc opinio, cum suis probationibus, intime perspecta rei natura, proscinditur; etenim vere volans extra lucernam ignis extinguitur ab aere facile, tum ratione suarum qualitatum actiuarum, tum ratione molis, non quidem seorsim assumptarum, sed simul operantium, vt ostendam: etenim etsi qualitates ignis validiores sint qualitatibus aeris absolute, ceterisque paribus; attamen qualitates igniculi de lucerna segregati non sunt validiores qualitatibus aeris, & omnino aeris immensi, per quem sibi transeundum est ad propriam sphæram; in primis enim igniculus ille, quanto magis ascendit, tanto magis euadit rarior, consumens iugiter subiectum sibi liquorem, quo impeditur ascendere, quousque redditus inadspectabilis liberius, ac velocius ascendit: At vero quanto rarior euadit, tanto qualitates imbecilliores fieri sibi sentit; nam qualitas caloris, frigoris, & alia quæuis in rariori subiecto minus actuosa est, atque debilior; quare semper fatiscens ascendentis ignis actiuitas a valentiori qualitate aeris extinguitur. Deinde vero semper omne agens agendo repatitur; vt ostendit [*b*] Aristoteles; iugiter igitur ascendens ignis per aerem assidue viribus imminuitur, vt demum illis omnino collapsis, actiuitati cedat aeris; qui semper nouus ab igne sursum lato reperitur integris viribus; vnde fatiscentem, ac eneruatum ignem tandem extinguit aer, priusquam ad propriam regionem ille perueniat. Deinceps igniculus ille rarissimus, & inadspectabilis, actiuitatisque debilissimæ summam ob sui raritatem, si peruenerit ad mediam aeris regionem, vbi viget frigus intensius, & magna manus aquei vaporis, ac humidi, quidni facile destruatur a validiori contrario? Nec obest experientia de

[*b*] 4. de gen. an. c. 3.

A lucernæ flamma, quæ nunquam dicitur extingui ab aere, vbi ventus abest: tum quia nos agimus de igne segregato a lucerna, non insidente in lucerna; quam flammulam experimento videmus prope lucernam in minima distantia citissime mori: tum quia lucernæ flamma semper ab aere contiguo corrumpitur vetus, & in interitu suo, exituve de lucerna nouam generat ex humido sibi continuo, sicuti supra nouimus ex Aristotele[*c*]. De quantitate quod addi- [*c*] 2. meteo. su. 1. c. 2.
B tur, aer sane non solum mole sua compressus in arctum flammam suffocat; verum etiam quia in maiori mole, ceteris paribus, vegetior est actiuitas qualitatum; etenim corpus lucidum maius impensius illuminat & magis quam minus; maiorque flamma calefacit magis quam minor: quare scandens igniculus de lucerna sensim refrangitur ab aere multo, cuius partes assidue contingit nihil a se passas, ast integris viribus; vt
C oporteat ab aeris multi plurimis partibus iugiter igniculū ascendentem afficientibus labefactari, ac demum extingui. Ventus item, quatenus est exhalatio multum terrea, sicut ostendit Aristoteles, [*d*] & venti motus ad mundi la- [*d*] 2. meteo. su. 2.
tera, simul & ad terram, eatenus contrarias habet igni qualitates, maximeque frigiditatem, qua extinguit ignem. Nec apud nos flammam extinguit, quia separet illam a suo nutrimento; sed
D quia diuellit eam a materia, ex qua moriens nouam[*e*] procreare valeret. Ac- [*e*] 2. meteo. su. 1. c. 2.
cendit autem flatus, ac vētus flammam extinctam, quando calidam exhalationem exeuntem de recens extincta lucerna, tædave, concentrat, & cogit in combustibile; qua concentratione, coactioneque densatur in flammam rutilam; vt olim[*f*] ostendimus. ARE. Al- [*f*] 4. de Luc. ant. c. 14.
l'essempio, ch'egli adduce de gli huo- »
mini, che lungamente viuono senza ci- »
bo, si è risposto nell'impresa di S. Gio- »
E uanni Battista nel lib. 4. e dimostrata es- »
ser falsa la sua ragione. idest: *Ad exem-* »
plum, quod affert de hominibus diu viuen- »
tibus absque cibo, responsum fuit in Em-
blemate S. Ioannis Baptistæ lib. 4. & osten-
sum, esse falsam eius rationem. LIC. Non opus est, alienum argumentum hic fusius tractare: Quare breuiter ostendere conatur ibi, [*g*] calorem natiuum ne- [*g*] l. 4. Imp. 49. c. 2.

ces-

ceſſario ſemper humido radicali prædominari, quia caliditas naturalis extranea qualitas exiſtat humano corpori; quod ex eo contendit oſtẽdere, quia ſeparata anima corpus frigeſcat, quaſi redeat ad ſuam naturam, vt aqua ſeparato calefaciente: ponitque calorem naturalem eſſe contrarium humano temperamento; quod ait in ſolo humido radicali conſiſtere. Quæ dogmata refragantem habent omnem Philoſophorum, & Medicorum cœtũ, & apertiſſimam rationem: Quomodo calor naturalis eſſe poteſt, ſi qualitas eſt extranea humano corpori? non ne natura internum eſt principium? quomodo abſente anima corpus humanum eſt, & humanum temperamentum in defuncto, niſi æquiuoce; ceu lapideum, ac pictum; vt ait ſæpius[i] Ariſtoteles. Alia, quæ mihi tunc obiecit Areſius, his paria videntur, & omnia ſolutionem apertam habent in illo volumine *De his qui diu viuunt ſine alimento*, ſicuti cuique conſtare poterit ipſum verſanti: quare redeamus ad Lucernas. ARE.[k] Che poi queſt'arte di formar olio inuincibile dal fuoco non ſi trouaſſe appreſſo gli antichi, oltre alle ragioni, che dimoſtrano eſſer ella impoſſibile, può prouarſi, perche ſi trouerebbe alcuno, che faceſſe di lei mentione; e pure non ve n'è chi ne parli. A tempi di Plutarco non doueua ella certamente eſſer perduta, ſe mai fù al mondo; perche non ancora erano inondati nell'Europa i Barbari, e fioriua più che mai l'Imperio Romano, e conſeguentemente tutte le arti: Et egli, che ſeppe tanto, e fù molto curioſo inueſtigatore delle coſe, qualche cognitione hauuta ne hauerebbe; che vuol dir dunque ch'egli ſi fa tanta marauiglia, che alcune lampadi duraſſero gli anni intieri ſenza porui olio; e ſi sforza ritrouarne diuerſe ragioni, potendola hauer in pronto da queſt'arte? Come Ariſtotele anch'egli, che viſſe mentre nella Grecia fioriuano tutte le arti, trattando ſouente del fuoco, e della nutritione, e ſuo mantenimento, non ne fece anch'egli giamai mentione? Come Plinio, curioſiſſimo, e diligentiſſimo, facendo mentione nel cap. 56. del 7. de gl'inuentori delle arti, e di coſe molto triuiali, come ſin del meſcolar l'acqua col vino, fatto non haurebbe mentione de gl'inuentori di queſt'arte tanto marauigliosa? Come S. Agoſtino, che pur viſſe a tempi, che la memoria di queſt'arte non poteua eſſer eſtinta, parlando di queſte Lucerne, non ad altra arte, che a quella del Demonio l'aſcriue? Come quei Sacerdoti, che diceuano vn'anno intiero mantenerſi le loro Lucerne ſenza aggiungerui olio, raccontauano ciò per marauiglia, ſe vi era l'arte di mantenerle ſempre? E che vuol dire, che di queſta più toſto, che di quelle di conſeruarle vn anno ſolo, non ſi ſeruiuano? ideſt: *Quod inſuper ars hæc efficiendi oleum inuincibile ab igne non inueniretur apud antiquos, præter argumenta demonſtrantia eam eſſe impoſſibilem, oſtendi poteſt eo quod inueniretur aliquis, qui de illa mentionem faceret; & tamen nemo eſt, qui de illa loquatur. Ævo Plutarchi certe non debebat eſſe deperdita, ſi vnquam in mundo fuit; quia nondum inundauerant Europam Barbari, & florebat in ſummo Romanum Imperium, & conſequenter omnes artes: Et ipſe, qui tanta ſapientia pollere viſus eſt, & valde curioſus inueſtigator rerum fuit, quampiam notitiam eius habuiſſet; quid ergo tantopere miratur ipſe quaſdam lampades duraſſe annos integros abſque appoſitione olei; conaturque reperire diuerſas rationes, quum poſſet habere in promptu ab hac arte? Quomodo Ariſtoteles & ipſe, qui vixit dum in Græcia florebant omnes artes, agens frequenter de igne, deque nutritione, ſuaque conſeruatione, nunquam de propoſito mentionem fecit? Quomodo Plinius, curioſiſſimus, & diligentiſſimus, tractans in cap. 56. lib. 7. de inuentoribus artium, & rerum admodum vulgarium, vt etiam permiſcendi aquam cum vino, non feciſſet mentionem de inuentoribus huius artis adeo mirabilis? Quomodo S. Auguſtinus, qui vixit ævo, quo memoria huius artis extincta eſſe non poterat, agens de Lucernis iſtis, non ad aliam artem, quam ad Dæmoniacam illas adſcribit? Quomodo Sacerdotes illi, qui dicebant annum integrum ſeruari ſuas Lucernas abſque adiectu olei, referebant hoc vt admirabile, ſi aderat ars illas æternum conſeruandi? Et cur huiuſmodi perpetua potius, quam annua illa non vtebantur?* LIC. Negatiua propoſitio vniuerſalis de rebus agibilibus anteactis quo-

[i] 2. de an. t. 9. & paſſim.

[k] num. 54.

quomodo probari poterit vnquam ? Esto nemo citatorum nouerit hanc artem, etsi doctissimorum; potuit attamen ab alio dignosci. Neque subtilitate doctrinæ semper admirabilia reperiuntur; sed casu sæpe inter operandum ab empiricis: nam vt obseruat Polydo-
[l] lib. 2. c. 11. rus [l] Virgilius agens de primis rerum inuentoribus, *Bombardæ tormentum, quo post hominum memoriam nihil terribilius ab humano ingenio excogitari potuit, cuius inuentorem fuisse tradunt hominem Germanum, admodum ignobilem, cui casu in mentem venit talc quid efficere. Fertur enim homo ad exitium humanum natus, seruasse aliquando domi in mortario puluerem sulfureum, cuiusdam medicinæ faciendæ causa, illudque texisse lapide; ac inde contigisse vt, dum ignem ex silice prope excuteret, scintilla intrò ceciderit, subitoque flamma eruperit, atque lapidem in altum tulerit; & ille, eius rei casu doctus, postea facta ferrea fistula, & puluere confecto, machinam reperisse; ac eius vsum Venetis in illo bello primum ostendisse, quod ad Fossam Clodiam est cum Genuensibus gestum: qui fuit anno salutis humanæ 1380. Is itaque tam mortiferæ machinæ repertor, pro mercede, opinor, accepit, vt nomen eius perpetuo occultaretur, ne omni tempore a cunctis mortalibus male audiret, dignus scilicet, qui prior ipse vice Salmonei, fulmine flagrasset.* Itaque oleum incombustibile pariter casu potuit inueniri ab homine indocto, sed empirico puro; qui suam artem postea non ita passim promulgauerit, at paucis, a quibus eximiam mercedem habere posset. Vitreo flexibili, & malleabili, quid admirabilius item excogitari potest? hoc tamen inuenit efficere plebeius homo quidam indoctus, & forte casu; qui neminem edocuit artem suam, quæ propte-
[m] li. 36. c. 26. rea perijt: de qua re Plinius [m] ita: *Ferunt Tiberio Principe excogitatum vitri temperamentum, vt flexibile esset: & totam officinam artificis eius abolitam, ne æris, argenti, auri metallis pretia detraherentur, eaque fama crebrior diu, quam*
[n] l. 16. c. 15. *certior, fuit.* Latius Isidorus [n] in Originibus inquiens: *Fertur autem sub Tiberio Cæsare quendam artificem excogitasse vitri temperamentum, vt flexibile esset, & ductile. Qui dum admissus fuisset ad Cæsarem, porrexit phialam Cæsari. Quam ille indignatus in pauimentum proiecit: artifex autem sustulit phialam, quæ plicauerat se, tanquam vas æneum: deinde malleum de sinu protulit, & phialam correxit. Hoc facto, Cæsar dixit artifici: Nunquid alius scit hanc condituram vitrorum? Postquam ille iurans negauit: iussit eum Cæsar decollari, ne dum hoc cognitum fieret, aurum pro luto haberetur, & omnium metallorum pretia detraherentur.* Sic etiam cur inuentores olei vires ignium eludentis, extitisse non potuerunt, & pauci vario seculo, & ignoti nominis, & artem suam nemini communicantes. At sigillatim obiectionis partibus occurramus: Quod ait primo, neminem inueniri, qui loquatur de arte faciendi oleum ab ignibus inuincibile, demonstrat esse falsum Cassiodorus, qui libro *De Institutione Diuinarum Scripturarum* hæc habet ad verbum: [o] *Parauimus etiam nocturnis vigilijs mechanicas lucernas, conseruatrices illuminantium flammarum, ipsas sibi nutrientes incendium, quæ humano ministerio cessante, prolixe custodiunt vberrimi luminis abundantissimam claritatem, vbi olei pinguedo non deficit, quamuis flammis ardentibus iugiter torreatur.* Quem locum videre poterat Aresius, vt videt, & approbat, refertque Tostatus in Matthæum dicens: [p] *Dicunt alij, quod ignis inferni durat indeficienter, propter materiam, in qua est, quæ semper ardens est, & tamen nunquam ardendo exuritur. Nec est hoc valde admirandum, quum & nos similia videmus in lucernis quibusdam metallicis, æreis, aut æneis, quas artificialiter faciunt, & tingendo illas quodam genere liquoris manebit massa illa semper ardens & lucens, & non consumitur. Et quod plus est, etiam posita in medio fluminis semper ardebat; nec est aliquid quod eam extinguere valeat, nisi filtrum (vt dicunt) aceto madefactum. Et hoc quidem non nigromantice, sed naturaliter fit; testatur enim se Cassiodorus feciisse vnam, & dedisse quibusdam Monachis in monasterio quodam, quod ipse construxerat, ad perpetuum vsum monasterij, vt ipse refert in quodam libro de Institutione illorum Monachorum.* Insuper hoc assertum Aresij demonstrat a veritate deuiare Iacobus de Voragine, alijque vetustiores, quos recenset ita [q] Tostatus in Numeris: *Potest effici Lucerna inextinguibilis*
[o] cap. 30.
[p] p. 7. c. 25. qu. 515.
[q] p. 2. c. 21. qu. 19. F.

aquæ

aquæ vel aeri naturaliter, vt fecit B. Isidorus duas naturaliter; quæ post mortem eius ad caput & pedes sepulcri ipsius permanserunt quasi per ducentos annos, ita quod nihil de eis videretur consumptum: sed postea inde sublatæ sunt. Testantur hoc Maiores, & ponit Iacobus de Voragine in historia B. Isidori. Sed ante hos omnes ipse Strabo [r] dixit: *Astu saxum est in planicie, circumquaque domicilijs circumdatum: in eo saxo est templum Mineruæ, & vetusta Poliadis ædes, in qua semper ardens Lucerna, & Parthenon Ictini opus, in quo Minerua eburnea Phidiæ opus:* Profecto nihil insigne relata foret eam lucernam semper ardentem dicere, si noua superinfusione olei ad durationem indigeret; quum passim suis in phanis antiqui Gentiles lucernas conseruarent ardentes omni tempore; sed hoc peculiare posuit inter alia memorabilia opera Ictini, & Phidiæ, summorum artificum, quia lucerna semper ardens erat absq; noui olei affusione. Reperiuntur igitur inter veteres, qui locuti sunt de lucernis perenni lumine coruscis, deque arte parandi oleum ab ignibus inuincibile. Quod autem asseritur de Plutarcho non me turbat; fuit vir ille doctus, & diligens rerum inuestigator: an non ideo latere potuit eius diligentiam ars efficiendi oleum incombustibile, quæ multos alios illo non minus curiosos, & diligentes latuit? quæque pauciſſimis agnita fuit? ceterum non ne satis innuit in libro de oraculorum defectu artem illam fuisse deperditam, cuius materia plane desijt? age repetamus eius dicta luculentius in proposito: *Neque diu est,* inquit, *quod Carystia rupes desyt simul cum marmore proferre stamina quædam mollia ac quasi fila lapidea: (existimo enim quosdam vestrum vidisse mantilia, retia, & inuoluera capitis ea ex materia confecta: quæ neque vruntur; & quum vsu sordes contraxerunt, in ignem conjecta nitorem splendoremque suum recipiunt) plane enim desyt, & vix graciles quædam tanquam fibræ & quasi capilli eius materiæ per metalla discurrunt. At enim horum omnium opificem Aristoteles facit vaporem, qui est in terra: cuius defectum, migrationem, nouumque ortum necesse est ista omnia sequi.* Quum igitur ex his, vt ex alijs omnibus, obseruatore Cardano, [s] possit oleum

[r] lib. 9.

[s] 10. de subt. c. 1.

A extrahi, quod naturam redoleat eius, ex quo fuit extractum; certe non obscure nos insinuauit Plutarchus oleum incombustibile fieri posse, desijsseque materiam, ex qua confici valet. De Aristotele quod opponitur deinde, me non angit: quis ignorat Aristotelem esse doctissimum, & rerum diligentissimum scrutatorem, quæ natura fiunt? sed quis etiam dicat, oportuisse ipsum omnia nosse, quæcumque fiunt a quauis arte, potissimum rara, & abditissima, B cuiusmodi fuit ista parandi oleum lucernarum incombustibile? num oportuit ipsum nihil omnino latere? Dei solum hoc proprium est. Deinde licet pluribus in locis agat Aristoteles de igne, & nutritione, suaque conseruatione; tamen inter eius opera prostantia nihil habemus, quod omnia penitus attributa ignium exactissime promat; quũ ipse se de alimento tractasse dicat in opere de anima crassiori stylo, tracta- l. 2. t. 50.
C turumque se polliceatur posterius de alimento in proprijs sermonibus; quæ cultior theoria non prostat. An non inter ea multa volumina Magistri, quæ perierunt, hoc argumentum extitisse valuit? sane defectus huius Aristotelicæ tractationis impulit Bonamicum ad libros de Alimento conscribendos, vt ipse [t] præfatur. Minus obest Plinius, [t] in Præf.
qui dicitur in recensu de rerum etiam vulgarium [u] inuentoribus, nullam ha- [u] l. 7. c. 56.
D buisse mentionem de arte faciendi hunc incombustibilem liquorem; quia multa sunt alia, de quibus nullum inuentorem ibi commemorat Plinius, quæ tamen apud homines habentur euidentia; non ergo dici debuit, artem efformandi oleum incombustibile nunquam extitisse, quia de illius inuentore Plinius non meminerit, dum plurium rerum inuentores enumerat. Minime omnium obstat D. Augustinus, at plane suffragatur, si sententia ipsius integra referatur; non enim refert lucernæ longam
E durationem in solam artem Dæmonis, vt obijcitur, sed in humanam etiam sine commercio Dæmonis; ait enim perspicuis verbis: [x] *Aut ergo in lucerna illa* [x] 21. de ciu. c. 6.
mechanicum aliquid de Asbesto ars humana molita est: aut arte magica factum est, quod homines illo mirarentur in templo: aut Dæmon quispiam sub nomine Veneris

tan-

tanta se efficacia præsentauit, vt hoc ibi prodigium & appareret hominibus, & diutius permaneret. D. igitur Augustinus potius ad artem humanam, quam ad vim Dæmonis durationem illius lucernæ refert; quum primam causam proponat humanam industriã. Nihil obest vltima de Sacerdotibus illis instantia; quia necessarium non erat illos artem eam nosse, quæ paucissimis alijs nota fuerat; ac eam ignorantes pro miraculo suam lucernam ostentabant integri anni splendore rutilam; nec pro ea perennem aliam habere poterant.

De reali existentia Lucernarum diu sine liquoris adiectu splendentium, speciatimq. repertarum in sepulchro Pallantis, atque Tulliolę, Cl. Aresij dubitationes eluuntur. Cap. IV.

VLtimo loco nititur Cl. Aresius inuentionem, ac existentiam realem perennium lucernarum, antea nobis propositarum infirmare scribens in hanc [a] sententiam. [b] Che diremo dunque di tante lucerne, che ne' sepolcri antichi, Autori grauissimi fanno fede essersi ritrouate accese? Io confesso, che appresso di me sono molto sospette di falsità, ò di qualche inganno. ideſt: *Quid ergo dicemus de tot lucernis, quas in sepulcris antiquis Autores grauissimi fidem faciunt inuentas esse coruscas? ego fateor, apud me valde suspectas esse falsitatis, aut fraudis alicuius.* LIC. Equidem Cassiodorum, qui fatetur se confeciſſe lucernam huiusmodi ad vsum Monasterij ab se instituti, virum probitate, nobilitateque singularem, non auderem insimulare fraudis, atque mendacij; qui eius verba nuper attulimus. Cap. sup. Neque Iacobum de Voragine, virum doctrina, & innocentia vitæ clarissimum, fallacem scriptorem dixero, quũ apud eum lego B. Isidorum duas eiusmodi lucernas effeciſſe, quæ ducentos annos arserint in suo sepulcro clausas. A R E. E per essaminarne alcune delle più principali. hoc est: *Et vt examinem aliquas magis principalium.* LIC. Ad ostendendum non extitisse dudum vllam lucernam perennem, haud satis est ostendere non fuisse quasdam, ac duas tantum, vt efficere conatur Vir Cl. sed

[a] cap. 7.
[b] nu. 59.

A oportebat ipsum omnes a nobis propositas confutare; nam vel vnica reperta sufficit ad meam opinionem confirmandam; ipse vero ex particulari negatione duarum, vel trium, non potest omnium, & plurimarum existentiam conuellere. Sed videamus quid contra opponat. A R E. Chi non vede, quanto sia poco probabile ciò, che si dice della sepoltura di Pallante? In prima quei versi, chi vi sarà, vn poco informato dell'vso della Latina lingua, che non conosca non essere di quei tempi antichi? Chi non sà, che dal principio di Roma insino al tempo di Cicerone, fu tanto cangiato il fauellar latino, che non pareua quasi l'istesso? Ad vn giouane, che si dilettaua di fauellar all'antica disse Fauorino Filosofo appresso ad Aulo Gellio, [c] *Tu perinde, quasi cum matre Euandri nunc loquaris, sermone ab hinc multis annis iam desito vteris, quod scire, atque intelligere neminem vis, quæ dicis.* Se dunque il fauellar di quei tempi antichi non si sarebbe inteso da Romani viuenti a tempi di A. Gellio; come questi versi tanto chiari, e conformi al parlar del secolo di Cicerone, e di Virgilio, diremo noi, che fossero scritti sopra quel sepolcro a tempi di Pallante? ideſt: *Quis non videt, quam parum probabile sit, quod dicitur de sepulcro Pallantis? In primis, illos versus quis erit, parum informatus vsu linguæ Latinæ, qui non agnoscat non esse temporum illorum antiquorum? Quis ignorat, ab initio Romæ ad tempus vsque Ciceronis, adeo mutatum fuisse Latinum idioma, quod non idem quasi videretur? Adolescenti, qui more prisco loqui affectabat, dixit Phauorinus Philosophus apud A. Gellium,* [d] Tu perinde, quasi cum matre Euandri nunc loquaris, sermone ab hinc multis annis iam desito vteris, quod scire, atque intelligere neminem vis, quæ dicis. *Si ergo sermo temporum illorum antiquorum intellectus non fuisset a Romanis viuentibus æuo A. Gellij; quomodo versus istos adeo claros, & conformes idiomati seculi Ciceronis, ac Virgilij, dicemus nos inscriptos esse sepulcro temporibus Pallantis?* LIC. Vere vetustissimi Romanorum, & ante Romam conditam Latini loquebantur idiomate satis vario ab illo, quo tempore Ciceronis vtebantur: sed ista varietas

[c] l. 1. c. 10.
[d] l. 1. c. 10.

tas tanta non fuit, quin vtraque tempora multas voces communes habuerint, atque præsertim propria virorum; at prodijt solum ab antiquatione multarum vocum, & ab innouatione aliarum plurium; voces autem antiquatæ, quæ multis iam seculis vsurpari desierint, a posterioribus non intelligebantur; vnde iuuenis ille, qui solum vocabulis antiquatis a multo tempore loqui affectabat, merito reprehensionem subit Phauorini, quasi nolit ea sciri, ac intelligi, quæ diceret. Memini me legisse versus quosdam Etruscos vernacula quidem lingua constructos, ac vocibus omnibus obsoletis iamdiu, qui propterea difficillime intelligerentur nisi ab eorum autoribus, inter quos præter Florentinos aliquot, emicuit Io: Baptista Pinellus Genuensis. Consimilia carminibus his habentur epigrammata Tusca Burchielli Poetæ Florentini, commentarijs arguti Doni vix intelligibilia reddita; quorum vnum erat:

» I Mezzuli eran già nelle capruggine,
» Volendo il trenta tre lasciar per arra
» Colui, per cui si fà si spesso sciarra,
» Et mette al fin del cãcer la caluggine.
» Quando in corazza coperta di ruggine
» Viddi villani partir dalla marra,
» Qual col Falcon, qual colla scimitarra,
» Qual col targon pareua vna testuggine.
» Cosi feroce il nuouo Balugazzo,
» Cadde vna lancia strofinãdo il muro,
» Che fè fuggir quei trilli, e'l popolazzo.
» Io fui de' primi, e mai non fui sicuro
» Ch'io fui dẽtro a la porta di palazzo,
» Temendo di morir nel caso scuro.
» Vn Berricuocol duro
» Si mosse per pietà ch'era già morto,
» E venne al buco a porgermi cõforto.

Commentator pro nõ intelligibili præterit hoc Idyllium, asserens: *Questo tratta d'Abachi, & Zeri, & altre cose, che'l Commentatore le lascia passare; ma perche questi versi son simili a quelli, che dicono,*

» Foglie di Ceruio, e corna di Sãbuco: *Però non dirò altro, hauendo dichiarato quello a carte* . . . . idest: *hoc agit de Algorismis, & Zeris, & alijs rebus, quas Commentator pertransire sinit; sed quia versus isti sunt similes illis, qui dicunt,*

» Folia Cerui, & cornua Sambuci: *propterea non dicam aliud; quum declarauerit illum pagina* . . . . Qui sane versificulus, agens de frondibus Cerui, & cornibus Sambuci, nõ inuenitur in opere Burchielli; quare signat, allatos esse non intelligibiles, cuiusmodi sunt & hi,

Esso la Bassa, che vaco a Madonna,
A pena ne riuieco quesso Maio:
Ascio dolente, che vdito l'haio
Da Cola Ianni massera in Colonna.
E perche lo diffi di notte cõ la nuonna,
Quessi ribelli maco fatto oltraio,
E vuoco pur ch'io faccia lunaraio,
E la sposata ancor non ha la gonna.
Accolo detto alli Conzeruatori,
Ma rincontro crai lo patriarca
Cotal assordo per si man Lorienza:
Se Liello ciecho torna dalla Marca
Allonta delli tuoi Rienzo Mattienza
Chalmo alla calata con la varca.
Se più voglio se scarca,
A quessa Mercatanti da Fiorenza
Ma più faccio al Bassà la riuerenza.

Commẽtator ait: *Potrebbe esser, che qualch'vn altro hauesse fatto il Sonetto, & egli hauesse fatto questo che seguita: forse gli hauesse per altri composti in quella lingua: di questo non voglio io disputare hora; vedete voi l'vno, e l'altro, & giudicate; ma guardate di non v'ingannare, come i nostri Commentatori, i quali hanno preso di grossa granchi a secco.* idest: *Posset illud esse, vt quispiam alius poematium pepigisset, ac ipse fecisset istud, quod sequitur: forsitan pro alio quopiam homine composuit ipsa pœgnia in eo idiomate: de hac re disputare nolo nunc: videte vtrumque, & iudicate; sed cauete ne decipiamini, sicuti nostri Commentatores, qui ceperunt magnos cancros in sicco,* multum frustra laborantes.

Iesso la parte de duonna Mattienza
Cuoppia vaccina caprede vi faccia.
Quattro melangole, e vna ramoraccia
Hanci spieso vn carlin non ci ripienza.
E quessi mercatanti da Fiorenza,
Che aghano i Cãpomierlo fatto caccia,
Presentan la Spolata che lo caccia
Vn capoceruio con gran reuerenza:
Disse Losantolo danza che sia accisso,
Malditta mali muorti tuoi malditta.
Non bicassimo mai nel suo viso,
E cacio tuosto, & Gianuzo sbiritta,
Paluezza, Giacomella laccho intuso
Che prãzan madimani con capacitta.
Isa sende delitta,
Che vagamo massera alla calata,
E facciam quattro squorze di fogliata.

Nisi dicamus hos versus esse scriptos idiomate plebeculæ iam obsoleto, sicut olim vitam Nicolai Laurentij scripsit eius Cancellarius lingua vernacula plebis infimæ Romanorum illius æui, vt ostenderet Nicolai natales e matre linteorum lotrice mercenaria, & patre caupone, obscuros & ignobiles extitisse. At vero, quod asseritur, eos esse in intelligibiles sermones, figurate dictum accipi debet, pro eo quod est, difficulter intelligibiles, siue non facile, nec ita statim intelligibiles, veluti mille numos erogasse dicimus, qui multo pauciores erogauit in re vili: quod animaduertit in proposito Macrobius inquiens: *Tunc Auienus* [e] *aspiciens Seruium, Curius, inquit, et Fabricius et Coruncanius antiquissimi viri, vel etiam his antiquiores Horatij illi trigemini plane ac dilucide cum suis fabulati sunt: neque Aruncorum, aut Sicanorum, aut Pelasgorum, qui primi coluisse in Italia dicuntur, sed ætatis suæ verbis vtebantur: tu autem perinde quasi cum matre Euandri loquare, vis nobis verba multis iam seculis obliterata reuocare: ad quorum congeriem præstantes quoque viros, quorum memoriam continuus legendi vsus instruit, incitasti. Sed antiquitatem vobis placere iactatis, quod honesta, & sobria, & modesta sit. Viuamus ergo moribus præteritis, præsentibus verbis loquamur. Ego enim id, quod a C. Cæsare, excellentis ingenij ac prouidentiæ viro in primo Analogiæ libro scriptum est, habeo semper in memoria atque in pectore, vt tanquam scopulum sit, fugiam infrequens atque insolens verbum. Mille denique verborum talium est, quæ quum in ore priscæ auctoritatis crebro fuerint; exauctorata tamen a sequenti ætate repudiataque sunt. Horum copiam proferre nunc possem, ni tempus noctis iam propinquantis necessariæ discessionis nos admoneret. Bona verba, quæso, Prætextatus morali, vt assolet, grauitate subiecit: nec insolenter parentis artium antiquitatis reuerentiam verberemus*, &c. Ex quibus apparet inintelligibiles illos esse veteres sermones æuo iuniori, quos ex vocibus obsoletis & obliteratis tantum conficimus. At id non efficit, quo minus plurimæ voces communes fuerint antiquissimo pariter & æuo nouissimo; sunt autem huiusmodi nomina virorum propria: sed & in allatis versiculis,

A „ Filius. Euandri. Pallas. quem. Lancea. Turni
„ Militis. occidit. mole. sua. iacet. hic

Tria nomina propria, *Euandri, Pallantis*, atque *Turni* sine mutatione peruenerunt ad nos ex altissima illa antiquitate; in qua Festus agnouit: & *Lanceam*, quam a Græco λυγχην deductam admonet: & *Militem*; asserens, *Rorarios milites vocabant, qui leui armatura primi prælium committebant; quod, vt ante imbrem fere rorare solet, sic illi, ante grauem armaturam quod prodibant, rorarij dicti.* Præterea vero quum Euander ab Hercule literas edoctus fuerit, vt obseruat Plutarchus in Quæstionibus Romanis aiens: [f] *Cur communis fuit Ara Herculis & Musarum? An quia Euandrum literas docuit Hercules, vt Iuba narrat: resque ea videtur perhonesta; quum literas prisci amicis ac cognatis traderent. Sero cœptum est mercede doceri: primusque ludum literarium aperuit Sp. Carbilius, Carbilij Libertus, eius qui primus vxorem dimisit.* Euander itaque ponere potuit filio Pallanti facile prædictum sepulcrale distichon; qui literas edoctus ab Hercule fuit: a quo Pelasgi veteres item edocti fuerant homonymiam vocabuli *Phota*, quod illi *virum* interpretati Saturno sacrificabant hostiam humanam; a quo crudeli more sunt reuocati, docente tunc Hercule, *Phota* signare lumina; quam historiam Macrobius [g] late proposuit ita: *Pelasgi, sicut Varro memorat, quum sedibus suis pulsi diuersas terras petissent; confluxerunt plerique Dodonam; & incerti quibus hærerent locis, eiusmodi accepere responsum:*

[f] Quæst 59.

[g] 1. Sat. c. 2.

Στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατυρνίαν αἶαν
Ηδ' Ἀβοριγενέων Κοτύλην, ἣ νάσος ὀχεῖται:
Αἷς ἀναμιχθέντες, δεκάτην ἐκπέμψατε φοίβῳ,
Καὶ κεφαλὰς Ἄιδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα. hoc est:

„ *Pergite quærentes Siculorum Saturniam terram,*
„ *Atque Aboriginum Cotylen, vbi insula vehitur:*
„ *Quibus permisti, decumas mittite Phœbo,*
„ *Et capita Saturno, & patri mittite virum*, siue, *lumina*.

Ac-

Acceptaque ſorte, quum Latium poſt erro- A *res plurimos appuliſſent, in lacu Cutulienſi enatam inſulam deprehenderunt. Ampliſſimus enim ceſpes, ſiue ille continens limus ſeu paludis fuit, coacta compage, virgultis & arboribus in ſiluæ licentiam comptus iactantibus per amnem fluctibus vagabatur; vt fides ex hoc etiam Delo facta ſit, quæ celſa montibus, vaſta campis, tamen per maria ambulabat. Hoc igitur miraculo deprehenſo, has ſibi ſedes prædictas eſſe dicerunt: Vaſtatisque Sicilienſibus incolis* B *occupauere regionem; decima præda, ſecundum reſponſum, Apollini conſecrata; erectisque Diti ſacello, & Saturno Ara: cuius feſtum Saturnalia nominarunt. Quumque diu humanis capitibus Ditem, & virorum victimis Saturnum placare ſe crederent, propter oraculum, in quo erat;*

Καὶ κεφαλὰς Ἄϊδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

„ *Et capita Diti, & Patri mittite Phota.*

Herculem ferunt poſtea cum Geryonis pecore per Italiam reuertentem ſuaſiſſe illo- C *rum poſteris vt fauſtis ſacrificijs infauſta mutarent: inferentes Diti, non hominum capita, ſed oſcilla ad humanam effigiem arte ſimulata; & aras Saturno, non mactando viros, ſed accenſis luminibus excolentes; quia non ſolum* virum, *ſed &* lumina, phota *ſignificant. Inde mos per Saturnalia miſſitandis cereis cępit.* Itaque recte Phauorinus adoleſcentem rudiore ſermone vetuſtiſſimo non intelligibili loquentem, non cum Euandro per D Herculem Muſageten culte loqui docto, ſed cum Euandri matre, femina nondum literis ac politiore ſermone culta, verba facere notauit. Nec ſolum culte loqui, ſed etiam alte ſentire de rebus philoſophicis Euander ab Hercule doceri potuit; vt conſtat ex obſeruatis apud antiquos a Pierio; cui [*b*] *Hieroglyphicum & Cerberus argumentum habet: Græcorum enim nonnulli non* E *incongrue forſan exiſtimarunt abſtractum Herculis opera ex obſcuris Erebi penetralibus tricipitem Cerberum, patefactam ab Heroe philoſophiam, quæ prius in arcanis deliteſcebat, indicare. Ea vero vna ceruice contenta tribus diſtinguitur capitibus; quorum vnum rationi, Naturæ alterum, tertium moribus inſeruit. Vnde præter edomita tot monſtra, Herculem ipſum ferunt ſagittas in Iunonem iaculatum, & Plutonem etiam telo, vt Homerus inquit, triſulco ſauciaſſe. Philoſophus enim vir, dum ſolerti indagine ſublimia quæque perueſtigat, nactus aliquid captu dignum, mente veluti pennato quodam vtitur telo, quo quicquid illud fuerit, aſſequatur. Neque quidem locus vllus eſt, neque abſceſſus tam remotus, tam abditus, tam inacceſſus, quo non peruenerit Philoſophia; terræ ſiquidem & penetralia perſcrutatur, quod eſt Plutonem ipſum telo impetere, atque etiam ferire: hoc inquam eſt rerum Naturam enanciſci: tot in orbe terrarum monſtra domita, ferinos quippe mores componit, & ciuilibus, honeſtis, & vtilibus legibus addicit. Mox vt de Poeta Flaccus etiam*

„ *Pectus præceptis format amicis*

„ *Aſperitatis & inuidiæ corrector & iræ.*

Cælum demum inſcendit, & inde quicquid rationi obnoxium eſſe poteſt, aucupatur; cunctaque proſpectat, & ad amuſſim omnia num recta ſint explorat. Herculis ad hæc clauam, qua Heros is fuerit in domitandis monſtris vſus, Philoſophiam, monſtra vero animi vitia ſignificare, interpretatur in Floridis Apuleius. Euander igitur cultiores verſus illos in epitaphio filij rectiſſime poſuiſſe quiuit. Ceterum verſus iſti Græcanici non ſunt diſticho Pallantis ruſticiores, ac tenebroſiores; quum igitur a Pelaſgis multo ante matrem Euandri ſatis intelligerentur; quid Euandri tempore conſcripta carmina non potuerint æuo Ciceronis, & Virgilij noſtroque intelligi?

A R E. Non è molto, che fù in Roma „
trouata l'inſcrittione del ſepolcro di „
Lucio Scipione; in cui ben ſi conoſce „
quanto foſſe rozzo quel ſecolo, e quan- „
to diuerſamẽte ſcriueſſe da quello, che „
ſi fece poi; e perche parmi vn belliſſi- „
mo veſtigio di Antichità, voglio qui „
porlo; & è il ſeguente, dato alle ſtam- „
pe in Roma l'anno 1617. per Bartolo- „
meo Zanetti, „

„

HONC. OINO. PLOIRVME. COSENTIONT. R
DVONORO. OPTVMO. FVISE. VIRO
LVCIOM. SCIPIONE. FILIOS. BARBATI
CONSOL. CENSOR. AIDILIS. HIC. FVET. A
HEC. CEPIT. CORSICA ALERIAQVE. VRBE
DEDET. TEMPESTATEBVS. AIDE. MERETO

„

„

[*b*] lib. 5.

Num.60. „ Li quali versi ha fatti intelligili il Padre A
„ Giacomo Sermondo della Compagnia
„ di Giesù, cosi leggendoli:

Hunc vnum plurimi consentiunt Romæ,
Bonorum optimum fuisse virum
Lucium Scipionem: Filius Barbati
Consul, Censor, Aedilis hic fuit.
Hic cæpit Corsicam, Aleriamque Vrbem.
Dedit tempestatibus ædē merito.

B

„ Girolamo Aleandri, anch'egli eruditissimo, ha la detta pietra per antica,
„ e vera: e l'interpretatione sincera, con
„ altre belle antichità, & eruditioni con-
„ firmandola; come si può vedere nel
„ sopradetto libretto stampato dal Za-
„ netti. Hor questo Elogio, ò Epitafio
„ fù circa l'anno 460. della Città di Ro-
„ ma; Chi crederà dunque, che a tem-
„ pi di Enea versi cosi eleganti scritti fos-
„ sero sopra il sepolcro di Pallante? ideſt: C
„ *Non multum temporis est, quando Romæ*
„ *fuit inuenta inscriptio sepulchri L. Scipio-*
„ *nis; in qua satis agnoscitur, quam rudis*
„ *fuerit sermo illius æui, & quam differenter*
„ *scriberetur a more posterorum; & quia mihi*
„ *videtur pulcherrimum vestigium anti-*
„ *quitatis; volo hic ponere: estque sequens,*
„ *typis excusum Romæ anno* 1617. *per Bar-*
„ *tholomæum Zanettum*, HONC. OI-
„ NO &c. *Quos versus reddidit intelligi-*
„ *biles P. Iac. Sermondus e Soc. Iesu, legens* D
„ *eos ita :* Hunc vnum &c. *Hieronymus*
„ *Aleander, & ipse eruditissimus, censet il-*
„ *lum lapidem legitimum, & antiquum es-*
„ *se, ac interpretationem sinceram, alijs pul-*
„ *chris antiquitatibus, & eruditionibus ip-*
„ *sam confirmans; vt videri potest in opuscu-*
„ *lo supracitato per Zanettum edito. Modo*
„ *istud Elogium, aut Epitaphium fuit circa*
„ *annum* 460. *Vrbis Romæ. Quis ergo cre-*
„ *det, Aeneæ temporibus versus ita elegan-* E
„ *tes inscriptos fuisse tumulo Pallantis?*
LIC. Non negauero productam In-
scriptionem L. Scipionis legitimam, &
antiquam esse; licet ad manus Gruteri
non peruenerit: verum obseruo multas
Inscriptiones apud Gruterum eiusdem
antiquitatis non esse rudes, vt ista:
Censeoque ruditatem huiusmodi refe-
rendam esse partim ad autorem, siue
ad amanuensem ponentis Epitaphium;
& partim ad lapicidam: apertiusque
error arguitur non vnis solæcismis &
idem vocabulum quod quarto versu
ponit HIC, quinto statim eodem sen-
su ponit HEC, sed vltimam literam pri-
mæ lineæ R legerem *Romani*; quum
L. Scipio fuerit optimus non solum Ro-
mæ, sed etiam foris. Vltima quoque
litera quartæ lineæ A: relinquitur inex-
plicata: Quare vel vacat, vitio scripto-
ris, aut incisoris: qui pariter non inter-
punxit CORSICA. ALERIAQVE.
Ceterum & in his duabus vocibus præ-
terea duo difficultatem faciunt; alte-
rum quod Aleria sit Vrbs Corsicæ, vt
qui Corsicam insulam cæpisse dicitur,
frustra dicatur cæpisse & Aleriam: alte-
rum est, quod veteres non explicabant,
sed interpungebant abbreuiantes Q.
pro *Que*. Verum enimvero non tam in-
scitiam inciſoris, & inscriptoris, vt ita di-
cam ista declarant; quam aliquam suspi-
cionem incutiunt de falsitate lapidis, &
adulterina inscriptione. Nihilominus
illud ratum est illa tempestate fuisse
multas Inscriptiones non inelegantes;
vt ex Gruteri Collectione conitat, si-
cuti nunc habentur æuo patrum nostro-
rum exaratæ non elegantiores ista Sci-
pionis: Insuper illud obseruo, Francisci
Petrarchæ tempestate, vixisse Nico-
laum Laurentium Tribunum Plebis
P.Q.R. virum æuo suo doctissimum, de
quo materna lingua temporis illius, vi-
tam eius describens ait Thomas Forte-
fiocca Scriba Senatus: Fò da sua iouen- „
tutine nutricato de latte de Eloquen- „
tia, bono Granmatico, megliore Ret- „
tuorico, Autorista buono. Ouh como, „
e quanto era veloce leitore; moito vsa- „
ua Tito Liuio, Seneca, e Tullio, e Ba- „
lerio Massimo: Moito le delettaua le „
magnificientie de Iulio Cesare raccon- „
tare. Tutta la die se speculaua nell'in- „
tagli de marmo, li quali iaccio intorno „
Roma. Non era altri che d'esso, che „
sapesse leiere li antichi Pataffij; tutte „
scritture antiche vulgarizaua: quesse „
fiùre de marmo iustamente interpreta- „
ua. &c. Hic tamen adeo literatus & eru-
ditus, Romana lingua vernacula dicitur
a Fortefiocca fecisse versiculos istos, &
inscripsisse parieti ad excitandum Po-
pulum Romanum contra Potentes op-
timates: de Roma primum.

So-

„ Sopra onne Signoria foſte in aiutura,
„ Hora aſpettamo qua la toa rottura.
De Italia deinde:
„ Tolleſti la balìa ad onne Terra,
„ E ſola me teneſti per ſorella.
„ D'onne vertute foſti accompagnata,
„ Hora per Mare vai abbannonata.
Deinceps de Fide Chriſtiana:
„ O ſommo Patre, Duca, e Signor mio;
„ Se Roma pere, doue ſtaraijo io?
Eodem tamen plane tempore Franciſcus [i] Petrarcha de iſtomet Nicolao Laurentio cultiſſimum carmen edidit Italico ſermone concinens
„ Spirto gẽtil, che quelle membra reggi,
„ Dentro a le qua' peregrinando alberga
„ Vn Signor valoroſo, accorto, e ſaggio;
„ Poiche ſe' giunto a l'honorata verga
„ Cõ la qual Roma, e' ſuoi errãti correggi,
„ Et la richiami al ſu' antico viaggio;
„ Io parlo a te: però ch'altroue vn raggio
„ Nõ veggio di virtù, ch'al mõdo è ſpẽta;
„ Nè trouo, chi di mal far ſi vergogni.
„ Che s'aſpetti non sò, nè che s'agogni
„ Italia; che ſuoi guai non par che ſenta;
„ Vecchia otioſa, e lenta.
„ Dormirà ſempre, e non fia chi la ſueglie?
„ Le man l'haueſs'io auuolte entro. &c.
Vixit inquam eodem ęuo Thomas Fortefiocca, qui vitam Nicolai Laurentij deſcripſit idiomate vulgi Romani, cum coæuo ſuo Nicolao Laurentio, qui pariter ijſdem temporibus cum Franciſco Petrarcha vitam egit; nam ad eum Petrarcha, præter allatum carmen, eiuſdem argumenti de capeſſenda Libertate conſcripſit exhortatoriam orationem; qui pariter Italico ſermone multo cultiore tum amores honeſtiſſimos ſuos erga Lauram plurimis poematijs Etruſcis, tum paræneſim prædictam ad Nicolaum Laurentium, etiam tum viuentem ſcripſit: Vnde plane conſtat, Italicam linguam fuiſſe cultiſſimam apud Primores, & admodum rudem apud Plebeios, ad quos concitandos ſcribebat Nicolaus Laurentius, & quorum ſermone vitam ipſius deſcripſit Fortefiocca, dicens, præter allata: Cola de
„ Rienzi fò de vaſſo lennaio; lo patre ſio
„ fò tauernaro, la matre habbe nome
„ Matalena, la quale viuea de panni lauare, e d'acqua portare. Fò nato ne lo
„ Rione de la Reola: ſio hauitatio fò canto de fiume, fra li Mulinora nella via
A che vao a la Reola, de reto de Santo „
Tomao, ſotto lo Tempio de li Iudici. „
(*& poſt aliqua ſuperius allata*) Oh como „
ſpeſſo diceua: doue ſuoco quelli buoni „
Romani? Doue ene loro ſomma Iuſti- „
tia? poterammo trouare in tiempo, che „
quelli fiuriano? Era bell'homo: queſſo „
fò Notario. Accadde, che vno ſio frate „
fò acciſo, e non ne fò fatta vennetta de „
ſea morte; non lo poteo aiutare: pen- „
ſao longamano vennicare lo ſangue de „
ſio frate. Penſa longamano, de rizza- „
re la Cittate de Roma male guidata; „
perciò procacciao, e gio in Auignone „
per Ammaſciatore a Papa Chimento „
da parte de li Tredici buoni homini de „
Roma. La ſoa diceria fò coſi auanzarana, e bella, che ſubbito habbe namorato Papa Chimento: moito mira Papa „
Chimento lo bello ſtile de la lengua de „
Cola; (*nam ad Populum alio ſtylo rudi, ad ſummum Pontificem alio cultiore loquebatur.*) Ciaſche die vedere lo vole. Al- „
C l'hora ſe deſtenne Cola, e dice: Cha li „
Baroni de Roma ſoco derobbatori de „
ſtrade, eſſi conſiento le homicidia, le „
robbarie, le adulteria, e onne male: eſſi „
voco, che la loro Cittate iaccia deſolata. Moito concepeco lo Papa contro li „
Potienti; puoi a rechieſta de miſſore „
Iuuanni de la Colonna Cardinale &c. „
Si ruditer adeo loquebatur Scribaſenatus eo ſeculo, quo loquebatur elegantiſſime Petrarcha; quid non dicamus, æuo Scipionis, & Euandri ab Hercule docti, primores eleganter locutos ad proceres, plebeios vero ruditer, vt in Epitaphio Scipionis? præſertim quum id populare debuerit eſſe, vt ab omnibus intelligeretur ad cultum ſummi viri. Quomodo probet Areſius, illam Inſcriptionem factam non fuiſſe ab aliquo Scriba Senatus, vel plebeio conſimilis literaturæ, quum primores cultius loquerentur? certe vel hodie, quando ſermonis Italici nitor eſt maximus apud Patricios, & Florentina plebecula dicit, *moiti*, pro *molti:* ritoita, pro *ritorta:* & votorum tabellę plures appenſæ leguntur in templis Idiotarum ſermone rudi, non minus quam allata Scipionis Inſcriptio vetus: vt iam ex ruditate literaria non arguatur neceſsario temporis antiquitas, nec ex elegantia viceuerſa nouitas æui. Præterea vero quid impe-

[i] part. 1. canz. 11.

Tom. 1. pag. 595.

A dit, illud epitaphium ab Euandro ſcriptum fuiſse ruditer (vt hoc diſputationi demus) ſicut elogium iſtud L. Scipionis; at explicatum cultius ab eius inuentore neoterico, dum aperiretur ſepulcrum Pallantis, vt hoc idem a P. Sirmondo; & ita cultum ad nos perueniſſe? Sed præſtat prior animaduerſio; licet ex hac etiam nihil obſtet antiquitati Lucernæ Pallantis, quod obijcit Areſius de Inſcriptionis elegantia. Sed in hoc epitaphio notare lubet, laudari B Scipionem, non tam ob res in bello præclare geſtas, quam ob pietatem; qui poſtquam Corſici maris rabiem euaſerat, vt ait [k] Selderus, ædem Tempeſtatibus erexit: qua de re pulchre monet egiſse Naſonem in Faſtis, verſiculo pentametro non ſatis antea intellecto:

[k] De Dijs Syris ſynt. 2.c.3.

l.6. ver. 193. & ſeqq.

„ Te quoque, Tempeſtas, meritam delubra fatemur,
„ Quum pene eſt Corſis obruta claſſis aquis.
„ Hęc hominum monumenta patent--

C Idem eſt, ac ſi diceret Ouidius, Quum L. Cornelius Scipio Conſul Corſico mari periclitaretur, ſed emerſus etiam triumpharet de Corſica, Tempeſtati, qua demerſus cum tota Romana Claſse non fuerat, Aedem ſacrauit.

Num.61. „ ARE. Frate Alberto Leandri racconta ancora egli, che vicino alla Città di Augubio furono ritrouate alcune tauole di metallo parte ſcritte a lettere Hetruſche, e parte a caratteri Latini; D ma che non ſi poteua intendere la ſentenza loro, ancorache ſi leggeſſero; ſegno euidente, che il parlar Latino di quei antichi tempi era molto diuerſo da quello, che hora ne' libri Latini ſi legge. ideſt: *Albertus Leander memorat etiam ipſe, prope Ciuitatem Eugubij repertas fuiſſe quaſdam tabulas metallicas, partim deſcriptas literis Hetruſcis, & partim characteribus Latinis; ſed quarum ſenten-* E *tia non poterat intelligi, licet legerentur; ſignum euidens, latinum ſermonem illorum temporum valde diuerſum fuiſſe ab eo, qui nunc in libris Latinis legitur.* LIC. Nec iſta noſtræ Pallantis inſcriptioni contraria ſunt; tum ob rationes allatas; tum etiam quia potuerunt in illis tabulis quas refert Gruterus, haberi ſermones aut Oſci, aut Etruſci veteres, etſi partim delineati literis latinis; qui non intelligerentur ab hominibus qui Oſcã, & Etruſcam linguam penitus antiquatam non intelligunt; quemadmodum homo Pœnus literis punicis deſcriptum a Dicte Cretenſe Troianum excidium oratione Græca [l] legiſſet, ſed non intellexiſſet. Et Italus ignarus Attici ſermonis orationem Græcanicam Latinis characteribus deſcriptam leget quidem, ſed non intelliget. Quare non officit, quod affertur ex Alberto Leãdro. ARE. Appreſſo, accenna Virgilio nell'vndecimo dell'Eneide, che il corpo di Pallante fù arſo, mentre che dice,

[l] apud Diod. Sic. Q. Septim.

------ *arſuraſque comas obnubit amictu.*

cioè,

E chiome cuopre, che douean bruciarſi.

Ma dicono alcuni, preſumeua il Poeta, che così doueſſe eſſere, benche poi non foſſe: ſtarebbe bene, quando il Poeta ſtato foſſe in quel tempo; ma hauendo ſcritto tanto tempo dopo, non poteua preſumere quello, che ſapeua non eſſere ſeguito. Se dunque fù il corpo di Pallante abbruciato: come qua ſi dice, eſſerſi ritrouato intiero? Dirai, che i Poeti fingono molte coſe, che non ſono. Egli è vero; ma deuono fauellare veriſimilmente; e ſe Virgilio, peritiſſimo dell'antichità, non haueſſe ſaputo che in quei tempi ſi abbruciauano i corpi morti, non hauerebbe ciò detto di quello di Pallante. Egli è vero, che Plinio dice cap. 54. lib. 7. che, *Cremare apud Romanos non fuit veteris inſtituti*; ma ciò non dice de' Greci, e de' Troiani. hoc eſt: *Inſuper, innuit Virgilius in* XI. *Aen. corpus Pallantis ambuſtum fuiſſe, dum ait,*

---- *arſuraſque comas obnubit amictu.*

Sed aiunt aliqui, præſumebat Poeta ſic fore, licet poſtea non fuerit: Bene id eſſet, quando Poeta fuiſſet eo tempore; ſed quum adeo poſteriore tempore ſcripſerit; non poterat præſupponere id, quod ſciebat non eueniſſe. Si ergo crematum fuit corpus Pallantis; quomodo dicitur hic, inuentum fuiſſe integrum? Dices, Poetas fingere multa, quæ non ſunt. Verum eſt; ſed debent veriſimilia loqui; & ſi Virgilius, peritiſſimus antiquitatis, neſciſſet eo tempore comburi mortuos, hoc de Pallãtis cadauere non dixiſſet. Verum eſt, Plinium dicere cap. 54. lib. 7. quod Cremare apud Romanos non fuit veteris inſtituti: *Sed iſtud non di-*

dicit de Græcis, & de Troianis. LIC. Virgilius fingit corpus Pallantis cremari debere, non quia nesciret ipsum crematum non fuisse, neque quia præsumere ipsum crematum iri; sed vt seruaret decorum, & Heroi daret magis admirabile, atque magnificum sepulturæ genus; etenim pauperes absque rogo humabantur. Verisimilitudo poetica namque cum magnificentia coniuncta esse debet; ac æuo suo verisimile videbatur Populo, ad quem scribebat, decorumque magis fuerat Herois corpus cremari, quod Imperatoribus fieri solebat; quam integrum humari; quod erat pauperum, non habentium numos ad pyram funeri comparandam. Nec euitat Aresius argumentum deductum ex Plinio, dicente veteris instituti non esse apud Romanos cremare cadauera, scribens hoc non asseruisse de Græcis, neque de Troianis; quia Virgilius[m] ponit Euandrum e Græcorum genere natum, dum inducit Aeneam Euandro talia loquentem:

Optime Graiugenum, cui me fortuna precari,
Et vitta comptos voluit prætendere ramos,
Non equidem extimui Danaum quod ductor & Arcas,
Quodque a stirpe fores geminis coniunctus Atridis.

Vnde verisimile potuit, ac debuit existimari, potissimum ab Aeneæ cadauer Pallantis oriundi Græco de semine crematum iri de more Græcanico; licet optime sciret Virgilius, quod & Plinius, non esse veteris instituti cremare mortuos in Tiberina regione Romam posteriori tempore visura. Siquidem verisimile satis est, si Pallantis filij corpus Euander cremasset, omnes inde secutos regulos, proceresque Romanos eundem morem seruaturos fuisse. Quare scite Virgilius ex arte decorum personarum obseruans arsurum ait corpus Pallantis, quod nos ex Plinio & alijs humatum sine rogo nouimus.

» ARE. Poi, chi non vede, quanto sia
» poco verisimile, che più di due mille
» anni sotto terra si conseruasse vna Lu-
» cerna accesa, e non fosse il lucigno, e
» quanto vi era, consumato in cenere?
» ideſt: *Postea, quis non videt, quam parum verisimile sit, vltra duo mille annos sub terra conseruatam lucernam accensam,* »
& ellychnium, & omne aliud ipsius consumptum in cineres non abijsse? LIC. Vt multum verisimile potest esse falsum, ita parum verisimile potest esse verum. Sed etsi vulgo parum est verisimile, lucernam sub terra conditam arsisse tamdiu sine consumptione liquoris, & abitu myxi in cineres, aspicienti vulgares ad lucernas: attamen viri docti, qui norunt dari mantilia, & fila ex asbesto flammis inuicta, satis habent pro verisimili, ex ijs contortum ellychnium, & ex asbesto extractum oleum in Lucerna recondita plus temporis etiam ardorem igneum sustinere potuisse citra sui ipsorum consumptionem, & mutationem in cineres. ARE. Che »
dirò, che quando bene quest'arte del- »
le perpetue Lucerne stata fosse ne' tem- »
pi antichi, non è credibile, che fosse »
già ritrouata ne' tempi di Enea, quan- »
do nè la Filosofia, nè le arti più inge- »
gnose erano in fiore, anzi forse nè »
anco nate; nè vi erano tante ricchez- »
ze, che inducessero gli huomini a tro- »
uare simili curiosità; contentandosi in »
quel tempo di viuere molto semplice- »
mente. ideſt: *Dicam, etiam si fuisset ars* »
ista perennium Lucernarum antiquis temporibus; non est credibile, iam inuentam »
fuisse temporibus Aeneæ, quando neque »
Philosophia, neque artes ingeniosiores florebant, immo forte nec etiam ortæ; nec ade- »
rant tot diuitiæ, vt inducerent homines ad »
inueniendas huiusmodi curiositates; quum »
eo tempore contenti essent vita valde simplici, atque frugali. LIC. Ars ista comparandi Lucernas perennes inuenta fuit forte non dogmatibus Philosophiæ speculatiuæ, nec ingenij subtilitate; sed experimento fortuito; quod accidere potuit æuo Aeneæ. Deinde vero Clemens[n] Alexandrinus Aegyptios obseruat primum Lucernas accendere docuisse; apud quos quum Philosophia, & omnis disciplina floruerit antiquissimo tempore; probabile satis est, parandæ lucernæ perennis artem habuisse, communicasseque Principibus quibusdam aliarum nationum. Præterea Didonem[o] Virgilius ditissimam refert, splendidoque hospitio Troianos excipere:

[m] 8. Aen.

[n] 1. Strom.

[o] Aeneid. 1.

Pallantis corpus cur Virgilius fingat cremari debere.

Verisimile vt se habeat ad verum, & ad falsum.

Pallas oriundus e Græcis.

At domus interior regali ſplendida luxu
Inſtruitur, mediſque parant conuiuia tectis.
Arte laboratæ veſtes, oſtroque ſuperbo:
Ingens argentum menſis, cælataque in auro
Fortia facta patrum: ſeries longiſſima rerum,
Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis.
Aeneas (neque enim patrius conſiſtere mentem
Paſſus amor) rapidum ad naueis præmittit Achatem:
Aſcanio ferat hæc, ipſumque ad mœnia ducat.
Omnis in Aſcanio cari ſtat cura parentis.
Munera præterea Iliacis erepta ruinis
Ferre iubet, paliam ſignis auroque rigentem,
Et circumtextum croceo velamen acantho:
Ornatus Argiuæ Helenæ, quos illa Mycenis,
Pergama quum peteret, inconceſſosque hymenæos,
Extulerat, matris Ledæ mirabile donum.
Præterea ſceptrum, Ilione quod geſſerat olim
Maxima natarum Priami, colloque monile
Baccatum, & duplicem gemmis auroque coronam.

& mox.

Hic regina grauem gemmis auroque poſcit
Impleuitque mero pateram, quam Belus, & omnes
A Belo ſoliti; tum facta ſilētia tectis. &c.

Ex quibus apertiſſime patet, antiquis temporibus, & Aeneæ ſeculo multas extitiſſe diuitias, multumque luxum in domibus Principum. At vero Lucernas iſtas non ad luxum, & curioſitatem adhibebant veteres, ſed ad cultum Deorum, & ad cadauerum; ſiue Deorum Manium honorem: Dijs vero, cadaueribusque ſicuti magnificentiſſima templa, Mauſolæa, Pyramides, & obelos ingenti ſumptu paſſim erigebant veteres; quid ni ergo lucernas perennes iſtas accenderent minoribus impenſis?

„ ARE. Finalmente nè il Boccaccio, nè il Volaterrano, che queſto ritrouamento del corpo di Pallante raccontano, fanno alcuna mentione di queſta Lucerna. hoc eſt: *Denique, neque Boccacius, neque Volaterranus, qui recenſent iſtam inuentionem corporis Pallantis, vllam mentionem faciunt huius Lucernæ.*

LIC. Etſi[p] Boccacius agens de Turno, Pallantis meminerit, nulla mentione facta Lucernæ; tamen poſtea [q] de Pallante loquens ex profeſſo, Lucernæ meminit expreſſe dicens: *Pallas Euandri fuit filius, vt ſæpiſſime in Aeneide teſtatur Virgilius: Hic iuuenis celebris virtutis, ſpectabilis Aeneæ amicitia iunctus, congregatis auxilijs illum aduerſus Turnum ſecutus, a quo in acie vulneratus occubuit, & ab infelici patre ſepultus eſt. Huius autem corpus, vt refert Martinus eo in libro, qui Martiniana vocatur, Imperante Romanis Henrico Tertio Imperatore, haud longe ab vrbe a quodam agricola, altius ſolito fodiente agellum, compertum eſt, adhuc adeo integrum, vt nuperrime videretur infoſſum: & ſtatura adeo ingens, vt murorum altitudinem longitudine ſuperaret. Et quod longe magis mirandum refert, ſic in illo hiatus illati a Turno vulneris apparebat permaximus, vt longitudinem quatuor pedum excederet: addens ſupra caput eius Lucernam perpetuo igne ardentem compertam; nec vllo poterat extingui ſpiritu, vel liquore; tandem facto in fundo foramine extincta eſt. Inſuper dicit, ſepulchro tale fuiſſe Epitaphium ſcriptum, Filius Euandri Pallas, quem lancea Turni militis occidit more ſuo, iacet hic.* & quum videre potuiſſet Areſius, me citaſſe locum iſtum Boccacij in opere [r] meo nota marginali; neſcio quomodo nunc aſſerat Boccacium nihil de Lucerna meminiſſe. Volaterranus autem non meminit quidem Lucernæ; ſed quum hanc hiſtoriam ex eodem Martino deſumpſerit, ex quo Boccacius, inquiens: [ſ] *Hic Pallantem genuit, qui pro Aenea contra Turnum pugnans occubuit: cuius cadauer Henrici III. Imperatoris tempore prope Romam villicis fodientibus repertum tantæ magnitudinis, vt mœnia adæquaret, cum maximi vulneris cicatrice, atque hoc Epigrammate.*

Filius Euandri Pallas, quem lancea Turni
Militis occidit more ſuo, iacet hic:

tanto culpandus eſt, & infra Boccacium ponen-

[p] l. 12. c. 60.
[q] cap. 67.
[r] l. 1. de Luc. cap. 11.
[ſ] lib. 33.

nendus,quanto Martinianam hiſtoriam mutilans omiſit agere de Lucerna. Sed hanc Hiſtoriam de Lucerna recipit ipſe Toſtatus [t] ceu veram ex Chronicis alijs, & Holinando Chronologo.

[t] Gen.c.5. qu 12.

[u] Nu.62. „ A R E. [u] Quanto a quella di Tulliola,
„ ſi rende anch'ella ſuſpetta: in prima
„ dall'vſo di quei tempi di abbrucciar i
„ corpi morti; poiche non morì ella pri-
„ ma,che haueſſe gettati i denti,che que-
„ ſti ſoli dice Plinio nel lib.7. cap.16. era-
„ no eſenti dal fuoco: *Hominem*,dice egli,
„ *prius quam genito dente cremari mos non*
„ *eſt*: quaſi indouinaſſero,che queſti ſoli,
„ per morir nell'età infantile, deſtinati
„ non erano alle fiamme perpetue del-
„ l'inferno. ideſt: *Quantum ad illam Tul-*
„ *liolæ, redditur & ipſa ſuſpecta: in primis*
„ *ab vſu illorum temporum comburendi ca-*
„ *dauera; quia non interijt illa arte dentitio-*
„ *nem;nam hi ſoli,ait Plinius lib.7.c.16.erant*
„ *immunes ignis*: Hominem, *inquit*, prius
„ quam genito dente cremari mos non
„ eſt: *quaſi præſagirent hoſce ſolos, quia mo-*
„ *riebantur in ætate infantili, non eſſe deſti-*
„ *natos perpetuis inferni flammis*. LIC. At

[x] l.7.c.54. ipſe Plinius infra [x] ſcribit: *Ipſum cremare apud Romanos non fuit veteris inſtituti: terra condebantur. At poſtquam longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc inſtitutum. Et tamen multæ familiæ priſcos ſeruauere ritus: ſicut in Cornelia nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus. Idque voluiſſe, veritum talionem, eruto C. Marij cadauere. Sepultus intelligitur, quoquomodo conditus: humatus vero, humo contectus*. Quomodo probauerit Areſius, Ciceronem in morte filiæ non ſeruaſſe morem priſcum ſepeliendi ſine rogo, quod ego cenſeo? ac eo magis humandi mos abſque pyra ſeruatus eſt in cadaueribus feminarum, quod nemo vereri poterat, illas ob vltionem ac iniuriam erui. Quæ ratio maxime valet in infantibus: qui neminem ante dentium emiſſionem iniurijs afficere potuerunt, quibus vllum ad vltionem irritare valeant in ſua cadauera; non ratio, quam commentus eſt Vir Cl. non valet in infantibus infidelium, neque fidelium, quibus originalis culpa pœnam ignis infernalis efflagitat.

[r] l.3.c.24 [ſ] l.3.c.2. [t] l.3.cap. penult. „ A R E. Appreſſo,perche Celio[r]Ro-
„ digino, Aleſſandro ab [ſ] Aleſſandro,
„ e Rafaele [t] Volaterrano, che circa
A quei tempi fiorirono, e fanno mentio- „
ne di queſto ſepolcro di Tulliola, non „
dicono parola di queſta Lucerna acce- „
ſa. E pure coſa tanto mirabile de'tem- „
pi loro, e nel luogo oue i due vltimi di- „
morauano, non par credibile non ar- „
riuaſse alle loro orecchie,ò la voleſſero „
eglino trapaſſare ſotto ſilentio. ideſt: „
Deinde quia Cœlius Rodiginus, Alexan- „
der ab Alexandro, & Raphael Volaterra- „
nus, qui circa ea tempora floruerunt, & „
B *mentionem faciunt huius ſepulcri Tullio-* „
læ, ne verbum quidem de iſta Lucerna ac- „
cenſa. Et nihilominus rem adeo mirabilem „
æui ſui, & in loco vbi degebant vltimi duo, „
credibile non videtur ad eorum aures mini- „
me peruenisſe, vel eos voluiſſe ſub ſilentio „
præterire. LIC. Rem adeo miram referre cur deſierit Volaterranus, qui de Tulliolæ monumento, non citato loco, [y] ſed alibi loquitur, in cauſa fuit eius hiſtoriæ nimia breuitas; nil enim mirum eſt, eum de lucerna non memi-

[y] l.22.c. antepenult.

C niſſe, qui neque cadaueris inuenti, neque conditionum aliarum ſermonem habet vllum. Rhodiginum autem veram de propoſito hiſtoriam non habuiſſe, proinde nec exactam, ex eo conſtat, quod cadauer ait detectum fuiſſe tempore Sixti IV. quum id euenerit æuo Pauli Tertij; vel vt Leander ait, Alexandri Sexti; quare nil mirum, ſi non meminerit Lucernæ. De Alexandro ab Alexandro dicam, eius viri
D ſilentium non habere vim deſtruendi tot aliorum inſignium autorum affirmationem, cui vel aperta ſolius Alexandri negatio par non exiſteret. Sed mirum non eſt, Alexandrum ab Alexandro defeciſse, [z] nec meminiſse Lucernæ Tulliolæ, dum eius inuenti cadaueris verba facit; quia multo grauius deliquit, dum ex profeſso referens hiſtorias Virginum Veſtalium, quæ ſtupri crimine reæ, vel damnatæ, vel abſolutæ fuerunt, Tucciæ nullam men-
E tionem fecit, quæ ſuæ pudicitiæ teſtimonium cribro pertuſo portauit aquam de Tiberi ad ædem Veſtæ, ne quidem effluxa gutta per patentia cribri foramina; quocirca liberata fuit ab accuſatione apud Iudices. Quod ſane præclarum facinus a ſcriptore diligenti non erat occultandum ſilentio, dum minoris momenti refert hiſtorias inquiens:

[z] l.3.c.2.

Fue-

[a] l.5.c.12.Fo

[a] *Fuere autem Vestales incesti damnatæ inter alias, Popilia, Emilia, Oppia, Fabia, Minutia, Sextilia, Opimia, & Fleronia; inter quas Caperronia suspendio supplicium prœuenit. Fabia vero incesti causam dixit, quum ei Catilina obijceretur, & quia soror Terentiæ Ciceronis erat, inducto crimine absoluta fuit. Cornelia Maximilla absens & inaudita a Domitiano incesti rea, quum esset absoluta non admissi forsan criminis prauo iudicio pœnas dedit. Quumque Vrbinia Vestalis falsi criminis insimulata virgis cæsa & viua defossa fuisset, Religio Vrbem peruasit in meritam pœnam luisse, quod pestilenti contagio matronæ mortuos edebant partus, ipsæque vna interibant, ob id admissum plecti & merita noxa puniri. Postumia vero ob mundiorem cultum criminis insimulata causam dixit, mox sine noxa & innocens comperta de Collegij sententia omnium votis absoluta fuit.* An quia non meminit Alexander Tucciæ, propterea de Tuccia Vestali criminis incesti rea, absoluta per delationem aquæ Tiberis in cribro pertuso, fallsam historiam proposuere [b] Plinius, [c] Valerius, [d] Dionysius, & [e] D. Augustinus? nihil minus. Quare non a silentibus, aut a loquentibus testimonia ducenda fuerant; silentium enim nihil probare potest actorum; quomodo namque silens de re quapiam, maxime non interrogatus, ostendet eam non esse, vel non extitisse? nullatenus.

[b] l.28.c.2.
[c] l.8.c.1.
[d] l.2.rer.Rō
[e] l.16.de ciu. c.16.

» ARE. Ma molti altri ne fanno testi-
» monianza: egli è vero; ma di vdito:
» e tutti si rimettono a quei zappatori,
» che aprirono il sepolcro; i quali ò puo-
» tero dilettarsi di raccontar menzogne,
» ò s'ingannarono, essendo facil cosa
» che, ò riflesso di raggio Solare, ò di lu-
» cerna da essi in mano tenuta, ò scintilla
» spiccata dal percuotere qualche pie-
» tra, scauando quel sepolcro, facesse cre-
» der loro di hauer ritrouata accesa quel-
» la lucerna: ò forse qualche vapore esa-
» lando dalla terra, ò da quel vaso, iui di
» nuouo si accese: Che ciò non esser im-
» possibile, afferma ancora il Porta nel
» sopracitato luogo: ò bell'humore iui
» poco prima simil lucerna ascose. idest:
» *Sed alij multi de hac re testimonium perhi-*
» *bent. Id verum est: sed ex auditu: & om-*
» *nes se remittunt ad eos fossores, qui sepul-*
» *crum aperuerunt; qui vel potuerunt dete-*
» *ctari falsa dicere, vel decepti fuere; quum*
» *facile fuerit, aut reflexum radiorum Sola-*
» *rium, aut luminis lucernæ quam ipsi manu*
» *gestarent; aut scintillam excussam e per-*
» *cussu lapidis in excauatione sepulcri, eis*
» *imponere de lucerna accensa ibi comperta;*
» *aut forte vapor aliquis halans e terra, aut*
» *ex eo vase, ibi nouiter accensus est: quod*
» *non esse impossibile, affirmat etiam Porta lo-*
» *co citato; aut lepidus quispiam lusor ibi*
» *paulo prius eam lucernam occultauit.*

LIC. Omnia voluntarie dicta: quorum nullum habet vim probandi negatiuam Aresij sententiam, aut destruendi virorum plurium insignium testimonia nostram affirmatiuam communientia. Quin omnia singulariter euertit oculare testimonium viri præclari; fuit is Eques Beltramus appellatus, qui Patauij diem obijt in vltimo senio morte naturali sub initio seculi nostri: Dicebat ille, nobilis puer, Italice *Paggio*, Cardinalis Estensis Senioris quum esset, Romæ sedente Paulo Tertio, se interfuisse dum quodam die venerunt aliqui ad Cardinalem, referentes nocte sequenti ne frequentia populi turbaret operarios, apertum iri sepulcrum, e regione conditorij Ciceronis, in via Appia detectum recens; quod existimaretur esse Tulliolæ ipsius filiæ non vnis coniecturis; si luberet eius Domin. Illustrissimæ interesse, aduentum eius expectatum iri: Cardinalis accepta conditione, sub horam noctis tertiam, assumpto nobili cubiculario, & se puero facem ceream accensam præferente, peruenit ad locum vbi dum aperiretur sepulcrum vidit extingui lucernam ardentem; quam extingui pariter vidisse se testabatur Eques frequentissime Patauinis, dum se se offerret occasio loquendi de rebus consimilibus; adeo vt illum historiam istam non semel enarrantem audiuerit etiam Bernardus Muneghina, Patauinum Archigymnasium ex officio frequentans; ac speciatim talia dicentem affirmat audiuisse se iuuenem anno [f] postremo seculi præteriti. Fuit & alius de visu testis ardentium lucernarum perennium Io: Baptista Casalius Romanus in suo de veteribus Christianorum ritibus, hæc ad verbum referens: [g] *Non præteribo hic aliquid recensere de aliquibus lucernis perpetuis,*

1599

[g] ca.32.pag. 235. & 2.edit. in fol. p.189.

tuis, repertis accensis, non solum sæculis præteritis, verum etiam temporibus nostris in Cathecumbis, seu cryptis Sanctorum in Vrbe, ac etiam & in alijs prophanis locis: vt de simili reperta in phano Veneris D. August. de Ciu. Dei lib. 21. c. 6. dicens id potuisse succedere, vel arte Dæmoniaca, vel quod in lucerna illa mechanicum aliquod de lapide Asbesto, seu Carbasio ars humana molita sit: & huic postremæ opinioni subscribunt Albertus Magnus de Mineralibus, cum alijs, quos refert & sequitur Licetus de Reconditis antiquorum Lucernis lib. 1. cap. 9. asserentes omnes vnanimi consensu Asbeston esse lapidem, qui semel accensus est inextinguibilis. Refert etiam Frater Leander nella descrittione d'Italia cap. della Campagna di Roma, tempore Pontificatus Alexandri Sexti fuisse repertum in arca marmorea cadauer cuiusdam puellæ infusum intra liquorem aromatum, nec aliqua vicissitudine temporum offensum, & in eodem sepulcro lucerna accensa, quæ statim extincta fuit. Sed præstat audire ipsissima verba Leandri, quæ sunt huiusmodi: *Caminando adunque da Roma per questa via, insino a Monte Albano, & cominciando dalla porta Appia, da ogni lato scorgonsi Sepolchri molto antichi, chi intiero, chi mezo, & chi quasi tutto roinato. In vno de i quali, ne' tempi d' Alessandro Sesto Pontefice Romano (secondo che narra il Volaterrano, & altresi mi ricordo hauerlo vdito narrare a Giouanni Garzoni Bolognese huomo litterato, già mio honorando precettore) fù ritrouato vn corpo tutto intiero di vna molto delicata giouane vnto di marauiglioso liquore, isteso sopra vna tauola di marmo, di bellezza inestimabile, co i capelli biondi, & lunghi, costretti nel capo con vn bel cerchio d'oro, hauendo a i piedi vn'ardente lucerna, la quale cosi presto come fù aperto il sepolcro, tanto presto fù spento il splendore. Nuotaua detto corpo cosi bello, & senza lesione alcuna, per maggior parte in detto liquore. Et come si potea conoscere dalle lettere quiui intagliate, erano passati anni 1300. che era stato posto in questo luogo. Laonde molti per alcune congietture dissero essere il corpo di Tulliola figliuola di Cicerone, da lui tanto dolcemente amata. Fù presentato detto corpo tutto intiero a i Conseruatori di Roma in Campidoglio per vna cosa marauigliosa, oue fù conseruato alcuni giorni, si come cosa singolare. Il* A B C D E

che intendendo Alessandro Papa antidetto, lo fece gittare nel Teuere. hoc est: Iter agendo ergo Roma per hanc viam, vique ad Montem Albanum, & initio sumpto a via Appia, ab omni latere visuntur sepulcra peruetusta, qua integra, qua semesa, & qua penitus diruta. In quorum vno, temporibus Alexandri Sexti Pontificis Romani (sicut ait Volaterranus, & etiam memini mihi narratum a Ioanne Garzono Bononiense, viro literato, olim meo honorando præceptore) repertum fuit corpus integrum delicatioris iuuenculę vnctum admirabili liquore, iacens in tabula marmorea, pulchritudinis inestimabilis, capillis flauis, & prolixis, vinctis in capite pulchro circulo aureo, cuius ad pedes aderat ardens lucerna, quæ statim extincta fuit, vbi sepulcrum apertum patuit. Natabat corpus adeo pulchrum, nulla ex parte læsum, maiori ex parte in dicto liquore. & vti nosci poterat e literis ibi sculptis, transierant anni mille trecenti, ex quo positum fuerat eo loci. Vnde multi quibusdam coniecturis dixerunt esse corpus Tulliolæ filiæ Ciceronis, ab eo tam suauiter amatæ. Oblatum fuit id cadauer integrum Conseruatoribus Romæ in Capitolio pro re mirabili: vbi seruatum est diebus aliquot, veluti res singularis. Quod intelligens Alexander Papa prædictus, ipsum in Tiberim proijci fecit. Cetera nihil de Lucerna Volaterranus, at illius mentionem a Garzono factam audiuit Leander. Addit autem illico Casalius: *Diebus præteritis quum ego sermonem habuissem de huiusmodi perpetuis lucernis, vna cum Iulio Fauera, qui optimam habet de Vrbis Cæmeterijs, seu cathecumbis cognitionem, propter assiduam & longam illarum inuisionem; attestatus enim est ille mihi annis præteritis in Cæmeterio Callixti se vnam ex dictis perpetuis lucernis reperisse accensam, sed illam lumine satis lento resplenduisse: ita vt apparente alio lumine dicta lucerna non agnosceretur: tandem dictus Iulius e muro, cui illa erat affixa, quum eam eruisset, extincta est; ac in ea lucerna non aliquem se vidisse liquorem, seu bitumen, sed tantum quandam rasinam, quam forsan ex dicto Asbesto, seu Carbasio lapide fuisse confectam satis probabile est.* in posteriori editione verba

postre-

postrema sic habent: *ac in ea lucerna non aliquem se vidisse liquorem, sed solum quandam rasinam: & ego quoque habeo in meo Musæo lucernam ex ære, tenacissima simili rasina repletam instar lapidis: quam etiam ex prædicto Asbesto ad huiusmodi perpetuum lumen potuisse inseruire probabilissimum est.* Itaque non soli fossores, at viri docti testantur se vidisse lucernas priscas ardentes in sepulcris. Ceterum & fossores illi si testati sunt, lucernam se reperisse fulgentem, & in aere aperto statim extinctam, quomodo falli potuerunt? cur mentiri voluerunt, nil inde sibi sperantes emolumenti? cur illis non adhibenda fides? cur in huius apertione sepulcri, ac in paucis alijs mirum id lumen emicuit, & in aliorum plurimorum nulla? Quis hebes est adeo, qui non discernat e lapide percusso micantem fauillam a lumine lucernæ morientis? Quis radius Solaris repercuti potuit e cauo sepulcri, quod noctu reclusum fuit? qui vapor halans e terra, vaseve micuit in ignem non accensus ab igne præexistente? qui lepidus ludio lucernam abscondere potuit accensam in loco imperuio, & vndique clauso? Quomodo sine spiraculo lucerna vulgaris non extincta breui foret, vel a fumo suo, ante sepulcri detectionem, & apertionem? cur inter aperiendum tumulum ab aere nouo statim extincta fuit, quæ nuper in eodem aere inter vafri ludionis manus ardebat incolumis?

» ARE. O vi fù accesa per arte diabo-
» lica, come altroue con S. Agostino di-
» cemmo: non ostante le ragioni in con-
» trario addotte dal Liceto; le quali han-
» no qualche forza a prouare, che di tut-
» te le lucerne, che si dicono essersi tro-
» uate accese, non deue ciò dirsi; ma non
» già, che di molte non possa. ideſt: *Aut*
» *ibi fuit accensa per artem diabolicam, vt*
» *alibi cum D. Augustino diximus; non ob-*
» *stantibus rationibus in contrarium addu-*
» *ctis a Liceto; quæ vim aliquam habent*
» *probandi, non omnes lucernas, quæ repertæ*
» *sunt accensæ, vi Dæmonis id habuisse; sed*
» *non quod de multis id enunciari nequeat.*

LIC. Quid habuerit emolumenti Dæmon (qui nihil vnquam sine quopiam sui emolumẽto circa res humanas agit) in ostendenda lucerna Tulliolę post tot secula etiamnum ardente temporibus A Pauli Tertij, quis ostendet? Insuper ad opinionem Liceti demoliendam, non sat est dicere, id fieri potuisse a Dæmone; sed oportet ostendere, factum id vere fuisse in illa lucerna, & in alijs, de quarum perennitate Licetus agit. Nec Aresij sententiam confirmat, aut Liceti placitum infirmat D. Augustinus; quem supra vidimus asserentem, huiuscemodi lucernam quampiam ex æquo tam ab arte humana, quam ab astu Dæmonum tamdiu accensam conseruari potuisse, B dixit enim, iterum allatis verbis: [*b*] *Aut ergo in lucerna illa mechanicum aliquid de Asbesto ars humana molita est: aut arte magica factum est, quod homines illo mirarentur in templo: aut Dæmon quispiam sub nomine Veneris tanta se efficacia præsentauit, vt hoc ibi prodigium & appareret hominibus, & diutius permaneret.* Non igitur officiunt, quæ contra lucernæ Pallantis, atque Tulliolæ realem existentiam protulit Aresius. Qui quum C nihil attulerit aduersus alias plurimas, quæ similiter diu flagrantes inuentæ dicuntur a Scriptoribus insignioribus; iam ratum certumque maneat, eiusmodi lucernas reuera compertas fuisse.

[*b*] 2 1. de ciu. c. 6.

Examinatur propria sententia Aresij, de causa naturali, quæ posset afferri, si darentur ardentes Lucernæ diutissime: & de cucurbitularum igne. Cap. V.

D DEnique vero Vir Cl. animaduertens, se non omnino sustulisse de mundo lucernas perenni flamma coruscas, aliam causam diuturni luminis earum, a duabus nostris longe diuersam afferre conatur; quam hic expendere lubet, vt etiam quædam paulo prius nobis obiecta de cucurbitularum medicarum igne tractorio. De primo scribit igitur ita. ARE. E quando io fossi Num. 63.
» costretto a concedere, che tante centi-
E » naia d'anni fosse entro ad vn sepolcro
» stata vna lucerna accesa, non saprei che
» altra ragione ritrouarui, se non quella,
» che altroue accennata habbiamo; che
» per occulti meati della terra fosse in
» quella deriuata materia atta a mãtener
» il fuoco; e nell'istessa lucerna vi fosse sta-
» ta cosa di virtù attrahente di simil ma-
» teria: Che ciò non esser impossibile, ci
» persuadono molti monti, i quali di con-

tinuo

„ tinuo ardono, e mandano fiamme in
„ alto; mercè, che non manca loro mai
„ materia per il fuoco; ancora che queſto
„ ſempre la conſumi; come dicemmo nel-
„ l'Impreſa dell'Etna nel Libro Terzo.
„ ideſt: *Et quando cogerer concedere; tot an-*
„ *norum centurias intra ſepulchrum extitiſ-*
„ *ſe lucernam accenſam; ego neſcirem huius*
„ *euentus aliam rationem inuenire, præter*
„ *illam, quam innuimus alibi; nempe per oc-*
„ *cultos terræ meatus in lucernæ cauum de-*
„ *riuatam fuiſſe materiam aptam igni con-* B
„ *ſeruando; ac in eadem lucerna fuiſſe rem,*
„ *quæ vim haberet attrahendi talem mate-*
„ *riam. Hoc non eſſe impoſſibile, perſuadent*
„ *nobis multi montes, qui iugiter ardent, &*
„ *emittunt flammas in altum; quia non defi-*
„ *cit illis vnquam materies ad ignem, etiam-*
„ *ſi ſemper is eam abſumat, vti diximus in*
„ *Symbolo Etnæ in Libro Tertio.* LIC. Mul-
ta ſane ſunt, quæ rationem iſtam Areſij
demoliuntur. In primis nulla prorſus
via patere potuit per occultos meatus
telluris materiei combuſtibili flammam C
conſeruaturæ ad lucernam Neſidæam
in phiala vitrea concluſam; nulla ſimili-
ter ad alias intra teſteas vrnas, intra pa-
rietem muratas, intra marmorea, lapi-
deave ſepulcra collocatas. Deinde ma-
teria myxi combuſtibilis quo fomite re-
ſarciretur? niſi enim quod aſſidue com-
buritur inſtauretur, cito flamma lucer-
næ deficiet. Sed ellychnij ſubſtantia
denſa & ſolida quomodo conſtituatur
ex vapore, ac exhalatione, vel ſi placet D
humore per latentes terræ cuniculos
in lucernam irruente? Deinceps quæ
ſit illa res, quam comminiſcitur Areſius
in lucerna tractricem fomitis ignium?
nullam certe poſſumus imaginari, ne-
que ſi fingere liceat. Inſuper in lucer-
nis inuentis, præter ellychnium & li-
quorem, nulla talis materies attractrix
olei fuit vnquam obſeruatam. Multi
quidem montes eructant a ſeculis ignē,
ſed non ſemper eodem tenore, neque
ſine interpollatione; Veſæuus, Etna, ſi- E
milesque modo quieſcunt per effatu
dignum temporis interuallum ignes
euomere, modo flammas egerunt: &
aliquando maiores, aliquando mino-
res, aliquando maximas; & ſemper cum
impetu venti vehementioris magnum
horrendi ſonitus mugitum reboantis.
Quid ergo non fiat vt lucernæ flamma
A quandoque copia liquoris obruatur, &
impetu flatus extinguatur? quomodo
iam extincta reaccendetur, & a quo?
Denique materies oleaginoſa combu-
ſtioni ſatis apta, de tellure quomodo-
cumque ſcaturiens, odore tetro ſem-
per afficitur, vt petroleum appellatum,
& omne bituminum genus; nec vn-
quam tale quid inflammabile prodijt in-
odorum, aut odoratum e terra, ſed vbi-
que ſemper graueolens; at in lucernis
erutis nihil vnquam graueolens obſer-
uatum fuit. Demum in lucernis peren-
nis flammæ ſub dio, ſupra tellurem in
Templo Mineruæ Strabonis obſeruatu,
ſimilibusque multis locum non ha-
bet hæc Areſij ſententia. Non ergo
probari poteſt Areſij placitum de cau-
ſa conſeruante diu lucernas ardentes
intra ſepulcra veterum. Sicuti neque
ratio probari debet, quam aduerſus
meam theoriam de medicarum cucur-
bitularum attractione nuper attulerat
aiens. ARE. [*a*] Con l'occaſione „ [*a*] Nu. 47.
di queſta queſtione tratta il dottiſſimo „
Liceto delle ventoſe, e dice di loro nel „
cap. 11. del lib. 4. che tirano a ſe la car- „
ne per due ragioni; l'vna, perche l'aria, „
che dentro di loro era, fuggendo il „
fuoco ſuo contrario, dalla ventoſa ſi „
parte; onde è neceſſario, accioche non „
ſi dia il vacuo, che la carne s'innalzi; „
l'altra, perche riſcaldata fuori di miſu- „
ra la carne, ſi gonfia, & a quel modo „
creſce. Nel che non ci pare, ch'egli, „
per altro eccellentiſſimo Filoſofo, hab- „
bia toccata la vera ragione. ideſt: *Occa-* „
ſione quæſtionis huius agit doctiſſimus Li- „
cetus de cucurbitulis medicis, & ait cap. „
11. lib. 4. eas attrahere ad ſe carnem duplici „
ratione; vna, quoniam aer, qui contine- „
batur in illis, effugiens ignem ſibi contra- „
rium, egreditur extra cucurbitulam; vn- „
de neceſſe eſt, ne detur vacuum, carnem „
attolli: altera, quia percalefacta præter „
modum caro, tumeſcit, & eo modo augetur. „
Qua in re nobis non videtur, ipſum, alio- „
quin excellentiſſimum Philoſophum, tetti- „
giſſe veram rationem. LIC. Certe
vir, alioquin eruditiſſimus, Areſius hac
in re non attigit meam veram ſenten-
tiam; quoniam eo loci nunquam quæſi-
ui cauſam cur cucurbitulæ attraherent ad
ſe carnem, vt putat Vir Cl. aſt cur intra
cucurbitulas accenſus ignis extingua-

tur,

tur, si non à corpulentia carnis vi sursum attractæ, vt opinantur alij: mea verba fuerunt ipsissima citato loco: *Post hæc nobis obijciunt viri præclari, male constitutum fuisse in superioribus, In medicis cucurbitulis carni ægrotantium affixis exortam flammam a fumo suffocatam interire; quum certo constet, inquiunt, eam extingui suffocatam a corpulentia carnis intus attractæ ad replendum vacuum cucurbitulæ; quod tantopere abhorret omnis natura. Ceterum nec ista nos turbant: quia quum videamus cucurbitulam, aut etiam cyathum mortario lapideo in morem cucurbitulæ super triticeæ massæ circularem coronam appositum id pati, vt intus ardens flamma extinguatur absque eo, quod vlla portio lapidis intra vas vitreum ignis vi attrahatur; licet arcte adeo poculum mortario per circulum triticeum adhærescat, vt illæso poculo magnum pondus lapidis appensi diu sustineatur, & cum adstantium admiratione per multum temporis interuallum circumferatur: proinde audacter negare potuimus cucurbitulæ medicæ flammam a carne sursum attracta suffocari, aut extingui. Sed eius extinctionis caussam ita ex rei natura nunc expiscamur: nempe quia calefactus ab ardente igne intra cucurbitulæ cauitatem comprehensus aer, ignem sibi contrarium, a quo corrumpi non vult, effugiens extra cucurbitulam, vacuum ne detur, in caussa est vt vel aer exterior, vel caro ad replendum inane vasis ingrediatur, absque eo quod ab igne vlla ratione trahatur; & quia sæpenumero cum impetu aer exterior cucurbitulam ingreditur: ideo venti, ac flatus naturam induens facile flammam in stuppa exardentem extinguit: Caro vero membri præter modum ab igne calefacta inflatur, & extuberans, vnaque claudens vasis orificium cogit aerem internum cum fumo, & flamma in arctum locum; in quo, ne detur corporum penetratio, ab aere, a fumo, & a carnis tumore vndique compressa flammula citissime suffocatur, non ab attracta carne. Præterea vero extuberantis carnis, aerisve intra cucurbitulam degentis substãtiam calor ignis in eo vase ardentis ita solet afficere necessario, vt inde multam fumi, & exhalationis copiam procreet; cui fumo quum aditus ad externam regionem minime pateat; optime, arcteque iuncta cucurbitula corpori, cui affixa est, necessario fumus ille flammam extinguit, suffocatve sui vbertate; ne vlterius nouum fumum generando Naturæ inuisam corporum penetrationem inuehat. Sin autem neque caro, neque aer exterior intra cucurbitulam ingrediatur, vt quando lapidi affigitur: tunc aer intra cucurbitulam comprehensus ab ardente igne incluso rarefactus, & exhalatio quoque de combustibili assidue genita maiorem locum suæ corpulentiæ ampliori proportionatum requirentes, flammam statim extinguunt, vt eius locum sibi occupantes penetrationem corporum, non minus, quam vacuum, toti naturæ infensum, minime permittant; sed procul arceant ingruentem, imminentemque.* Quibus apertissime constat, eo loci me non dicere cucurbitulas ad se carnem attrahere, sed id aperte negare; statuereque carnem sursum attolli sponte, ac intumescere ad replendum locum, a quo foras aer exierat, ne detur vacuum; totoque illo capite loqui de flammæ sola extinctione, quam probaui tunc extingui a fumo suffocante, vel ab impetu ingredientis aeris in locum excluſi; non autem ab attracta carne vi cucurbitulæ, sicut alij ponunt, contra quos ibi disero. Sed quia duo mea placita tollere se putat Vir Cl. videamus quid aduersus ea proponit.

ARE. Non è tale la prima; perche dal fuoco non è discacciata l'aria; e se ciò fosse, accendendosi la ventosa, prima che si accostasse alla carne, ne seguirebbe, che per quel poco tempo si desse vacuo: e dapoi che la ventosa è attaccata alla carne, non ne può vscir l'aria; onde non accaderebbe, che più la carne s'innalzasse. ideſt: *Non est vera prima ratio; quoniam ab igne non est pulsus aer; & hoc si foret, dum accenditur cucurbitula, priusquam carni admoueretur, fieret vt exiguo illo tempore daretur vacuum: & postquam cucurbitula carni est affixa, non potest aer inde foras exire; vnde non oporteret amplius carnem attolli.*

ELIC. Ego non asserui aerem ab igne foras expelli; sed aerem sponte sua foras exire fugiens ignem sibi contrarium; licet etiam reuera dici queat ab igne velut a contrario pelli aerem. Nec in ea pulsione necessarium est dari vacuum; quia simul sine vacui metu foras exiret aer, & ingrederetur extuberans caro; sicuti non datur vacuum dum

e do-

e dolio vinum exit, & in eius locum A subingreditur aer ; quia non fiunt hi motus diuersis temporibus interpollatis, at eodem tempore, vel eiusdem temporis partibus immediate sibi succedentibus ad inuicem. ARE. Aggiungasi, che si può por la ventosa senza abbrucciarui prima la stoppa, ma ponendo vn picciolo candelino sopra della carne, ò immediatamente, ò sopra vn picciolo danaro, e sopra di quello la ventosa ; nel qual caso non ha l'aria B luogo, ò tempo da fuggire ; e pure l'istesso innalzamento della carne, e senza pericolo di abbruciarsi, ne segue. ideſt : *Addatur, posse cucurbitulam affigi absq; eo quod in illa prius comburatur stuppa ; sed ponendo breuem candelulam supra carnem, aut immediate, aut supra denariolum, & superimponere cucurbitulam: Quo casu non habet aer locum, neque tempus effugiendi ; & tamen eadem carnis eleuatio, & sine periculo combustionis, contingit.* LIC. Quomodo probet Vir Cl. eo casu conclusum aerem non habere locum, neque tempus egrediendi foras extra cucurbitulam ? locum habet per labra vasis, dum imponitur : tempus illi breuissimum sufficit, quo vas affigitur, ob sui tenuitatem, qua mobilissimus est aer. ARE. Nè manco è vera la seconda cagione ; perche il caldo non ha questa virtù di far gonfiar la carne ; massimamente l'esterno, anzi più tosto la dissecca, e fa ritirare ; e nella ventosa D la carne si solleua quanto più l'aria attorno si raffredda. ideſt : *Neque vera est secunda causa ; quia calor non habet hanc vim tumefaciendi carnem, maxime calor externus ; immo potius eam exsiccat, & tabefacit, extenuatque : ac intra cucurbitulam caro tumidior fit, quanto magis aer ambiens refrigeratur.* LIC. Ego nunquam in eo capite dedi vim calori tumefaciendi carnem ; quam extolli, ac extuberare posui, non quia calor ipsam E attraheret, ac amplificaret ; sed ipsam extuberare sponte sua dixi, quo repleret vacuum locum ab aere fugiente relictum. Sed tamen etiam falso sumitur, ab externo calore non posse carnem tumefieri, sed potius exsiccari, ac emaciari ; nam calor externus carnem ita afficit, vt in ea primum humores liquet, rarefaciat, & in vaporosam substantiam resoluat ; vnde caro non potest non intumescere primum ; licet vlteriori caloris actione tandem consumptis vaporibus & humoribus caro fatiscat, & exsiccetur : ita sane Philosophus asserebat, putrescentes carnes ab ambientis calore primum humidas fieri, deinde siccas, & exsuccas : [b] *Quapropter*, ait, *humida primo, deinde sicca tandem fiunt putrescentia*. Calor externus ignis non ne lebetis aquam primum tumefacit, eius materiam rarefaciens, ac in substantiam vaporosam vertens, ac deinde consumit ? non aliter de cucurbitularum igne dicas erga carnem. Dum vero caro tumidior fit, aerem conclusum intra cucurbitulam temperans, vt aqua tepida feruentem refrigerare conspicitur, in causa est, cur quanto caro tumidior fit intra cucurbitulam, tanto circumfusus aer magis refrigeretur. Nihil ergo contra nos efficiunt instantiæ Viri Cl. Sed iam audiamus, quæ statim ille C profert pro causa propositi euentus. ARE. [c] Qual dunque è la vera ragione del tirar delle ventose ? la condensatione dell'aria dopò la sua rarefattione : Imperciochè non vi è dubbio, che il caldo rarefà l'aria, e che l'aria rarefatta occupa luogo maggiore ; & il freddo all'incontro la condensa, e fà che occupi minor luogo : mentre dunque si scalda la ventosa, l'aria si rarefà, e con poca quantità di se tutto il vacuo della ventosa occupa ; estinto il fuoco, di nuouo l'aria và ricuperando la sua natural freddezza ; onde viene a condensarsi, & ad occupar minor luogo ; e non potendo per alcuna parte entrarui altra aria di nuouo, accioche non si dia vacuo, è necessario, che la carne s'innalzi ; e per ciò vna minima apertura, che sia nella ventosa, non s'innalzerà la carne ; perche dall'aria, che per quella apertura entrerà, basteuolmente sarà impedito il vacuo. E si vede, che la carne non s'innalza tutta in vn subito, ma a poco a poco, come a poco a poco si và raffreddando l'aria. Onde chi volesse, che trassero gagliardamente le ventose, douerebbe con vn panno bagnato nell'acqua fredda per di sopra raffreddarle. ideſt : *Quæ igitur vera ratio est attractionis cucurbitularum? Condensatio aeris post eius rarefactionem :*

[b] 4. meteo. t. 4.

[c] Nu. 48.

» *Quia dubium non est, calore rarefieri aerem, & aerem rarefactum occupare locum maiorem; & ex aduerso frigiditas aerem addensat, & efficit vt occupet minorem locum. Dum igitur excalfit cucurbitula, rarefit aer, & pauca sui quantitate totum vacuum cucurbitæ replet; extincto igne, rursus aer suam naturalem frigiditatem recuperat; vnde condensatur, & occupat angustiorem locum: & quum alicunde nouus alius aer ingredi nequeat; ne detur vacuum, necesse est attolli carnem; & ideo minima rima si fuerit in cucurbitula, nunquam attolletur caro; quoniam ab aere, qui per eam rimam ingredietur, sufficienter impedietur vacuum. Et aspicitur, totam carnem non attolli subito, sed sensim, sicuti sensim aer frigescit. Vnde qui vellet, cucurbitulas attrahere valide, deberet linteo madido aqua frigida superne illas refrigerare.* LIC. Ingeniosa sane, subtilisque theoria, & veritati magna ex parte consentiens: nimirum ex ea, qua cum mea ratione consentit; in ceteris procul abest a vero, sicuti mox ostendam. In primis accipio, calore aerem rarefieri, rarefactum aerem ampliore contineri loco; viceuersaque frigus aerem addensare, densatumque minoris indigere loci. Simul accipio, dum ab igne calefit cucurbitula, seu contentus aer in eius cauo, rarefieri contentum illum aerem; sed, obsecro, dum aer ille rarescit, nonne simul expostulat ampliorem locum? Et in angusto cucurbitulæ cauo contineri non valens, nonne necessarium est aliquam sui partem extra cucurbitulam exire, quo locus æqualis locato fiet? igitur egreditur aer tunc extra cucurbitulam, Aresius quidem ait, quia rarescit; ego vero, quia fugit inimicum ignem. Sed me veritatem attigisse, dicenda monstrabunt. Extincto statim igne non illico recuperat aer suam naturalem frigiditatem, vt ponitur, sed aduentitiam caliditatem adhuc retinet intra cucurbitulam; quod inde constat, quia cucurbitulæ corpus tactui calidum sentitur, quod eo calore conseruat similem in aere concluso, prohibetque ne refrigeretur. Quare non condensatur aer acquisita noua frigiditate, sed eo fugiente secundum partem, in eius locum succedit caro, ne detur vacuum. Sique quoquopacto rarefit aer inclusus a flammula, tantam raritatem non acquirit, vt ea deposita locum amplum illum cederet exsurgenti magno carnis frusto. Si vero fuerit in cucurbitulæ corpore rima, vere caro non attolletur, quia per eam nouus aer ingredietur in locum veteris, qui fugit antea sibi contrarium ignem. Caro vero non ita subito replet cucurbitulam, sed sensim, non quia sensim refrigeretur aer, vt ponitur; semper enim permanet intra eam calidus; at quia carnis exigua portio satis est ad replendum locum aeris, qui foras egressus est; sed perseuerante actione caloris ignei cucurbitulæ, incluso aeri a flamma communitati, funduntur ac veluti liquantur humores carnis, & in vaporosam substantiam attolluntur; quæ tumescens, amplioremque ideo locum postulans, repletam aere cucurbitulam reperiens, illum vltra modum comprimit & addensat, cogens in angustiorem locum; & quoniam aer illi comprimenti repugnat; ideo sensim attollitur caro, sensim illi cedente cum aliqua repugnantia locum aere contento; non aliter ac intra pilam magnam coriaceam aere plenam (*Pallone* dicitur Italice) nouum aerem non injiciunt clystere nisi vi, atque sensim multis infusionibus iniectionibusque, resistente semper aere concluso recens accedenti, a quo comprimitur & addensatur, cogiturque dare locum in eodem cauo. Neque vero cucurbitula traheret validius carnem, si superne contegeretur linteo frigida madido, sed potius effringeretur cucurbitula. Quin etiam, si traheret impensius, aere refrigerato, & addensato quoquomodo; id fieret, quia minus resisteret, minusque negaret locum assurgenti carni.

ARE. Altra bella, e marauigliosa » esperienza nell'istessa ragione fondata » ho più volte veduto io, alzarsi cioè vn » graue mortaio con vn bicchiero di ve- » tro sopra il dorso postoli: si colloca a » questo fine sopra del mortaio vn pu- » gno di pasta di lieuito di frumento, e vi » si distende a guisa di fugaccia; poi entro » del bicchiero si abbrugia vn poco di » stoppa, come quando si vogliono por- » re le ventose; & appresso subito si po- » ne il bicchiero, e si calca sopra della pa- » sta; e vi si lascia posare insin che ben si »

raf-

„ raffreddi: & all'hora poi prendendolo, A
„ & alzãdolo, il mortaio li verrà appreſ-
„ ſo; e la ragione è, perche, come dice-
„ uamo delle ventoſe, quell'aria nel bic-
„ chiero prima dal fuoco rarefatta viene
„ a condenſarſi; onde, acciò che non ſi
„ dia il vacuo, la paſta s'innalza, e tutto
„ bene lo ſtringe; non però ſi ſepara dal
„ mortaio, perche fra queſto, e lei non
„ può entrar aria; e ſe ella ſe ne diſco-
„ ſtaſſe, pur ſi darebbe il vacuo; e coſi, ac-
„ ciò che queſto non ſi dia, alzandoſi il B
„ bicchiero, ſe ne viene appreſſo tirato
„ anche il mortaio. ideſt: *Aliud pulchrum,*
„ *& mirum experimentum in eadem ratione*
„ *fundatum ſæpius ego vidi, nimirum eleua-*
„ *ri graue mortarium poculo vitreo ſuper*
„ *eius dorſum impoſito: Collocatur ad hunc*
„ *finem ſuper mortarium pugillus fermenti*
„ *triticei, & ſuperextenditur ad inſtar pla-*
„ *centæ; mox intra cyathum accenditur pa-*
„ *rum ſtuppæ, quemadmodum in appoſitione*
„ *cucurbitularum; & illico poculum impo-*
„ *nitur, & calcatur ſupra maſſam, & ſinitur* C
„ *quouſque bene frigeſcat: & poſtea cyathum*
„ *accipientes, & eleuantes videbimus illi*
„ *mortarium affixum vna motum cyathi ſe-*
„ *qui, cui ſuſpenſum adhæret: Ratio eſt, quia*
„ *ſicuti dicebamus de cucurbitulis, aer ille*
„ *cyathi primum ab igne rarefactus, poſtea*
„ *condenſatur; vnde nè detur vacuum, maſ-*
„ *ſa eleuatur, totumque poculum arcte ſtrin-*
„ *git: neque tamen ſeparatur a mortario,*
„ *quia inter ipſum & maſſam non poteſt in-*
„ *gredi aer; qui ſi ſepararetur a mortario,* D
„ *tunc certè daretur vacuum; & ita, ne de-*
„ *tur vacuum, eleuando cyathum, ſequitur*
„ *illum deinceps attractum etiam morta-*

rium. LIC. Hanc eandem experientiam ego prius ibidem attuleram; eiusque rationem reddideram, quam & de cucurbitulis. Cui quidem non competit allata ratio nunc ab Areſio, propter eaſdem cauſas, quas nuper attulimus de cucurbitulis. Ceterum nec in cucurbitulis, nec in adhæreſcente poculis mortario vim & locum habere concluſi aeris in cyatho, cucurbitulave rarefactionem, ſed ſolum fugam ignei caloris, facile demonſtratur ex eo, quod Patauini Chirurgi cucurbitulas affigunt, non præaccenſa in eis vlla ſtuppa, ſed illas diutule detentas in aqua calente, mox inde calidas eductas optimo cum ſucceſſu carnibus affigunt: profecto concluſus in eis aer non eſt rarefactus, quum vapore aqueo calente plena ſit cauea cucurbitulę; qui vapor denſior eſt aere; quare non poteſt ipſum rarefacere; ſed bene tunc aer fugit igneum calorem in illo vapore degentem, a quo conſumi poſſet; vnde ſtatim caro ſubſequens in locum exeuntis aeris, attollitur intra cucurbitulam: & pari ratione maſſa ſubſequens in locum exeuntis aeris e cauitate poculi, cyathum arctiſſime ligat cum mortario; quod ob ſui duritiem & inſuperabilem ſoliditatem attolli non poteſt intra poculum, ſicuti facit intra cucurbitulam caro mollis, & extenſibilis.

Ita ergo, quæ contra noſtram theoriam eruditiſſimus Areſius modeſto & ingenuo calamo deſcripſit in ſua lucu-lenta digreſſione, decentem reſponſionem habere mihi videntur.

FORTVNII LICETI

De reconditis Antiquorum Lucernis

LIBER SEXTVS,

In quo vetuſtiorum Lucernarum, nouiſſime Patauium ad ſe tranſmiſſarum, antiquos ritus, & hiſtorias abditas continentium, explicatio proponitur.

PRÆFATIO

Attexens dictis dicenda.

QVoniam poſt primam editionem ſuperiorum priorum quatuor librorum De Reconditis Antiquorum Lucernis, plerique Viri præſtantes, alias a me non viſas, nec adnotatas, pulcherrimi tamen artificij Lucernas habuere, vetuſtiorum ſeculorum hiſtorijs, ritibus, atque ſymbolis affabre figuratas, hieroglyphicisque nobilibus ornatas; quorum explicatio plurimum oblectationis, & emolumenti poteſt afferre literatorum Reipublicæ; placuit viris eruditiſſimis, illarum Lucernarum icones ad me tranſmittere, vel etiam deſcriptiones puras; meaque ſenſa de propoſitis efflagitare. Quibus quum pro virili ſatisfacere tentauerim, meaque cogitata viri præcelſi iam æqui bonique conſulerint; operæ pretium fore duxi, nouas iſtas elucubrationes iſta ſecunda voluminis editione publici iuris efficere, non ad ornamentum ſolum, verum etiam ad antea propoſitorum nouum confirmationem.

De Lucerna Iouis a C. Iulio Cæſare conſecrata. Cap. I.

Eruditiſſimo Viro, & magni nominis Philoſopho Fortunio Liceto Salutem in eo qui eſt vera ſalus, D. Aloyſius Nouarinus precatur.

QVæ, Vir magne, in amicorum gratiam, in Litteratorum guſtum, inque rei litterariæ lucem doctis tuis epiſtolis, & varia ſolidaque eruditione grauidis dediſti, nobis fidem faciunt, poſſe virum vnum multorum ſubire vicem, & varias ſcientias in vnum coaleſcere, quæ ſingulæ in ſingulis admirationem verterent in ſtuporem. Vis dicam? obiectos tibi ab amicis nodos perite ſoluis, ſed interim amicos ipſos ſtrictius ligas. Poſt edita duo epiſtolarum volumina audio, te aliud parare. Liceat mihi Licetum, quem omnes adeunt, adire; Oedipum, qui noſtri ſeculi iam audis, tam libenter inuolucra exponenda excipies, quam facile pro tua ſapientia ſoles ſoluere. Edidit ſuperioribus annis egregium de vnguentis, deque re vnguentaria opus doctiſſimus Vir Fortunatus Scacchus, quod ad me liberali tranſmiſit manu; in eo vt varia antiquitatis monumenta obiecerit, pulchram nobis Lucernam, non adeo notis ornatam exhibuit; rem ita ille illuſtrauit, & ſenſum de illa ſuum Lectoribus obtulit, vt alienum, ſi quidem cum veritate magis cohæreret, requiſierit. Audi, ſi placet, Vir eruditiſſime, auctoris huius verba, & ſi quid ex tuo penu habes (& quis dubitet te habere?) da lubens mihi, & quod eſt amplius, da doctis viris, & vniuerſe ijs, qui a tuis libris doctiores abire ſolent. In quo Fortunati cenſioni ſubſcribas, innue; & in quo ſeorſum ſentias, itidem ſignifica; te enim duce ſecurius in ipſum veritatis feremur ſinum. Interim Lucernæ antiquæ notas dum denoctas, & nos denoctatas legimus, ad illam probitatis alis lucem euolemus, quæ beat, quos perfundit. Sed iam [a] Fortunatum For-

[a] myroth. 1. cap. 7.

Fortunius audiat, &, quod ſpero, fortunate.

» Vidi Maceratæ, dum publice ſacram
» Theologiam ibi profiterer, in ea forma
» Lucernam æneã antiquiſſimam: quæ fuit
» quondam Cardinalis de Carpio; vtque
» literæ, & notæ peruetuſtæ inſinuabant,
» a Iulio Cæſare Ioui ſacra iam fuerat.
» Cælaturæ erat veteris admodum inſi-
» gnis, vt nihil ſupra excogitari, aut deſi-
» derari poſſet. Nolui propterea poſte-
» ros, antiquitatisque ſtudioſos, huius Lu-
» cernæ iconem deſiderare: ideo hic eius
» Lucernæ non ſolum integram delineã-
» dam curauimus cælatam iconem; ve-
» rum etiam ſingulas illius partes, atque
» latera, vt in illius delineatam formam,
» perfectæ cælaturæ opus admireris. Erat
» Lucerna hæc ad nouem digitos longi-
» tudinis extenſa: & tres tantum in me-
» dio latitudinis: Opus, vt puto, a quouis
» excellente Artifice noſtri ſeculi nulla
» ratione imitabile. Totam hic delinea-
» tam vides. Inquire nunc hic infra eiuſ-
» dem Lucernæ partem ſuperiorem: in
» qua mira, ac ſubtiliſſima cælandi arte,
» mulieres ſacrum Deo Priapo facientes
» ad ritus ſuperſtitioſos illius ſeculi cer-
» nimus: Tripodem, & Gallum Gallina-
» ceum, mulierem quoque fere nudam
» euocantem Numen: alia coronata Nu-
» men coronat: Sacerdos alia Gallo Gal-
» linaceo iugulato, ſuppoſita, arbitror,
» patera ſanguinem recipit: Quæ vero
» capite demiſſo inter brachia, genibus-
» que poſitis, medio indice ac pollice
» dextræ, ſiniſtræ pollicem contrectare
» videtur, ſi diuinare liceret, digitum in-
» tinctum antea in ſanguine ad conſper-
» gendum Idolum, ea ratione comprime-
» re putarem: Numinis propitiandi cau-
» ſa. Adſunt in infima parte circuli hæ
» notæ, L.C.I. quid ſibi velint, aliorum
» iudicium eſto, viſo ſchemate, quod hic
» delineatum habemus. Tantiſper Lu-
» cerna inferius conſtringitur, atque in
» circulum ouatum proportionatæ for-
» mæ ad ſuperiorem deſcribit; ita tamen
» vt longitudo inferioris ouati duorum
» digitorum cum dimidio non excedat
» quantitatem; latitudo vero vix ad duos
» pertingat digitos. Latera illa, quæ hinc
» inde Lucernam cingunt, cælaturis pa-
» riter ornantur, quas infra videbis. Clau-
» duntur denique medio in inferiori oua-

A to hæ literæ, C. I. C. I. O. M. S. quæ, » ſi fides habenda eſt his, qui de notis » ſcripſerunt, hanc interpretationem re- » cipiunt: *Cai Iulij Cæſaris Ioui Optimo Maximo Sacrum*. Reliquum eſt, vt eius la- » tera intueamur, quibus inferior circu- » lus ſuperiori coniungitur; in his enim » lateribus luſus Naiadum atque Trito- » num flautis, tubis, cytharisque collu- » dentibus conſpicitur, ita ſubtiliter, & » excellentiſſime cuncta expreſſa, atque » cælata, vt diligentius multo in ænea iſta » cælata conſpiciantur, quam his linea- » mentis exprimere valeamus. Quia ve- » ro ſiniſtrum latus in totius Lucernæ » icone delineatum viſitur ſuperius; dex- » trum pari ratione cælatum intelligere » oportet, vt & partes, & tota Lucerna » conſpici poſſit, nihilque in hac antiquiſ- » ſima Lucerna deſiderandum remaneat. » Cuius forma, & opus cælaturis nobiliſ- » ſimis exornatum, peraccommodum, & » congruentiſſimum cenſeri poteſt ſacris » illis Lucernis, quarum vſus ex Dei præ- » ſcripto erat in Moſayco tabernaculo; » dummodo, prophanis inde ſublatis » imaginibus, pro his ſacri Seraphim ac » palmæ vndique ſculpantur; ad inſtar » eorum, quæ Deus in tabernaculo, vela- » mine, & arca ſculpenda mandauit. Lu- » cernæ roſtrum a parte ante ad duorum » digitorum longitudinem protenditur; » in cuius extrema parte foramen ad » oleum, & ad myxum, ſufferendi lumi- » nis cauſa conſpicitur: præclariſſimis pa- » riter cælaturis, non tam ad latera, quam » ſusque deque effigiatum. At a tergo il- » lud e regione ellychnij manubrium ad » tres vſque digitos extenditur; in quo » marina Concha, duobus Delphinis » hinc inde eam complectentibus, vide- » batur: tantaque arte vterque Delphi- » nus ad Lucernæ ouatum ſuperiorem » extendebatur, vt caudis in nodum co- » euntibus, extrema earundem iterum » iungerentur, iterumque erumperent; » ac folijs & ſiliquis inſimul conglobatis, » marinæ Conchæ dorſum ita perorna- » rent, vt in extrema parte vuæ botrus » tantiſper inclinatus cernatur: quantum » ſat eſt, vt Conchæ ſuppoſito indice, ac » ſuperpoſito pollice, extremaque manu- » brij compreſſa, Lucerna commode ſub- » ſtentetur, dimoueatur, hinc inde tranſ- » ferri, atque in Candelabro collocari »

» quamcommode possit. Diligentius de- A
» scribendam, ac delineandam hanc Lu-
» cernam censui, tum venerandæ anti-
» quitatis gratia, & operis perfectissimi,
» tum etiam vt explicaremus formam
» Lucernarum Sacri Candelabri, quas
» huic persimiles arbitramur: has enim
» aureas dixit Scriptura: optimis quoque
» cælaturis cælatas fuisse, non est quod
» ambigatur; nec non etiam ratione vsus
» illarum in candelabro, manubrio persi-
» mili, ad tergum ligula erumpente, ne- B
» cessario Lucernæ sacræ affici debebant,
» vt liliorum floribus quamoptime ada-
» ptarentur. In tota vero hac Lucerna
» nullibi foramen aliud visitur, per quod
» oleum infundatur, præter id, in quo my-
» xus accensus erumpit. Religione enim
» tactos veteres existimo, vt toties in Lu-
» cernis renouarent myxos, quoties oleũ
» infundebant: ac propterea in his sacris
» Lucernis vno eodemque foramine &
» ad oleum, & ad myxum fuisse vsos.
» Quod etiam puto de Lucernis Cande-
» labri; nam alias infundibula, quæ in ipsis
» Lucernis vidit Zacharias cap. IV. de
» quibus infra agemus, non adeo neces-
» saria putarentur. Si enim in superiora
» Lucernæ sacræ saltem vel vno forami-
» ne fuissent apertæ, a vase oleario ante-
» rior erumpens fistula, & in arctum desi-
» nens, ad instar rostri, oleo effundendo,
» & infundendo suffecissent; nec infun-
» dibulis opus in sacris fuisset. Quamob-
» rem non alia de ratione infundibula D
» necessaria, me iudice, in tabernaculo ad
» Candelabri vsum putantur, nisi quia
» vnde flamma erumpebat, ad flammæ
» nutrimentum oleum in Lucernas im-
» mittebatur. Quæ dicta volo, quous-
» que meliora alij viderint, quibus ego
» subscribam.

Aliena qui audisti, mentem exprime tuam. Et qui Magurij nobis lapidem illustrare potuisti: notas, & imagines in hac quoque antiqua Lucerna descriptas explica, gratiam ab illis non leuem inituras, qui antiquæ eruditionis ita sunt auidi, vt hæreant in obstrusis, & sapientioris (in hoc numero te propitia fama, & quod est maius, sapientia tua numerat) lumen expetunt, & expectant. Vale.

Dat. Veronæ Cal. Iulij MDCXLVI.

Responsio Liceti de Lucerna Iouis.
Cap. II.

Eruditione pietateque celeberrimo
D. Aloysio Nouarino
Fortunius Licetus B. A.

EX amplissimo tuo sacro-prophanæ literaturæ Condo promere mihi poteras & alijs, inclyte Nouarine, luculentissimam explicationem ignorabilium imaginum & literarum capitalium antiquam Cæsaris Lucernam adornantium: nec erat vt Princeps & Pater eruditionum tu de me Griphis istis interpellares; qui maxime vidisse poteras, olim me de Lucernis antiquorum agẽtem, antequam legissem eruditissimi Scacchi commentationem, breuiter de propositæ Lucernæ figuris, & notis elocutum ita, *Vigesima secunda Lucerna ærea, miro artificio delineata omni ex parte, rotunda fuit ad oui speciem; nasum habuit, & in eo foramen soli ellychnio paratum, cetera non perforata: manubrij summum artificium; teres, & oblongum corpus, e duplici Delphine Concham complectente: In area superiori Osiridis, vt arbitror, imago; cui mulier a sinistris coronam seu detrahit, seu porrigit: alter homo genuflexus, manibus sublatis Idolum adorat: a dextris Vittata sacerdos manus habet in vase ante Idolum supra Tripodem posito, seu ibi reponens oblata ab adorante viro, seu inde responsa Idoli referens: infra hæc omnia ad radices areæ superioris hæ leguntur incisæ literæ, L.C.I. fundus posticus arctiorem aream habet, in qua sunt aliæ notæ huiusmodi, C.I.C. infra quas aliæ tales, I O M S. supra & infra literas folium hederæ: vndique aream ambiunt Dij Marini monstrosi, Mulieres, seu Nereidas dorso gestantes*, & inferius: *Vigesima secunda tribus notata inscriptionibus, habuit nomen defuncti in area superiori, L.C.I. nomen artificis in fundo postico, C.I.C. & nomen serui in loco inferiori, I O M S.* Superiorem Lucernæ, tunc a me non visæ, descriptionem habui per literas ab amico viro: qui, sicuti video, falsus fuit aliquantulum, pro muliere genuflexa virum obtrudens: & vltimas literas IOMS non interpungens. Verum enimvero quia tibi placet meam sententiam de propositis apertiorem,

at-

atque distinctiorem habere, parendum est amicæ iussioni tuæ, quod eo lubentius & alacrius ago, quum viderim effi-

A giem Lucernæ delineatam ab ipsomet Scaccho in suo Eleochrymatum volumine; vnde curaui istas icones incidi.



E Museo Nobilium de Musellis Veronensibus. Jo Georg. sc.

Multum sane debet Literaria Respublica Clariss. Scaccho, vereque Fortunatus ille fuit, cui datum est artificiosissimam Cæsaris Lucernam & inspicere, simul & inuulgare, nobilibusque commentis illustrare. Quoniam vero literæ capitales interpunctæ L. C. I. comparentes in imo circulo superioris faciei Lucernæ relinquuntur inexpli-

B catæ: pariterque nihil habere commune videtur sacrificium Priapo factum a mulieribus cum dedicatione Lucernæ Ioui Optimo Max. facta a Caio Iulio Cæsare: similiter ambigere quis iure posset, an illi Tritonum, siue Deorum aquatilium cantus, & lusus cum Nymphis, aliaque descripta, sint purum putum ornamentum Lucernæ, vel potius

ali-

aliquid habeant in propoſito myſterij: dum hæc a me dilucidari requiris, optime Vir, me detrudere videris in labyrinthum inextricabilem. At vero mihi ſatius eſt, imbecillitatem ingenij mei tibi detegere, quam voluntatis obſequiũ denegare; conabor hanc adornare Spartam. Exordiendum arbitror a notioribus notis in Lucerna, quæ valeant obſcurioribus alijs lucem præbere. Notiſſimæ ſunt autem in imo fundo lychnuchi deſcriptæ literæ ſolitariæ C. I. C. I. O. M. S. quas ego lubens explico: *Caius Iulius Cæſar Ioui Optimo Maximo Sacrauit:* ita Plinius agens de Nuncoreo filio Seſoſtridis Aegypti regis, inquit, *Eiuſdem remanet & alius Obeliſcus centum cubitorum, quem poſt cæcitatem, viſu reddito, ex oraculo Soli ſacrauit.* At Herodotus hunc Pheronem appellat, cuius hiſtoriam affert memorabilem, noſtræ Lucernæ lumen aliquod exhibentem; ait enim in Euterpe ſua, *Defuncto Seſoſtre, regnum ſuſcepiſſe Pheronem eius filium aiebant, & hunc nullam ſumpſiſſe expeditionem, ſed ei contigiſſe vt luminibus caperetur; idque hac de cauſa: Quum flumen eo tempore copioſiſſimum manaret, itaut ſupra decem & octo cubitos rura tranſcenderet, vento ingruente, qui fluctus cieret; ferunt huncregem facinus admiſiſſe, quod ſumptum ſpiculum in medios fluminis vortices contorſerit; ſtatimque laboraſſe ex oculis, ac viſum amiſiſſe, decennioque cæcum fuiſſe. Vndecimo autem anno ex Vrbe Buti ei oraculum aduenisſe: iam exactum eſſe tempus calamitatis; viſumque ei rediturum, ſi oculos abluiſſet lotio mulieris, quæ ad ſuum ſolius virum acceſſiſſet, aliorum virorum expers. Eum ergo ante omnia vrinam vxoris expertum, quum nihil amplius cerneret: ceterarum deinceps vrinam expertum, tandem vidiſſe. Tumque omnes mulieres, quas fuiſſet expertus (præter eam, cuius lotio viſum recepiſſet) vnam in vrbem coegiſſe, quæ Rubra-Gleba dicitur; & eas illic coactas cum ipſa vrbe omnes concremaſſe: & eam, cuius lotio lotus viſum recepiſſet, vxorem duxiſſe. Ergo ea clade liberatus, cum alia in alijs templis donaria poſuit, omnia memoratu digna, tum maxime memorabilia ac ſpectaculo digna in templo Solis gemina ſaxa, quos obelos vocant, a figura veru, centenum cubitorum longitudinis, octonum latitudinis.* (Ad hanc hiſtoriam reſpexiſſe videtur ille catus, qui griphum de CASTAnea propoſuit hiſce verſiculis:

„ Arbor eſt in Siluis, quæ ſcribitur octo figuris:
„ Tribus demptis vna non eſt in mille puellis.)

Quemadmodũ igitur iſte Pheron, Ægypti rex, liberatus diuinitus cæcitatis calamitate, donaria Soli ſacrauit obeliſcos: ita Caius Iulius Cæſar alijs liberatus calamitatibus Ioui Optimo Maximo Sacrauit lucernam perenni lumine mirabilem, in qua ternas, vel quaternas calamitates cælari iuſſit artificioſiſſime, quibus diuinitus liberatus fuerat. Prima quidem calamitas illi contigit in mari, quando captus fuit a piratis, de qua Plutarchus in eius vita ſic infit: *Cæſar a rege Nicomede decedens, in pelago ad Pharmacuſam inſulam capitur a Piratis, qui magnis iam claſſibus, multisque nauigijs mare infeſtum habebant. Hos Cæſar primum, poſtulantes pro ipſius redemptione viginti talenta, deriſit, quaſi ignaros quem tenerent: ipſe quinquaginta daturum ſe pollicitus eſt. Inde comitibus ſuis alio ad aliam vrbem expediendæ pecuniæ gratia dimiſſis, inter homines immaniſſimos Cilicas cum vno amico & duobus ſeruis relictus, adeo eos deſpexit, vt quoties quieſcebat, miſſo aliquo indiceret illis ſilentium. Dies duodequadraginta, quaſi non cuſtodiretur, ſed ſtiparetur ab eis, vna ludebat, & ſe exercebat, carmina & orationes ſcribebat, eaque in circulo eorum pronunciabat. Si qui non admirarentur ea, hos palam inertes appellabat & barbaros. Frequenter per iocum ſuſpenſurum eos ſe minabatur. Placebat id illis, ſimplicitati eius & ætati hanc linguæ libertatem aſcribentes. Vt allata Mileto pecunia, qua redimeretur, & numerata, miſſus eſt. Compleuit confeſtim naues, atque ex Mileſiorum portu ad perſequendos prædones ſoluit: occupansque ad illam inſulam adhuc ſtantes plerosque in poteſtatem redegit: quorum pecuniam in prædam vertit: ipſos Pergami dedit in cuſtodiam; atque ad Iunium, qui cum imperio Aſiam obtinebat, profectus eſt: quod illius, vt Prætoris, eſſet de captiuis ſupplicium ſumere. Qui quum nummis eorum oculos adieciſſet (neque enim pauca ſumma erat) & de captiuis conſideraturum ſe di-*

Lib. 36. c. 11.

Cap. 111.

Hiſtoria lepida.

Prima Cæſaris calamitas expreſſa in Lucerna.

diceret per otium; ſalute Cæſar Prætori dicta, Pergamum contendit, ſuſtulitque in crucem Piratas omnes, ſicut per ſpeciem ioci crebro in inſula illis prædixerat. De hac eadem Cæſaris calamitate ſtrictim ita Suetonius in eius vita: *Huc dum hibernis iam menſibus traïcit, circa Pharmacuſam inſulam a prædonibus captus eſt; manſitque apud eos non ſine ſumma indignatione prope quadraginta dies cum vno medico, & cubicularijs duobus; nam comites, ſeruosque ceteros in initio ſtatim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiſit. Numeratis deinde quinquaginta talentis expoſitis in littore, non diſtulit quin e veſtigio claſſe deducta perſequeretur abeuntes: ac redactos in poteſtatem ſupplicio, quod illis ſæpe minatus inter iocum fuerat, afficeret.* Quam quidem hiſtoriam apte ſignant primum Tritones cum Nereidibus Nymphis in mari colludentes, tubis & cytharis canentes; etenim Cæſar in ea captiuitate ludebat cum piratis, carmina cantabat; quod cytharæ ſonus indicat: orationes pronunciabat, ſiue militares, tubis deſignatas; ſiue iudiciales, flautis repreſentatas: Tritones aſperiores illos innuens, quos inertes & barbaros appellabat, carmina ſua & orationes non admiratos: e contra Nymphas molles, qui ſibi canenti verſus, recitantique orationes applaudebant; ſuasque minas, & aſperam linguæ libertatem mitius tolerabant, ac veluti per iocum dicta ſuſcipiebant. Deinde vero Concha marina Delphinis vndique circumamplectentibus veluti vecta, & impulſa, demonſtrat Cæſarianæ claſſis miram celeritatem in prædonibus illis mari perſequendis, & capiendis; etenim apud Ariſtotelem, [a] *Delphini celeritas, atque edendi facultas mira eſſe videtur:* & infra [b] latius: *Quin etiam de velocitate huius animalis mira, & incredibilia quædam accepimus: omnium enim velociſſimus eſſe creditur animalium tum aquatilium, tum terreſtrium: ſuperſiliunt etiam malos nauigiorum maiorum; quod tunc potiſſimum euenit, quum aliquem inſectantur piſcem, quem deuorent; tunc enim, ſi quem impetunt, longius fugit, ad ima gurgitum perſequuntur propter famis neceſſitatem: quod reditus longior ſit, retinent ſe ſe, quaſi ſpacium cogitantes, conuerſique feruntur perinde ac ſagitta pernices, vt celeritate opportuna longo tranſmiſſo itinere, ad locum ſpirandi deueniant; quo impetu fit, vt ſe iaculentur in aerem, & ſuperſiliant malos nauigiorum, quæ forte affuerunt.* Quæ conciſa valde refert Pierius [c] in Hieroglyphicis, & addit: *De agilitate vero, qua maxime præditus eſt, prouerbium emanauit: Delphinum nare doces.* & mox: *Nam & illud noſti, Nemæis, Mileſiam ſaltu perniciſſimum Delphino aſſimilatum a Pindaro.* Cæſar igitur, vt indicaret, ſe velociſſima nauigatione piratas, a quibus captus recens ſe redemerat, perſecutum fuiſſe, ſtatimque captiuos duxiſſe, Delphinis vectam in Lucerna ponit Conchaam marinam; qua ſolerter etiam claſſem ſuam indicat; etenim Concha ponitur eſſe Veneris nauigium, vt ait cum Papinio Mythologus [d] Comes: *Fertur*, inquit, *in Concha margaritarum feraci fuiſſe concepta Venus: in qua etiam nauigauit in Cyprum. Quare quum de formoſa muliere loqueretur Venus apud Papinium, illam dignam eſſe inquit, quæ ſua eſſet ſoror, & in eadem Concha nauigaret; vt patet ex his carminibus:*

„ Hæc & cæruleis mecum conſurgere digna
„ Fluctibus, & noſtra potuit conſidere Concha.

Hoc idem atteſtatur Pierius [e] in ſuis Hieroglyphicis aiens: *vt non immerito Concha ipſa ſit Veneri dedicata; atque eam ex Concha genitam Veteres fabulentur. Concha itidem Cyprum deuectam canunt.* Cæſar autem ſe genus a Venere duxiſſe gloriatur; etenim, vt ait in eius vita Suetonius, *Quæſtor Iuliam amitam, vxoremque Corneliam defunctas laudauit e more pro roſtris: ſed in amitæ quidem laudatione de eius ac patris ſui vtraque origine ſic refert: Amitæ meæ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum, paternum cum dijs immortalibus coniunctum eſt: Nam ab Anco Martio ſunt Martij reges, quo nomine fuit mater: a Venere Iulij; cuius generis familia eſt noſtra.* Recte propterea ſignificaturus in iſta Lucerna Cæſar, ſe celerrima nauigatione piratas, a quibus nuper captus fuerat, viciſſim perſecutum in captiuitatem duxiſſe, ponit effigiatque Conchaam Delphinis impulſam, ac veluti vectam. Literæ vero ſingulares interpunctæ L. C. I. capitales ha-

[a] 8. hiſt. c. 2.

[b] 9 hiſt. c. 48. Delphini mira velocitas.

[c] Lib. 27.

[d] lib. 4. c. 13. Concha Veneris cur in Lucerna.

[e] Lib. 28.

Cæſar oriundus a Venere.

habentur huius inscriptionis, *Liberatus Captiuitatis Infortunio:* vel etiam, *Liberatus Cilicibus Immanissimis:* vel potius, *Liberatus Calamitate Insulana Caius Iulius Cæsar Ioui Optimo Maximo Sacrauit* Lucernam perennis ignis. Altera vero calamitas magna Cæsaris, ob Consulis Marcelli, Senatusque totius edicta, ceterorumque Ciuium potentum sibi plusquam nimium infensorum odia, prohibentia reditum illius Romam cum exercitu, quod vererentur ne vi Tyrannice Rempublicam occuparet, Cæsari contigit ad Rubiconem fluuium; de qua Suetonius post explicatas diligenter causas, ob quas animi patrum ac procerum in suspicionem affectatæ tyrannidis a Cæsare trahebantur, & rationes quibus huic malo prouidere cæpissent, addit: *Nec contentus Marcellus prouincias Cæsari, & priuilegium eripere; tulit etiam, vt Coloni, quos rogatione Vatinia Nouum Comum deduxisset, ciuitas adimeretur; quod per ambitionem, & vltra præscriptum data esset. Commotus his Cæsar, ac iudicans, quod sæpe ex eo auditum* » *ferunt: Difficilius se principem ciuitatis* » *a primo ordine in secundum, quam ex se-* » *cundo in nouissimum detrudi; summa ope restitit, partim per intercessores Tribunos, partim per Seruium Sulpitium, alterum Consulem in sequenti quoque anno. C. Marcello, qui fratri patrueli suo Marco in Consulatu successerat, eadem tempestate collegam eius Aemilium Paulum, Caiumque Curionem violentissimum Tribunorum ingenti mercede defensores parauit. Sed quum obstinatius omnia agi videret, & designatos etiam Consules, e parte diuersa, Senatum literis deprecatus est, ne sibi beneficium Populi adimeretur: aut, vt ceteri quoque Imperatores ab exercitibus discederent: confisus, vt putant, facilius se simul ad quæ libuisset, Veteranos conuocaturum, quam Pompeium nouos milites. Cum aduersarijs autem pepigit, vt dimissis octo legionibus, transalpinaque Gallia; duæ sibi legiones, & Cisalpina prouincia, vel etiam vna legio cum Illyrico concederetur, quoad Consul fieret. Verum neque Senatu interueniente, & aduersarijs negantibus vllam se de Republica facturos pactionem, transijt in citeriorem Galliam; conuentisque peractis Rauennæ substitit, bello vindicaturus, si quid de Tribunis plebis, intercedentibus pro se, grauius a Senatu constitutum esset. Et prætextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit: Causas autem alias fuisse opinantur. Cneus Pompeius ita dictitabat: quod neque opera consumere, quæ instituerat; neque Populi expectationem, quam de aduentu suo fecerat, priuatis opibus explere posset; turbare omnia, ac permiscere voluisse. Alij timuisse dicunt ne eorum, quæ primo Consulatu aduersus auspicia legesque, & intercessiones gessisset, rationem reddere cogeretur. Quum M. Cato identidem, nec sine iureiurando, denunciaret delaturum se nomen eius simul ac primum exercitum dimisisset. Quumque vulgo fore prædicarent, vt sibi priuatos redemisset, Milonis exemplo, circumpositis armatis causam apud Iudices diceret. Quod probabilius facit Asinius Pollio Pharsalica acie cæsos profligatosque aduersarios perspicientem, hæc eum ad verbum dixisse referens: Hæc voluerunt: tan- » tis rebus gestis, Caius Cæsar condemnatus » essem, nisi ab exercitu auxilium petijssem. » Quidam putant, captum imperij consuetudine, pensitatisque suis, & inimicorum viribus, vsum occasione rapiendæ dominationis, quam ætate prima concupisset: Quod æstimasse videbatur & Cicero, scribens de Officijs tertio libro, semper Cæsarem in ore habuisse eos in Phœnissis Euripidis versus: Nam si violandum est ius, imperij gratia » violandum est: aliis rebus pietatem colat. » Quum ergo sublatam Tribunorum intercessionem, ipsosque vrbe cessisse nunciatum est; præmissis confestim clam cohortibus, ne qua suspicio moueretur, & spectaculo publico per dissimulationem interfuit; & formam, qua ludum gladiatorum erat ædificaturus, considerauit; & ex consuetudine conuiuio se frequenti dedit. Deinde post Solis occasum mulis e proximo pistrino ad vehiculum iunctis, occultissimum iter modico comitatu ingressus est; & quum luminibus extinctis decessisset via, diu errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per angustissimos tramites pedibus euasit. Consecutusque Cohortes ad Rubiconem flumen, qui Prouinciæ eius finis erat, paulum constitit; ac reputans quantum moliretur, conuersus ad proximos: & etiam nunc, inquit, regredi possumus: quod si ponticulum transierimus, omnia armis agenda erunt. Cunctanti ostentum tale factum est: Quidam eximia magnitudine & forma in proximo se-

Secunda calamitas Cæsaris.

A B C D E

ſedens repente apparuit Arundine canens: ad quem audiendum quum, præter paſtores, plurimi etiam ex ſtationibus milites concurriſſent, interque eos & æneatores, rapta ab vno tuba proſiluit ad flumen, & ingenti ſpiritu Claſſicum exorſus, prætendit ad alteram ripam: Tunc Cæſar, Eatur, inquit, quo Deorum oſtenta, & inimicorum iniquitas vocat: Iacta eſt alea: Atque ita traiecto exercitu, adhibitis Tribunis plebis, qui pulſi ſuperauerant, pro Concione fidem militum flens, ac veſtem a pectore diſciſſa, vocauit. & mox: *Ordo ac ſumma rerum, quas deinceps geſſit, ſic ſe habent: Picenum, Vmbriam, Etruriam occupauit: & L. Domitio, qui per tumultum ſucceſſor ei nominatus Corfinium præſidio tenebat, in deditionem redacto, atque dimiſſo, ſecundum ſuperum mare Brunduſium tetendit, quo Conſules Pompeiusque confugerant, quam primum transfretatus, hos fruſtra per omnes moras exitu prohibere conatus, Romam iter conuertit: Appellatisque de Republica Patribus, validiſſimas Pompeij copias, quæ ſub tribus Legatis, M. Petreio, & L. Afranio, & M. Varrone in Hiſpania erant, inuaſit: profeſſus ante inter ſuos, ire ſe ad exercitum ſine duce, & inde reuerſurum ad ducem ſine exercitu. Et quanquam obſidionem Maſſiliæ, quæ ſibi in itinere portas clauſerat, ſummaque frumentariæ rei penuria retardante, breui tamen omnia ſubegit. Hinc Vrbe repetita, Macedoniam tranſgreſſus, Pompeium per quatuor pene menſes maximis obſeſſum operibus, ad extremum Pharſalico prælio fudit, & fugientem Alexandriam perſecutus, occiſum deprehendit* &c. Ex quibus euidentiſſime conſtat, Oſtentum illud ſpectri, claſſicum ad Rubiconem canentis, & fluuij tranſitum cum exercitu ſuadentis contra Legem a Senatu Populoque Romano latam; liberaſſe Cæſarem ab inſidijs inimicorum, & promouiſſe ad inſignes multasque victorias, quas nauigationibus iteratis feliciſſime peractis conſecutus eſt. Pro his bonis euentibus, & pro liberatione a metu traijciendi Rubiconis contra publicum decretum Patriæ, Lucernam Ioui Opt. Max. ſacrauit, in qua geſtorum icones exhibuit, in vtroque latere tuba canentem cum tripudio Nympharum efformans; Quas equidem Nymphas intelligo tum Nereidas maris, tum etiam

Oſtentum ad Rubiconem vt liberauerit Cęſarem ab imminenti calamitate.

A fluuij Rubiconis, quas Potamidas Gyraldus [f] appellat, Boccatius [g] autem Naiadas; etſi Lilius iſtas fontium, non item fluuiorum Nymphas eſſe velit. Quare legere poſſum Inſcriptionem Lucernæ ſic explicatam, *Laruæ Claſſico Imperator Caius Iulius Cæſar Ioui Optimo Maximo Sacraui:* vel ita, *Liberatus Contrariorum Inuidia Caius Iul. Cæſ. Ioui Opt. Max. Sac.* Quod ſi lex illa contra Cæſarem a Romanis lata, deſcripta fuit in marmore ſupra columellã erecto prope Rubiconem fluuium, vt quidam ex Blondo referunt, hiſce plane verbis deſcriptam a Grutero:

[f] Synt. 5.
[g] 7. Geneal. c. 14.
Nymphæ fluuiorum quæ.

Cæſenæ ad ſecundum lapidem, in ripa Rubiconis. Decretum Senatus.

IVSSV. MANDATVVE. P. R. COS
IMP. MILI. TYRO. COMILITO
MANIPVLARISVE. CENT. TVR
MAEVE. LEGIONARIAE. ARMAT
QVISQVIS. ES. HIC. SISTITO. VE
XILLVM. SINITO. NEC. CITRA
HVNC. AMNEM. RVBICONEM
SIGNA. ARMA. DVCTVM. CO
MEATVM. EXERCITVMVE. TR
ADVCITO. SI. QVIS. HVIVSCE
IVSSIONIS. ERGO. ADVERSVS
IERIT. FECERITVE. ADIVDICAT
VS. ESTO. HOSTIS. P.R. AC. SI CO
NTRA. PATRIAM. ARMA. TVLER
IT. SACROSQVE. PENATES. E. PEN
ETRALIBVS. ASPORTAVERIT. SA
NCTIO. PLEBISCI. SENATVS
VE. CONSVLTI. VLTRA. HOS. FI
NES. ARMA. PROFERRE. LICEAT
NEMINI.
S. P. Q. R.

ex Aldo & m.s. Smetij.

Poterit Inſcriptio Lucernæ ſic explicari, vt literæ capitales omnes interpunctæ L. C. I. C. I.C. I.O.M.S. indicent hanc ſententiam: *Liberatus Capitali Interdicto Caius Iulius Cæſar Ioui Optimo Maximo Sacrauit.* Verum quia talem Inſcriptionem Gruterus cum alijs non paucis, ac vt ipſe dicit cum Senatu Critico ſententiæ melioris, in quam iuit etiam Cluuerius [h] in ſua Italia antiqua, merito ſuſpicatur adulterinam, fictitiam, atque ſpuriam, ſuppoſititiamque;

[h] l. 1. c. 28. Inſcriptio ad Rubiconem apocrypha.

que; propterea priorem explicationem huic anteponendam censeo, vel istam: *Lemuris Classico*, siue *Laris Classico Imperans Caius* &c. nam Apuleius & in libro suo de Deo Socratis, idem genus dæmonum inter Deos, & homines medium, ait appellari Lemurem, & Larem, & Laruam, & Manem. Quin etiam in opere de dogmate Platonis, *Dæmones*, inquit, *quos Genios & Lares possumus nuncupare, ministros Deorum arbitrantur, custodesque hominum, & interpretes, si quid a Deis velint*. Quare Cæsar iuxta sententiam istam ethnicorum veterum, vt audiuit Classicum subito comparentis & disparentis eximia magnitudine spectri, eiusdemque traiectione fluminis, exclamauit: *Latur, quo Deorum ostenta, & inimicorum iniquitas vocat: Iacta est alea:* existimans Lemurem fuisse Deorum nuncium sibi præcipientem vt cum exercitu Rubiconem transiret; quo transitu liberatus inimicorum metu, secundam fortunam in omnibus expertus est postea; donarium accendit Deorum summo Ioui Lucernam istam admirabilem cum inscriptione, qua significauit se Romanum Imperium adeptum hortatu Laris Classicum canētis, & Rubiconem fluuium ante se trananantis, quasi se ducem itineris exercitui præberet ex Deorum iussu. Quæ quidem sententia satis exprimitur in lateribus Lucernæ, representantibus inter aquas hominem tuba longa canentem, atque Nymphas Deorum aquatilium dorso insidentes, quasi de transitu Cæsaris gaudentes, exercitumque cantibus inuitantes. Tertia vero calamitas omnium maxima, quod Cæsareæ domus honestatem attingeret, ac euertere videretur, illa dicenda est, in quam Cæsarem conijcere ausa fuit impotens & audacissima Clodij temeritas atque libido, de qua Plutarchus his plane verbis: *Occupauit fortuna quædam sinistra Cæsaris domum. P. Clodius fuit nobili genere ortus, diuitijs & facundia præcellens, sed insolentia & audacia nulli improbissimorum secundus. Hic vxorem Cæsaris Pompeiam amabat, neque inuitam. Verum mulierem Cæsar acri sepserat custodia; eiusque mater Aurelia, femina honesta, perpetuo lateri adhærens Pompeiæ, arduum & periculosum eis congressum efficiebat. Est apud Romanos Dea, quam Bonam dicunt, sicut Græci Muliebrem: hanc Phryges sibi asserentes peculiarem, Midæ regis autumant matrem esse, Romani Nympham Dryada Fauno nuptam Græci Liberi patris eam matrem, quam nefandum est nominare: vnde pampinis tentoria festum diem agitantes mulieres contegunt; ac sacer draco ex fabula ad pedes Deæ iacet. Eo virum fas non est accedere; neque dum sacra aguntur, in domo, vbi aguntur, esse. Solæ feminæ multa Orphicis germana memorantur in solemni peragere. Vbi festus dies instat, celebratur in ædibus Consulis, vel Prætoris: ipse autem domo, omnesque viri cedunt. Vxor sola domum parat, peragiturque fere nocte per lusum peruigilio cōmistum inter magnum concentum. Hunc festum diem id temporis agitante Pompeia, Clodius imberbis etiamnum, ideoque fallere se existimans posse ceteras, vestitu & cultu sumpto psaltriæ, accessit eo, iuuenculam facie referens. Quum fores offendisset patefactas, ab ancilla conscia est citra impedimentum introductus. Dum autem illa properat, vt id Pompeiæ nunciet, mora interueniente, operiri vbi relictus erat non sustinenti Clodio, laxisque in ædibus erranti, lumenque declinanti, occurrit pedissequa Aureliæ; atque vt femina feminam, prouocat ad lusum. Detrectantem in medium rapit: Quæ sit, & vnde, percunctatur. Quum respondisset Clodius, Auram expectare se Pompeiæ ancillam (nam id nominis ei erat) voce est detectus. Ibi repente pedissequa resilit cum clamore ad lumen & cætum, virum vociferans se deprehendisse. Obstupefactis mulieribus, Aurelia sacra Deæ inhibet & obuelat. Mox iusso obserari fores, ad faces domum lustrat, Clodium quærens. Refugerat ille in ancillæ tabernaculum illius, cum qua congressus fuerat, atque ibi deprehenditur. Cognitus, a mulieribus exigitur foras. Hoc factum mulieres confestim de nocte domum digressæ, viris suis nunciauerunt, ac rumor postridie ciuitatem peruasit, rem a Clodio tentatam nefariam; pœnasque non læsorum tantum, verum Reipublicæ etiam & Deorum nomine exigendam. Itaque postulauit prophanatorum sacrorum Clodium vnus ex Tribunis plebis; coieruntque in eum Principes Senatus; qui testimonia in eum dixerunt cum de improbitatibus atrocibus alijs, tum de stupro cum sorore sua; quæ in Luculli matri-*

Clodij facinus audax.

Tertia calamitas Cæsaris in Lucerna expressa.

monio erat, admisso. Quorum studijs obnixus Populus defendit Clodium, magnoque præsidio fuit ei apud Iudices attonitos, Populique paueſcentes. Cæsar protinus repudiauit Pompeiam: sed testis in reum citatus, nihil dixit eorum, quæ Clodio obijciebantur, compertum sibi esse. Quod quum videretur mirum; quæsiuit accusator: „ *Quamobrem ergo vxori nuncium remisisset? respondit, Domum meam volo & suspicione carere. Hæc Cæsarem aiunt aliqui ex animi sententia dixisse: alij Populi gratia, eripere enitentis Clodium. Itaque absoluitur a crimine, Quod plerique Iudices sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen vocarentur ad Populum, si eum damnassent: neu si liberassent eum, infames forent apud optimates.* Paulo secus de proposito scribit Appianus, qui mutat nomen & genus vxoris, citatis verbis: *L. Pisonis filiam, qui vna Consulatum gesturus visebatur, Calpurniam duxit vxorem, exclamante Catone Rempublicam nuptiarum lenocinio corrumpi. Tribunos vero declarauit Vatinium, ac Clodium cognomine Pulchrum: quem turpem quandam infamiæ notam in mulierum celebritate subijsse notum erat, Calpurniæ Cæsaris vxoris causa; qua de re nihil a Cæsare in eum animaduersum fuit, quum Populo acceptum esse cognouisset; quanquam mulierem ab se ablegauerit: Reliqui ob religionem ad impietatem vsque illum persecuti sunt. Fuitque inter accusatores orator electus Cicero. Nec Cæsar in testimonium vocatus quidquam protulit.* Contra tamen Plutarchus, cui consentit Suetonius rem breuissime perstringens in hæc verba: Cæsar *in Corneliæ defunctæ locum Pompeiam duxit, Q. Pompeij filiam, Syllæ neptem: cum qua deinde diuortium fecit, adulteratam opinatus a P. Clodio, quem inter publicas cerimonias penetrasse ad eam muliebri veste tam constans fama erat, vt Senatus quæstionem de pollutis sacris decreuerit.* Ceterum adulteratam eam reipsa non fuisse, sed desiderio tantum, constat ex allatis a Plutarcho, qui notauit Clodium tentasse quidem illam adulterare, sed ab Aureliæ pediſſequa, quæ Clodium detexit antequam ad Pompeiam ab Aura lena duceretur, & a mulieribus extra domum eiectum, omnino impeditum adulterium fuisse. Quamobrem Cæsaris honos intaminatus conseruatus est, & ab infamia turpi liberatus ope Numinis; cui propterea sacrauit admirandæ Lucernæ donarium: nempe beneficio Numinis & Luminis insidiator honori Cæsaris Clodius agnitus est, & a muliebri cætu sacrum faciente pulsus extra domum Consulis ante patratum scelus adulterij. Quocirca maximum omnium hoc beneficium sibi reputans a Numine, quin & a Lumine Cæsar, qui merito pluris honestatem domus, quam e captiuitate redemptionem, & Reipublicæ dominationem faciebat, Lucernam artificio pulcherrimam fieri curauit, & igne perenni coruscam, Deorumque summo consecrauit, ac in eius præcipua summaque parte voluit hanc acceptæ gratiæ penitiorem historiam, periculumque suæ famæ cadentis effigiari: positis ante simulacrum lasciuiæ tribus mulierculis ad tripodem in catino gallum gallinaceum sacrificantibus; quę quidem imagines animaduertendę sigillatim sunt. Porro multi fuerunt apud Ethnicos Dij lasciuiæ, a quorum sacris Aristoteles in Politicis procul arcet pueros, & mulieres, [i] inquiens, *Quum vero dicere quicquam* obscænum *interdixerimus* pueris, *clarum est quod & aspicere aut picturas, aut actus deformes prohibemus. Sit igitur cura Magistratibus, nullam neque picturam, neque statuam esse talium rerum imitatricem, nisi apud Deos quosdam, quibus etiam lasciuiam mos tribuit: apud hos permittet lex iam homines factos pro se, & filijs, & vxoribus sacra facere.* Quem locum fusius explicaui tractans olim [k] *De Pietate Aristotelis erga Deum & Homines.* Et profecto quatuor extitisse lego Deos lasciuiæ apud autores, Priapum, Phallum, Bacchum, atque Mercurium (vt Venerem omittam) De Mercurio sane Plotinus [l] Enneade tertia sic: Hinc prisci, vt arbitror, sapientes in sacris mysterijs id subobscure significantes, antiquum Mercurium introducunt instrumentum generationis ad operis effectum semper habentem: generantem vero in sensu declarantes esse intelligibilem rationem. *Mercurij statua colebatur veretro porrecto*, ait Cælius [m] etiam in suis Antiquis Lectionibus. Plutarchus etiã tractans, An seni sit gerenda Respubli-

[i] l. 7. c. 17.

[k] l. 2. c. 9.

[l] l. 6. c. 19.

[m] l. 7. c. 16.

Clodij facinus vt in Lucerna cælatũ.

Dij lasciuiæ quot quique fuerint apud antiquos.

Mercurius cur erecto pene.

[n] in f. l.

ca, [n] Plotino consentanea ponit inquiens: *Vsque adeo multis modis expeditum est senibus Rempublicam adiuuare, optima vtentibus re: ratione, inquam, sententia libertate dicendi, & prudentia: Non enim manus nostræ, aut pedes, aut robur corporis tantummodo, a ciuitate possidentur; sed ipse in primis animus, eiusque ornamenta, iustitia videlicet, temperantia, prudentia; quæ quum tandem seroque ita comparentur, vt suo respondeant nomini, absurdum est domo & agro reliquisque opibus & pecunia nos frui per ætatem, per eandem vero publice, patriæ, ciuibusque nihil nos prodesse; quum quidem de facultate obeundorum ministrorum non tantum nobis detraxerit senectus, quantum ciuili & gubernatrici peritiæ adiecit. Eam ob causam etiam Mercurias seniores sine manibus & pedibus, rigente fascino fingunt: hoc ænigmate indicantes, minime hoc a senibus requiri, vt corpore seruitia obeant, modo ijs ratio (vt conuenit) efficax sit, & fecunda.* Plotinus item consimilem rationem afferre videtur, inquiens: [o] *Sola species est fecunda, natura vero altera sterilis. Hinc prisci, vt arbitror, sapientes in varijs mysterijs id suboscure significantes, antiquum Mercurium introducunt, instrumentum generationis ad operis effectum semper habentem; generationem vero in sensu declarantes intelligibilem rationem.* Herodotus etiam in Euterpe [p] scribit his consimilia dicens: *Hos itaque ritus, & alios præterea, quos ego referam, Græci sunt ab Aegyptijs mutuati; sed vt Mercurij statuam facerent porrecto cum veretro, non ab Aegyptijs, sed a Pelasgis didicerunt: & primi quidem ex omnibus Græcis Athenienses, in quorum regione permisti Pelasgi habitant, ex quo cæperunt pro Græcis haberi. Hæc quæ dico, quisquis Cabirorum sacra initiatur, quibus Thraces initiantur, nouit a Pelasgis esse sumpta. Nam Samothraciam quondam incoluerunt hi Pelasgi, qui cum Athenienſibus vna habitauerunt, a quibus orgia Samothraces acceperunt. Itaque primi e Græcis Atheniensis a Pelasgis edocti, statuas Mercurij erecta virilia habentes fecerunt. De qua re Pelasgi sacrum quendam sermonem retulerunt, qui in Samothraciæ mysterijs declaratus est.* Is autem meo iudicio fuerit, quem ex Plotino, vel Plutarcho nuper attulimus: Nisi velimus etiam cum eſ-

[o] En. 3. l. 6. c. 19.

[p] cap. 51.

A se, de quo Macrobius in Saturnalibus, [q] dum probare studet, Mercurium apud Antiquos idem esse, quod & Sol, omnem fecunditatem rerum promouens: his notis: *Pleraque etiam simulacra Mercurij quadrato statu figurantur solo capite insignita, & virilibus erectis. Quæ figura significat, Solem Mundi esse caput, & rerum satorem; omnemque vim eius non in quodam diuisorum ministerio membrorum, sed in sola mente consistere, cuius sedes in capite est. Quatuor latera eadem ratione finguntur, qua & tetrachordum Mercurio creditur attributum; quippe significat hic numerus vel totidem plagas Mundi, vel quatuor vices temporum, quibus annus includitur, vel quod duobus æquinoctijs duobusque solstitijs Zodiaci ratio distincta est.* Equidem apud Boccatium legitur in Genealogia Deorum, *Mercurium*, inter alia multa, *significare concubinarum delectationes*, ex Andalo: & mox ex Leontio scribitur, *Huius Mercurij a natiuitate nomen Hermes fuisse; eumque ex stupro Philonis Arcadis & Proserpinæ eiusdem filiæ, in quam se balneantem impudicos iniecerat oculos, procreatum: & sic satis patet, quia obscæne excitata satis natura sit.* Et Lucianus [t] introducit Mercurium conquerentem se apud Matrem, quod ab Ioue missus fuerit ad puellam Cadmi filiam visum quid ageret, veluti leno: & mox ad Argiuam Danaen: deinceps ad Antiopen Bœotiam, Iouis amasias, lenonem patris agens; ad quod ministerium Maia sic hortatur in fine Dialogi Mercurium: *Missa fac ista, gnate: decet enim per omnia morem gerere patri, quum sis iuuenis: ac nunc, quo iussus es, Argos contende: deinde in Bœotiam; ne si cessaris, fuerisque lentior, plagas etiam auferas; nam iracundi sunt, qui amant.* Itaque Mercurius a priscis Leno Iouis, adeoque Lenonum Deus habebatur; cui non ab re ponitur hic a Clodio sacrificari, & ab adulterium cupiente Cæsaris vxore, preces ad obtinendas concubitus adulterini, stuprique delectationes, offerri; simul & ab ancilla lenæ coronas afferri. Profecto non parum ista faciunt ad mulierum lasciuarum sacrificium, in præsenti Lucerna figuratum. Attamen idolum hoc alas non habens in pileo, quin etiã pileo carens, nec vllum aliud obtinens

[q] l. 1. c. 19.

lib. 2. c. 7.

lib 3. c. 20.

[t] To. 2. Dial. Merc. & Mai.

Mer-

Mercurij ſignum peculiare, pro Mercurio ſumi fortaſſe non debet, certe non cogimur ipſum pro Mercurio ſumere. De Baccho laſciuiæ Deo paſſim omnes affirmant, & ex Varrone [n] Cælius, ac D. Auguſtinus inquiens in ſua [o] Ciuitate: *In honorem Liberi ſacra celebrata in Italia cum tanta turpitudine, vt in eius honorem pudenda virilia colerentur: Cui membro inhoneſto matrem familias honeſtiſſimam, palam coronam neceſſe erat imponere*. Sed quum in iſta Lucerna mulierem videam geſtientem imponere coronam capiti, non autem mentulæ ſimulachri; propterea pro culto numine Bacchum hic non accipio, ac eo nomine, quo Bacchus iuuenile forma pariter colebatur, non virili conſiſtentis ætatis, qualem refert Lucernæ ſtatua. De Phallo poſtea Rhodiginus [p] ex Luciano: [q] ſed præſtat afferre Luciani verba, vbi tractat de Syria Dea: *Phallos*, ait, *Græci Dionyſio erigunt, in quibus & tale quiddam portant, viros puta exiguos ex ligno effigiatos, magna virilia habentes. Vocantur autem Neuroſpaſta hæc. Eſt igitur & hoc in templo illo; nam ad dextram ædis partem ſedet exiguus vir ex ære factus habens virile magnum*. Arnobius item in opere ſuo contra Gentiles [r] vulgato, ſcribit, *Nec non & Cypriæ Veneris abſtruſa illa initia præterimus, quorum conditor indicatur Cynaras Rex fuiſſe: in quibus ſumentes ea, certas ſtipes inferunt, vt meretrici, & referunt Phallos propitij numinis ſigna donatos*. De Priapo demum Arnobius ita contra Gentiles: [ſ] *Habet etiamnum, atque ardet in Chalcidicis illis magnis, atque in palatijs cæli Deos, Deasque conſpicere intectis corporibus atque nudis apud Iacchum, Cererem (Muſa vt prædicat Lucretij) mammoſam, Helleſpontiacum Priapum inter Deas Virgines, atque matres circumferentes res illas præliorum ſemper in expeditione paratas?* Et Ouidius [t] in Faſtis

„ At ruber hortorum Deus, & tutela Priapus
„ Omnib. ex illis Lotide captus erat.
„ Hanc cupit, hanc optat, ſola reſpirat in illa:
„ Signaque dat nutus, ſollicitatque notis.
„ Faſtus ineſt pulchris, ſequiturque ſuperbia formam.

Bacchus laſciuiæ Deus.

[n] lib. 4. c. 6.

[o] lib. 7. c. 21.

[p] l. 7. c. 16.

[q] to. 3. dial.

Phallus Deus laſciuiæ.

[r] lib. 5.

[ſ] lib. 3. Priapus laſciuiæ Deus.

[t] lib. 1. ver. 420. & ſeqq.

A „ Irritum vultu deſpicit illa ſuo.
„ Nox erat, & vino ſomnum faciente, iacebant
„ Corpora diuerſis victa ſopore locis.
„ Lotis in herboſa ſub acernis vltima ramis,
„ Sicut erat luſu feſſa, queuit humo.
„ Surgit amans, animamque tenens, veſtigia furtim
„ Suſpenſa digitis fert taciturno gradu.
B „ Vt tetigit niueę ſecreta cubilia Nymphæ,
„ Ipſe, ſui flatus ne ſonet aura, cauet.
„ Et iam finitima corpus librabat in herba,
„ Illa tamen multi plena ſoporis erat.
„ Gaudet, & a pedibus tracto velamine vota
„ At ſua felici cæperat ire via.
„ Ecce rudens rauco Sileni vector aſellus
C „ Intempeſtiuos edidit ore ſonos.
„ Territa conſurgit Nympha, manibusque Priapum
„ Reijcit, & fugiens concitat omne nemus.
„ At Deus obſcæna nimium quoque parte paratus
„ Omnib. ad Lunæ lumina riſus erat.
„ Morte dedit pœnas autor clamoris; & hæc eſt
„ Helleſpontiaco victima grata Deo.
D Verum & conſimile quid eueniſſe Priapo circa Deam Veſtam concinit Ouidius idem poſtea [u] ſcribens,

[u] 6. Faſt. ver. 319. & ſeqq.

„ Præteream? referamne tuum rubicunde Priape
„ Dedecus? eſt multi fabula plena ioci.
„ Turrigera frontem Cybele redimita corona
„ Conuocat æternos ad ſua feſta Deos.
E „ Conuocat & Satyros, & ruſtica Numina Nymphas:
„ Silenus, quamuis nemo vocarat, adeſt.
„ Nec licet, & longum eſt epulas narrare Deorum:
„ In multo nox eſt peruigilata mero.
„ Dij temere errabant in opacę vallibus Idæ (leuat.
„ Pars iacet, & molli gramine membra

„ Hiludunt, hos ſomnus habet, pars A brachia noctis,
„ Et viridem celeri ter pede pulſat humum.
„ Veſta iacet, placidamque capit ſecura quietem,
„ Sicut erat poſitum ceſpite fulta caput.
„ At ruber hortorum Cuſtos Nymphasque, Deasque
„ Captat, & errantes fertque refertque pedes.
„ Adſpicit & Veſtam: dubium eſt, B Nympham ne putarit
„ An ſcierit Veſtam; ſciſſe ſed ipſe negat.
„ Spem capit obſcœnam, furtimque accedere tentat,
„ Et fert ſuſpenſos corde micante gradus.
„ Forte ſenex, quo vectus erat Silenus, aſellum
„ Liquerat ad ripas leue ſonantis aquæ:
„ Ibat vt inciperet longi Deus Helleſponti,
„ Intempeſtiuo quum rudit ille ſono.
„ Territa voce graui ſurgit Dea: conuolat omnis
„ Turba: per infeſtas effugit illa manus.
„ Lampſacus hoc animal ſolita eſt mactare Priapo
„ Hinc aſini flammis indicis exta damus.
„ Quem tu Diua memor de pane monilibus ornas:
„ Ceſſat opus: vacuæ conticuere molæ.

Quam rem Lactantius affert in opere ſuo de falſa Religione ſcribens: [x] *Apud Lampſacum Priapo litabilis victima eſt aſellus: cuius ſacrificij ratio in Faſtis hæc redditur: Quum dij omnes ad feſtum Matris Magnæ conueniſſent; epulisque ſatiati, noctem luſibus ducerent: quieuiſſe humi Veſtam, ſomnumque cepiſſe: Ibi Priapum ſomno eius, ac pudicitiæ inſidiatum: ſed illam intempeſtiuo clamore aſelli, quo Silenus vehebatur, excitatam: libidinem vero inſidiatoris eſſe detectam. Hac de cauſa Lampſacenos aſſellum Priapo, quaſi in vltionem mactare conſueuiſſe: apud Romanos vero eumdem Veſtalibus ſacris, in honorem pudicitiæ conſeruatæ, panibus coronari.*

[x] cap. 22.

Quod attulit etiam poſtea Natalis Mythologus [y] iiſdem fere verbis. Ceterum antiquiſſimum fuiſſe Priapi cultum, apparet e ſacra pagina, in qua primo legimus: [z] *Et fecit Aſa rectum ante conſpectum Domini, ſicut Dauid pater eius: & abſtulit effeminatos de terra; purgauitque vniuerſas ſortes Idolorum, quæ fecerant patres eius. Inſuper & Maacham matrem ſuam amouit, ne eſſet Princeps in ſacris Priapi, & luco eius, quem conſecrauerat. Subuertitque ſpecum eius, & confregit ſimulachrum turpiſſimum, & combuſſit in torrente Cedron.* In quo ſpecu dicit Lyranus, conſueuiſſe ſtuprari mulieres in venerationem Idoli: Quo nomine ſcite ponitur in Lucerna Cæſaris Clodius adulter, Aura lena, & Pompeia pariter adulterium cupiens, venerari Priapum, dum ſtuprum expetunt perficere. Deinde ſimiliter habetur in ſacro textu: [a] *Sed & Maacham, matrem Aſa Regis ex* C *anguſto depoſuit imperio, eo quod feciſſet in luco ſimulachrum Priapi; quod omne contriuit, & in fruſta comminuens combuſſit in torrente Cedron.* Vbi pariter Lyranus: *Quia Maacha fecerat ſpecum, in quo colebatur Priapus; in quo cultu ipſa præerat: & ideo dicitur huiuſmodi imperium anguſtum, ideſt, ſtrictum;* nempe quia in anguſta ſpelunca claudebatur; vel etiam quia tempore durabat anguſto ſceleſtum illud facinus. Notat idem Seldenus agens de Dijs Syris: [b] *Græcis, &* D *Latinis Phallus, & Ityphallus dicitur Priapus. Et de Phallo in hoc ſenſu hiſtoriam habemus inſignem apud Herodotum in Euterpe; vbi, cum ceteris Bacchi ſacris e Phœnicia, ideſt, e Syria noſtra, eos petit.* Ponit autem Herodotus a Melampo Phœniciæ Phallum miſſum ad Bacchum, ac edocuiſſe modum faciendi ſacra; vt proinde ſimiliter Baccho, & Priapo ſacra fierent. Quocirca Gyraldo [c] in ſua Deorum Gentilium hiſtoria, nec non & alijs, pro eodem haberi videntur Bacchus, Phallus, & Priapus: Verba Herodoti ſunt: [d] *Quin & alium diem feſtum Baccho Ægyptij agunt,* E *ſine porcis, fere per omnia Græco feſto ſimilem. Sed loco Phallorum, ſunt ab eis excogitatæ ſtatuæ cubitales, e neruis compactæ, quas feminæ circumferunt per pagos, mentula nutante, quæ propemodum inſtar eſſet reliqui corporis* (ex quo loco ſatis ap-

pa-

[y] l. 5. c. 15. Priapi cultus antiquiſſimus.

[z] 3. Reg. 15.

Priapi cultu vt amouerit Aſa de Iuda.

[a] 2. Paral. 15.

Cur Baccho, & Priapo ſimiliter ſacra fierent, atque Phallo.

[b] ſynt. 2. c. 5.

[c] Synt. 8.

[d] lib. 2. c. 48. 49.

Idolum in Lucerna non esse Phallum.

paret, Idolum Phalli non esse, quod A habetur in Lucerna Cæsaris; quia penis in eo longe minor est reliquo corpore) *& tibia præeunte, quam feminæ Bacchum canentes sequuntur. Cur autem mentulam habeat iusto maiorem, & vnum corporis membrum agitet, redditur ab eis ratio sacra: Adeo vt iam Melampus Amytheonis filius, non imperitus huius sacri, sed peritus fuisse videatur. Si quidem Melampus fuit, qui Græcis Dionysi nomen, & sacrificium, & pompam Phalli enarrauit: B non tamen omnem plane rationem complexus. Verum ij, qui post hunc extiterunt Sophistæ, rem in maius explicauerunt. Itaque Phallum Dionysio missum narrandi Melampus autor extitit; a quo edocti Græci faciunt ea, quæ faciunt.* Sed præstat asserere, Priapum, de quo Virgilius, siue quis alius extiterit Autor Priapeæ,

„ ------ ruber hortorum custos membrosior æquo,
„ Qui tectum nullis vestibus inguen habet. C

esse delineatum Idolum in Lucerna Cęsaris: nam & exurgens a dextris Idoli semiſicca simul & semiuirens arbor, siue ficus, siue malus, lignum est aptissime Priapum designans; de quo sic Autor idem Priapeæ,

Arbor semiſicca in Lucerna quid indicet.

„ Non horti, neque palmitis beati,
„ Sed rari nemoris Priape custos,
„ Ex quo & potes renasci:
„ Furaces moneo manus repellas:
„ Et siluam Domini focis reserues: D
„ Si defecerit hæc, & ipse lignum es.

Et adhuc idem infit inferius.

„ Placet, Priape, quod sub arboris coma
„ Soles sacro reuinctus pampino caput
„ Ruber sedere cum rubente fascino.
„ At o Priape, sæpe floribus nouis
„ Tuas sine arte deligauimus comas.

Etenim sub arbore comatum Idolum E mulier florea corona caput redimire gliscit. Verum enimvero speciatim Clodium sacrificantem Priapus in inferiori carmine respicere, respuereque videtur & sororis incestatorem, & Cæsaris vxoris adulterum voto; sicut ex Plutarcho nouimus; inducitur enim Priapus inquiens:

Clodius vt in Lucerna repre sentatus.

„ Valent, valent mihi ira & antiquus furor,
„ Et lingua, qua adsim tibi:
„ Et prostitutæ turpe contubernium
„ Sororis: o quid me incitas?
„ Quid impudice, & improbande Cæsari?

Cæsar cur in Lucerna Priapum posuerit, cui sacra fiant a Clodio.

Certe videntur hæc aptari commode, non litanti, sed incassum sacrificanti Clodio, sororis constupratori, Cæsarisque coniugem adulterare satagenti. Priapum igitur apte Cæsar in Lucerna cælari voluit, cum eiusdem sacrificio a mulieribus peracto, significans Clodium mentita veste muliebri, cum ancilla lena, & vxore Pompeia non inuita, turpiter insidiatum fuisse famæ suæ, honorique propriæ domus, ast irrito conatu: quippe detectum voce frugi pedissequæ Matris, ceu galli cantu, suscitantis omnes alias mulieres ad eius mœchi expulsionem infecta re: sicut irrito conatu Priapus insidiatus fuerat olim & Lotidi Nymphæ pariter ac Deę Vestæ, detectus aselli clamore nocturno, qui propterea sacrificabatur a Lampsacenis ad vindictam Priapo. Non asellum autem Cæsar effingit in Lucerna Priapo sacrificari, sed gallum, qui noctu mulieres excitat ad officia, muneraque propria; nam illa frugi Aurelię pedissequa peruigilio clamoribus excitauit alias mulieres omnes ad Clodiũ luminibus accensis conquirendum, & inuentum e domo foras excutiendum; qui propterea illam, ceu gallum importunum intẽpestiue vociferantem libentissime Priapo suo sacrificasset. Trium autem aliarum iconum illa, quæ a dextris Idoli sinistra manu sublimem tenet hostiam galli mactatam, & dextera sub eo gallo veluti pateram excipiendo sanguini victimæ, representat Clodium imberbem, muliebri veste ornatum, cõtectumque; animo suo sacrificare qui cuperet infensam sibi pedissequam vociferantem, mactareque Deo lasciuiæ, cuius munere potiri gestiebat ea nocte turpi nefarioque concubitu Pompeiæ. Secundæ vero mulieris, ad Idoli læuam stantis, imago, coronam dextera sua porrigentis ad obscœnum Idolum coronandum, sinistra vero manu, seu cymbalum, seu tympanum, seu simile quidpiam aliud instrumentum musicale priscum, quo feminæ ludentes vti solebant in celebratione festi Deæ Bonæ, ac

Quæ figura Clodium referat in Lucerna.

Lena qua figura notetur in Lucerna.

[e] 4. Georg.

Magnæ Matris, de quibus [e] Virgilius

» Tinnitusque cie, & Matris quate cymbala circum.

arbitror indicare Pompeiæ lenam ancillam, Auram nomine, quæ Clodium ad heram conſtuprandam perducere geſtiens, laſciuiæ Deum illo turpi facinore ſe coronare cenſebat, & optabat. Quod autem ipſa cenſeret, ſe cuſtodiam acrem Aureliæ ſuperaſſe Clodio introducto, triumphans de lenocinio coronata incedebat. At vero tympanum, aut cymbalum gerit in ſacris Deæ Bonæ, quia conſueuit id a mulieribus fieri ſemper in ſacris lætitiæ: ſic Ouidius [f] in Bacchi ſacris:

Sacra quæ cũ tympanis, & luſu.

[f] 4. metam.

» Quacumque ingrederis, clamor iuuenilis, & vna
» Femineæ voces, impulſaque tympana palmis:
» Concauaque æra ſonant: longoque foramine buxus.

Et Catullus de Aty:

» Niueis citata cæpit manibus leue typanum,
» Typanum, tubam, Cybele tua mater initia:
» Quatiensque terga tauri teneris cauа digitis
» Canere hæc ſuis --------

Suetonius in Auguſto muſicum hoc inſtrumentum a figura nuncupat Orbem; quod in hac icone Lucernæ videtur æmulari maxime rotunditatem oui maioris; forteque fuerat vter inflatus, aut veſica, ad hos luſus feminarum in feſto nocturno Bonæ Deæ. Id apte Suetonius Orbi comparat, quem ab Auguſto male gubernari ſignificabat Populus. Verba Suetonij clara ſunt: *Sed & Populus quondam vniuerſus ludorum die & accepit in contumeliam eius, & aſſenſu maximo comprobauit verum in Scena pronunciatum de Gallo Matris Deum tympanizante:*

» Vides ne vt Cynedus Orbem digito temperet?

[g] lib. 7.

Arnobius de propoſito [g] quoque: *Etiam ne æris tinnitibus, & quaſſationibus cymbalorum? etiam ne tympanis? etiam ne ſymphonijs? quid efficiunt crepitus ſcabillorum? ne quum eos audierint numina, honorifice ſecum exiſtiment actum, & feruentes animos irarum obliuione deponant?*

Itaque muliercula lena hæc Aura, laſciuiæ Deum coronans, altera manu cymbalum, tympanumve, ſeu ſimile gerit inſtrumentum, quod in honorem Numinis illius pulſauerit; aut etiam in honorem Deæ Bonæ, illa nocte in ea domo cultæ. Quid ſi placentam dixero, quam paupercula famula Priapo tunc offerre geſtiret, poſteaquam eidem Deo Clodius diues gallum ſacrificare ponitur? Ditiores etenim hoſtijs animalium Deorum numina ſibi propitia reddere ſatagebant; egeni placentis, vti conſtat e Luciano in ſuo Dialogo de Sacrificijs inſcripto. Quin & in ſacra pagina legimus, placentas ab Ethnicis, & eorum ſuaſu ab Hebræis etiam oblatas Lunæ, quam Reginam cæli vocabant, & venerabantur; quos apud [h] Ieremiam Deus reprehendit; inquit enim Deus ad Prophetam: *Non ne vides quid iſti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem? Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli, & libent Dijs alienis; & me ad iracundiam prouocent. Numquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? &c.* Ceterum fortaſſis alicui magis placuerit explicatio prior de muſicali quopiam inſtrumento, quod adhuc manu geſtaret Aura, quum illo nuper vſa fuiſſet, ante Clodij colloquium, inter alias feminas in domo colludens in honorem & cultum Bonæ Deæ. De quibus inſtrumentis iterum in Aty ſuo belliſſime [i] Catullus:

Sacrificiorum varietas.

Placentas oblatas Dijs Gentilium.

[h] cap. 7.

[i] ep. 59 verſ. 1167.

» Vbi cymbalum ſonat vox, vbi tympana reboant.

& [k] mox:

[k] v. 1175.

» Leue tympanum remugit, caua cymbala recrepant.

Fortaſſe non ita commode repreſentatur id organum muſicum in icone noſtra, quam excuſſimus e figura delineata in Myrothecio Scacchi, dicentis imagines in Lucerna ab ſe viſa cælatas, adeo ſubtili cælatura conſpici, vt ab artifice peritiſſimo nequeant ad amuſſim imitari. Tertiam autem imaginem mulieris ſeminudæ, genuflexæ ante Deum laſciuię, manibusque ſurſum ad Idolum elatis, eius opem enixe deprecantis, exiſtimo repreſentare Pompeiam, voluntate ſua iam adulteram: quæ Deum laſciuiæ pergit obſecrare, ſuos vt in ſinus

Pompeia Cæſaris vxor cur repreſentetur imagine Lucernæ.

nus & amplexus ea nocte datum sibi sit excipere iuuenem Clodium, ab se dilectum. Nec abest a suo mysterio Tripus, e quo vera Numinum plerumque responsa dabant eorum sacerdotes fatidicæ, siue fanaticæ nuncupatæ; namque pedissequa mulier Aureliæ, velut e Tripode clamans, verum vaticinata videtur, adesse virum sub habitu muliebri mentito tunc in ædibus Cæsaris, quo tempore debuerant solis mulieribus patere pro sacris nocturnis Bonæ Deæ faciendæ. Quum autem votum & Clodij simul, & Pompeiæ, ac Auræ lenæ fuerit irritum; diuinitus inducta pedissequa ad existimatum mulierem Clodium prouocandum ad lusus muliebres; propterea liberata fuit Cæsaris domus, & fama nobilis ab impurissimis insidijs flagitiosi Clodij: Vnde Cæsaris honor tali dedecore diuinitus exemptus fuit, & per vxoris proximum repudium confirmatus. Hinc affabre delineatum facinus in suo donario Cæsar indicauit inscriptis literis capitalibus interpunctis, in summo partim, & partim etiam in Lucernæ fundo exteriori, quo legi possent: Quæ quidem in area superna leguntur, hæ sunt: L.C.I. Quæ vero in fundo: C.I.C.I.O.M.S. Quam Lucernam sacrauit Iulius Deorum Summo Ioui, suo Liberatori. Quare iam ita sunt explicandæ tres illæ primæ literæ supernæ, cum septem alijs in fundo positis; vt habeamus euidentem propositorum omnium sensum: *Liberatus Clodij insidijs Caius Iulius Cæsar Ioui Optimo Maximo Sacrauit.*

Tripus in Lucerna quid.

Explicatio literarum Lucernæ indagatur.

Quod si liceat inter calamitates Cæsaris quarto loco numerare periculum casus e curru, dum de Gallijs triumpharet; quamrem ita Suetonius enarrat in vita Cæsaris: *Confectis bellis, quinquies triumphauit: post deuictum Scipionem quater eodem mense: sed interiectis diebus; & rursus semel post superatos Pompeij liberos. Primum & excellentissimum triumphum egit Gallicum, sequentem, Alexandrinum: deinde Ponticum: huic proximum Africanum: nouissimum Hispaniensem: diuerso quemque apparatu, & instrumento. Gallici triumphi die Velabrum præteruehens, pene curru excussus axe diffracto.* Velabrum autem vicus est Romæ a vehendo dictum, M. Varronis interpreta-

Quarta calamitas Cæsaris.

tione. Quum autem Bacchus, obseruatu Macrobij suis in Saturnalibus, primus autor Triumphi fuerit; ait[l]enim, *Hinc etiam Liber Pater bellorum potens probatur, quod eum primum ediderunt autorem Triumphi.* Et apud [m] Gyraldum in historia Deorum, ex [n]M. Varrone, Bacchus *dictus est Triambos, ideſt, Triumphus: sic triumphare appellatum, quod cum Imperatore milites redeuntes clamabant per Vrbem in Capitolium eunti, Io Triumphe; id a Thriambo Græco Liberi Patris cognomento potest dictum esse. Dictus autem* Θρίαμβος, *ἀπὸ τῦ θροεῖν, ideſt, ab accinere, ἢ ἰαμβίζειν, ideſt maledicere; vnde & in bellicis triumphis multis anapæstis conuiciantes vti consueuerunt; & κίτταν, ideſt, picam auem nugacem huic Deo consecrarunt, vt Phurnutus prodit. Quin & primus Liber triumphum bellicum duxit.* Ego vero censeo triumphantem Bacchum milites acclamantes conuicia iacere consueuisse, Bacchoq. picam auem consecratam: quod & illi vino pluri putato proniores euaserunt ad garrulitatem, & ad conuicia; Picamque nouimus vino maxime delectari, & potu madidam maxime garrulam obstrepere; sed ad rem. Plinius [o]etiam assentit antedictis, cui *Liber Pater triumphum inuenit* primus omnium. Ob hæc inquam, Cæsar periculum sui casus inter triumphandum, axe diffracto currus, insinuaturus, Vuæ racemum incuruatum effinxit in Lucernæ manubrio; quod racemus incuruatus, & frondibus, atque siliquis redimitus terminat; etenim vuæ botrus Bacchum inuentorem vini scite designat; atque Triumphantes curru vehebantur coronati; de coronis autem triumphalibus aperte [p]Plinius. Cui quidem Casui, licet non consummato, nomen Calamitatis & infortunij dederis ex Aristotele [q] scribente; *Fortuna autem bona quidem dicitur, quum bonum aliquid euenit; mala autem, quum malum aliquid. Prosperitas vero fortunæ, & infortunium, quum magnitudinem habent hæc. Quocirca & quum parum abest, vt quis bonum aut malum capiat magnum, est vel infortunatum esse, vel bene fortunatum; quoniam tanquam existeret, dicit intellectus; quod enim parum distat, tanquam nihil distare videtur.* Magnum autem malum

Triumphi primus autor Bacchus.

Vuæ racemo Cæsar vt periculum sui casus indicarit.

[l] l. 1. c. 19.
[m] Synt. 8.
[n] de lin. La.
[o] l. 7. c. 56.
[p] l. 22. c. 3.
[q] 2. phys. t. 56.

ex

ex eo casu de curru triumphali sublimiore, nimirum crurifragium, aut lumbifragium, aut etiam mors ingruit Imperatori. Neque vero deest in literis L. C. I. mystica significatio calamitatis huius, quum interpretationē habeant, *Liberatus Casus Infortunio*, vel etiam, *Liberatus Casu Infelici Caius Iulius Cæsar Ioui Optimo Maximo Sacrauit*. Sed & omnibus vna iunctis etiam calamitatibus antedictis rectissime cōgruunt omnes in Lucerna literæ capitales interpunctæ, si legerimus eas ita solutas: *Liberatus Cunctis Infortunijs Caius Iulius Cæsar Ioui Optimo Maximo Sacrauit*. vel etiam, *Liberatus Calamitatibus Istis* (quæ scilicet in Lucerna hieroglyphice notantur) *Caius Iulius Cæsar Ioui Optimo Maximo Sacrauit*, nempe Lucernam totam admirabilem æterno coruscantem igne. Quin etiam non ab re dissoluere possumus eas literas in huiusmodi sententiam, quæ perpetuitatem flammæ denotet, hunc in modum, *Lucernam Coruscam Inextinctam*: vel *Coruscam Iugiter*; vel *Continenter Ignitam*: vel *Candentem Interminate*: vel tandem, *Lucernam Continui Ignis Caius Iulius Cæsar Ioui Optimo Maximo Sacrauit*. Ceterum quod ex vnitate foraminis, ac infundibulorum vsu probare satagit hoc loci Scacchus, Antiquitus religione tactos, toties in Lucernis renouare consueuisse myxum, quoties oleum infunderent, & Ethnico, & Christifideles (pace viri dictum volo) necessitate carere videtur; primo quidem, quia D. Augustinus in opere suo *De Ciuitate* [r] *Dei* scribit in Delubro Veneris extitisse Lucernam inextinguibilem sub Dio, quod eius myxus e lapidis Asbesti filamentis contextus esset, qui non absumeretur igne: Plutarchus etiam in suo libro *De Oraculorum defectu*: *Neque diu est*, inquit, *quod Caristia rupes desijt simul cum marmore proferre stamina quædam mollia, ac quasi fila quædam lapidea (existimo enim quosdam vestrum vidisse mantilia, retia, & inuoluera capitis ea ex materia confecta; quæ neque vruntur; & quum vsu sordes contraxerint, in ignem conjecta nitorem splendoremque suum recipiunt) plane enim desijt, & vix graciles quædam tanquam fibræ, & quasi capilli eius materiæ per metalla discurrunt*. Quibus ergo Lucernis antiquorum myxus e tali materia fuit igni consumi nescia, nunquam oportuit illis renouare papyrum. Deinde vero in sacris [s] literis, vbi diligentissima legitur explicatio cæremoniarum attinentium ad custodiam, & præparationem Lucernarum Candelabri, nihil tale notatur, de renouatione myxi; vbi tamen de emunctorijs, & eorum, quæ fuerint emuncta, extinctione: Nec de vnitate foraminis, nec de eductione myxi; sed solum de aureis emunctorijs, & extinctione eorum, quæ emuncta fuerint. Deinceps infundibula necessaria fuerunt, ne Lucernæ superior area conspurcaretur oleo; quod visciditate sua lambens labra orificij, facile deturpasset externam superficiem Lucernæ, superiorem primum, & inde repens lateralem, ac inferiorem; quæ conditio est olei propria, propter sui visciditatem; sed infundibula deducebant oleum mucrone, nasove suo, vsque ad intimam Lucernæ lacunam, citra periculum coinquinandi Lucernæ faciem, quam Deus puriſſimam seruari volebat, præcipiebatque verbis expressis. At vero Lucernæ Cæsarianæ foramen vnicum ea de causa fuisse censeo, quia non indiguit affusione noua fomitis, extiteritque mirabilis ex illarum numero, quæ noui liquoris adiectu non egerent ad diuturnissimam flammulæ conseruationem. Nec omittendum est, oleo iam consumpto, si myxus residuus ex angusto foramine deducendus foret, atque nouus imponi, necessario conspurcatum iri Lucernæ superficiem; quod non decebat omnino Lucernæ puritatem, nec artificiosissime delineatas in ea figuras. Neque vero solam & vnam istam Lucernam perennem Cæsar Ioui Optimo Maximo Sacrauit, sed plures, easque varijs in locis ponendas curauit; namque consimili ferme cælatura præditam, etsi paulo minus culta, ijsdemque literis insculptam aliam, inuentam in sepulchro quodam vetusto, intra caueam Montis cuiusdam Veronensis ditionis, vna cum alijs antiquitatis cimelijs, ad me transmittendam curauit D. Alexander Ghisius: Idem enim vel alius artifex eadem propemodum forma constituere potuit arte fusili multas alias varijs in locis ponen-

Vnitas foraminis in Lucerna quid significet.

[r] l. 21. c. 6.

[s] Exod. 25.

Infundibula cur necessaria Lucernis.

Lucerna Cæsaris cur vnico foramine.

nendas ad nutum Cæsaris. Consimilis imago recens ad me transmissa fuit, quę Lucernam æneam refert, antiquo tempore seruatam itidem Veronæ in Museo Nob. de Musellis.

Hæc illa sunt, eximie Nouarine, quæ mihi scribenda veniunt in explicationem pulcherrimæ simul & artificiosissimæ Lucernæ Cæsaris, Ioui Optimo Maximo suo consecratæ dudum ab Imperatore Romano, mysteria historica singulas fere calamitates illius maiores hieroglyphice representantia continẽtis. Tu mea corrige, si quæ tibi legenti occurrent sphalmata, meque de correctione, ne bis errem, certiorem redde; bonique consule meum desiderium obtemperandi tuæ iussioni. Vale. Dabam Patauij, e meo Scalumnæ Musæo, Idibus Octobris M D C XLV I.

De Lucerna Iouis Custodis.
Cap. III.

NOuissime vero pulcherrimam habui Lucernæ figuram ab Illustrissimo Literarum alumno Cassiano a Pu-

A teo, pensilem, bilychnem, satis magnam, cum effigie Iouis stantis, manu dextera fulmen velut ostendentis, quo ferire possit; læua prælongam hastam tenentis. Ad pedes magni Canis, iacentis quidem, sed vigilantis imago visitur, collari vincti decenter. Catenulæ tres, duarum longiorum altera inter Canis caudam & ellychnij dextrum foramen obtinet anulum, siue potius ansulam, cui possit inseri catenæ postremus vncinus: Altera pariter inter Canis caput, & ellychnij siniſtrum meatum habet ansulam consimilem, in quam eius vncinus inseri potest; quo pensilis habeatur. Tertia vero catenula duabus illis multo breuior, inseri consueuerat anulo cuipiam, seu verius ansulæ, quæ videtur ex pube Iouis extolli; fuit autem ista tertia catenula duabus alijs multo breuior, tum vt suspensa Lucerna recta maneret; tum maxime ne liquorem ad orificia myxos efferentia
C peruenire prohiberet, atque ad fundum caueæ posteriorem frustra colligeret, nec ad papyri corpus, ad quod influere debuit, accedere valeret.

Lib. VI. Cap. III.



Transmissa ab Ill.mo Cassiano a Puteo Roma.

Jo. Georg. sculps.

Recte coniectatur inclytus Cassianus A istam Lucernam olim arsisse in honorem Iouis Custodis, de quo Gyraldus in sua Deorum Gentilium historiam; vt mox apparebit; nam Canis est Custodiæ symbolum, vt optime notat in hieroglyphicis [a]Pierius; cui Canis ex Ambrosij sententia refertur ad excubias pro salute Dominorum; debereque nos, ait is, promptuarium tenere verbum, ne quasi mutæ Canes commissam nobis fidei custodiam, quodam B prævaricationis silentio deseruisse videamur. Hoc eodem significato Theologi accipiunt illud ex LXVIII. Psalmo: Lingua canum tuorum hostium intinguetur sanguine: vbi per Canes Christi ædium sacrarum antistites interpretantur; hi siquidem parandi sunt in aduersarios, qui gregibus insidias meditantur, vt oues ab omni hostium iniuria tutæ custodiantur. Quam propemodum sententiam secutus Plato lib. De Rep. 11. vbi militem Ciuitatis custo- C dem informat: Naturam, ait, generosi adolescentis, qui ad disciplinam huiusmodi educetur, nihil differre a generosi Canis ingenio: vtrumque ipsorum sagacem esse oportere, mansuetum erga suos, aduersus autem hostes immitem: Nam ea est generosi Canis natura, vt erga familiares & notus sit mitissimus, aduersus vero alienos & ignotos ferocissimus, quos simul ac viderit, ægre ferre se indicat, etiamsi ni- D hil quicquam mali sit ab eis perpessus; sufficereque ad inimicitias satis habet, si, qui recens venerit, non fuerit e domesticis. Non ab re igitur, qui D. Bernardi, viri de pietate Christiana optime meriti vitam scribunt, matrem eius prægnantem imaginatam in somnijs esse, catulum se candidum, dorso rutilum, & latrantem in vtero gestare: vnde illi a sapiente viro responsum, futuram eam optimi catuli matrem, qui diuinarum ædium custodiam susciperet, latra- E tumque assiduum contra profanos & impios exerceret. Quid simile contigisse legimus Matri D. Dominicum in vtero gestanti. Hinc etiam Canis comes, & viator Angelum comitatur, quem Raphael in libro Prophetico non ocioso sibi & Tobiæ filio adiungendum putauit. Eadem ratione Canes apud

[a] Hier. 5. Canis custodiæ symbolū.

Canis cur Tobiæ datus.

Ethnicos Laribus præsides fuisse dicuntur, Deosque ipsos Romani ideo caninis pellibus induerant, quod sicuti Canes mites mansuetique sunt in domesticos, in alienos vero feri, formidolosique: ita & Lares, quibus totius familiæ cura credita esset, haberentur. Sed & aliam Chrysippus rationem cur Lares caninis tergoribus velarentur, attulisse videtur, quippe quod ipsi Genios præseferunt, qui custodiæ nostræ sunt delegati. Quin & Anubis Deus per Canis effigiem ab Ægyptijs figuratur, de quo veteres quidam historici prodidere, vna eum cum Osiride gigantes ex Italia pepulisse. Canino vero capite fuisse eum, ex eo commentum, quod Isidis, & Osiridis corpora custodierit; quod Canibus est admodum peculiare. Vnde recta ratione Canis in Lucerna positus, in honorem Iouis Custodis ardente: de quo Gyraldus [b] ad verbum: Custos Iupiter quoque appellatus est, & in primis cultus a Romanis. Custodis Iouis Apuleius meminit in libro De Mundo: (poterat hoc ad Aristotelem referre, cuius Interpres est Apuleius eo loci; nam Aristoteles [c] in calce libelli de Mundo tractans ex professo de summo Deo, quem ait Iouem appellari, vocatur, ait, *& Fulgurator, & Altitonans, & Aetherius, & Fulminator, & Pluuius: a pluuijs vtique, & fulminibus, alijsque operibus, e quibus vocabula ipsa deducta sunt. Quin & Frugipotens, & Custos vrbium vocitatur*) & Seneca [d] de Ioue agens: *Eundem*, inquit, *quem nos Iouem, intelligunt Custodem Rectoremque Vniuersi.* Sunt qui putent Iouis Custodis templum, ex Suet. Tranquillo, a Domitiano Imperium adepto in Capitolio conditum fuisse: Qua de re Cornel. Tacitus [e] vbi Capitolium describit a Vitellianis captum in initio principatus Vespasiani: Domitianus, inquit, in prima irruptione apud ædituum occultatus, solertia Liberti lineo amictu turbæ sacricolarum immixtus, ignoratusque, apud Cornelium primum paternum clientem iuxta Velabrum delituit; ac potiente rerum patre, disiecto æditui contubernio, modicum sacellum Ioui Conseruatori, aramque posuit, casusque suos in marmore expressit: mox imperium adeptus, Ioui Custodi templum ingens, seque in sinu

Caninis pellibus cur Lares induerentur.

[b] synt. 5.

[c] cap. 7.

[d] 2. qu. nat. c. 45.

[e] l. 3. hist.

Iouis Custodis templum a quo conditum in Capitolio.

sinu Dei sacrauit. Hæc Tacitus. Extant præterea numismata quædam Neronis Cæs. in quibus a tergo ita Iupiter est effictus: in solio sedet, dextra fulmen habet, læua hastam, cum hac inscriptione IVPITER CVSTOS. Quare non immerito sub icone Iouis Custodis in Lucerna positum est simulacrum Canis iacentis, vigilantisque. Num hæc a Domitiano posita fuerit, & an indiguerit affusione noui liquoris, incertum est: certissimum tamen est Illustrissimo Viro perantiquam fuisse; quum ex metallo constructa reperta fuerit inter fodiendum apud Thermas Romæ: donata fuit Eminentiss. Cardinali Barberino, in cuius Musæo conseruatur, munus P. Prioris Carthusiensium Monachorum.


De Lucerna Galuania, mortuales ritus antiquorum mirifice representante. Cap. IV.

Viro Sapienti Fortunio Liceto Ioannes Galuanus. S. D.


„ IN communi Ciuitatis nostræ plausu „ non communi obsequio te visitabo, „ doctissime Licete: Gratulatur Respublica Litteraria, gaudent omnes, te nobis restitutum. Primaria Medicinæ „ Theoricæ exedra, multis ab hinc annis „ in celeberrimo Patauino Archigymnasio Professore destituta, nullum hucusque sibi parem habere potuit: Te vero iamdiu & maiorem habuissem, ni ad „ Philosophiam decorandam a Bononiensibus eminenter fuisses occupatus. „ O magnam, imo maximam Senatus „ Veneti prudentiam, quæ Te Antenoreo Orbi in eo Medicinæ suggestu Solem constituit! Quod vt semper mihi „ iocundum fuisset, ita iocundissimum „ mihi extitit, dum faces a Gutherio, & „ Gyraldo ad illustrandam antiqui operis Lucernam meam mutuabam. Id „ quod a te vno quum absolutissime præstari valeat; patere Vir Sapientissime, si „ eruditionis tuæ lumen hac in re non requiro tantum, sed efflagito: ideoque „ Lucernam ipsam transmitto. Hæc in „ Vallo fodiendo prope Castrum Sulpherini, dum genitor meus Sebastianus Galuanus, Commissarius, & Sequestratarius Imperialis eiusdem Castri foret, anno M D LXXXIX. reperta „ est Lucerna, vna cum vase & patera vitreis; quorum fragmenta adhuc penes „ me conspiciuntur. Id tamen dolendum, militum rapacitate cooperculum „ deesse, & minus perfectam Lucernam „ Patauium delatam. Quæ si vndequaque coruscabit, tuum id erit opus, „ meum vero debiti pondus incomparabile, quo deuinctus tibi cuncta felicia precor. Vale. Dat. Patauij VII. Cal. „ Nouembris M D C XL V.


Lucernæ sepulchralium rituũ inuentio.

E Musęo Ioan. Baptiani Patau.











Jo. Georgius Sculps.

Responsio Liceti de nobili Lucerna mortuali, & primum agitur de furcilla sepulchrali. Cap. V.

Clariss. Viro Ioanni Galuano I. C. Fortunius Licetus B. A.

INcomparabilis illa Sereniſſimi Senatus Veneti prudentia, qua recte ſentis, optime Galuane, me nouem totas Olympiades in celebrioribus Italiæ Lycæis Philoſophiam interpretatum, ex eminenti ſubſellio Philoſophico Bononienſium ad ſupremam Theoricæ Medicinæ ſedem, quindecim iam annos vacuam, a pluribus præclaris viris fruſtra & expetitam, & enixe petitam, conduxiſſe, non ſolum rationes habuit & ex omnium Medicorum Coryphæi Galeni libro, cui titulum fecit Autor, *Quod bonus Medicus debeat eſſe optimus Philoſophus:* & ex experimento multiplici, quo norunt illi præſtantiſſimi Senatores, vt in ſuo Gymnaſio Patauino Ricobonus obſeruat non paucos, Roccabonellas, Bagelardos, Noualios, Victorios, Bagolinos, Triuiſanos, Bottonos, Curtios, & alios a Philoſophiæ cathedra, felici cum ſucceſſu, ad exedram Medicinæ traductos; quorum euentum optimum æuo noſtro Cl. Eques Pompeius Caimus Vtinenſis comprobauit; qui complures annos Romæ Philoſophiam publice docuit ſumma cum laude; ac inde Patauium ad ſupremam iſtam Theoricæ Medicinæ Sedem promotus eſt: cui Succeſſor ego tandem renunciatus ſum: Verum etiam parem habuit magnanimitatem Hadriacorum Heroum, qui poſthabita temporum diſpendioſorum inſigni calamitate bellica, nequicquam ſplendido ſumptui parcentes, honorario nunquam adeo multo ceteris huius exedræ cultoribus antea primum aſſignato, me munerarunt. Gratulatio vero Ciuitatis Antenoreæ totius, quæ me reducem ab octennio læta ſuſceperit, vt olim etiam Robortellum, qui Patauio Bononiam ſimiliter inuitatus profectus fuerat, inde poſt nouennium reuocatus fuit in Academiam Patauinam, eiuſdem Ricoboni conteſtatione: id eximiam omnium ciuium humanitatem erga Doctores exteros quoque demonſtrat. Quod autem inter ceteros tu, Cl. Galuane, de meo reditu læteris, hoc iam tuæ benignitatis erga me magnitudinem oſtendit; cui paria facio propenſione voluntatis non minore. Vtinam pariter ego ſatisfacere poſſem nobili tuo deſiderio recludendi priſcos in elegantiſſima tua vetere Lucerna ſculptos ritus funerales nobiliores omnes, qui deliteſcentes in abdita vetuſtatis maieſtate, maximam expoſtulant eruditionem, qua luculenter explicentur. At vero quia nihil a me literarum tibi negandum eſt; experiar ingenij vires, num aliquid lucis afferre valeam in adeo furua mortuorum contemplatione. Quam vt ordine proſequar, atque diſtincte, totius Lucernæ dimenſiones omnes animaduertere lubet ſingillatim. Itaque Lucerna, veluti myſtica nauis quædam (etenim non ſolum cymbalum repreſentat; ſed etiam quam primus Antiſtitum præmicantem claro porrigebat lumine, vocauit a figura nauiculæ aureum cymbium Apuleius in ſuis transformationibus) Lucerna hæc inquam eſt omnis diuiſa in partes ſex; quarum ſuperior oſtendit hiatum, ſiue lacunam oblongam, fomitis, & ellychnij capacem: Cui conſtat, ex anſula perforata prominente ad partem poſticam labri lacunæ, neceſſario ſuperimpoſitum olim operculum fuiſſe, quaſi nauigij tabulatum; quo militum rapacitate caremus, forte non ſine magno literariæ rei detrimento; quum veriſimile ſit, operculum illud non minus iconibus exculptum extitiſſe, mortales alios ritus apte repreſentantibus, quam partes aliæ Lucernam integrantes. Inferior pars exteriorem habet Lucernæ fundum, veluti carina plana nauicularum Etruſcarum Arni fluminis, orificio ſuperiore anguſtiorem, abſque figuris vllis, quo poſſet Lucerna commode reſidere ſuper abaci planum; non enim erat penſilis. Poſtica pars, veluti nauiculæ puppis, mediam obtinet, ceu temonem, columellam teretem oblongam, ab imo fundo exteriore Lucernæ ſurgentem ad medium fere altitudinis. Ex apice columnæ quaſi bifurcatæ, porrigi *furculam* ad ſummum lacunæ labrum, ita vt bifurcata columella ſit quidam limes diſcriminans partes laterales Lucernæ, dex-

Philoſophi ad Medicinam traducti.

l. 1. c. 13. & 15. lib. 2. c. 33. 34. 37.

Veneta magnanimitas.

lib. 1. c. 16.

Lucerna ritus funerales inſculptos habens.

Lucerna naui ſimile.

lib. 11.

Lucernæ puppis.

dextram a siniſtra non ſolum; ſed obtineat myſterium ſepulchrale; quia ſupra mortuorum tumulos antiqui columnas erigebant: (qui mos etiamnum in Ægypto ſeruatur; vbi tum Arabes, tum Turcæ ſingulorum ſuorum ſepulchris, etiam plebeiorum, columellam ſuperimponunt; vt mihi teſtatur, qui plurimum temporis eam regionem incoluit Cl. Veslingius) & in funere furcillis veteres vtebantur; quod inſcriptio ſepulchralis a Iac. [d] Gutherio, præclaro libro ſuo *de iure Manium* producta, ſatis aperte declarat; inquit enim: *Moderata ſepulchra columnis & pilis cippisque decorantur, quæque hortos & adiacentia ædificia, diætas, aras, ſepta, macerias habuerunt. De ijs inſcriptiones plurimæ: quarum vna, quæ eſt Tibure, digna mihi videtur, quæ hic apponatur.* (ex [e] Grutero deſumpta fuit)

Columnas antiqui cur ponerent ſupra ſepulchra.

[d] l. 2. c. 23. Furcillarum vſus in funere.

[e] p. 711. 3.

Tibure in æde S. Silueſtri, in Cippo.

VALERIA. ATHENAIS
FECIT MODIAE T. F. PAVLINAE. F
PIISSIMAE. ET. SIBI. SVIS. POSTERISQVE
EORVM. VIX. ANN. XIII. M. XI. HVNC. LO
CVM. VTI. ME. VIVA. DETERMINAVI. CVM
ASCENSV. GRADVM. VII. ET. CIPPIS. INSCRIPTIS
VII. COLLIG. IN. CIRCVITV. P. CCCXXX. ET. AB. IN
TROITV. PORTAE. SVPERIORIS. DESCENSVS
DEXTERIORIS. PARTE. VSQVE. AT. CIPPVM. III. CVM
TABERNA. VIA. LATA. A. PARIETE. P. V. CEDERE. DEBE
BIT. ET. PILAS. STRVCTILES. II. VSQVE. AD. IANVAM
SVPERIOREM. HYPANPELVS. HVIC. CEDAT. IN. RI
GOREM. MACERIAE. ET. FVRCARVM. ET. ARA. IN. QVA
FVR. CEPEM

Hic cippi, ſtructiles pilæ, cum rigore maceriæ & furcarum, & Ara. Pilæ ſunt quadratæ, quæ Græcis στήλαι, quæque in monumentis proprie dicuntur ſtantes [f] *columnæ: Rotundæ vocantur Chiones, & Styli. Furcæ ad maceriam pertinent. Furcis enim* [g] *erectis, & virgultis interpoſitis luto parietes texere ſolebant, vt rigor, ideſt, duricies materiæ* [h] *induceretur. Hypampelus vineæ, quæ monumento adiacebat, accommodari* [i] *debet; Ampelos enim vinea eſt. Quod in fine ſcriptum eſt:* FVR. CEPEM: *Dubitaui aliquando, an hæc verba imprecationem continerent in fures, quæ in monumentis paſſim ſcripta eſt, vt qui fur agri, qui maceria claudebatur, fructibus non pepercisſet, illosque interceptisſet, miseram vitam perpetuo degeret. Cepe enim edere dicuntur, qui paupertatem grauiorem ferunt:* [k] *Perſius:*

[f] Plin. l. 6. c. 28.

[g] Philand. ad Vitru. l. 2. c. 11.

[h] Vitru. l. 2. c. 1.

[i] Seru. 1. Georg.

[k] Sat. 4.

„ Cum ſale mordent cepe.

quæ lacrymas excitat, luctus, & miſeriæ indices: vnde Græcis, κρόμμυα ἐσθέιειν *Ariſtophanes* [l] *in Ranis:*

[l] v. 1076. 10.

„ D. Hei, hei. A. Quid eſt? D. Equites vi-

„ A. Quid quæſo lacrymas? D. Cepas olfactito.

id eſt, vitam miſeram timeo, quod equites venire conſpicor: Scholiaſtes: Ὡς θαυμάζων, *inquit,* ἱππέων ἔφοδον: *quaſi ob equitum infeſtum & hoſtilem aduentum eſſet attonitus: Ephodos enim Thucididis ſcholiaſtæ,* ἐπιθεσις πολεμικὴ, *hoſtium incurſus infeſtus, qui ditiores plerumque ad cepas redigit.* FVR CEPAM: *ex communi vſu loquendi dicitur, vt* Fures clamorem, *ſuppreſſo verbo, quod facile ſubintelligitur. Fragmentum tumuli ſimile Vrſinus conſcripſit:*

SI. QVIS. FVRAVERIT
PROINDE
OBLIGATVS. ERIT
AC. SI. SACRILEGIVM
COMMISERIT

Hæc vir eruditus. Cetera quidem recte: ſed quod FVRCÆ in inſcriptione deſcriptæ, ad maceriam; quodque, FVR CEPEM, interpretari debeamus: *Furcæpam* comedat, ideſt vitam inopem viuat infelix, id accipere nequeo, recla-

Explicatio loci difficilis in allata inſcriptione ſuperiore.

mante plane contextu, in quo legitur, HVIC CEDAT IN RIGOREM MACERIÆ ET FVRCARVM ET ARA, IN QVA FVR CEPEM: tum quia furcæ non ponuntur cedere in rigorem maceriæ pariter & furcarum: tum quia bulbus cæpe cum diphthongo scribi debuerat; tum quia si sumatur indeclinabile, *cæpe*, non autem, *cepem*, habet accusandi casum; si vero declinabile, *cæpam*, non *cæpem*. Sed existimo vel fuisse mendum inciſoris, aut amanuensis, qui vt male posuit, *vsque at cippum*, pro, *vsque ad cippum*; nec non, *Hypanpelus*, pro, *Hypampelus*; ita non bene posuit *Cepem*, pro *Sepem*. Nisi *C* literam Græcam pro sigmate Latino posuerit; vt non semel in suis epigrammatibus figuratis Publilius Optatianus Porphyrius effecit, quarto nimirum, & decimo. Quare contextum lego sic: *Hypampelo cedat in rigorem maceriæ & furcarum & Ara, in qua Fur Sepem:* vt sensus iste habeatur, Hypampelo vineæque cedat in firmitatem maceriæ, ne diruatur, & furcarum dedicatarum sepulchro, ne quis eas furetur in vsus profanos, ipsamet Ara, in qua, propterea quod est res quædam sacra, fur sepem inueniat sacrilegij; nam etsi, nedum Philandro, sed vel ipsomet Vitruuio [m]teste, furcis erectis, & virgultis interpositis, antiqui luto parietes intertexere solebant, vt rigor, ideſt durities maceriæ induceretur; id tamen non vult hæc Inscriptio; sed maceriæ pariter & furcarum rigorem, hoc est vigorem atque custodiam & munimen ab Ara sola præstari dicit; in qua, tanquam in re sacra, fur quilibet inueniet, offendetque sepem, pœnam sacrilegij; qua, vt ait ille vulgato disticho:

„ Oderũt peccare boni, virtutis amore:
„ Fugerunt peccare mali, formidine pœnæ.

Ingeniosa quidem horum verborum; FVR SEPEM, videtur interpretatio Cl. Rigaltij, qui duo hæc verba, ex literis singularibus conflata, ita distinguit: F.V.R.C.E.P.E.M. vt significent explicatæ, ceu literæ capitales. *Fines. Vltra. Rigorem. Cipporum. &. Parietes. &. Macceriæ.* Sed tamen neque veritati, neque consentire videtur Inscriptioni; tum quia non fuerant hæ literæ singulares interpungendæ, quæ sine punctis habentur in Inscriptione; in qua superiores omnes dictiones interpunctæ leguntur, non autem literarum elementa: tum quia rigor in ipsa Inscriptione non attribuitur cippis, neque parieti, sed maceriæ tantum, atque furcis: de quibus postremis nihil Rigaltius. Quare legendæ sunt duæ dictiones tantum, vt iacent in textu, FVR.SEPEM, iuxta propositam a nobis explicationem. Neque Gutherius Gruteri textum, VSQVE. AT. CIPPVM, sine præfatione sphalmatis, mutare debuit, VSQVE. AD. CIPPVM. Sic igitur Ara sepulchralis in Inscriptione ponit sacrilegij pœnam, veluti Sepem, custodientem maceriam, ne fodiatur, neve supergredienti furi conscendatur; & furcas item sepulchrales, ne surripiantur ad vsus profanos; quod fragmentum Inscriptionis Vrsiniæ secundo loco productæ, clarissime proponit. Quocirca iam Ara, in qua tanquam in re sacra, ius sacrilegij pœnam ponit Sepem cedentem in rigorem & custodiam maceriæ sepientis vineam sepulchralem, & Furcarum itidem sepulchralium, in hac Inscriptione belle notatur. Sed ad Furcam nostræ Lucernæ redeamus. Erant autem Furcæ sepulchrales instrumenta, quibus alto sub rogi cinere calente rimabantur antiqui defunctorum concrematorum ossa semicombusta, intra paratas Vrnas recondenda. Tibullo [n]canente de proposito:

„ ---------- non hic mihi Mater,
„ Quæ legat in mœstos ossa perusta sinus.

Maternus enim tenerior affectus dilectissimi filij, priusquam in Vrnas, ossa legens, in sinu condebat, quousque reperisset omnia, sed euidentissime [o]Virgilius ad nostram interpretationem:

„ Mœrentes altum cinerem & confusa ruebant
„ Ossa focis, tepidoque onerabant aggere terræ.

Quum calentes adhuc cineres, nondum in ijs ossa refriguissent, vt recte Gutherius. Verum enimvero prius Vrna cum odoribus & lacrymis, quæ vitreo vasculo plurimum exceptæ continebantur, ossa cum cineribus busti claudebantur. Furcillas itaque prisci, quibus vsi fuerant

[m] l. 2. c. 1.

Furcæ sepulchrales cui forent vsui.

[n] l. 1. el. 3.

[o] Aen. 10.

l. 1. c.

Vrnas vt appararent cadaueri prisci.

rant in rimandis, & colligendis offibus A peruſtis, alto feruidoque adhuc rogi cinere obrutis, veluti res ſacras imponebant ſepulchris. Quamobrem Lucernæ noſtræ conditor, imaginem Furcillæ non omiſit, ſupra columnam collocans, vt rei ad funus attinentis. Veriſimile namque ſatis eſt, manibus nudis oſſa defunctorum a propinquis de calidiore cinere collecta non fuiſſe; quod illis impune minime fuiſſet. Nec ijs colligendis aptius inſtrumentum eſſe poterat, B quam furcilla; quæ relicto cinere fluido ſolum oſſa trahere poteſt.

De Columna ſepulchrali deſcripta in Lucerna. Cap. VI.

IAm ad columnam accedamus. Cœ-
[p] l.17.c.20. lius Rhodiginus [p] memorat, a Solone ſtatutam fuiſſe pœnam, ſi quis buſtum, columnamque ſepulchri violarit, aut deiecerit. Demetriumque iuſſiſſe, ſuper terræ tumulum erigi columellam, C quæ trium cubitorum menſum non excederet. Adijcit his, *Columnarum in ſepulchris morem ſcribunt quidam, nobilioribus modo fuiſſe contributum; quo eorum faſtigium ceteris eminentius ſignificaretur. Columnarum ratio, inquit Plinius, erat attolli ſupra ceteros mortales.* Id autem eo ſenſu recipiendum puto, quod veteres arbitrabantur defunctorum animas in Deos Manes abire, ac ita ſupra mortaDij Manes quid antiquis. lium conditionem eſſe: Quod poſtre- D mum Ariſtoteles ipſe confirmat, in-
[q] 1. de an. t.49. quiens: [q] *Laborioſum autem eſt & commiſtum eſſe corpori, non potens abſolui, & præterea fugiendum: ſiquidem melius eſt intellectui non cum corpore eſſe, quemadmodum & conſuetum eſt dici, & multis placet:* ac etiam alibi: [r] *An omne non habens materiam indiuiſibile eſt; quemadmodum humanus intellectus, aut qui compoſitorum in aliquo tempore ſe habet; nam non bene eſſe habet in hoc, aut in hoc; verum in toto quoddam, quod optimum eſt, aliud ab eo exiſtens. Sic autem ipſa ſui ipſius intellectio per totum æternum ſe habet.* Quæ loca fuſius explicaui dudum in
[r] 12. meta. t.51.
[ſ] l.3.c.2.4.5. 25. opere meo [ſ] *De Animorum Immortalitate* ad mentem Ariſtotelis. Adijciendum tamen, his adſtipulari, quod in Ægypto notauit Cl. Veſlingius, obſeruari ſumma religione, vt columella ſupra defuncti iacentis caput erigatur, non ſupra corporis aliam partem vllam: fortaſſis innuentes, caput eſſe membrum diuiniſſimum, vt ait in Timæo Plato, domicilium animæ rationalis, quæ demum e capite per oris meatum halauerit, & abierit in numerum Deorum Manium, ſeſeque ſupra mortalium conditionem extulerit. Notauit etiam ibi mortuorum ſepulchra ſingula lateribus exædificari ad modum arculæ, cuius parietibus maceriæ nomen apte conuenire valeat. Adiungit illico Rhodiginus eo loci, [t] *Hoc vero ſepulchralium columnarum genus a ſtando* στήλας *vocant Græci; minores vero etiam ſtelidas: Noſtri, ſtantes appellant pilas. Verum & alicubi Plinius excitat as ſcribit ſtelas literis incognitis.* Ad hanc materiam obſeruat Gutherius [u] columnas ſepulchrales in omnigena ſepultura; dicit enim primo: [x] *Scribit Dio, occiſo Iulio Cæſare a quibuſdam, Aram conſtitutam vbi rogus fuerat, & ſacrificaſſe apud eam Cæſari, tanquam Deo; quem ſequitur* [y] *Appianus: vterque falſus eſt. Nulla enim Ara Cæſari extructa, ſed Columna ſolida viginti pedum lapidis Numidici in Foro cum hac Inſcriptione, PARENTI PATRIÆ. Apud quam longo tempore Plebs ſacrificare, vota ſuſcipere, controuerſias quaſdam interpoſito PER CÆSAREM iureiurando dirimere perſeuerauit. Hanc execratus Columnam euertit Dolabella; quem Buſtum merito M. Tullius* [z] *appellat.* Ceterum culpandi non fuerant Appianus, & Dio, qui Columnam illam Aræ nomine rectiſſime donauerunt, ad quam fiebant ſacrificia Cæſari, tãquam Deo, votaque ſuſcipiebantur, & iuramenta præſtabantur; nam hoc Aræ finis eſt, formaleque proprium ac eſſentiale; non autem exterior ipſa figura; quum iuſtum ſit, omnia determinare, denominareque a fine, vt ait Ariſtoteles [a] (quum finis eodem [b] autore coE incidat cum forma eſſentiali) non autem ab extima figura. Quocirca de Columna funebri non male loquitur ſub Aræ nomine tum Dio [c] ſcribens de Cæſare perempto, *Aram autem multitudo eo in loco, quo rogus fuerat, extruxit (nam cremati reliquias Liberti eius ſublatas, in monumento eius repoſuerant) ſacrificareque apud eam, & immolare Cæſari,*

Ægyptiorum mos in erigenda Columna ſepulchri.

[t] l.7.c.20.
[u] l.2.c.19.
[x] l.44.
[y] l.3. de bel. ciu.
[z] Phil. 1. & 14. ad Att. ep. 17.

Columna Cęſaris vt Ara fuerit Dioni, & Appiano.

[a] 2. de an. t.49.
[b] 2. phy t.73. 2. de an. t.36. 37.
[c] l.44.

tanquam Deo, instituit. Consules Aram eam subuerterunt; quosdamque indigne ferentes supplicio affecerunt. Idemque profert Appianus, inquiens: [d] *Populus ad Cæsaris corpus denuo reuersus, in Capitolium referre, veluti rem commendatione dignam, & cum Dijs tumulare pariter contendit. Aduersantibus demum sacerdotibus in forum retulit. Quo in loco vetera Romanorum Regum visebantur monumenta. Et ligna, sedesque, & quæcumque in foro parata aderant, aliaque huiusmodi intulere omnes, ac pompam vicissim abundantem inferentes, nonnulli coronas a seipsis, & donaria multa iniecere flammæ; & per noctem circa pyram constitere: Quo in loco primum Ara erecta est; nunc templum Cæsaris ipsius residet, quod diuinum condignis celebrauere honoribus.* Quin & ædificium illud siue quadratæ, siue teretis figuræ, sursum assurgens, non minus Aræ, quam Columnæ nomen habere potuit; etenim, vt obseruat optime [e]Seldenus, agens de Dijs Syris, *Columna etiam pro*

[d] 3. de bell. ciuil.

Rogus Cæsaris.

[e] Synt. 2. c. 3.

A *Ara, & Statua interdum sumitur* apud Autores Classicos; nam, vt obseruat eruditissimus Pignorius[f]noster in suis Symbolicis: *Crucem nummi veteres præseferunt. Neque vero Crux ipsa non fuit in cultu ab ipso etiam æuo Constantiniano. Præfert ipsam clarissime nummulus æreus meus, in fronte Aræ data opera sculptam, astante duplici Victoria, & clypeo Aræ superposito. Est autem Ara Columellæ specie rotunda.* Quin & Gulielmus Choul, agens de religione veterum Romanorum, ponit Aram columnarem dicens:

B *L'vsanza de gli Egittij nell'adorare i loro Dij, fù nel principio pura & semplice, senza effusione di sangue, ò vsare altra crudeltà, però che gli offeriuano su l'Altare quei medesimi frutti, ch'essi mangiauano: il che feciono ancora taluolta i Romani, come dimostra la presente figura: & abruciando le radici & le foglie insieme guardauano i*

C *frutti offerti all'Altare, pacificando gli Dei celesti col fumo solamente.*

Columna pro Ara, & Statua.

[f] epi. 4.

Pag. 245.

Sagrifitio di frutti tirato dal marmo antico di Roma.

Lib. VI. Cap. VI.



E Libro Antiquit. Roman. Choul.

Io Georg sculps.

Verum & Ara culta in hac ipsa Lucerna, superimpositum Idolum habens, cui fit sacrificium, non ne teretis columnæ retinet effigiem? Certe huic Aræ similis est illa Columna, quantum ad effigiem, ad quam alligatus Dominus flagellatione dira cæsus fuit in domo Pilati, sicut ostendunt eius antiquæ figuræ. Est igitur in hoc proposito funebri Cæsaris idem omnino Columna, Ara apud Appianum, Dionem, & alios autores antiquos. Ceterum de Columnis etiam minoribus apte notat Gutherius, [g] tam in moderatis & vulgaribus sepulchris, quam in plebeijs, & promiscuis pauperioribus, eas inueniri: De prioribus ita: *Columnas interea, & pilas structiles, quæ a depositorijs diuersæ sunt, ex illarum altitudine inter ampliſſima & moderata sepulchra reponemus. In eam enim magnitudinem excrescere possunt, vt Mausoleis ipsis non cedant: qualis fuit celeberrima Traiani Columna, numismatis veteribus nobilitata. Hæc si moderata fuisset, ad honestiores pertinuit: si humilis, ad vulgares. De Archimedis columna M. Tullius:* [h] Ex eadem Vrbe humilem homunculum a puluere & radio excitabo (qui multis annis post fuit) Archimedem: cuius ego Quæstor ignoratum ab Syracusanis, quum esse omnino negarent, septum vndique & vestitum vepribus & dumetis indagaui sepulchrum. Tenebam enim quosdam Senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperam, qui declarabant in summo sepulchro sphæram esse positam cum cylindro. Ego autem quum omnia colluſtrarem oculis (est enim ad Portas Aggregianas magna frequentia sepulchrorum) animaduerti Columellam non multum e dumis eminentem, in qua erat sphæræ figura, & cylindri. Atque ego statim Syracusanis (erant autem principes mecum) dixi me illud arbitrari esse, quod quærerem. Immissi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum. Quum patefactus esset aditus, ad aduersam basim accessimus. Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum, dimidiatis fere. Itaque nobilissima Græciæ Ciuitas, quondam vero doctissima, sui ciuis vnius acutissimi monumentum ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. Quem locum Tullij Plutarchus illustrare, confirmareque videtur in Marcello scribens de Archimede: *Quum autem multa & præclara inuenisset, dicitur ab amicis & propinquis petisse, vt vita defuncti cylindrum sphæram complectentem sepulchro imponerent, inscriberentque proportionem, quatenus solidum continens excedat contentum.* Appellat autem Cicero Syracusas Vrbem Græcam, non quidem a situ, quia sita non est in regione Græciæ, sed ab incolis, qui Græci erant, & Græcas disciplinas ibi profitebantur. Quod autem adiungit Gutherius allatis: *Non ferrem M. Tullium, qui quum Archimedem ciuem acutissimum agnoscat, illum inter humiles homunculos ponat; quum tamen vnus exercitum Populi Romani a Syracusanorum mœnibus solus arcuerit, & de Marcello Duce fortissimo aliquandiu triumpharit. Sed noluit, vt puto Tullius Quæstoriæ officere dignitati, quæ omnes homines, Græcos præsertim sibi longe inferiores putabat. Quod & hodie multi in honoribus constituti obseruare solent, qui non minimum dignitatis fructum putant, si honestiores contempserint; qui vicissim illos etiam contemnunt, & rident:* hoc inquam ego non accipio de M. Tullio, qui præfert immediate Dionysio Siciliæ totius Domino Archimedem, etsi prius eosdem inter se conferens, ex vulgi iudicio vocauerit cum multitudine, Dionysium quidem Regem, atque Dominum Siciliæ; Archimedem vero Syracusanum, humilem homunculum, qui procul a Regia & Senatoria dignitate, priuatus mechanicus delitescebat in casa plebeia. Verum ex propria sententia mox loquens de propositis hominibus Cicero dicit: *Quis enim est omnium, qui modo cum Musis, ideſt cum humanitate & cum doctrina habeat aliquod commercium, qui se non hunc Mathematicum malit, quam illum Tyrannum? si vitæ modum actionumque quærimus; alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur cum oblectatione solertiæ, qui est vnus suauissimus pastus animorum; alterius in cæde, & iniurijs cum & diurno, & nocturno metu. Age, confer Democritum, Pythagoram, Anaxagoram: Quæ regna, quas opes studijs eorum antepones? etenim quæ pars optima est in homine, in ea situm necesse est illud, quod quæris omnium optimum:*

[g] l. 2. c. 23.

[h] 5. Tuscul. Archimedis Columna sepulchralis.

Siracusæ cur ciuitas Græca.

Tullius defenditur ab accusatione Gutherij.

mum: Quid est autem in homine sagaci ac bona mente melius? eius bono fruendum est igitur, si beati esse volumus. Bonum autem mentis est virtus: ergo hac beatam vitam contineri necesse est: hinc omnia, quæ pulchra, honesta, præclara sunt. Ex quibus aperte constat, M. Tullium in prima comparatione tractasse de vita politica, in secunda de ciuili. Siquidem in Politicis, vel Aristotele doctore, gradus hominum tres inueniuntur: dominantium, qui supremi sunt: Magistratuum, qui medij sunt; & Priuatorum, qui sunt infimi. Consimili ratione pridem Romani diuisi erant in ordines tres, Senatorium, Equestrem, & Plebeium: quorum Senatorius supremus erat, Equestris medius, Plebeius infimus. Itaque comparans Dionysio Siciliæ Domino Tullius Archimedem, priuatum hominem, fortasseque plebeij Ordinis, non male dixit, *humilem homunculum.* At postea comparans eosdem inter se in vita ciuili (in qua vitam speculatiuam omni negotiosæ, quare iam dominatrici, ceteris que cunctis alijs actiuis optime præfert speculatiuam [i] Aristoteles non vno in loco fuse) sibi non contradicens anteponit Archimedem rectissime Dionysio Siciliæ Regi. Quapropter non erat hic a Gutherio Cicero culpandus. At vero redeamus ad sepulchrales columnas, speciatimque ad infimæ sortis sepulchra; de quibus idem [k] Gutherius infit: *De sepulchris plebis, & promiscue pauperiorum. Pittacus nouis sepulchris modum fecisse dicitur; nam super terræ tumulum* [l] *noluit quid statui nisi columellam tribus cubitis non altiorem, aut mensam, aut labellum; & huic procurationi certum magistratum præfixit. Columella, mensa, saxum, cippi, labellum, cupæ, massa, ollæ, ossuaria, venæ, ampullæ, phialæ, thecæ, culignæ, sepulchra sunt plebis & pauperiorum. De columella hactenus, quæ humilior non multum a* [m] *cippo differt. De hac etiam* [n] *Propertius:*

„ *I puer, & citus hac aliqua propone columna:*

„ *Et Dominũ Exquilijs dic habitare tuum.*

Nam in Exquilijs sepulchra pauperum. Cetera recte; sed quod pro Demetrio Pittacum substituerit ex Cicerone, non recte; quia distinguitur Pittacus a Demetrio: Tullius ait, Pittacum vetasse quemcumque accedere in funus aliorum: Democritum vero sumptuosa sepulchra prohibuisse. Tullij verba perspicua sunt: [o] *Sublata etiam erat celebritas virorum ac mulierum, quo lamentatio minueretur; habet enim luctum concursus hominum. Quocirca Pittacus omnino succedere quemquam vetat in funus aliorum. Sed ait rursus idem Demetrius* (videlicet Phalereus, de quo nouissime meminerat) *increbuisse eam funerum sepulchrorumque magnificentiam, quæ nunc fere Romæ est: quam consuetudinem lege minuit ipse. Fuit enim hic vir, vt scitis, non solum eruditissimus: sed & ciuis, & R.P. maximeque tuendæ ciuitatis paratissimus. Iste igitur sumptus minuit non solum pœna, sed etiam tempore; ante lucem enim iussit efferri. Sepulchris autem nouis finiuit modum; nam super terræ tumulum noluit quid statui nisi columellam tribus cubitis non altiorem:* De quo quidem Demetrio Phalereo recentissime dixerat in proposito Cicero: *Posteaquam, vt scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera & lamentabilia cœpissent: Solonis lege sublata sunt; quam legem eisdem prope verbis nostri viri in decimam tabulam coniecerunt; nam de tribus ricinijs & pleraque alia Solonis sunt; de lamentis vero expressa verbis sunt. Mulieres genas ne radunto: nevè lessum funeris ergo habento. De sepulchris autem nihil est apud Solonem amplius, quam Ne quis ea deleat, neve alienum inferat: pœnaque est, si quis bustum (nam id puto appellari Tymbon) aut monumentum, inquit, aut columnam violarit, deiecerit, fregerit.* Ex antiquis itaque duos habemus vel tres vsus columnarum in sepulchris, nam aliæ fiebant ad fulcimentum rei cuiuspiam, aliæ nudæ simpliciter ad honorem defunctorum erigebantur, & aliæ ponebantur ad cõtinenda intra se cadauera. Porro de columnis ad sustinendum res aliquas mortuales, in primis agit sacra pagina, qua legimus: [p] *Et ædificauit Simon super sepulchrum patris sui & fratrum suorum, ædificatim altum visu lapide polito retro & ante; & statuit septem pyramidas, vnam contra vnam, patri & matri, & quatuor fratribus. Et his circumposuit columnas magnas & super columnas arma ad memoriam æternam, & iuxta arma naues*

Politici gradus tres.

Vita ciuilis speculatiua dignior.

[i] 10. ethic. c. 7. 8. 9.

[k] l. 2. c. 24.

[l] Cic. 2. de legib.

Mensura columnæ sepulchralis.

Plebeia sepulchra multiformia.

[m] Seru. 11. Aen.

[n] l. 3. el. 19.

Sepulchra pauperum vbi Romæ.

[o] de leg. f.

Cur sublata frequentia hominum in funeribus.

Sumptus sepulchrales vt minuti, & a quo.

Solonis lex a Romanis accepta.

Lex sepulchralis multiplex.

[p] 1. Mach. c. 13.

Columnæ sepulchrales ad sustinendum quidpiam.

Sepulchrum mirabile in ſacro textu.

ues ſculptas, quæ viderentur ab hominibus nauigantibus mare. Hoc eſt ſepulchrum, quod fecit in Modin vſque in hunc diem. Hoc loco tamen Lyranus ait: & his circumpoſuit columnas *ad ſuſtentamentum ædificij*; quum textus Machabæorum habeat ad ſuſtentamentum, non vllius ædificij, ſed Armorum, & nauium iuxta arma ſculptarum. Ioſephus autem columnarum meminit, ſed non ad ſuſtinendum aliquid erectas aſſerit, inquiens: [q] *Simon autem a Baſca opido fratris oſſa in Modin & paternum ſepulchrum tranſtulit, publico luctu honorati: vbi ampliſſimum monumentum extruxit patri ſimul & fratribus ſuis e marmore polito & candido. Excitato enim in late conſpicuam celſitudinem, porticus circumdedit & columnas ſingulas e ſingulis lapidibus; opus admiratione digniſſimum: Ad hæc pyramides ſeptem parentibus & fratribus cuique vnam erexit, mira tam magnitudine quam pulchritudine; quæ durant vſque ad noſtra tempora: tanta fuit Simonis cura vt Ionathas ceterique domeſtici quam magnificentiſſimo ſepulchro eſſent conditi.* Ex quo loco videtur hauſiſſe Lyranus, columnas extructas fuiſſe *ad ſuſtentamentum ædificij* porticus; etſi Ioſephus id aperte non aſſerat. Sed arbitrari poſſumus duum generum columnas extructas, alias illas ſeptem ad fulcimentum armorum & nauium exculptarum; de quibus hiſtoria ſacra Machabæorum; alias ad ſuſtentamentum ædificij porticus; de quibus Lyranus. Niſi dicamus etiam eaſdem columnas fulcimentum extitiſſe tum ædificij porticus, tum etiam armorum, & ſculpturum nauium in ſummitate porticus eminentium. Columnas autem iſtas inſeruiuiſſe ſuſtinendis magnis illis nauibus, non in lapide columnæ, ſed e lapide columnis impoſito ſculptis, aſſerit non ab re vir peritus a Cl. Nouarino citatus in Electis: [r] *Dicendum, naues non inſculptas tantum in marmore cælato, ſed plane integre efformatas: & quidem ingenti magnitudine extitiſſe; quod ſi cum reliqua magnitudine ædificij conferantur, nihil incredibile continebit.* Et certe ſi naues
» illæ procul a nauigantibus inſpici debuere, non in marmore columnarum
» cælari, ſed e ſolido marmore confici
» debuerunt ingentes, & illis columnis
A altis imponi. Quod indicat aperte verſio Vatabli, legentis: *Tum has artificioſa columnarum ingentium ſtructura circumdedit, & columnis omnem armorum apparatum ad memoriam æternam ſuperaddidit, nauibus in columnis iuxta arma inſculptis, quæ eſſent omnibus nauigantibus mare conſpicuæ.* Apud eundem, Corippus in funere Iuſtiniani plurimas columnas poſitas ait ad ſuſtinendas ardentes faces cereas,

Columnæ ad ardentes cereas ſuſtinendas mortuis poſitæ.

B » --------- paſſimque per aulam
» Porticibus longis ſtabat cum plebe Senatus,
» Interius flentes famuli: vaſa aurea mille:
» Mille columnarum ſpecies, argentea mille
» Quæ ſuper impoſitis implebant atria ceris.

Quin & effigies mortuorum hominum ſuſtinebantur ſuppoſitis columnis, vt adnotat ipſe Trebellius Pollio, tra-
C ctans de Claudio: [ſ] *Illi totius orbis iudicio in roſtris poſita eſt columna, palmata ſtatua ſuperfixa, librarum argenti mille quingentarum.* Eodem Cl. Nou. teſte, [t] Feſtus item de propoſito ſcribit: *Oſſa poſtea ex prodigijs, oraculorumque reſponſis, Senatus decreto intra Vrbem in Vulcanali, quod ſupra Comitium, obruta ſunt, ſuperque ea Columna cum ipſius effigie poſita eſt.* Lucianus in [u] Hoſpite ſimiliter inquit: *Et inuentus eſt eo loco*
D *Toxaris eſſe ſepultus, ipſa inſcriptione cognitus, tametſi non integer appareat: in primis vero quod ſuper Columnam vir ornatu Scythico ſculptus fuerat, læua arcum intentum, dextra vero, vt viſus eſt, librum tenens; etenim adhuc plus quam dimidio corpore conſpicitur, & arcus totus vna cum codice: reliquas vero partes ſtatuæ vna cum fronte temporis longinquitas iam deuaſtauit.* Dio Caſſius in Domitiano [x] refert, columnas item ſepulchrales inſtitutas antiquitus ad ſuſtinendas Lucernas mortuales, inquiens:
E *Eos de nocte introduci iubet abſque comitibus: ac primum omnium, iuxta vnumquemque columnam collocat, factam inſtar ſepulchri, in qua nomen eius ſcriptum erat; pendebatque de ea lychnucus paruus, vt aſſelet in monumentis:* vnde patet tertius vſus columnarum ad continenda cadauera, inſtar ſepulchri. Cælius Rhodigi-

[ſ] init. Columnæ ſuſtinentes effigiem, ac ſtatuam defuncti.

[t] loc. cit.

[u] Scytha.

Toxaris columna Scythica.

[x] poſt init.

Columnæ ſuſtinentes Lucernas defuncti.

[q] 13. ant. c. 11.

Columna ſuſtinentes arma defuncti, & naues.

[r] to. 5. l. 8. c. 4

diginus admonet in sepulchralibus columnis imponi consueuisse statuam Mercurij, qui gentilibus existimabatur habere ius in animas defunctorum; ait enim: [y] *De sepulchris vero ante Solonem non fere comperiuntur plura, quam ne quis ea deleat, neve alienum inferat: statuta item pœna, si quis bustum columnamque violarit, aut deiecerit. Postea vero, propter sepulchrorum amplitudinem, quæ in Ceramico visebantur, sancitum lege est, ne quis sepulchrum faceret operosius, quam quod decem homines effecerint triduo, neve Hermas liceret imponi.* Quum enim apud Lucianum in mortuorum Dialogis passim Mercurius introducatur animas ad inferos agere, statuam illius imponebant columnis sepulchralibus, vt mortuis illis propitius esset. Laertius de Cinico Diogene scribens, infit: [z] *Fertur, nonaginta ferme annorum obijsse diem. Porro de ipsius morte varia habetur opinio. Sunt enim qui dicant, illum quum bouis pedem crudum comedisset, bilem sibi conscisuisse, atque ita perisse. Alij vero, continuisse spiritum, atque ita expirasse: ex quibus est Cercidus Megalopolita, siue Cretensis in Meliambis sic* Latine versis,

„ Non enim patitur priscus ille Sinopeus,
„ Baculifer ille, & duplicatus, sub diuo pastus,
„ Tandem qui sublatus est, quum labris dentes offirmasset
„ Et spiritum continuisset. Erat enim vere
„ Diogenes Iouis filius, & cælestis canis.

Alij dicunt, quum polypum canibus partiri voluisset, morsum in cruris neruo, ac ex eo defunctum esse. Ipsius tamen necessarij, vt in successionibus ait Antisthenes, id potius approbant, quod spiritum continendo animam exhalauerit. Degebat enim in Cranio: iderat Gymnasium ante Corinthum. Quum vero ex more familiares adijssent, pallioque obuolutum deprehenderent, non illum dormire arbitrati; erat quippe minime somnolentus; reuelato pallio, animam efflasse inuenerunt; suspicatique sunt, illum hoc fecisse desiderio migrandi ex vita. Hinc inter eos, qui eum sepelirent, orta seditio, vt fere ad manus ventum sit. Aduenientibus autem patribus illorum, atque primatibus, ita sedata discordia: sepultum esse iuxta portam, quæ in Isthmum fert. Erigentes autem super illius tumulum Columnam, Canem desuper ex lapide Pario sculpserunt. Postea & ipsius ciues æreis illum Statuis honorarunt, ita inscribentes,

„ Aera quidem absumit tempus, sed tempore nunquam
„ Interitura tua est gloria Diogenes:
„ Quandoquidem ad vitam miseris mortalibus æquam
„ Monstrata est facilis te duce, & ampla via.

Est item de eo tale epigramma carmine proceleumatico:

„ Diogenes, age loquere, quis exitus ad inferos
„ Te abstulit? abstulit ne canis morsus ferox?

Apud erud. Nouar. [a] Godinus agens de rebus Constantinopolitanis ait, *Coniugem comitem habens morbo laborantem amisit, eamque sepulturam affecit; eique excitauit Aram, & Columnam, in qua Damalis statua spectatur ex lapide albo facta; sic enim appellabatur illa Charetis vxor.* Addit his Vir Cl. Plutarchi testimonium de Columna sepulchrali statuam Sirenis ad Isocratis tumulum substinente: Sane [b] Plutarchus ait: *In ipsius Isocratis Cippo positus fuit aries triginta cubitorum, eique incubuit Siren cubitorum septem; quod argumentum fuit ipsius eloquentiæ.* Quod quidem vertit Xilander *in Cippo*, Græce legitur, ἐπὶ τῷ μνήματος: Cippus autem etsi præter alia mortualia, Columnam vtcumque valeat indicare; tamen vox Græca textus aptius redditur, *In Monumento*, quam *in Columna*; & Xilander Cippi nomine potius monumentum, quam columnam indicauit. Vt autem Syren eloquentię symbolum fuit in Isocratis monumento, Plutarchi relatu; sic Aries orationis promptitudinem, & ex tempore dicendi facultatem indicat, quibus Isocrates inclaruit; qua de re Pierius in Hieroglyphicis ita: [c] *Apud Corinthios vero æneum Mercurij simulachrum visebatur, cui Aries assistebat. Causam fuisse Pausanias dicit, quod Mercurium maxime omnium Deorum custodire greges, prouentusque ex eis augere persuasum sit. Sed enim quum ita Mercurio, facundiæ Deo præsidi, aries apponatur, maximumque humanæ vitæ præsidium sit oratio, vt Comici Græci di-*

[x] l. 17. c. 20.
[z] lib. 6.
[a] loc. cit.
[b] de vit. x. Rhet.
[c] l. 10.

Mercurij statua cur imponeretur sepulchris.
Diogenis Cinici obitus.
Diogenis Cinici columna sepulchralis.
Isocratis sepulchro cur Siren imposita.
Aries cur impositus Isocratis sepulchro.

dicterium est; minime mirum si Isocratis A *Rhetoris sepulchro Aries triginta cubitorum adsculptus fuit, in quo Siren cubitorum septem insideret, nam ea quoque orationis suauitatem indicabat. Et ferunt Astrologi, Mercurium in Ariete collocatum, orationis promptitudinem, & ex tempore dicendi facultatem dare. Sed ne ab Isocratis sepulchro discedamus, prope etiam mensa apposita, quæ Poetas haberet, ac eiusdem præceptores, in quibus & Gorgias astronomicam sphæram inspectabat, & Isocrates ipse omnifariæ doctrinæ hauriendæ cupidus* B *adsistebat.* Mystice vero dati sunt Arieti sepulchrali triginta cubiti, & Sireni septem; qui numeri pariter, Bongi relatu mortuales existunt; & quidem de septenario dicit, quod eorum, qui continentur intra denarium, soli septenario nec gignere natura dedit vllum alium numerum, nec ab vllo gigni; quæ proprietas est mortuorum, qui neque gignunt quicquam, neque gignuntur; quum per corruptionem adsint, non per generaC tionem. Porro soli numero septenario conuenire proprietatem, qua intra denarium, non generet vllum numerum, nec ab vllo generetur, aperte patet inductione; quia binarius, etsi non generetur ab vllo numero, viuax tamen est, quia generat & duplicatus quaternarium, & triplicatus senarium, & quadruplicatus octonarium, & quintuplicatus denarium: Ternarius item numerus etsi non generetur ab vllo D præcedenti numero; vitalis tamen est, quia generat non solum duplicatus senarium, sed etiam triplicatus nonarium: Quaternarius autem viuax est, tum quia generatur a binario duplicato; tum quia duplicatus ipse generat octonarium intra denarium. Senarius vero numerus etsi nullum generet intra denarium, ipse tamen generatur tam duplici ternario, quam triplici binario: SiE militer octonarius etsi nullum numerum generet intra decadem, ipse tamen gignitur & ex duplici quaternario, & ex quadruplici binario. Pariter nonarius numerus etsi nullum procreet intra denarium, ipse tamen generatur ex triplici ternario. Solus septenarius intra decadem nullo numero repetito generatur, nullum numerum repetitus ipse generat in decade; vt apparet vnicuique; propterea non male ponitur mortualis. Quin & eo nomine quoque, quoniam vita in operatione consistit [d] Aristoteli; mors autem est omnium operationũ humanarum cessatio; quare nostra vita sex ætatibus tota comprehenditur, quibus operamur; in fine sextæ desinimus operari morientes; vnde mystarum summus Orpheus non vult hymnos vltra sextam ætatem pangi; dicit enim relatu [e] Bongi, de numerorum mystica significatione,

„ Aetate in sexta studium finite canendi.

Recte igitur Isocrati summo Rhetori defuncto Sirenem septem cubitorum opposuerunt in sepulchro: quod numerus septenarius mortualis est; & apte signet mortuam eloquentiam in Isocrate defuncto. Non aliter de trigenario numero cubitorum Arietis in eodem monumento positi dicendum est: nam & D. Augustini censu, Triginta argenteis venditus est Christus Dominus ad mortem, sexies quinis pretium sanguinis emerunt Iudæi, Christum occisuri. Sed & numerus Tricenarius, autore Bongo, luctui mortuorum dicatus est; vt apparet e sacra [g] pagina, & ex Plutarchro [h] scribente, consuetudinem apud Persas fuisse, vt qui familiarium aut cognatorum quempiam amisissent, statim Apollini sacra facerent, Tricesimo post die Mercurio animas a Cyllenio suscipi putantes. Apud Anglos etiam luctus Triginta diebus finitur, vt autor est Polydorus Virgilius agens de [i] rerum inuentoribus. Sic ergo triginta cubitorum aries ratione numeri mortualis est, & aptus qui sepulchro Rhetoris Isocratis imponeretur. Ceterum Aries triginta cubitorum, cui Siren insideret septem cubitorum, nulla Columna, quantumuis magnæ molis inniti sustinerique posset; quare contra sensum Viri Cl. censemus, arietem atque Sirenem non vlli Columnæ, sed monumento Rhetoris Isocratis innixam. Ceterum præter columnas ad sustinendum erectas in sepulchris, alias nudas extructas, in honorem defuncti, non autem ad aliquid sustinendum, legimus apud antiquos, & Classicos autores. In primis [k] D. Ambrosius, super illud Geneseos, [l] *Mortua est autem Rachel, & sepulta*

Aries sepulchralis cur triginta cubitorum, & Siren septem.

Septenarius vt non gignat numerum, nec ex numero generetur.

Mortualis numeri septenarij altera ratio.

[d] 2. de an. t. 13.

[e] num. VI.

[g] Num. 20.

[h] lib. probl.

[i] l. 6. c. 9.

Aries, & Siren in columna non positi, sed in tumulo Isocratis.

Columnæ sepulchrales nil sustinẽtes molis, sed nudæ.

[k] l. 2. c. 7.

[l] c. 35.

Siren septem cubitorum signat mortuam eloquentiam in Isocratis tumulo.

[f] 1 qu. Euãg. in Matth. 26.

Tricenarius numerus cur sit mortualis.

pulta est in via, quæ ducit Ephratam: hæc est Bethlem. Erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius: pro titulo legit Columnam, inquiens: *Ibi sepulta est Rachel in via Ephrata, hæc est Bethlem. Ibi etiam columnam statuit Iacob super monumentum eius.* Adijcitque mox causam: *competenter etiam columna statuitur supra monumentum Rachel, quia Ecclesia est columna & fundamentum veritatis.* Iulius autem Pollux agens de Stesichori sepulchro, scribit [m] in explicatione ludi taxillorum: *Tum & Stesichorus nuncupatur quidam in astragalorum ludorum numerus, qui octonarium significat; Poetæ enim huius in Himera sepulchrum, ex octonis omnibus compositum, peperisse tradunt,* Απαντα ὀκτω, *idest,* Omnia Octo, *paræmiam.* Quem octonarium numerum Stesichori declarans Cælius in antiquis lectionibus, infit, [n] *Quin & in Talari ludo numerus quidam Stesichorius dicebatur, qui non alius erat, quam octonarius; quoniam eius poetæ conditorium magnifico extructum impendio, ex octonis (vt Pollux inquit) constabat omnibus, angulis, videlicet, columnis, gradibus. Fuit in Himera Siciliæ ciuitate, alij in Catana scribunt.* Post Rhodiginum Bongus de proposito scribit in explicatione mystica numeri Octonarij similiter: *Illud denique relatu dignum videtur, quod hunc numerum Octonarium vsurpauit antiquitas, quum nihil alicui rei deesse significaret, aut quum multa inter se viderentur similia,* ἅπαντα ὀκτω, *idest,* Omnia octo, *dicentes. Quod prouerbium fuisse videtur; atque hinc natam esse paræmiam putant: Stesichori poetæ conditorium, magnifico extructum impendio, ex octonis constabat omnibus, octo columnis, octo gradibus, octo angulis; cuius meminit Iulius Pollux, agens de luxu taxillorum, quem dicit numeris constare, in quibus vnus sit, qui Stesichorius appelletur, nimirum octo; idque cognominis sumptum ab eius monumento.* Sed & Plinius Columnarum meminit in mnnumentis ad honorem tantum erectarum, non autem ad aliquid sustinendum, inquiens de Mausolæo: [o] *Sepulchrum hoc ab vxore Artemisia factum Mausolo Cariæ regulo, qui obijt Olympiadis centesimæ anno secundo. Opus id vt esset inter septem mundi miracula ij maxime artifices fecere. Patet ab Austro & Septemtrione sexaginta ternos pedes, breuius a frontibus: toto circuitu pedes quadringentos vndecim. Attollitur in altitudinem viginti quinque cubitis. Cingitur columnis triginta sex. Ab Oriente cælauit Stupa, a Septemtrione Bryaxis, a Meridie Timotheus, ab Occasu Leochares. Priusque quam peragerent, Regina Artemisia, quæ mariti memoriæ id opus extrui iusserat, obijt. Non tamen recesserunt, nisi absoluto iam; id gloriæ ipsorum, artisque monumentum iudicantes: hodieque certant manus. Accessit & quintus artifex; namque supra pteron pyramis altitudine inferiorem æquauit, viginti quatuor gradibus in metæ cacumen se contrahens. In summo est quadriga marmorea, quam fecit Pythis. Hæc adiecta centum quadraginta pedum altitudinem totum opus includit.* Dein de Labyrintho Ægypti scribit: [p] *Lycias ait Sepulchrum Moetidis fuisse:* & mox: *Labyrinthus Ægyptius (quod miror equidem) introitu columnisque reliquis e molibus compositis, quas dissoluere ne seculis quidem possint, adiuuantibus Heracleopolitis, qui id opus inuisum mire infestauere.* Similiter & quas quo nostro poni supra mortuorum tumulos ab Arabibus, & a Turcis, olim supra notauimus e Clariss. Veslingio teste oculato, Columnę nihil omnino sustinent, sed in honorem defunctorum erectæ, nudæ spectantur. Tales etiam arbitror illas extitisse, de quibus etiam Rhodiginus post allatas antea subdens: [q] *Verum mox, vbi increuit luxuria, spectarique ea cæpit sepulchrorum magnificentia, quæ Romæ visebatur frequens, Demetrius leges sanxit, vt ante lucem efferrentur; & nouis sepulchris etiam statuit modum; nam super terræ tumulum erigi Columellam iussit, quæ trium cubitorum mensum non excederet, aut mensam, vel labellum.* Addit mox: *Columnarum in sepulchris morem scribunt quidam, nobilioribus modo fuisse contributum, quo eorum fastigium ceteris eminentius significaretur. Columnarum ratio, inquit Plinius, erat attolli supra ceteros mortales. Quod & arcus significant, nouitio inuento. Hoc vero sepulchralium columnarum genus* (vt antea quoque notauimus) *a stando* στήλας *vocant Græci, minores vero etiam stelidas: Nostri stantes appellant Pilas. Verum & alicubi Plinius excitatas scribit stelas literis incognitis.* Verum & de Columnis eiusmodi sepulchra-

Rachelis titulus columna.

[m] l.9.c.7.

Stesichori sepulchrū octo columnis insigne.

[n] l.20.c.28.

Omnia octo prouerbium declaratum.

[o] l.36.c.5. Mausolæi mirum sepulchrū

[p] c.13.

[q] l.17.c.20. Columellarū sepulchralium origo, siue institutio.

Vsus columnarum sepulchralium secundus ad honorem defuncti.

chralibus in honorem defunctorũ erectis, at nihil sustinentibus egit Homerus[r]in Iliade tractans de Sarpedone:

[r] l.16. Sepulchraliũ columnarum ad honorem Homerus meminit.

„ Ibi ipsum sepelient Fratresque, ciuesque
„ Monumentoque, Columnaque; hic enim honor est mortuorum.

[s] in ps.15. Euthymius [s] item, *Apud Græcos*, inquit, *pro tituli inscriptione* σηλογραφίαν *legimus; quæ dictio Statuæ, seu Columnæ potius inscriptionem significat, quam tituli: Mos enim erat antiquis, vt columnas, imagines, aut statuas strenuis militantibus viris in perpetuam ponerent memoriam*.

[t] l.8.c.4. Sepulchrales columnæ brutis etiam defunctis erectę.

Ælianus itidem in varijs [t] historijs asserit: *Poliarchum Athenienſem aiunt eo luxuriæ peruenisse, vt Canes etiam, & Gallos, si quibus delectatus fuisset, mortuos efferret publice, & amicos suos conuocaret ad funus, splendideque eos sepeliret, atque erigeret in illorum monumentis columnas, quibus epitaphia eorum insculpserat*. Lucianus etiam in Ioue Tragœdo scribit: *Ceterum num ciens tonitrua sit Iupiter, ipse melius calles, qui in Deorum immortalium concilio quondam conuersans, inde huc delatus es. Quanquam illi, qui huc ex Creta frequenter commeant, longe alia nobis atque tu commemorare solent: sepulchrum quoddam illic ostendi, iuxtaque Columnam, indicantem non amplius Iouem tonare, sed iam olim fato functum esse*.

[u] to.2. Columnæ cõtinentes cadauera tertio vsu.

Quin & in Dialogo, cui *Charon* titulum fecit, *Contueri gestio*, inquit, *in quæ cadauera reponant, dum in terram defodiunt. Sepulchra, & conditoria, & monumenta hæc vocant. Ceterum tumulos illos ante Vrbes vides, tum columnas; & pyramides. Omnia illa mortuorum sunt receptacula, cadauerumque tentoria:* nam in honorem mortui cedit columna; in qua cadauer etiam aliquando conditur; qui tertius est columnarum finis, & ordo, de quo supra Dio Cassius in Domitiano. Pausaniæ quidem verba de Mercurij Ariete in Corinthiacis ea leguntur: Rursus
„ in via, qua ad Lechæum recta iter est,
„ Mercurius *ex ære* sedens visitur: cui ad-
„ sistit Aries, quod *vnus* præ ceteris Mer-
„ curius greges tueri & augere existimatur, vt Homerus in Iliade significat:
„ *Hic tibi natus erat pecoris ditissimo Phorba,*
„ *Quum sibi præ cunctis carum Cyllenia proles*

Ditarat Teucris.

Addit autem immediate Pausanias, a Cælio non citata, Quæ cognita in Magnæ matris initijs mihi sunt de Mercurio & ariete, consulto reticeo. Equidem non video Pausaniam de proposito, nedum hic, sed & vllibi dixisse; nam etsi non semel alibi Mercurium arietem portare scribat; nullibi tamen eum ad Magnam matrem refert; quum in Eliacis prioribus inquiat: [x] At Mercurius arietem sub ala portans, galea caput armatus, idemque amictus tunica & chlamyde, nihil omnino is ad Phormidis donaria pertinet. Olympio enim Ioui Phœneatæ ex Arcadia illum dedicarũt. (Et in Messeniacis infit:) Signa Deorum *ibi posita*. Apollinis Carnei, & Mercurius arietem portans. (& in Bœoticis) Quod vero ad Mercurij templa *duo* attinet; *quorum alterum* Criophori, (*idest, arietem portantis*) Promachi, (hoc est, Propugnatoris) alterum nuncupant; superioris quidem cognominis eam esse causam dicunt, quod pestilentiam Mercurius auerterit, circumdato in murorum ambitu ariete: ob eamque rem Mercurium *Tanagræis* Calamis fecit arietem humeris portantem. Qui sane puberibus ceteris forma præstare iudicatus fuerit, is festo Mercurij die agnum humeris portans muros circumambulat. Propugnatorem vero Mercurium *idcirco vocari* aiunt, *quod* inuadentibus aliquãdo classe ex Eubœa Tanagræum agrum Eretrienſibus, ephæbos in pugnam eduxerit, & ipse etiam, veluti ephœbus, strigili armatus, quæ ceteris, Eubœenses in fugam verterit. Vbi nulla Mentio Magnæ Matris. Sed & Gyraldus, antiquitatum solertissimus indagator, fatetur se nihil amplius in proposito reperisse: scribit [y] enim ... : [y] Synt.9. χριοφόρος ἐμῆς, *hoc est, arietem ferens Mercurius, a Tanagræis hoc nomine cultus fuit. Huius cognominis ratio ista: Mercurij simulachrum erat, arietem in humeris ferens, quod Chalamis antiquus artifex effecerat. Tradunt enim, quod circa Vrbis muros Mercurius arietem gestans, Tangræos pestilentia liberarit: quæ gestandi arietis consuetudo in eius celebritate seruabatur. Nam formosissimus iuuenis circum vrbis mœnia agnum humeris ferebat, vt Pausanias auctor est. Fuit & Deus quis-*

piam κριοφόρος *nominatus, vt tradit Hesychius, cui de ariete res sacra fiebat. Nihil hoc præterea conspexi.* Quare quæ de Mercurij arietè circa Magnam matrem inuulgare noluit Pausanias, hoc æuo sunt incomperta literarum studiosis. At redeamus ad sepulchrales columnas. Isidorus etiam in Originibus infit,

[z] l.15.c.11. [z] *Apud maiores enim, Potentes aut sub montibus, aut in montibus sepeliebantur. Inde tractum est, vt supra cadauera aut pyramides fierent; aut ingentes Columnæ collocarentur.* Seruius item apud Virgi-

[a] 8. Æn. lium, [a] *Columnæ*, ait, *mortuis nobilibus superponuntur, ad ostendendum eorum columen.* Veteres itaque passim quum haberent columnas sepulchrales, merito Lucerna nostra, ritus omnes fere funerum antiquorum referens, columellam habet in parte postica sui, velut in puppi nauiculæ.

De Laruis sepulchralibus: vbi digressio de alimento ex mortuis. Cap. VII.

SEd in opposita parte, quæ proram referens anterior est, elÿchnio flāmifero continendo fabrefacta, mucronis instar obtusi decenter effigiatur in artificiosum vultum personatæ laruæ, rotunda bucca satis ampliter hiantis oris imaginem representante. Quæ quidem figura licet alicui prima fronte videri queat nihil omnino pertinere ad funerales antiquorum ritus, sed ad purum putum ornamentum Lucernæ; mihi tamen apprime significat mortualem cæremoniam; etenim obseruatu

A Gutherij; [a] *In exequiarum ordine & pompa Libertos Archimimus sequebatur, qui personam mortui fingebat, & imitabatur: mimorum grex Sicinnam saltabat: solus Archimimus facta ac dicti viri imitabatur.* & mox: *Archimimo igitur præeunte, a filÿs plerumque, aut honoratis viris lectus funebris portabatur.* Quare Laruа ista in fronte Lucernæ ficta hiante bucca, representare potuit Archimimum funeris. Qui ore aperto quoque fingitur, tum quod mortui dicta imitabatur, ea proferens ore patulo vocem altiorem personans, vt a pluribus audiretur: tum quod vltimum hominis factum & fatum est, ore aperto spiritum postremum expirare; quem chariores ore proprio colligere recipereque consueuissent, quasi defuncti animam in se se penitus excipientes: ac deinde lumina tumul, & os mortui claudere solerent. Quin & quum eiusdem Gutherij notatu: *Tum mulier funera, reliquum funus faciebat cum magno feminarum comitatu, defunctique nomen vocabat canora vbique voce.* Quapropter & hanc mulierem funeram apte representare potuit in Lucernæ fronte prominens Larua buccis hiantibus. De huiusmodi personatis laruis, ampliſſima hiante bucca vidimus (quod etiam Pignorius [b] testatur in opere suo de Seruis apposita figura) in Musæo Cl. Viri Aloysij Corradini I. C. Patauini sigillum æreum vetustissimum, quod personatum quendam ex hoc grege referat, in hanc effigiem:

[a] l.1.c.24. Laruæ personatæ cur, & quot in funeralibus antiquis.

Lectus funebris a quibus portabatur.

Mulier funera quæ.

[b] pag 99.



De quo quidem mimo, siue seruo personato videtur agere non solum in Toxari Lucianus inquiens: *Ibi protinus, non secus atque insomnia, procul auolantes euanescunt vobis multæ illæ tragœdiæ, vosque similes relinquunt inanibus istis ac mutis personis, quæ diducto rictu, atque immane hiantes, ne minimum quidem loquuntur.* verum etiam ad loquentes & valide sonantes histriones applicans Iuuenalis illis carminibus:

Sat. 3.

„ Nemo togam nobis nisi mortuus, ipsa dierum
„ Festorum, herboso colitur siquando theatro
„ Maiestas, tandemque redit ad pulpita notum
„ Exodium, quum personæ pallentis hiatum
„ In gremio matris formidat rusticus infans.

Vbi recte Scholiastes Britannicus: *Persona indumentum est oris, dictum a personando; quod vocem in vnum coactam collectamque emittens, sonitus clariores magisque sonoros faciat: eam histriones sume-*

bant in agendis fabulis. Addendum est, & Pantomimi, seu Archimimi, mimique minores, & mulieres *Funeræ* nuncupatæ, in celebrandis pompis funeralibus. Præterea vero, quoniam breui corpusculo Lucernæ cunctos funeralium antiquorum complecti volens autor, coactus est eodem symbolo, si fieri posset, multa representare; non ab re fuerit asseuerare, figuram istam hiantis oris humani symbolum esse sepulchri, ad quod omnes mortui deportantur. Dubio procul humanum os magnam analogiam habere cum sepulchro, si patente bucca plurimum hiauerit, edocent sacræ literæ simul & experientia comprobat quotidiana, clareque nobis insinuat Hippocrates, antiquissimos Medicorum parens; etenim Psalmista [r] concinit:

[r] Ps. 5.

„ Sepulchrum patens est guttur eorũ.

Sepulchri definitio.

Et quia sepulchrum proprie, si definiendum sit, nihil est aliud, quam locus, in quem demittuntur cadauera, mortuique homines. Quum autem quilibet viuens vescatur solum cadaueribus, atque mortuis; quemadmodum ait Hippocrates in opere suo *De Insomnijs* inscripto scribens: [s] *Mortuos in somnijs videre puros, & in vestibus albis, bonum est: & accipere aliquid ab ipsis purum, bonum est: sanitatem enim significat corporum, & salubritatem ingestorum; a mortuis enim nutrimenta, & incrementa, & semina fiunt: hæc autem pura in corpus irrepere, sanitatem significat. Si vero contra videat quis ipsos nudos, aut nigris vestibus indutos, aut non puros, aut aliquid accipientes, aut ex domo portantes, non est commodum; morbum enim significat; quæ siquidem in corpus ingeruntur, nociua sunt.* Propterea sepulchrum optime representatur in apice Lucernę nostræ per os humanæ laruæ patens, & hians ad deuorandum, atque adeo ad recipienda cadauera. Verum enimvero, quoniam locus iste celeberrimus est apud Hippocratem, & a subtili Scaligero tractatus non omnem difficultatem exuit; & quia confert non parum ad huius rostri Lucernæ nostræ dilucidationem, præstat ipsum diligentius excutere. Propositum sane salebrosum locum Hippocratis quum subtilissimus Scaliger [t] in commentario ad eum libellum edito interpretatus fuerit, operæpretium fore putaui, si ad propositi euidentiam in primis tanti viri sententiam expenderem, antequam propriam explicationem aperirem: inquit igitur vir ille doctissimus eo loci: *Nunc aggreditur Hippocrates ea, quæ extra somniantem sunt: aitque nos ali opera mortuorum: credo quia non potest alere nos quidquam viuens.* Quo quidem in placito Scaligeri subtilitatem desidero; norunt enim & vetulæ, non ali nos alimento viuente, actuque animato: vt propterea hoc non sit theorema dignum Hippocrate. Quinimmo nec absolute bene vertitur *mortuum* in *non viuens*; quamuis enim mortuum omne sit non viuens, haud tamen viciſſim, omne non viuens mortuum est; siquidem non viuens est, tum id quod prius nunquam vixerat: cui falso tribuas nomen, & rationem mortui; tum quoque iam vita defunctum, quod vere mortuum est. Et sane mortuorum nomine Hippocrates hoc in loco nutrimenta significat, quia reuera nihil nos alit, quod prius ipsum non vixerit; etiamsi dum alit, actu viuens esse non possit. Huius rationem profert Scaliger, *quia*, inquit, *necesse sit transformari; quum nihil duabus formis informetur*; quasi viuens in aliud viuens transformari nequeat; & hoc si fieri valeat, propterea id, in quod facta est transmutatio, duabus necessario formis informetur; atque id sit penitus absurdum, neque fieri vlla ratione valeat. In primis etenim, vel obseruationibus [u] Theophrasti, confirmationibusque [x] Portæ in sua Villa, transmutatur triticum, & hordeum in lolium: loliumque viciſſim transmutatur in triticum, & hordeum: præterea zea, triticum, & hordeum mutantur in auenam: hordeumque itidem conuertitur in ægilopem: acinum quoque transire consueuit in serpillum, & sisymbrium Theophrasto, Palladio, & Plinio Portæ [y] suadentibus: sed & triticum in tipham, tiphamque viciſſim abire in triticum, ex Theophrasti, & [z] Portæ monumentis edidicimus: nec non etiam sisymbrium in mentham commutari. Viterius Laodiceæ Xersis aduentu Platanus in Oleam mutata est, autore [a] Plinio; cui & olea in oleastrum, & caprificus in

Hip. locus difficillimus explicatur.

Scaligeri explicatio examinatur.

Mortuorum nomine cur Hippocrates vocet alimenta.

[t] apot. 43.

[u] de cau. pl. c. 6.

[x] l. 11. c. 17. 29.

Frugum transmutationes.

[y] l. 10. c. 43.

[z] l. 11. c. 20.

[a] l. 27. c. 25.

Arborum variæ transmutationes.

in ficum, & candida vua, ficusque in nigras conuersa dicitur: sed & eiusmodi mutationibus Aristandi apud Græcos volumen scatere, & apud nostrates C. Epidij commentarios admonet. Insuper autem Galeni [b] testimonio verti consueuisse cassiam in cinamomum vt genere proximum, ita specie ab illa diuersum, recte mihi obseruasse videtur in suis Epistolis [c] Medicinalibus Matheolus. Quis præterea non animaduertit innumeras plantarum transformationes in insitione; qua certe nihil inuenit Agricultura solertius? de his bellissime non vno in loco P. Maro cecinit, [d]

[b] 1. de tu. val. c. 1.

[c] lib. 4.

[d] 2. Georg.

„ Et sæpe alterius ramos impune videmus
„ Vertere in alterius, mutatamque insita mala
„ Ferre pyrum, & pomis lapidosa rubescere corna.

& paucis interpositis:

„ Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida:
„ Et steriles platani malos gessere valentes,
„ Castaneæ fago, ornusque incanuit albo
„ Flore pyri, glandemque sues fregere sub vlmis.

ne alia plurima huc referam, quæ de proposito recensuit Palladius. Deinceps, Theophrasto [e] consentiente, Aristoteli [f] huiusmodi etiam viuentis in viuens transformatio in animalibus conspicua est; nam, vt omittam, tum quæ de transformatione adultorum hominum in feras, & arbores fabulantur Poetæ: Nabuchodonosor [g] enim, testimonio sacræ paginæ, haud ex homine se conuertit in belluam, sed in hominis figura immanitatem gessit belluę: tum quæ de transmutatione mulierum in viros testantur [h] Historici, obseruatione Aristotelis, experimento comprobata, quotidie insectorum omnium vermiculi transformantur in aurelias, & aureliæ istæ, quas etiam Nymphas, & Chrysalidas appellamus, conuertuntur in papiliones, sub singula trium formarum distincto, & statuto temporis interuallo viuentes. Sed quid insecta commemoro? non ne ouum transmutatur in pullum [i] Aristoteli? ouum vegetans a matre, in pullum sentientem a patre? decernit etenim admirandus Præceptor, vegetalem animam a matre ouis indi, sensualem autem a patre prolifici seminis interuentu: quam sententiam oportuniore loco tractantes De ortu [k] Animæ humanæ fusius explicauimus: nonne fœtus humanus eidem Aristoteli [l] primis diebus in vtero materno sola viuens anima vegetatrice, procedente tempore sensitricem subiens, qua fieri dicitur animal, nonne inquam transformatur viuens in viuēs? nimirum vegetans in animal? quin & demum hoc animal induens animam rationalem, qua fit homo, si non simul fit animal, & homo: nec animal, & equus, in vtero matris, vt eo loco nos edocuit Aristoteles, nonne animal in hominem, & animal in equum, ac proinde viuens in viuens reuera commutatur? Nec tamen inde necessario sequitur (secus atque Scaliger opinetur) duabus formis idem informari; tum quia potest præcedens forma sequentis ipsomet in exortu occumbere; quando generatio vnius est [m] alterius corruptio; id quod accidit dum transmutatur triticum in lolium, lolium in hordeum, & in alijs transmutationibus huiusmodi: tum quia posterior forma priori adiungi, associarique potest in vnam compositam. Neque absurdum est, vnam numero animam ex pluribus subordinatis essentialiter inuicem iunctis coagmentari, quemadmodum latius alibi demonstrauimus in libris [n] *De vita*, & *De ortu* [o] *animæ*. Non ergo veram causam attulit Scaliger, cur nos alere non possit quidquam viuens. Porro causa propositi, quantum ego censeo, triplex est: vna quidem, quia nutrimentum omne anteaquam alat, necessario cōcoquendum est; at vero tali coctione quod antea viuebat, vita spoliatur; siquidem vt plurimum contingit in eo apparatu, qui extra corpus nostrum alimentis conciliatur, nutrimenta pristinam vitam exuere; quod in Pythagoram lusit aliquando Laertius [p] ille Diogenes hunc in modum,

[k] li 1. c. 52. & seqq.

[l] 2. de gen. an. c 3.

[m] 1. de gen. t. 18.

[n] l. 2. c. 13.

[o] l. 2. c. 1.

Alimentum coctione vitam amittit;

[p] lib. 1.

„ Haudquaquam solus tu animatis abstinuisti:
„ Quisnam animata vorat, dic mihi Pythagora?

[e] lib. 14.

[f] 3. de gen. an. c. 11.

Animalium transformatio.

[g] Dan. 4.

[h] Gell. l. 9. c. 14. Plin. l. 7. c. 4. lib. 8. c. 22. Dalech.

[i] 2. de gen. an. c. 4.

„ Verum vbi quid toſtum eſt, elixum, A vel ſale ſparſum,
„ Tunc edimus, quoniam ſpiritus omnis abeſt.

ita vi coctionis internæ, quæcunque nutrimenta viua intra corpus ingeruntur, cuiuſmodi ſunt ſtirpium ſemina, fructus, aliæque partes; quibus citra vllum artis miniſterium veſci conſueuimus, & crudis; vi coctionis inquam illius, qua & primum in ſtomacho vertuntur in chylum, & poſtea in hepate ac corde mutantur in ſanguinem, priore vita priuantur, noua nulla ſibi conquiſita; quia chylus, atque ſanguis inanimes omnino ſucci ſunt. Cuius ſane rationis ea eſt explicatio, quia quum duæ quælibet formæ vltimæ, animæve numericæ in eodem ſuppoſito ſint incompatibiles; incompatibiles erunt etiam in eodem ſubiecto diſpoſitiones ad duas animas indiuiduas, quæ diſpoſitiones vltimæ vocantur: Quum igitur, [q] Ariſtotele doctore, nutrimentum nondum concoctum diſſimile ſit alendo corpori; coctum vero ſit adeo ſimile, vt in eius naturam immediate commutari, atque ideo illius animam induere valeat; iam plane conſtat, coctione nutrimentum externum, ſi viuens fuerit, priuari diſpoſitionibus, quibus propria ipſius anima nititur, tanquam non compatientibus diſpoſitiones apparantes materiam ad animam alendi corporis, ac proinde vita ſpoliari: ſimulque indui diſpoſitionibus ad animam nutriendi, quam poſtea ſubit alimentum concoctum, vbi conuertitur in ſubſtantiam eius quod alitur: vt propterea nutriamur non actu viuente vnquam, ſed ſemper corpore vita defuncto, quod per coctionem precedentem nutricationi acquiſiuerit vltimam diſpoſitionem ad animam numericam alendi corporis, & amiſerit (ſi non antea propter alias cauſas) diſpoſitiones vltimas, quibus innitebatur anima illius priſtina. Quocirca nutrimentum viuens ita per coctionem morte afficitur, vt ſimul ad nouam vitam proxime diſponatur: ſimilitudo ſiquidem alimenti, vi coctionis parta, maxime conſiſtit in diſpoſitionibus vltimis, proxime præparantibus materiam alimenti ad ſubeundum animam eius, quod enutritur. Altera vera ratio eſt, quia nutrimentum, quo alimur, debet eſſe in potentia ad ſubeundam animam humanam, veluti ſui formam; ac proinde priuatum omni parte animæ noſtræ; quippe tum potentia ſemper adnexam habet priuationem: tum omne recipiēs debet eſſe denudatum a natura recipiendi: Quum autem in anima humana ſint omnes gradus animæ, vegetans, ſentiens, intelligens; plane omni anima, & omni vita deſtitutum eſſe, quod nos alit, neceſſe eſt. Tertia ratio eſt, quia nutrimentū tale eſſe debet, cui ceu forma vniatur anima noſtra: ſed anima noſtra, quæ in ſe omnes gradus animæ, ac vitæ continent, vniri ceu materiei nequit vlli actu viuenti; ſiquidem anima vniuerſaliter [r] definitur eſſe actus corporis potentia vitam habentis, non actu. Igitur alimentum debet eſſe non viuens, quia ſit vita iam functum. Quæ mox afferuntur a Scaligero: *At quod alit nos, noſtri pars fit, aut iam eſt, ergo ſub totius forma exiſtit: quod autem viuit, ſuum ſibi eſt:* plena ſunt difficultatis. Porro quod alit nos, noſtri pars fit; at non propterea ſub totius forma exiſtit; namque forma eſt terminus ipſius fieri; nec alimentum ſub totius forma eſſe poterit, niſi vbi iam tranſmutatum fuerit in ſubſtantiam rei nutritæ. Nec accipere poſſumus, quod nos alit, id iam eſſe noſtri particulam; quum & partis natura eſſentiaque ſit nutricationis terminus poſtremus, vt nemo non fateatur, altionem eſſe alimenti in partem viuentem conuerſionem: Quod igitur actu alit, vt poteſtate ſolum eſt noſtri pars, non actu; ſic neque iam pars eſſe noſtri, neque ſub totius forma exiſtere dicendum eſt; ſed ſolum fieri pars noſtri, atque ad formæ totius habitum induendum pergere. Multo minus accipio: *Quod viuit, id ſuum adeo ſibi eſſe, vt ſub totius forma exiſtere nequeat, parsque noſtri eſſe non valeat*; quandoquidem pars noſtra ſingula, caro, neruus, oculus, brachium, facies viuit, ſuumque ſibi eſſe non habet diſtinctum penitus, atque independens ab eſſe, ſiue a forma totius. Quod autem mox affertur a Scaligero, *Itaque in octauo Pœdiæ vult terræ mandari corpus ſuum Cyrus, vt ibi mutato eo, aliquid capiant mortales emolumenti*, mirifice noſtram,

Alimentum cur viuere nequeat.

[q] 2. de an. t. 45.

[r] 2 de an. t. 6.

Alimentum quando ſit ſub forma totius, & quando nō.

Similitudo alimenti cum alendo in quo ſita.

Xenophontis locus difficilis explicatus.

ſtram, & ideo Hippocratis ſententiam roborat, nimirum quia cadauer prius vixit, propterea terræ idoneum ad ſtirpes nutriendas ſuccum præſtare poteſt, quibus homines vtuntur; alioqui ſi cadauer non vt mortuum, ſed vt non viuens rationem alimenti obtineret; plane iam omnia non viuentia, atque adeo elementa, & miſta imperfecta nutriendo eſſent; quod longe a vero abeſſe, dudum compertum habuimus in opere noſtro [ſ] *De his qui diu viuunt ſine alimento*. Subdit item Scaliger, *Hippocratem tria tangere; primum, ſemina, ideſt, principia: ſecundum alimenta, quum ſunt mutata: tertium, augmenta, quæ alimentum conſequuntur*. In primis neſcio cur Hippocratis ordo, quo ſemina vltimo loco ponuntur, permutandus ſit, ijs primo loco numeratis. Deinde quid per ſemina interpretemur principia? hoc enim eſt per ignotiora progredi: longe namque amplior eſt principij ſignificatio quam ſeminis: an per ſemina ſignificentur principia ſtirpium, quæ ſunt alimenta non mutata, & externa vt videtur innuere Scaliger? ſed anne ſolis alimur ſeminibus? certe plantarum liquoribus, frondibus, bulbis, radicibus, fructibus excluſo plerumque ſemine, atque inſuper animalibus vtimur in alimentum. Quid opus eſt, Hippocratem de alimentis interpretari mutatis, niſi de ijs digeſtione vita priſtina exutis intelligamus? Minime omnium recipere poſſumus augmentum neceſſario conſequi alimentum, vt audacter negandum ſit quod ſubdit Scaliger, *ſine augmento corpus ali non poſſe*; quum & a ſenſu, & a doctioribus didicerimus, Corpus cum decremento nutriri. Quæ vero in huius placiti confirmationem afferuntur, vera non ſunt omnia: a veritate primum abeſt, *quod reponitur in loco eſſe conſumptæ partis*, ſiue nutrimento reſtaurari deperditam corporis noſtri ſubſtantiam; quia in prima nutritio nullam præſupponit conſumptionem. Sed eſto, diſputandi gratia, id veritati conſentaneum; falſum eſt, Omne quod in locum conſumpti reponitur, augmentum promouere: tum quia verum non eſt, alimento reſtitui priſtinam quantitatem, & omnino partem illam, quæ fuerat imminuta, vt gratis accipitur; namque ſenibus multo minus alimento reponitur, quam effluxum fuerit e corpore: tum quia ſi par moles corpori cibis adijciatur ei, quæ defluxit; inde corpus non incrementum vllum, ſed conſiſtentiam in eodem ſtatu ſortietur per eam nutritionem: tum demum, quia dum alimentorum vſu ſubſtantiæ fluxæ quoquopacto proſpicitur, interim iugiter etiam effluit corporis noſtri materies; vt niſi multo plus alimenti conuertatur vi caloris vigentis in corporis noſtri naturam, quam ſubſtantiæ noſtræ diſſipetur, fieri non poſſit, vt enutriti augeamur. Præterea vero ſupponit in ſua ratione Scaliger, ſubſtantiam corporis noſtri non aſſidue diffluere, ac præſertim non diffluere dum alimur: quod non ita gratis erat accipiendum: Profecto ſi e dolio aliquo magno muſti pleno congium vini detraxeris; & mox obturato foramine vini noui cyathum inferas in dolium, internum liquorem poſt detractionem congij in dolio relictum quodammodo augebis; at ſi continenter effluat aſſidueque vinum e dolio ſemper aperto per foramen amplum vt octo, & iugiter quoque deſuper inſtilles vinum vt vnum; nulla prorſum ratione vinum augebis, at ſemper in vaſe vinum imminuetur oculata fide; nunquam enim permanens vini quantitas vllo pacto ſuſcipiet augmentum; ſed perinde fuerit ac ſi continue diffluat humor vt ſeptem, nullo penitus influente; Sic igitur Ariſtotelica [t] proportione & in viuentibus, vbi tempore ſenectutis e corpore iugiter elabitur ſubſtantia vt duo; etſi continenter alimentis adijciatur corpori quantitas vt vnum; viuens nutricatione præſente, ac vigente, abſque augmento penitus aſſidue diminuetur vt vnum. Non ergo ſatisfaciunt, quæ a Scaligero ſcribuntur in propoſito. Nunc age videamus an a nobismetipſis ex rei natura germanam Hippocratis mentem hoc in loco valeamus introſpicere. *A mortuis*, inquit Hippocrates, *alimenta, & augmenta, ac ſemina ipſa nobis ſuppeditari*. Sane *alimenta, & augmenta* hoc eſt augmentum facientia, *& ſemina*, in nobis tria ſunt ratione, ac eſſentia diſtincta, in vnum tamen numero ſubiectum coincidentia; namque in alimento ſi quan-

Cadauer vt habet alimenti rationem.

[ſ] l. 2. paſſim.

Nutritionem quid referat.

[t] 1. de gen. t. 34. & ſeqq.

Explicatio noſtra.

Alimentum non ſemper inſtaurat ſubſtantiam deperditam.

Alimentum vbi augeat.

quantitatem ſpectes, augmentatiuum eſt; ſi vero ſubſtantiæ portionem illam, quæ tranſmutatur in viuentis corporis naturam, nutrimentum eſt; ſi demum eam itidem ſubſtantiæ partem conſideres, quæ nutrimento iam in naturam corporis enutriti commutato ſupereſt vtilis, ea ſemen exiſtit: quæ cuncta longe patent ex Ariſtotele [*u*] tum alicubi definiente, *ſemen eſſe excrementum vtile vltimi alimenti mutati:* tum alibi [*x*] conſtituente, alimento, & augmentatiuo, & generatiuo in eodem numero ſuppoſito aliam, atque omnino triplicem eſſe naturam, eſſentiamque; ſiquidem vnum & idem numero corpus, quod conſeruat animantia, nutrimentum dicitur, vbi conſeruet idem numero viuens: ſemen autem, atque generatiuum appellatur, vbi propagatione alterius indiuidui conſeruet ac tueatur ſpeciem: quatenus autem molis & quantitatis eſt particeps, quam viuenti corpori adiungit, in quod tranſmutatur, eatenus eſt augmentatiuum. Ceterum hæc tria, inquit Hippocrates, nos habere, accipereque *a mortuis*, nimirum a viuentium partibus, aut fructibus, vita iam defunctis; nihil enim mortuum eſſe poteſt, quod prius non vixerit quoquomodo; ſiquidem mors vbique eſt vitæ terminus poſtremus: & Ariſtoteles non alio argumento quandoque hypenemia, ſiue oua ſubuentanea viuere [*y*] probauit, quam eo quod morte pereant; ratum confirmatumque iudicans, nihil vnquam emori poſſe, quod non viuat. Quia igitur ali non poſſumus niſi eo, quod ex viuente prodierit, & priſtinam vitam amiſerit; Hippocrates propterea monet, *a mortuis alimenta, & augmenta, & ſemina ipſa nobis ſuppeditari*. Qua quidem in re non ſolum diſtinctas horum naturas nobis aperuit, ſed etiam mira breuitate naturalem eſſentialemque ordinem & habitudinem cum talium obiectorum, tum etiam vitæ operationum, quas admoliuntur, inſinuauit ſenex admirandus; nempe naturæ ordine primum alimur, mox augemur, denique generamus prolem nobis conſimilem, quia nutrimur vt augeamur, Ariſtotele [*z*] Magiſtro, & augemur vt conquiſita perfectione membrorum, ipſorum vſu generare poſſimus; quum vbique finis ſit ijs, quæ ad finem inſtituuntur, natura [*a*] poſterior. Immo vero & in adulta ætate, dum omnibus vitæ vegetalis officijs fungi valemus, ex ingeſto nutrimẽto primum enutrimur, dein augemur, vltimo generamus; etenim alimenti ſubſtantia primum naturæ ordine conuertitur in corporis noſtri ſubſtantiam, quæ conuerſio eſt nutricationis eſſentia; inde immediate alimenti quantitas corporeæ moli noſtræ addita incrementum promouet; vt enim quantitas in alimento ſubſtantiam conſequitur; ita quantitatis alimentorum moli corporis adiunctioni, eorumdem ſubſtantiæ in naturam corporis conuerſio, naturæ ordine præcedit: Quod & Ariſtoteles [*b*] inſinuat, in eſſentia incrementi, præter alias cauſas, ponens tranſmutationem ſubſtantiæ, quæ eſt mutatio ſecundum alimentum: ſemen autem vltimo loco nobis ab alimento, mortuisque ſuppeditari, ex eo conſtat apertiſſime, quod ſemen excrementum eſſe definitur alimenti vltimi mutati: mutatum autem vbi iam fuerit alimentum in corpus enutritum, tum certe & nutriuerit, & auxerit; ſiquidem ſimul tempore reuera conuertitur alimenti ſubſtantia in corporis naturam, & adiungitur moles alimenti quantitati corporis, licet hoc naturæ ordine poſterius effici dicatur. Sapienter igitur Hippocrates, aſſeuerans nos a mortuis accipere alimenta, & augmenta, & ſemina ipſa, indicat aperte omnem alimenti naturam, ſiue ſit eius ſubſtantia, qua commutata in partes ſolidas enutrimur; ſiue quantitas, qua moli noſtræ addita creſcimus; ſiue demum excrementum vtile, mutato iam alimento ſuperſtes atque ſuperabundans, quo ſub forma ſeminis generamus prolem ſimilem nobis; omnem inquam iſtam alimenti naturam, tribus his eſſentijs comprehenſam, nobis non aliunde quam a mortuis ineſſe, nimirum ab animatis antea, vita iam defunctis; etenim alimenta nobis ſunt (tam in ciborum, quam in potionum genere) plantarum, & animalium partes, vel fructus, vel ſucci ex partibus, aut fructibus quomodocunque hauſti, vbi priſtinam vitam exuerint, ſiue in eo apparatu interierint, quo extra nos arte redita ſunt apta eſui vel potui: vt carnes, & edu-

[*u*] 1. de gen. an. c. 18.

Alimenti varia ratio.

[*x*] 2. de an. t. 47. 1. de gen. t. 41.

Semen vt ſit alimentum.

A mortuis quid accipiamus.

[*y*] 2. de gen. an. c. 4.

[*z*] 2 de an. t. 59.

[*a*] 2. de an. t. 49. 2. phyſ. t. 23.

Alimenti varius finis.

[*b*] 1. de gen. t. 32. & ſeqq.

Seminis definitio explicata.

Alimenti natura omnis in tribus ſita.

Somnia vt indicent alimenti ingesti naturam.

& edulia omnia, coqui artificium ex- A perta: & vinum, atque oleum; siue vi ventriculi versa in chylum primo intermoriantur in ea præparatione qua idonea redduntur nutricatui; quod supra notauimus. Quin etiam semina fiunt a mortuis; etenim semen non solum est excrementum vtile vltimi alimenti mutati; quod edocet [c] Aristoteles; at etiam quia semen frumenti cadens in terram nisi mortuũ fuerit, ipsum solum [d] manet; si autem mortuum fuerit, B multum fructum affert; vt ait Euangelista sub persona Domini. Vt propterea bellissime in somnijs phantasiæ apparentes mortuorum, Hippocratis obseruatione significent naturam alimentorum antea ingestorum. Et sane quum inter casus tum effectrices, tum quoque conseruatrices sanitatis & ægritudinis primum sibi locum alimenta vendicent; profecto si pura fuerint, & ad naturæ normam, quæcumque subeunt in corpus nostrum sub ratione alimenti, C sanitatis habitum, veluti causæ effectum, arguent: contra, si quibus alitur corpus, noxia, & omnino extra naturæ regulam constituantur, ijs morbosam affectionem pariter indicari. Quæ vero nutrimenta suis vaporibus inter dormiendum ad cerebrum delatis phãtasiæ mortuorum spectra inspicienda proponunt; par est in mortuorum simulacris eas conditiones apparere, quæ nutrimentorũ proprietatibus proportione respondeant; quas breuiter Hippocrates more suo tangens, vtinam acutissimo Scaligero stimulos ad eas explicandas inussisset. Sed quando eas, forte sibi satis euidentes, alijs explicare neglexit, nos (quando in huius loci explicationem incidimus) etsi obiter, aperire tentemus. Porro quicunque dormientes vident in somnis mortuos puros atque nitidos, ij sunt, qui- E cumque nutrimenta pura ingerunt, nempe boni succi, & ab omni excrementorum alienorum sorde defæcata: Qui mortuos inspiciunt indutos vestibus albis, eos puta qui externa sumpserunt alimenta in quantitate debita, ac bene præparata; siquidem accidentia sunt veluti vestimenta induentia, substantiam, quam vndique complectuntur, sensibusque nescio an inuida [e] cælent, an amica, suapte natura insensilem, quoquopacto commonstrent: candorque inter colores venustissimus in veste, optimam accidentium in alimento commoderationem designat, eamque aliunde, seu ab arte illi prouenientem; nam vestes candidas ab arte nanciscimur omnes. Quicumque vero per somnia conspexerint se a mortuis accipere aliquid purum, ij sunt qui ex edulijs ac potionibus, in aluo coctionis vi probe confectis purum alimentum hauriunt; vnde sibi sanitatem acquirunt, atque conseruant. Contra, qui somniantes vident mortuos nudos, ij sunt quibus alimenta nullo debitæ præparationis tegmine circumdata, & debita quantitate carentia ingeruntur; quantitas enim primum est ac maximum substantiæ velamentum. Qui mortuos nigros somniauerint, eos dicito qui nutrimentis tetro aliquo prauoque succo infectis vescuntur. Quibus mortui per somnia sordidi apparent, eos recte dixeris alimentis vti multa excrementorum fæce coinquinatis. Quibus somnia plena sunt aspectu mortuorum sibi quidpiam eripientium, eos iudica nutrimentis impense calidis, aut frigidis assuetos; quia calidiora nutrimenta nobis eripiunt humidum radicale, quod absumunt; frigidiora calorem naturalem extinguunt, vtraque proinde sanitatem auferunt. Quos denique contingit in somnio videre mortuos aliquid D ex ædibus asportantes, illos recte putes vti nutrimentis, quæ propter prauum succum nec ipsa corpori agglutinantur, nec agglutinari permittunt bonos succos in corpore compertos; sed eos infectos vna secum auferunt a toto corpore reliquo ad pedes tumefaciendos, vt ex Aristotele constat, & alibi [f] probauimus agentes de his qui diu [g] viuunt sine alimento. Ceterum nemini dubium est, alimento vitiosa, & qualitate quopiam insigni præpotentia, vt puta caliditate, frigiditateve nimia, & excrementis multis scatentia, & succo malefico referta, & debitam aut quantitatem, aut præparationem non habentia, esse causas ægritudinis; vt propterea mirifice nos Hippocrates hoc loco docuerit rationem præsagiendi sanitatem, ac morbos ex insomnijs ape-

[c] 2. de gen. an. c 3.

[d] Ioan. 12.

Alimenta vt sint causæ valetudinis.

Alimenta vt causent insomniorum varietatem.

Somnia vt indicent alimenti conditionẽ.

[e] 2. de an. t. 65.

[f] 1. probl. 5.

[g] l. 2. c. 102.

aperientibus naturam alimenti, quo somniantes vtuntur; alimentis ipsis sub mortuorum specie somnianti apparentibus, eo quod omnia nutrimenta sint mortua, nempe corpora quomodolibet vita defuncta, & omnino ex viuentibus antea, iam vita defunctis ad nos quomodocunque prouenientia. Quapropter apte sepulchro comparatur, in quod mortui mittuntur, humanum os in quod alimenta ingeruntur; & aptissime Lucerna, sepulcrales ritus omnes habens, os humanæ laruæ patens, in quod immissum fuerit humanum cadauer, obtinet in apice suo anteriori. Itaque proportionate correspondet os hominis apertum sepulchro patenti; quoniam in vtrumque immittuntur corpora mortuorum. Quin etiam sicut in sepulchrum immissa cadauera computrescunt in saniem abeuntia; sic omnino proportionabiliter alimenta per os & gulam iniecta in stomachum, ibi veluti putrescentia vertuntur in chylum, qui saniem æmulatur substantia sua, vocaturque sanies etiam ab [*b*] Aristotele scribente, *Sanies pars diluta, siue aquosa sanguinis est, eo quod aut nondum concocta, aut corrupta est: itaque id vel sanies necessario est, vel sanguinis gratia est:* Quum certum sit, chylum esse gratia sanguinis, qui ex eo per secundam concoctionem fieri debet; adeoque sanguinem esse nondum coctum. & alibi: [*i*] *Fit per concoctionem ex sanie sanguis, ex sanguine adeps:* vbi saniei nomine nihil aliud quam chylum intelligit, ex alimentis in ventriculo genitum; qui delatus in hepar, & cor, ibi per concoctionem vertitur in sanguinem; etenim Aristoteles opinatur in Iecore fieri sanguinem imperfectum, qui sui complementum vltimum acquirat in Corde. Deinceps ibidem: [*k*] *sanies sanguis inconcoctus est; aut quia concoctus nondum est, aut quia in serum degenerauerit.* Vnde iam apte sepulchrum representatur ab ore hiante laruæ formatæ in fronte Lucernæ, mortualium rituum imagines in se cælatas habentis. Id quod etiam apertissime demonstrare videtur imaguncula capitis humani prominens in gutture laruæ, corpore reliquo veluti iam in profundum sepulchri deiecto, reconditove, ac delitescente.

[*b*] 2. de part. c. 4.
Chylus æmulatur saniem.
Sanies duplex pars sãguinis.

[*i*] 3. hist. c. 19.
Sanguis vt fiat ex sanie.

[k] in f. cap.

De ritu veterum erga corpus cadaueris. Cap. VIII.

SEd in sinistro Lucernæ latere funebria cælantur, quæ maxime spectare videntur ad cadauer: Ac primum in medio latere, loco pyræ, veluti craticula prostat super quatuor pedibus affabre factis: cui suppositum est vas igne repletum ardente, cum imagine pullati viri, qui facem ad rogum accendendum admouet; etsi non pingatur auersa facie faculam in struem lignorum accendendam imponere; vt moris erat antiqui, [*l*] Virgilij testimonio, cui Troes in funere Miseni

„ Conueniunt: pars ingenti subiere pheretro,
„ Triste ministerium; & subiectam, more parentum,
„ Auersi tenuere facem. congesta cremantur
„ Thurea dona, dapes, fuso crateres oliuo.

Ceterum sicuti rogo magno non erat locus effigiando in parua Lucerna tot hieroglyphicis onusta: sic ignem accendens homo recte fingitur lugubri veste fere totus opertus; quia munus hoc erat magis coniuncti sanguine, rogum accendere facula: Propinquiores autem affinitate, lugubri veste amiciebantur; vt etiam æuo nostro seruatur. Qui cadauer imponebat pyræ, Vespillonum vnus erat, qui prius ipsum lauerat. A latere dextro Vespillonis vnus adest cum ansato vtrimque vase; nempe moris erat, vt ocyus arderet, cremaretur-que citius cadauer, & procul arceretur, temperareturve teter odor vstrinæ, superinijcere mortuo, dum vrebatur, vnguenta satis odorata, & olea; quæ Virgilius appellat Thurea dona, & oliuum. Prope iam adstat imago mulieris eiulantis, quæ crines hirtos & incultos manu sibi diuelleret, hac lessum faceret; quod erat proprium filiarum, vxoris, & matris, aliarumque intimiorum defuncti: Qui mos postea lege prohibitus fuit, vt admonuisse [*m*] Ciceronem antea notauimus, referentem e duodedim Tabulis: *Mulieres genas ne radunto: neve lessum funeris ergo habento:* Quo loci, non prohibentur mulieres sibi genas radere nouacula, quasi pi-

Rogus vt accenderetur antiquitus.
[*l*] 1. 6. Æn.

Vespillonis officium.

[*m*] 2. de legib.
Mulieres genas radere in luctu funeris, quid esset antiquis.

los

los haberent barbæ, quos deponerent; sed quia vellebant sibi crines capitis eiulantes vehementer, & vnguibus genas proprias dilacerabant ad sanguinis effusionem (qui mos etiam num apud Corsos vigere iamdudum audiui sæpius a Patre meo, biennium in Insula Medicinam apud Gubernatorem Insulæ pridem faciente) hoc vtrumque prohibuit Lex Romanis mulieribus, ne genas raderent, hoc est, ne quasi nouaculis vnguibus genarum cutem raderent, neve lessum facerent, hoc est, ne manibus e capite capillos euellerent. Ad huius lugentis pedes pullata matrona, quasi deosculans mortui plantas, mater defuncti fuerit. At vero tres alij viri mœsti stantes ad pedes cadaueris, quo nam alios referant, quam filium, & fratres defuncti? Huiusmodi quoque vel amicitia, vel alio quopiam sanguinis, aut affinitatis vinculo coniuncti mortuo mihi sunt alij duo stantes ad terga Vespillonis illius prioris. Ast ad eius læuam plorans pullata mulier ad caput cadaueris, vel soror, vel mater, vel vxor est defuncti. Etiamsi postea lex antiquata fuerit, renouatusque mos vlulandi priscus ad vsque tempora Petrarchæ durauerit; nam eius quo Thomas Fortifiocca Scriba senatus describens vitam Nicolai Laurentij Tribuni Populi Romani, qui Potentes Barones illo tempore, Stephanum, Ioannem, & Petrum Agapitum Columnenses interemerat, ait lingua vernacula plebis infimæ, *Quelle trè corpora muorte, fuoro portate in Santa Maria delli frati, copierte de pallij de auro, nella Cappella delli Colonnesi. Bennero le Contesse con moititudine de Donne scapigliate per vlulare de sopre li muorti, cioene sopra le corpora de Stefano, Ianni, e Pietro de Agabito. Lo Tribuno le fece cacciare, e non voize che li fosse fatto honore, nè esequio, e disse: Se me faco poco de ira, quelle tre corpora maidette, facciole iettare ne lo catasesso de li appesi, che soco periurij: non soco degni d'essere sepelliti. Allhora quesse tre corpora fuoro secretamente de notte portate nella Chiesia de Santo Siluestro de lo Capo, e là senza vlulato fuoro sepellite da le Monache.* ideſt: Illa tria *cadauera delata fuerunt ad S. Mariæ fratrum, operta pallys aureis, in ædicula Columnensium. Venerunt Comitisse magna comitante caterua mulierum crinibus passis & incultis ad vlulandum super cadauera Stephani, Ioannis, & Petri de Agapito. Tribunus eas eijci præcepit, & noluit defunctis honorem haberi, nec exequias fieri; dixitque, si me parum ad iram promoueant, illa tria maledicta cadauera proijci faciam in foueam suspensorum, quia sunt periurij, non sunt digni sepultura. Tunc ista tria cadauera nocte clam delata fuerunt in Ecclesiam Sancti Siluestri de Capite; ac ibi sine vlulatu sepulta fuerunt a Monialibus:* Hæc ille. vnde constat, in Lucerna mulierem vlulantem supra bustum, indicare gregem istarum mulierum antiquitus vlulantes supra cadauera: simul & qui fuerit æuo Petrarchæ plebis Romanæ sermo; de quo posterius. Huic autem ploranti, pullatæque mulieri, Vespilloni vicinæ astans homo caput mortui sustinens, atque priori Vespilloni cooperans in accommodando cadauere, Vespillonum alter est, vel potius intimus amicorum defuncti, quod togatus, ac palliatus grauiter incedat. Pone quem alij duo stantes, maxime qui lamentari conspicitur, e consanguineis & charis mortuo censendi sunt. Qui veluti sedens vrnam magnam sine manubrio tenet, is esse videtur, cui curæ fuerat, ante rogum lauare corpus defuncti: Quare duæ ponuntur vrnæ duos ad istos vsus; de quibus Virgilius [n] ita in funere Miseni,

„ Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis
„ Expediunt, corpusque lauant frigentis, & vngunt.
„ Fit gemitus --------

Vrna quidem aquæ ad lauandum corpus est illa non ansata, quam vacuam retinet senior homo infra rogum: ansata vero, quam iunior veluti iam iam effusurus videtur supra cadauer in craticula positum, oleo siue vnguento plena censetur (nam aqua focum extingueret) & sane morem versandi vnguenta, & olea odorifera supra bustum in pyra positum, obseruari nunc etiam apud Indos Orientales, testis est de visu Odoardus Barbosa, & alij rerum Indicarum historici. Sed alij duo prope se laruam aperta nimium bucca retinentes homines, inter mimos mortuales

[n] 6. Æn.

Genas radere quod vetitum mulieribus in funere.

Explicantur singula figuræ in Lucerna sculptæ.

mihi

mihi reponendi videntur, qui personati carmen lamentabile concinebant in laudem mortui, quod Næniæ nomine vocabatur: Et, vt rectè notauit Gutherius [o] in opere suo de Iure Manium, *Triplicem istam Næniam fuisse comperio: de prima, quæ in exequiarum comitatu, nihil repeto:* quum & ego satis de illa dixerim explicans Lucernæ rostrum. *Secunda conebatur ad rogum:* quam satis indicat ista larua, quam forte sibi mutuabant alternatim canentes isti duo Mimi, in hoc latere Lucernę postremi; aptabant enim priscorum Mimi sibi laruas atque personas ad os buccis apertis, vt vociferarentur altius, & inclamarent vehementius. *Tertia canebatur ad tumulum:* huius tertiæ laruæ symbolum habemus in alio latere Lucernæ prope rostrum, quo designari sepulchrum animaduertimus: etsi tertia larua ista significationem aliam quoque retineat, vt mox explicabimus.

[o] l. 1. c. 23.

Mimi cur aptarent sibi laruas.

De ritu priscorum erga defuncti animam. *Cap. IX.*

IN alio latere Lucernæ notantur hieroglyphicis omnia mortualia vetera, quæ pertinebant ad animam defuncti: Primum quidem in medio latere, super altare columnare, redimitum, ac lemniscatum, erigitur statua Idoli, brachio sinistro amputato palam, & dextro curtato similiter, sed velato pallij tegmine. Certum est hic haberi sacrificium pro anima defuncti: altare coronatum habetur; quia Mythologo, [p] *Coronabantur in ipsis sacrificijs & victimæ, & altaria, & homines*, vti testantur ista carmina oraculi Delphici; quæ sunt in Oratione Demosthenis contra Mediam:

„ Imperio Erechthidis vobis Pandionis Vrbem
„ Qui colitis, patrio & facitis solemnia ritu,
„ Vt memores Bacchi sitis, lateque per Vrbem
„ Primitias Bromio cuncti statuatis, & ijdem
„ Soluatis grates passim fumantibus aris
„ Tempora sacratis redimite rite coronis.

Hic tamen altare solum coronatur, non

[p] l. 1. c. 10. Coronæ, quibus adhiberentur in sacrificio.

A victima, non homines. Ceterum nec ambigas de sacrificio, quia nulla ponatur victimæ figura in Lucernæ sculptura; quia Veteres non omnes, neque semper animali victima sacrificabant; sed alij lacte, alij vino, alij thure, alij farre, alij placentulis, alij mola salsa, vt ait Lucianus in Oratione sua De Sacrificijs, & post eum Gyraldus [q] in historia Deorum Gentilium; & ex Virgilio constat, Didonem vino Ioui sacrificantem inducente, carminibus hisce: [r]

„ Hic regina grauem gemmis auroque poposcit,
„ Impleuitque mero pateram, quam Belus & omnes
„ A Belo soliti: tum facta silentia tectis:
„ Iupiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur)
„ Hanc lætam Tyrijsque diem Troiaque profectis
„ Esse velis: nostrosque huius meminisse minores.
„ Adsis lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno:
„ Et vos o cætum Tyrij celebrate fauentes.
„ Dixit: & in mensa laticum libauit honorem
„ Primaque libato summo tenus attigit ore.

Et Horatius [s]

„ Tellurem porco, Syluanum lacte piabant:
„ Floribus & vino Genium memorem breuis æui.

Victima non semper ad sacrificium cædebatur.

[q] Synt. 17.

[r] 6. Æn.

[s] 2. Epod.

Sic igitur in isto sacrificio, Lucernæ insculpto nulla victima viuentis animalis adest, sed aut vino, aut lacte celebratur; etenim & a dextris Idoli mulier pulcherrima, fere nuda, quę pateram super caput Idoli versauisse videtur: & a sinistris Vir amictus pallio, qui dextera manu consimilem pateram vacuam tenet super Ara, ad sinistrum femur Idoli. Si diuinare licet, Idolum Herculis est, qui super inferos atque mortuos potestatem habere credebatur a Gentilibus; quod ex inferis mortuam Alcesten ad suum maritum reduxerit viuam, deuicta morte. Cuius numini sacrificatur lacte, quia puer lac ex vbere Iunonis hauserit, & eo sparso lacteam viam in cælo formauerit. Sane Natalis Mytho-

Idolum Herculis in Lucerna cur.

Herculi cur lacte sacrificatur.

logi

logi teſtimonio, *Eumolpus in libro De Myſterijs ait Herculem, primum quidem inuiſum fuiſſe Iunoni propter mater pellicem; at placatam fuiſſe a Pallade; cuius etiam hortatu Iuno Herculi lac præbuerat paruulo, eumque fecerat immortalem*; & mox: *Ceterum vbi Pallas ad Iunonem accedens perſuaſiſſet vti mammam præberet infanti; quũ puer ſupra ætatem violentius ſugeret, aiunt Iunonem indoluiſſe, ac puerum proieciſſe. Alij dicunt, quod quum Hercules lac retinere non poſſet, illud in cælum deciderit, ac fecerit viam lacteam inde vocatam.* & infra: *Fama eſt, quod quum Hercules ad mortuam Alceſtem veniſſet, morte deterrita, illam marito viuam reſtituit, vt ſcripſit Euripides in Alceſtis Tragœdia.* Sine brachijs autem Idolum Herculis fortaſſe ponitur, ideo, quod iam tunc adeptus fuerit ille diuinitatem, inter Numina Gentilium relatus, poſt exantlatos maximæ fortitudinis labores; nam Deus effectus nunquam poſtea vires corporeas immenſi roboris exercuit; at more Diuum, non corporis viribus, at imperio animi mortalibus iuuamenta, nocumentaue poterat ad arbitrium immittere, mortuorumque animis & prodeſſe, & nocere ad libitum. Et Gyraldus [u] in Orpheo legiſſe ſe ſcribit, *Quando Hercules ad inferos deſcendit, Charon territus eum ſtatim ſuſcepit: ob quã rem anno integro in compedibus fuit; atque ideo ipſe apud Virgilium,*

„ Nec vero Alciden me ſum lætatus euntem
„ Accepiſſe lacu, nec Theſea, Pyrithoumque:
„ Dijs quamquam geniti, atque inuicti viribus eſſent.

Vt propterea Veteres pro defunctorum animis Herculi ſacrificarent, Deo Charonti & alijs inferis metuendo; ne tranare paludem Stygiam optantes animæ citius, a Charonte negligerentur, & ad ripam diu flentes commorari mœſtæ cogerentur, vt de inſepultis cecinit [x] Virgilius:

„ Stabant orantes, primi tranſmittere curſum:
„ Tendebantque manus ripæ vlterioris amore,
„ Nauita ſed triſtis nunc hos, nunc accipit illos:
„ Aſt alios lõge ſummotos arcet arena.

& mox:

„ Hæc omnis, quam cernis, inops, inhumataque turba eſt:
„ Portitor ille, Charon: hi, quos vehit vnda, ſepulti.
„ Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
„ Tranſportare prius, quam ſedibus oſſa quierunt.

Nuda vero Sacerdos ad aram effingitur pro mortuo ſacra faciens; quia mortuorum animæ nudæ ſint, nihil ex hac vita corporei ſecum aſportantes. Sed illud præcipuum eſt, ſacerdotem ſacra facientem pro mortuo poni feminam nudam; quod antiqui funeribus Venerem præficiebant; qua de re pulcherrime [y] Cælius; Illud vero ad inſtituta vitæ etiam pertinet, non ad hiſtoriam modo, & doctrinam, veterum exquiſitiſſima ingenia Venerem non ſolum præſidem natalium coluiſſe, verum etiam mortis; ſiquidem in æde Libitinæ, quæ ad ſepulturam pertinent, vendere conſueuerant, Libitinam non aliud quam Venerem eſſe exiſtimantes. Hoc autem argumento humanæ fragilitatis vnumquemque admonebant, quod vna & eadem Dea principium ac finem vitæ in poteſtate habeat; vt quæ ingredientibus vitam, vel decedentibus præſideat. Porro etiam Delphis Epitymbiæ Veneris exigua ſane ſtatua oſtendebatur poſita, ad quam manes in parentationibus & libationibus, elicere atque euocare conſueuerant. Libitinam a libendo dici M. Varro interpretatur, eamque non eſſe aliam, quam Venerem ſignificat. Hinc Libitinarios dictos ſcimus, qui Libitinæ præeſſent: quos Inſtitorum loco Vlpianus eſſe ſcribit, titulo de Inſtitoria actione. Vota Libitinariorum legimus apud Senecam libro De Beneficijs ſexto: Ea vero ſunt, vt complures moriantur, cuiuſmodi ſunt & eorum, qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt. Hinc eleganter apud Horatium Libitinam vitare dicuntur, qui ſe immortalitati vendicant:

Non omnis (inquit) *moriar, magnaque pars mei*
Vitabit Libitinam.

Apud Liuium notauimus, non ſufficere Libitinam dici, quum morientium vis magna eſt. Fuit Romæ Libitinenſis

Iuno vt Herculem lactauit.

Herculis Idolum in Lucerna cur ſine brachijs.

[u] Synt. 6.

[x] 6. Æn.

Sacerdos pro mortuo ſacrificans cur nuda.

[y] l. 39. c. 18

Venus cur Libitina, & mortis præſes.

Libitina quando dicatur.

„ porta, qua efferebantur cadauera, quorum lege cautum foret, Ne quis in vrbe sepeliretur. Libitinensis portæ meminit in Commodo Lampridius. Vnde mihi satis verisimile videtur, istam mulierem, quæ pulcherrima, nudaque fere, pro defuncto sacrificat ad Idolum Herculis pateram lactis, esse quampiam e Sacerdotibus Libitinensibus, siue Libitinæ Veneris. Qui vero sunt a dextris Sacerdotis homines quatuor, affines defuncti propinquiores, mihi cẽsentur. B Quæ autem, siue femina, siue vir, obnubilat pallio caput & vniuersum corpus persona genuflexa porrigere conspicitur Sacerdoti vas ac vrnam, censeas esse vel coniugem, vel filium, filiamve defuncti, deferentem in vrna collectos e rogo cineres ac ossa semiusta; quas mortui reliquias Idolo, Sacerdotive commendaret, ac veluti lustrandas atque sacrandas offerret, exhiberetve. Sed a sinistris Idoli duo Iuuenes, medium senem habentes, mihi C fuerint filij defuncti; vel si placet, altera femineo sexu Sacerdotis socia, ministrave; masculus autem alter, senis illius aut filius, aut etiam minister. Vt ad hoc sacrificium duo Sacerdotes conuenerint: Senex, qui prior pateram lactis Herculi fuderit: & Libitinæ Sacerdos iunior, quæ posterior actu pateram lactis iam supra caput Idoli conspicitur effundere.

De Genijs ad sepulchra. *Cap. X.*

Genij mortuorum duo.

ALati vero duo Iuuenes alij, quorum alter, natu maior, animam defuncti veluti consignat vetusto Charonti iam in Cymbam recipienti; alter natu minor, qui ratem ad litus appulsam detinet, atque sistit, quo valeat anima conscendere, ac ingredi nauiculam, sunt duo Genij, bonus, & malus; qui E semper vnicuique animæ assistunt: Quia

Genij cur alati.

namque sunt ex Angelorum numero, propterea finguntur alati, ob celeritatem, qua de loco ad locum mouentur distantissimum in exiguo tempore. Maioris autem illum staturæ, Genium malum putauero, qui velut impellit animam ad inferos; minorem censeo bonum, quo cymbula detinetur, vt faciA lior sit ingressus & inscensus animę intra nauigium; quæ singula legimus apud antiquiores; quandoquidem vel obseruatione Gyraldi, [z] tractantis de hi- [z]Synt.15.
storia Deorum Gentilium, *Euclides Socraticus Philosophus, quoque & Menander, duos similiter Genios, protinus vt in lucem quis editus est, dari putarunt. Menandri hi sunt senarij:*

Α παντι δαίμον ἀνδρὶ τῷ γενομένῳ
Α παντος ἐστὶ Μυσαγογὸς τοῦ βίου.

hoc est,

„ Cuique dæmon homini genito
„ Omnis est ductor vitæ.

De Genijs, siue Angelo custode, maloque Dæmone apud Antiquos.

Idem apud Lucilium in lib. saty. 9. licere cognosci ait Censorinus: bonum hunc, malum illum (vt reor) existimans. Malum Deum suum iratum vocat Terentius: bonum Deum propitium suum Næuius vocauit: quo videlicet modo Nostri bonum & malum Angelum custodem appellare consueuere. Græci ἀγαθὸν θεὸν & ἀγαθὸν δαίμονα: malum vero, ἀλάστορα, παλαμναῖον, & κακοδαίμονα. Hinc Valerius Maximus libro primo, De Cassio Parmensi qui existimauit ad se venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, squalida barba, & capillo demisso: interrogatumque, quisnam esset, respondisse: Malum Dæmonem. Ita & Plutarchus De Bruto, in eius vita, quum et similiter apparuisset: Tuus sum, inquit, Brute Genius malus. Meminit & Appianus, & Florus. Plutarchus De Animi Tranquillitate, idem de duobus Genijs D *affirmat. Scribit Censorinus, a nonnullis binos Genios in his dumtaxat domibus, quæ maritæ essent, colendos creditum esse. Seruius Grammaticus, super ea Virgilij verba:*

„ Quisque suos patimur Manes.

Quum, inquit, nascimur; duos Genios sortimur: vnus est, qui hortatur ad bona; alter, qui deprauat ad mala. Nec incongrue dicuntur Genij, quia quum vnusquisque genitus fuit, ei statim obseruatores deputantur; quibus assistentibus, post mortem aut asserimur in meliorem vitam, aut condemnamur in deteriorem; per quos aut vacationem meremur, aut reditum in corpora: Ergo Virgilius Manes, Genios dixit, quos cum vita sortimur. Mali vero Genij spectra sub ingenti magnitudine apparere, constat ex Plutarcho, qui de Bruti malo Genio sic infit, & in Cæsare: *Præcipue vero oblatum Bruto spectrum, Cæsaris cædem denunciauit non fuisse Dijs*

cor-

cordi: Id fuit huiuſmodi: Tranſportaturus ex Abydo in oppoſitam continentem exercitum, quieſcebat nocte, vt aſſueuerat, in tabernaculo, in ſomnis adhuc, vt de belli euentu ſolicitus; ſiquidem vir hic inter omnes Imperatores perhibetur minime ſomno indulſiſſe, naturaque fuiſſe vigilantiſſimus. Is ſtrepitum ſentire ad fores imaginatus eſt. Intentis autem ad Lucernæ lumen iam emarceſcentis oculis, ſpeciem vidit horribilem viri immani magnitudine, diroque aſpectu. Perculſus primum, vbi nihil id tentantem conſpexit, neque vocem mittentem, tantum cubili ſuo tacitum aſſiſtentem: rogauit, quiſnam eſſet? reſpondit ei ſpectrum: Tuus, Brute, malus Genius: in Philippis me videbis. Tunc forti animo Brutus: Videbo, inquit. Mox Genius ille ex oculis abÿt. Poſtmodum quum in Philippis infeſtum exercitum contra Antonium & Cæſarem haberet: in prima acie victor oppoſitum ſibi cornu profligauit, atque inſtans effuſis caſtra Cæſaris diripuit. Altera inſtante pugna, idem ſe ei noctu obtulit ſpectrum, neque eſt eum allocutus. Verum intelligens Brutus fatum, in periculum demiſit ſe. Non cecidit autem in prælio; ſed pulſis ſuis, refugit ad rupem quandam; admotoque pectori ſtricto gladio, ſimulque amico quodam, vt fama eſt, ictum adiuuante, exanimatus eſt. & in Bruto ſimiliter, nonnullis adiectis, ait Plutarchus de Bruto: *Quum igitur traiecturus ex Aſia eſſet exercitum, noctis conticinio Luna non admodum lucebat: totus autem exercitus tenebatur ſilentio. Brutus vero voluens aliquid animo, & reputans ſecum, viſus eſt aliquem ingredientem ſentire. Reſpiciens ad ianuam, ſpectrum cernit durum & prodigioſum, immanis & horrendi corporis, ſilentio ſibi aſſiſtentis. Suſtinens rogare, Quiſnam, inquit, aut hominum, aut deorum es? aut qua de cauſa ad nos veniſti? ſubiecit ei ſpectrum: Tuus ſum, Brute, malus Genius, in Philippis me videbis. Cui nihil perculſus Brutus: Videbo, inquit. Eo ex oculis elapſo, pueros ſuos vocauit: qui neque ſe audiuiſſe vocem aſſeruerunt, neque conſpexiſſe viſionem vllam.* Huiuſmodi quoque fuiſſe malum Genium Cæſaris arbitror, ſpectrum ingentis magnitudinis ad ripam Rubiconis amnis apparens, & Claſſicum Cæſari canens, eo inuitans Cæſarem cunctantem ad fluuij tranſitum contra legem Patriæ, ſimul & ad Reipublicæ Tyrannidem capeſſendam ſub nomine perpetuæ Dictaturæ; quo facinore Cæſar multos ciues perdidit, & velut oppreſſor Patriæ, verusque Tyrannus a Bruto, Caſſio, & alijs demum in Senatu confoſſus eſt: De quo quidem malo Genio ad Rubiconem fluuium ita Suetonius [a] agit: *Conſecutusque* Cæſar *cohortes ad Rubiconem flumen, qui prouinciæ eius finis erat, paulum conſtitit. Et reputans quantum moliretur, conuerſus ad proximos:* & etiam nunc, *inquit*, regredi poſſumus: Quod ſi ponticulum tranſierimus, omnia armis agenda erunt. *Cunctanti oſtentum tale factum eſt: Quidam eximia magnitudine & forma in proximo ſedens repente apparuit, arundine canens; ad quem audiendum quum, præter paſtores, plurimi etiã ex ſtationibus milites concurriſſent, interque eos & æneatores, rapta ab vno tuba, proſiluit ad flumen: & ingenti ſpiritu Claſſicum exorſus, prætendit ad alteram ripam. Tunc Cæſar:* Eatur, *inquit*, quo Deorum oſtenta, & inimicorum iniquitas vocat: Iacta eſt alea. Sed ex aduerſo De Genio bono Socratis, vel alicuius alterius cuiusque viri, tractantes [b] Apuleius, atque Plutarchus ex profeſſo non exiguis voluminibus eiuſdem tituli, De Deo Socratis, nunquam ingentis, immanis, aut grandis, amplæve magnitudinis meminerunt. Vt propterea non immerito Iuuenis alatus grandior in Lucerna noſtra figuratus apte nobis repreſentet Genium malum defuncti; puellus e contra minor, alatus itidem, in eadem Lucerna Genium bonum mortui ſignificet. Igitur in Lucerna duo alati, Iuuenis grandior, & puer exilior, mortui proprios atque peculiares Genios referunt, Angelum nempe cuſtodem bonum, vnicuique mortalium tota vita bonas actiones clandeſtinis inſpirationibus perſuadentem: malumque Dæmonem viceuerſa grandem illum aſſidue mala mortali ſuadentem: & in articulo mortis præcipue ſua munia obeuntes. Ponuntur autem in ſacra pagina paſſim Angeli & ad humeros, & ad pedes Alati; nam Areopagita Dionyſius ex profeſſo de Cæleſti Hierarchia peragens [c] infit: *Pedes autem mobilitatem, celeritatem, atque curſum inſinuant ſempi-*

Genius malus Brutum alloquitur.

Bruti mors vt accideret.

Cęſaris malus genius ad Rubiconem.

[a] in vita Cæſaris.

Socratis Genius bonus.

[b] l. de Deo Socratis.

Angeli cur alati ponantur in ſacra pagina.

[c] cap. 15.

ternum motus ad diuina tendentis. Quo- circa & sanctorum spirituum pennatos theologia pedes effinxit: quippe alis signatur celeritas alta conscendens, & cælestis vitæ cursus iter in anteriora semper ac celsiora consternens; & quod ad superiora feratur, mortalibus atque infimis omnibus exceptus. Sed enim alarum leuitas id in sanctis Angelis indicat, quod terreni corporis sarcina liberi, toti absque vlla admistione vel pondere ad celsa ferantur. & Ezechiel[d]Angelos Cherubim alatos vidisse se non semel fatetur. Et Daniel: [e] *Ecce vir Gabriel, quem videram in visione a principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini:* nam vt Lyranus obseruat, Angelus Gabriel in specie viri Danieli apparebat; per cuius citum volatum exprimitur promptitudo Angelorum ad exequendum Dei mandatum. [f] Eucherio, & [g] Origeni, Alæ Dei, siue pennæ dicuntur Angeli custodes, qui ad nostri protectionem a Deo deputati sunt: ita psaltes diuinus: [h] *Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis:* Recte Genebrardus hic: *Scapulis: Alis suis proprie proteget te. Scapulas maluerunt, vt in vtroque hemistichio metaphora esset diuersa: vna ab auibus, sub quarum alis pulli securi agunt, nec sibi metuunt ab accipitribus: altera ab hominibus latas scapulas & humeros habentibus.* Verum & Angelis malis alas attribuit sacra pagina, propter eorum velocitatem ad nocendum: ita dubio procul Alæ milui sunt actiones diaboli, qui vitæ paruulorum semper insidiatur; dicente [i] Zacharia: *Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredientes; & spiritus in alis earum; & habebant alas, quasi alas milui.* Miluus autem, auis [k] rapacissima, quæ potissimum gallinarum pullis insidiatur, in sacris [l] literis computatur inter animalia immūda, Dæmonemque representat, hominibus insidiantem; quos veluti pullos Deus mystica gallina per [m] prophetæ dictum sub [n] alis suis congregare gestit a facie milui rapacis infernalis. Itaque rectissime duo iuuenes alati significant in Lucerna nostra, ritus antiquorum mortuales representante, grandior malum genium, exilior bonum angelum, qui datus fuit custos animæ cuiusque mortalium, quam tota vita gubernat vsque ad eius separationem a corpore, ac insontem ducit ad locum sibi conuenientem; quum malus illi semper insidietur vsque ad mortem hominis, & eam improbam deturbet in locum pænarum.

[d] cap. 10.
[e] cap. 9.
[f] form. spir. 1.
[g] Hom. 26. sup. Matth.
[h] Ps. 90.
[i] cap. 5.
[k] Arist. 8. hist. 3.
[l] Cl. Al. præda. 9.
[m] 4. Esdr. 1.
[n] Matth. 23.

De Mercurio sepulchrali & Charonte. Cap. XI.

Mercurius in Lucerna mortuali quid?

HIsce duobus alatis astat prope defuncti animam in Lucerna Mercurius exerto Caduceo, nudam animam veluti resignans in manus vetusti Charontis; qui eam manu suscipiens intra nauigium introducit. Sane Mercurij proprium officium esse, mortuorum animas ad inferos deducere, clarissime testatur [c] Virgilius, ita de Mercurio loquens: [c] 4. Aen.

„ Tum virgam capit: hac animas ille
euocat Orco
„ Pallētes, alias sub tristia tartara mittit.

& ante Virgilium Tryphiodorus Aegyptius, in Ilij excidio canens:

„ Horruit vero Pluto, ac cucurrit e sedibus terrestribus,
„ Metuens ne forte, Ioue irascente valde,
„ Vniuersum genus hominū deducat animarum deductor Mercurius.

In Cymba vero, præter animam ingredientem, subsidet altera prior anima in carina: ambæ vero nudæ; quia fingebant veteres nauiculam Charontis exiguam esse, pluresque simul animas ferre minime posse, ac eas omni veste, reque penitus alia vacuas transportare consueuisse. Qua de re sæpicule Lucianus in suis Mortuorum Dialogis; præsertim autem, vbi Mercurium & Mortuos alloquentem Charontem introducit hoc sermone: CHA. *Ego vobis dicam: nudos vos ingredi oportet; atque ista omnia, quæ superflua sunt, in litore relinquere; nam sic etiam vos capiet vix nauiculam. Tibi vero, Mercuri, deinceps curæ erit, neminem ex illis recipere nisi nudus sit, & supellectilem abiecerit.* Vnde [d] Virgilius duorum capacem admonet Cymbam Charontis; quæ solum Sibyllam & Aeneam vectare simul potuit: ait enim de nauicula Charontis: [d] 6. Aen.

„ ---------- simul accipit alueo
„ Ingentem Aeneam: gemuit sub pondere Cymba

Su-

„ Sutilis, & multam accepit rimosa paludem.
„ Tandem trans fluuium incolumes vatemque, virumque
„ Informi limo, glaucaque exponit in vlua.

A tergo Charontis Laruam est inspicere, quæ consueuit in fine vitæ morientibus apparere; signatque Dæmones tunc temporis animas terrere, ac in desperationem adigere satagentes; de quibus Laruis egisse videtur ex antiquorum sententia Cælius Rhodiginus, postea quam plura de Venere Libitina, morientibus præfecta disseruit, addens: [e] *Mormonas vero, idest, μορμῶνας, dicunt laruas: vnde illud Xenophontis ex libro Græcarum rerum quarto: Peltastas extimescerent, vti Mormonas pueruli.* Post istiusmodi laruam, effigiatus aspicitur grandæuus homo, barba prolixa, qui manu sinistra puppim nauiculæ tenens, in cymbam dextrum crus imponit, eam veluti retinens atque stabiliens, ne fluctuet: Qui sit, aut in proposito quid representet, non ita facile consequi posse videtur. Arbitror attamen id ea ratione inuestigari posse; quia duarum classium animæ Stygiam paludem transeunt vectore Charonte, de Gentilium antiquorum opinione; sontes nimirum, & insontes; quas vbi transuexerit Charon; sontes quidem malo Dæmoni torquendas exhibet; quem forte representat larua tergori Charontis insidens: insontes autem Heroum alicui, qui deducat eas ad Elysios campos, loca piorum. Ac vt Larua, Mormonaque Cacodæmonem apte designat, paratum excipiendis animabus impijs (quod magis arridet, quam prius dictum de tertio Mimo, nænias ferales ad tumulum vociferante; licet eadem figura valeat vtriusque rei symbolum esse, propter angustiam loci tot imagines distinctas non admittentis) ita grandæuus homo designare videtur Heroa, pias animas deducentem a nauicula Charontis ad Elysios.

Laruæ morientibus apparentes.

[e] l. 29. c. 18.

[f] 6. Æn.
„ -----[f] locos lætos, & amæna vireta
„ Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.

Ad quos felices campos Aeneã viuum deductum fuisse dudum a Sybylla cecinit Virgilius: quemadmodum ad hæc alludens ipse Dantes Aligherius etiam sibi ducem [g] constituit ad inuisendos tum futuros beatos in Purgatorio Virgilium, permittente Catone Vticense: tum actu iam beatos in Paradiso [h] Beatricem. Necnon & Ariostus fingit, Astulphum perduci ad cælestes incolas visendos, a D. Ioanne Euangelista: siquidem animas mortuorum deduci putarunt Ethnici semper (si pie probeque vixissent in suis corporibus) ad Elysios campos ab Heroe quopiam, per venerandum istum senem, pone Charontem & Laruam, detinentem nauiculam. Qui quidem senex nudus propemodum effigiatur, quia representat vnam ex animabus defunctorum Elysias regiones incolentibus.

[g] Purg. c. 1.

[h] Parad. c. 1. Cant. 34. 35.

De lugubri, & funerea veste priscorum.
Cap. XII.

CEterum quod antea lugubres vestes personarum, in hoc funere per imagines Lucernæ representato, pullas esse dixi, non eo sensu recipiendum est, quasi semper apud antiquos velim funebres vestes extitisse nigri coloris; nam ternos colores indumentis funeralibus veteres dedisse video; purpureũ, album, & atrum, vt obseruat etiam apud Virgilium Cl. Lacerda. De Purpureo Virgilius [i] in funere Miseni, dum ait;

Colores vestiũ funebriũ apud antiquos non semper ijdem.

[i] 6. Æn. Purpureus color mortualis: ad ornatum funeris.

„ Nec minus interea Misenum in litore Teucri
„ Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant:
„ Principio pinguem tædis & robore secto
„ Ingentem struxere pyram: cui frondibus atris
„ Intexunt latera, & ferales ante cupressos
„ Constituunt, decorantque super fulgentibus armis:
„ Pars calidos latices & ahena vndantia flammis
„ Expediunt, corpusque lauant frigentis, & vngunt.
„ Fit gemitus: tum membra toro defleta reponunt:
„ Purpureasque super vestes, velamina nota
„ Conijciunt --------

Vbi purpureę vestes videntur adhiberi,

tum ad ornamentum defuncti, tum quod eo colore viuens ille consueuerit in vestibus vti, quæ propterea dicuntur ipsius *velamina nota*. Liuius etiam ore lib. 34. „ Valerij Tribuni perorabat: Omnes alij „ ordines, omnes homines mutationem „ in meliorem statum Reipublicę sentient: „ ad coniuges tantum nostras pacis & „ tranquillitatis publicæ fructus non per- „ ueniet? Purpura viri vtemur, prætex- „ tati in Magistratibus, in sacerdotijs: li- „ beri nostri prętextis purpura togis vten- „ tur: Magistratibus in Colonijs munici- „ pibusque, hic Romę infimo genere Ma- „ gistris vicorum, togæ prætextæ haben- „ dæ ius permittemus: nec id vt viui so- „ lum habeant tantum insigne, sed etiam „ vt cum eo crementur mortui: feminis dumtaxat purpuræ vsum interdicemus? Sic igitur indumento purpureo mortuos antiquiores operiebant, ornabantque. Cicero purpureos clauos con- [k] l. 2. de legib. cessos ait in ornamentum funeris, [k] *Extenuato igitur sumptu, tribus ricinijs, & clauis purpureis, & decem tibicinibus; tollit etiam lamentationem*. Est autem ricinium, siue recinum, vel etiam reca, [l] 4. de ling. Lat. Varroni, Festoque, [l] Vestis antiquissima quadrata, inde dicta, quod eius mediam partem retrorsum iaciebant; hanc extitisse purpureo colore plerique statuunt, & innuit hic Cicero. In Reca vestis antiquissima purpurea. „ Onomastico suo Gesnerus ita: Reca, „ quadratum vestimentum, fimbriatum „ & purpureum, quo pro palliolo, seu vit- „ ta vtebantur Flaminicæ. Alij dicunt, „ quod ex lana fiat succida alba, quod „ conficiunt virgines ingenuæ, patrimæ, „ matrimæ, ciues, & inficiunt cæruleo co- „ lore. Hæc Festus. Nonius: Rica est, „ quod nunc sudarium dicimus. Est & ve- „ li genus, quo mulieres caput tegunt. „ Dictum a ritu (vt Varro autor est) quod „ Romano ritu sacrificia feminę quum fa- „ ciunt, capita tegunt. Huius diminu- „ tiuum est Ricula, quod pro sudario po- „ nitur, apud Festum. Ricinus, & Rici- Ricinium quid. „ num dicitur a reijciendo, vestis antiquis- „ sima, quadrata (vt inquit Varro) cuius „ mediam partem retrorsum iaciebant: „ vnde Recinati mimi. Seruius, Ricinus „ dicitur ab eo quod post tergum reijcitur. Festus, Recinum est omne vestimentum quadratum. Quum igitur in ista Lucerna quatuor habeantur personæ Ricinio contectæ; iam vetustissima fuit, aut vetustissimum morem repre- Lucerna nostra antiquissima, vt demonstretur. sentat, seruatum multo ante tempora Ciceronis, ante cuius æuum Lege decem tabularum ad ternarium numerum arctati fuere Ricinij. Sed redeamus ad funeralem colorem purpureum. Artemidorus ait, [m] Coronas factas ex [m] l. 1. c. 79. floribus purpureis mortem signare: Coronæ quæ mortuales. οἱ δὲ ἐκ τῶν πορφυρῶν, καὶ θάνατον σημαίνουσι. Dio Chrysostomus [n] loquens de [n] orat. 62. Sardanapalo scribit: *Iacebat in lecto deaurato, pedibus in altum sublatis sub pallijs purpureis, quemadmodum defletus amulieribus Adonis*. Herodianus [o] in- [o] lib. 4. fit etiam, de his, qui præcedunt funus, principibus. Βασίλειον Φέροντες πορφύραν: *Regiam ferentes purpuram*. Suetonius in funere Cæsaris: [p] *Intraque lectus eburneus, auro & purpura stratus*. Statius de [p] c. 84. Priscilla [q] composita ad tumulum ma- [q] 5. sylu. v. 215. riti

„ Ipsa toris secum, Tyrioque vmbrata recumbit

„ Tegmine, sed toto spectatur in agmine coniux.

& mox: [r] [r] v. 225.

„ Hic te Sydonio velatā molliter ostro

„ Eximius coniux (nec enim fumantia busta,

„ Ardoremque rogi potuit perferre) beato

„ Composuit Priscilla toro -----

Antonius Bruti cadauer veste purpurea iussit obuolui; testantur id Plutarchus in Bruto, Valerius [s] Maximus, [s] l. 5. c. 1. & [t] Appianus. Quin & in Heroicis [t] l. 4. ciuil. temporibus id obseruatū: etenim apud [u] Homerum vrna Hectoris purpureis [u] Iliad. vlt. v. 793. & seqq. velaminibus obtegitur:

„ Ossa alba collegerunt fratres socijque

„ Lugentes; teneræ autem distillabant lacrymæ per genas,

„ Et hæc auream in vrnam posuerunt fumentes,

„ Purpureis peplis obtigētes mollibus.

sua vero lingua:

Πορφυρέοις πέπλοισι καλύψαντης μαλακοῖσιν.

Quin & antea [x] Priamum lugentem [x] v. 634. & seqq. interemptum Hectora iussit Achilles in lecto cubare sub stragula purpurea:

„ Hunc prior allocutus est senex Priamus speciosus

Cu-

„ Cubare fac me citiſſime Iouis-alum- A
ne, vt iam
„ Somno dulci oblectemur dormien-
tes.
„ Nondum enim clauſi ſunt oculi ſub
palpebris meis,
„ Ex quo tuis ſub manibus meus filius
amiſit animam:
„ Sed ſemper ſuſpiro, & dolores infi-
nitos digero,
„ Aulæ in ſeptis prouolutus in fimo.
„ Nunc iam & cibum guſtaui, & ardens B
vinum
„ Per guttur demiſi; antea quidem ni-
hil comedi.
„ Dixit: Achilles autem ſocijs & ancil-
lis iuſſit
„ Lectos in cubiculo ponere, & ſtra-
gula pulchra
„ Purpurea inijcere, ſternereque de-
ſuper tapetas.

Πορφύρε ἐβαλέειν, σορέας τ' ἐυπέρθε τάπητας.

Vbi pulchre Priamum ponit ſomno gra- C
uari poſt cibum & potum, elatis ad ca-
put non antea vaporibus ſoporiferis;
quum inedia vigilias cieat. Gyraldus
[y] ſynt. 17. item, [y] Platæenſes, ait, quum ſacra
faciunt Manibus peremptorum ciuium,
Principem ipſum indutum purpura im-
molare. Lacedæmonijs etiam funebrē
hunc extitiſſe colorem, Plutarchus aſ-
[z] in Lyc. ſerit, iſta de Lycurgo proferens: [z] *Ni-
hil permiſit cum cadauere humari; verum
illud in punicea veſte, ac folijs oleæ compo-* D
ni, eodem ab omnibus modo iuſſit. Aelia-
[a] l. 6. c. 6. nus itidem in [a] Varia hiſtoria ſcribit
de Lacedæmonijs: *Qui vero perfectam
& abſolutam virtutem præſtitiſſent, ij etiam
iniecta purpura, glorioſe ſepulchris man-
dabantur*. Quum alij componerentur
quidem punicea veſte defuncti, ſed eam
ſecum in ſepulchro non ferrent, at ſo-
lum oleæ frondes. Denique vero Da-
maſus aſſerit relatu Lacerda: Conſti- E
tuit Eutychianus, *vt quicumque fide-
lium Martyrem ſepeliret, ſine Dalmatica,
aut Colobio purpurato nullatenus ſepeliret.*
Vnde ſatis ſuperque conſtat, antiquio-
res tum Ethnicos, tum etiam Chriſtia-
nos, in funeribus vſos colore purpu-
reo, maxime ad honorem defuncti, &
ornamentum funeris. Hinc Aſtrampſy-
chus in ſuis Onirocriticis ait, colorem
purpureum in ſomnis viſum præſagire
malum omnem, ac morbum.

Στολὴν δὲ ἀλπργὸν, εἰς μακρὰν νόσον φέρει. hoc eſt:

„ *At veſtem purpuream* (ferre in ſomnis)
in longum morbum conijcit.

Nedum vero purpureus color, at etiam
albus funebris eſt. [b] Homerus cada- [b] Iliad. 18.
uer Patrocli ſcribit indutum albo ami- Color albus
ctu: etiam fune-
„ Sic autem dicens amicis iuſſit diuinus bris.
Achilles
„ Circum ignem ponere lebetem ma-
gnum,
„ Vt quam primum a Patroclo laua-
rent ſaniem cruentam.
„ Hi autem aquam habentem lebetē
poſuerunt in igne combuſtiuo.
„ In ipſum autem aquam fuderunt.
„ Sub autem ligna combuſſerunt acci-
pientes.
„ Ventrem quidē lebetis ignis ample-
ctebatur, calefaciebat autē aquā.
„ Sed poſtquam calefacta eſt aqua in
ſonanti lebete,
„ Et tunc iam lauarunt, & vnxerunt
pingui oleo:
„ Vulnera autem impleuerunt vnguē-
to nouenni,
„ In lectis autem ponentes ſubtili pan-
no cooperuerunt,
„ Ad pedes a capite, deſuper autem
veſte alba.

ſua lingua

Ες πόδας ἐκ κεφάλης: καθύπερθε δὲ, Φαρεῖ λευκῷ.

Herodianus [c] in funere Seueri infert [c] lib. 4.
mulieres, ἐσθῆτας λευκὰς ἀμφιεννυμένας: *veſtibus albis indutas:* Adijcit ſignanter
σχῆμα παρεχόσας λυπεμένων: *habitum
lugentium præferentes*. Plato [d] dat his, [d] 12. de legib.
qui deflent mortuos λευκὼ στόλῳ, *albam veſtem:* agit autem de ſacerdotibus
Apollinis & Solis electis e præſtantiori
iuuentute ciuitatis, aiens: *Hi ſoli in ci-
uitate, corona laurea coronentur, hi Solis
& Apollinis ſacerdotes ſint. Pontifex etiam
ſummus ſingulis annis ex his ille ſit, qui
ſuperiori anno ceteris excelluiſſe ſacerdoti-
bus iudicabitur. Horum nominibus quouſ-
que ciuitas habitabitur, tempora diſtinguā-
tur. Defunctis autem funera & ſepulchra
excellentius quam ceteris ciuibus fiant:
Indumenta quælibet alba ſint: luctus plo-
ratusque abſit*. Artemidorus ait, [e] ſi- [e] l. 2. c. 3.
gnificari mortem viro ęgrotanti, ſi ſom-

niet

niet se habere albas vestes: & addit rationem hanc: διὰ τὸ τὰς ἀποθανόντας ἐν λευκοῖς ἐκφέρεσθαι. *Quod mortui in albis vestibus efferuntur*. Consimiliter Pausanias in Messenijs & atrum pariter, & candidum colorem esse mortualē edocet, inquiens: Non hæc solum prodigia, sed visum etiā per quietem Aristodemum exercuit. Visus est in somnis videre, quum esset armis iam sumptis ad pugnam exiturus, victimarum extis in mensa appositis, filiam (*iam a se sacrificatam*) in pulla veste assistentem, & nudam pectore vulnera ostentantem: Deinde disturbatis e mensa extis, detractis armis, ab ea se aurea corona & albis vestimentis donari. Dum anxius esset animo Aristodemus, quod mortem sibi haud dubie somnium illud portendere interpretaretur (Messenij enim optimates coronatos, & candida veste velatos efferunt) &c. Artemidorus etiam ait, [f] Aristides ęgrotans visus est sibi afferri albas vestes: neque multo post mortuus est. Verum & M. Tullius in Vatinium scribit: *Illud autem scire ex te cupio, quo consilio, aut qua mente fueris, vt in Epulis Q. Arij familiaris mei cum toga pulla accumberes? quem vnquam videris, quem audieris? quo exemplo? quo more feceris?* & mox: *Quis vnquam in luctu domestico, quis in funere familiaris cænauit cum toga pulla?* & infra: *Quæ te tanta tenuit dementia, vt tu, nisi id feciſſes, quod fas non fuit, nisi violasses templum Castoris, nomen Epuli, oculos ciuium, morem veterum, eius qui te inuitauit autoritatem, parum putares testificatum esse, supplicationes te illas non putare?* Et Suetonius in Nerone: [g] *Funeratus est impensa ducentorum millium, stragulis albis auro intertextis*. Plutarchus in Rom. Quæst. τὸ σῶμα τὸ τεθνηκότος ἀμφιεννύουσι λευκοῖς: *defuncti corpus albis inuoluunt*. Pausanias item [h] ait: Femina expressa est, puerum consopitum dextera album sustinens; nigrum sinistra, & hunc dormientis effigie, distortis vtrimque pedibus: Indicant inscriptiones; quod facile tamen, vt nihil scriptum sit, conijcere possis, eorum puerorum vnum (album scilicet) Mortem esse; alterum (nigrum nimirum & distortis pedibus) somnum: Mulierem illam Noctem, vtriusque nutricem. Denique vel apud Hebræos mortui sepeliebantut in albis linteis; quin & mortuos asseruantes in albis erant vestibus: ita Dominum, & Angelos in sepulchro fuisse testatur Euangelista: [i] *Acceperunt autem corpus Iesu: & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire*. & mox. *Exijt ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. Et quum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita, & sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatum inuolutum in vnum locum*. & paulo post: *Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum: & vidit duos Angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus IESV*. Verum enimvero licet ater color non adhiberetur in epulo mortuali, feralem tamen & eum fuisse pariter apud priscos, ostendit non solum Pausanias in Messenijs, asserens filium Aristodemi defunctam in somnis adstitisse Patri in pulla veste, illique mortis prodigia porrexisse. Verum etiam Statius [l] in Abascantij funere:

» Sed quum plaga recens, & adhuc in vulnere primo
» Nigra domus questu, miseramque accessus ad aurem
» Coniugis orbati, tunc flere, & scindere vestes.

Pierius item ait in suis Hieroglyphicis: [m] *Et Falacralis Flamen nigro vtebatur pileo: erat enim Plutonis, cui quum immolabant, vestibus vtebantur nigris; quem colorem aiunt inferijs Dijs dedicatum. Et lugentium vestis maxime nigra erat; vnde eas Varro Anthracinas vocat, quasi carbonarias velit dicere; ἄνθρακος enim Græce, Latine Carbones appellantur*. Quæ suscepit ad verbum ex Nonio; namque Nonius [n] Marcellus ex Varrone sic ait: *Pullus color est, quem nunc Spanum, vel natiuum dicimus: Varro de Vita Pop. Rom. Lib.* III. Vt dum supra terram essent, ricinis lugerent funere ipso, vt pullis palis amictæ. *Anthracinus Niger a Græcis ἄνθρακος enim Græce, Carbones Latine appellantur. Et est lugentium vestis. Varro de*

Cœna mortualis in togis albis non atris edebatur.

Niger color funeralis etiā apud antiquos

[f] l.24.c.3.
[g] cap.50.
[h] lib.5.
[i] Ioan.19.
[k] cap.20.
[l] lib.5.Syl.
[m] lib.40.
[n] c.de genere vestiment.

de Vit. Pop. Rom. l. III. Propinquæ adolescentulæ etiam anthracinis proximo amiculo nigello, capillo demisso sequerentur luctum. Astrampsychus item in Onirocritico suo somniari pariter habere vestem nigram, & purpuream, malum ducit omen; ait enim:

Στολὴν φορεῖν μέλαιναν, ἀκαλὴ θέα.
Στολὴν δ' ἁμυργὸν, εἰς πάνραν νόσον φέρει. hoc est:

„ Vestem ferre nigram, non pulchrum est spectaculum.
„ At vestem purpuream, in longum morbum conjicit.

Itaque tria colorum genera prisci mortualia ponebant, atque funeribus adhibebant, purpureum, album, & atrum. Cuius rei puto rationem ex ipsa natura funeris expiscari posse; nam tria sunt essentialia funeri, cadauer, anima defuncti, & superstites amici, siue consanguinei, successorisque: Porro corpori defuncti maxime color purpureus congruere videtur; quia corpus illud primum ex purpureo sanguine genitum est ac efformatum in vtero; deinde per totam vitam emutritum fuit e purpureo sanguine, in quem abeunt alimenta; demum in fine vitæ cremandum est purpurea rogi flamma. Color autem albus tum corpori, tum animæ videtur aptari; corpori quidem, quod moriens pallescit, & mortuum albicat; vnde nuper apud Pausaniam vidimus ab antiquis Interitum designari per filium album, & somnum per nigrum in manibus Noctis degentem. Anima vero a corpore separata candore signatur; quod natura sua purus sit spiritus, clarosque transire ac lucidos ad locos Elysios existimaretur, & optaretur ab antiquis. Niger autem color superstitum erat maxime, qui dilectis orbati lamentabantur in tenebris mœstitiæ. Sed & animæ violenta morte peremptæ nigrore notabantur, vt etiam quæ dire cruciabantur in tartaro; quocirca tum Aristodemi filia parenti suo percussori adstitisse dicitur a Pausania in veste pulla: tum passim Tragici consueuerunt euocare Manes ex Orco sub Vmbrarum, & Laruarum nomine, tetroque prorsus aspecto. Sic ergo non ab re pullatas asseruimus esse mulieres, quæ spectantur opertæ in nostra Lucerna, non ideo negantes in funeribus antiquis habuisse locum & purpureum colorem, & album: Sed atrum induentes vbi luctus fit, non vbi cæna mortualis. Hæc ea sunt, optime Galuane, quæ mihi nunc ad calamum venerunt pro declarandis hieroglyphicis, tuam istam veterem, & pulchram Lucernam sepulchralem exornantibus. Tu ea boni consule, ac me amare nec cesses. Dabam Patauij, e meo Scalumnæ Musæo, Nonis Decembris, M D C XL V.

Cur funeri tres colores apti.

De Lucerna Mineruæ Galuania, pulcherrimas historias veteres indicante. Cap. XIII.

Viro Sapientissimo Fortunio Liceto Ioannes Galuanus.

„ ANtiquorum funerum historiam e
„ mea Lucerna tam erudite ac lu-
„ culenter deduxisti (Vir Doctissime) vt
„ secundum æneum opus tuo aureo ca-
„ lamo honestare cupiam. Pluribus ab
„ hinc annis Iudæus ex Illiberi Regno
„ (Chranatam Hispaniæ hodie vocant)
„ Patauium, valetudinis recuperandæ
„ causa petijt. Quumque Aemilij Cam-
„ pilongij virtute voti compos euasisset,
„ egregia munera Aesculapio suo tradi-
„ dit, præ ceteris autem Lucernam, ar-
„ te & cura vere maxima confectam,
„ quam ex Africa Illiberim illius maio-
„ res contulerant, diuque thesauri loco
„ habuere. Hac Hæredes Campilongij
„ Pinacothecam meam liberaliter auxe-
„ re: Et quum diuino tuo ingenio au-
„ geri magis magisque cupiam, eandem
„ tibi exhibeo, vt quid de ea censeas,
„ mihi aperire, prout obsecro, non gra-
„ ueris. Interimque me totum in tuo
„ censu recenseo. Patauij XIII. Cal. Iu-
„ lij M D C XLVI.

Cui quidem amico viro, visa & expensa Lucerna diligenter, ita respondi post plusculos dies, oretenus antea gratijs actis de transmisso tam eleganti cimelio.

Re-

Responsio Liceti de figura, & Sphingibus in Lucerna Mineruæ. Cap. XIV.

Cl. Viro Ioanni Galuano I. C.
Fortunius Licetus B. A.

NOn degenerem a pulchritudine vetustæ Lucernæ tuæ mortualis, aliam ad me subinde transmittis, amicissime Galuane, Lucernam sacram: Appello sacram, quia reor illam olim dicatam fuisse Mineruæ, ac in eiusdem delubro fulsisse, vel Athenis, vel alibi locorum; vnde Mauritani, qui postea rerum potiebantur, inclinãte iam Græcorum potentia, labanteque religione, transtulerint in Africam; & ex Africa secum inter cimelia pretiosiora detulerint Illiberim. Eam sane, pulchritudine summoque illius artificio mire delectatus, & illectus, diligenter animaduerti, diutiusque considerauí cunctas & singulas in ipsa delineatas imagines; tandemque consultis antiquitatibus omnibus pro virili, mihi defluxerunt e calamo (vtinam aureo) quæ sequuntur de tua nobili Lucerna. In qua (licet omnino non constet, eam ipsissimam fuisse, quam quærimus) pleraque tamen sunt, quæ tum vetustam, tum Mineruæ dicatam, eave dignam, arguant aperte, siue Candelabrum, siue Lucernam diligentius animaduerterimus. Quoniam in hoc artificis egregio monumento, vt vt omnia sunt hieroglyphica Palladem ostendentia, nihilominus insignes historiæ vetustæ spectantur in area triplici, Candelabri latera terna formante; nec non Lucerna sub effigie sinistri pedis, de sceptri querni foramine pendula, mirificæ Mineruam referre proprijs hieroglyphicis mihi videntur. Si quidem in prima tabula spectantur ad Altare Mineruæ Virgines vtrinque duæ Træzeniæ; quæ iam iam nupturæ, Zonã aperto sinu dedicant [a] Apaturiæ Palladi: cum Satyris, qui primo docuerunt Ethnicos antiquas Idololatrię cęremonias in sacrificijs. Quarum feminarum altera postea iam nupta spectatur in area secunda a Zelotypo marito ducta coram sacerdotibus ad [b] aquam execrabilem probationis ebibendam ante puteum iuramenti; nec non & insons enixa puellum de calumnia triumphare. Quum in tertia tabula conspiciatur eadẽ mulier cum marito, certiore facto de sua pudicitia, lætum sacrificium peragere pro gratiarum actione Mineruæ de superatis hisce calamitatibus. Quin & in ærea Lucerna de querno sceptro pendula symbolũ habemus de ortu cum armatæ Palladis e capite Iouis; tum etiam Erichthonij puelli serpentinos pedes obtinentis, e semine Vulcani, lana suscepto de femore Palladis, & in terram proiecto; quum cetera faciant ad omnia Tritonidis attributa hieroglyphice demonstrãda. Quæ sigillatim e classicis autoribus iam aggredior explicare, simul & ex ipsa natura rerum apertissime comprobare cum accuratione. Primo quidem vetustatem ipsius indigitant Icones antiquiorum rituum faberrimæ. Mineruæ dicatam, eaque dea dignam ostendunt plurima; primoque figura Trigona Candelabri; namque Plutarchus in libro suo *de Iside & Osiride* inscripto dicit: *Pythagoræi numeros quoque & figuras Deorum ornauerunt appellationibus; nam Triangulum æqualium omnino laterum appellauerunt Mineruam e vertice natam & Tritogeniam; quia tribus perpendiculis eductis e tribus angulis suis diuiditur.* Ast euidentius Iconologiæ autor ille Ripa notat, A Pausania descriptam in Attica Mineruam super curru formæ Triangularis æquilateris vectam a binis Noctuis; etenim Candelabrum veluti currus est ipsi Lucernæ. Sed & in apice cuiusque Trianguli Sphinges insident imminentve miræ tres, capite barbati Sileni, collo prorsus humano, alis, ventre, caudaque draconis; quæ sane Mineruam signant, in galea Sphingem gestare suetam; Clearchus etenim apud Comitẽ Mythologum, [c] Sphingi caudam draconis extitisse dicit, caput humanum, & alas. Pausanias in Atticis infit, *In eo vero templo, quod Parthenona appellant, ac ea parte, quæ Aquilæ dicuntur, signa posita sunt ad Mineruæ natales attinentia: In postico, Mineruæ & Neptuni de Attica certamen. Deæ signum ex ebore & auro factum: in galeæ cono Sphinx eminet.* Apud Gyraldum, agentem de historia Deorum gentilium, [d] *Scribit Stobæus in sermone, qui de Legibus & consuetudinibus inscribitur, quod in Sai, vrbe Aegy-*

Oeconomia vniuersalis totius Lucernæ insinuatur.

[a] Pausan. in Corinth. Area prima.

Area secunda.

[b] Num. 5.

Area tertia.

Lucerna vt ortum Mineruæ referat.

Antiquitas Lucernæ.

Trigona figura candelabri quid.

Triangulus Minerua dictus cur sit a Pythagoricis.

Sphinx Mineruæ insigne.

[c] l. 9. c. 8.

[d] Synt. 11.



E Museo V. Cl. Ioan. Galuani Pat. I.C.

Io. Georg. sculps.

Minerua Ægyptia.

Aegyptia, colebatur Minerua, quæ & Isis credebatur; ideoque Sphinges pro eius templis apponebantur, quoniam sacra Deorum mystica esse, & ænigmatica conuenit. Vt vt autem tres istæ Sphinges, in Lucerna positæ, caudis, ventribus, alis draconum, capitibusque Satyrorum conueniunt; differunt singulæ tamen vnguibus, atque pectoribus. Et sane cunctis caput idem Satyri conuenire videtur ex natura rei, quam nobis aperit Plinius, asserens: [e] *Condit in thesauros maxillarum cibum Sphingiorum & Satyrorum genus, mox inde sensim ad mandendum manibus expromunt: & quod formicis in anno solenne est, his in dies vel horas.* Quod ad Mineruam eo refertur, quod Minerua Dea sapientiæ colitur; sapientis autem verba, quæ cibus animorum sunt, non præcipitanda, sed mature consideranda prius quam ore proferantur; nec in annum silentio sunt occultanda, verum oportune post breuem meditationem eloquenda. Differunt autem tum pectore, tum pedibus, tum ventre quadantenus, & cauda; pectore quidem, quia Sphingis vnius pectus est, itemque collum veluti flocculis villorum sparsim maculatum; quos flocculos nec in ventre, nec in cauda serpentina gerit; quæ læuis est, ad instar anguium: Alterius autem Lunulis arcuatis veluti depictum: Tertiæ vero quaternis punctis in effigiem fere cubi veluti tassellatum: quæ duæ Lunulas item, atque punctorum cubos obtinent in caudis etiam & ventre notatos. Pedibus autem discriminantur; quia prima Sphinx pedes quasi bouillos, aut caprinos habet; altera vero vel anatis, vel anseris: tertia leoninos. Quæ cuncta similiter Palladem respiciunt: etenim sapientis pectus nec omnino glabrum patere debet, nec omnino contectum pilis abditum esse decet; verum aliqua sui consilia detecta, & aliqua contecta, pro temporum occasione ferre conuenit. Quin & sapiens pede bouino præcipitantiam vitandam esse monet ante consultationem de rebus agendis: & pede caprino celeritatem executionis post consilium indicat; vnde rectissime Sallustius in sua Catilinaria: *Prius quam incipias, consulito: at vbi consulueris, mature opus est facto:* Quæ circa primam Sphingem dicenda mihi videntur. Circa secundam autem, habente Lunulas in pectore, lateribusque, ac anserinos, anatinosve pedes, obseruare licet etiam Mineruę hieroglyphicum; etenim apud Pausaniam in Bœoticis habemus: Cadmum Delphis in Phocidem venientem, ducem itineris bouem habuisse; emptam illam de Pelagontis bubulcis; & in vtroque latere insignem fuisse candida nota in Lunæ speciem iam plenæ. Oportebat autem Cadmum cum socijs & exercitu, ex oraculi responso ibi consistere quo loco bos fessa procubuisset. Illum ipsum locum hodie quoque ostendunt. In eo sub diuo Ara est (Mineruæ) cum signo, quod a Cadmo dedicatum perhibent. Nam vt Oraculum Sphinge notatur tota, quod ænigmaticum & obscurum esse consueuerat; ita Lunæ species diuinitatem Mineruæ significat ibi colendam, vbi Lunata bos procubuisset. Ne quis autem pro Luna placentam, aut orbiculum quempiam alium in Sphinge suspicaretut haberi, Sphingi suæ cornutas Lunulas huius Lucernæ fabricator appinxit optimo consilio pro Luna plena. Ceterum Plutarchus in opere suo *de facie in orbe Lunæ* scribens ad verbum: *Nisi mehercle dicere velimus: quo modo Achillem Minerua nutrimentum respuentem nectare & ambrosia instillatis aluit; ita Lunam quoque, vt quæ Minerua dicitur atque est, quotidie ambrosiam exhibendo istos homines nutrire.* Hæc inquam habens Plutarchus, aperte monet autorem Lucernæ Lunulis istis in Sphinge notatis, indicasse Mineruam, Mineruęque Deæ Lucernam accendisse, consecrasseque. Tertiæ quoque Sphingis imago, quadratum frequens ostentans cubicæ punctorum figuræ, pedesque leonini, mirifice Mineruam indicare videtur; quæ in priscis iconibus vt Dea sapientiæ cubo nititur; quum sapientia sit impermutabilis; mireque stabilis, Aristotele dicente: [f] *Oportet scientem simpliciter a credulitate impermutabilem esse.* Quin etiam diuinitatis suæ Minerua symbolum obtinet cubū, de quo Pierius in Hieroglyphicis ita: [g] *Accedit huc cubus ex trigonalibus figuris, quatuor compactus triangulis, cuius hieroglyphicum est supremum Numen*; e cuius capite Mineruam prodijsse consti-

[e] l. 10. c. 72.

Cibus animi quid.

Sphingium explicatio diligens.

Sapiens mystice descriptus in Sphingibus.

Minerua vt Sphinge notetur.

Mineruæ cur cubus.

[f] 1. post. an. t. 17.

[g] l. 39.

Cubus hieroglyphicum diuinitatis.

ſtituunt Antiquiores. Quin & Nomen Dei tetragrammaton eſt, apud omnes fere gentes quaternario literarum numero notatum; quum literæ ſint elementa Grammaticis indiuiſibilia, proportioneque reſpondeant punctis in Geometria; namque literis quatuor appellatur, atque ſcribitur *Deus* a Latinis, *Adad* ab Aſſyrijs, *Orſi* a Magorum diſciplina, *Syre* a Perſis, *Oden* a Gothis, & *Thor*, atque *Eroe*, a Sacerdotibus Macedonum *Bedy*, Gallis *Dieu*, Tuſcis antiquitus *Eſar*, Hiſpanis *Dios*, Italis noſtris *Idio*, Turcis Arabibus ac Saracinis *Allà*, Aegyptijs *Amun*, Græcis Θεὸς, Hebræis *Adon*, ſiue *Adni*, Samaritanis *Iaue*, ſiue *Iaho*, ac omnino Dei nomen Tetragrammaton apud omnes nationes quatuor literarum elementis antiquitus deſignabatur, vt late notauit in ſua Myſtica Numerorum ſignificatione Bongus ex antiquiorum monumentis. Itaque Mineruæ diuinitatem apte ſignant illa quaterna puncta cubũ velut efformantia pectori ſuæ Sphingis infixa: Non aliter Mineruam vt bellorum præſidem innuunt Leonini pedes, vnguibus pugnaces, & prædatores; namque Phurnutus, & ex eo Gyraldus ait, Mineruam dici Leiſten, hoc eſt prædatricem.

De Mineruæ ſacerdotibus impuberibus in Lucerna. Cap. XV.

SVb hiſce Sphingibus inter vnũquoque trium Triangulorũ, quibus Altaria ſacrificiorum effigiata videntur, tres impuberes pueri ſtantes habentur, duo nudi, tertius amictus linteo, quum nudorum vnus anteriora proſpicienda proferat, alter vero terga, corporisque poſteriora præbeat obtutui; qui quidem tres puelli ad hunc modum conſtituti mirifice nobis Mineruam deſignant: cuius apud Phocenſes ad Eleam vrbem Pauſanias in Phocicis aſſerit fuiſſe Sacerdotes impuberes, his plane verbis: *In extrema vrbe ad dexterã eſt theatrum, & Mineruæ peruetus ex ære ſignum. Deam hanc opem ſibi tuliſſe aiunt contra Taxili copias. Diſtat ab Elatea ſtadia ferme viginti Mineruæ cognomento Crangæ. Via ipſa*, qua ad templum iter eſt, *paulo accliuior; ſed ita vt qui progrediantur, ne aſcendere ſe quidem ſentiant. In extrema via vertex conſurgit præruptus magna ſui parte: non tamen late patens, aut valde eminens. In eo vertice templum exædificatum eſt, & porticus, in quibus cellæ per interualla; vbi & alij habitant Deæ miniſtri, & is etiam, qui ſacris præeſt. Eum ex impuberum numero diligunt: prouident vero religione ſumma, vt eo munere ſe abdicet priuſquam pubeſcere incipiat. Annis fere quinque perpetuis ſacerdotium terminatur: quo toto ſane tempore viuit apud Deam: & in ſolijs vero veterum more lauat. Simulacrum fecerunt Polyclis filij, eo ſane habitu vt Dea in pugnam vadere videatur. Clypei eadem eſt forma, qua Clypeus Mineruæ, quæ apud Athenienſes Virgo dicitur.* Enimvero quum eadem Minerua ſit & Virgo Dea pudicitiæ, ſimul & Sapientiæ Numen; quatenus virginitatem colit, eatenus procul ab ſe vult eſſe ſacerdotem adultum, innuens puellis atq; virginibus nullum intercedere debere prorſus vllo cum homine pubertatem iam agnoſcente cõmercium: quatenus autem eſt ſapientiæ Dea, tres anteſignatos puellos impuberes habet in ſacerdotio, quia cognitio cunctorum eſt, tam præteritorum, quam præſentium, atque futurorum: Procul dubio præteritorum, quoniam iam abierunt, index eſt puer nudus terga vertens; nudus quidem, quia cognita fuerunt & aperta; ſed terga vertens, quia præterierunt. Præſentia vero ſignificat puellus itidem nudus, aſt anteriora obuertens obtutui; nudus, quia præſentia de ſe ſunt vnicuique patentia; ſed anteriora monſtrans, quia conſiſtunt, nec dum præterierunt: At vero futurorum hieroglyphicum eſt ille tertius puellus, qui lineo indutus eſt amictu; quoniam futura nunquam adhuc inſpecta fuerunt, aut aperta; ſed velata tenuibus quibuſdam coniecturis quoquopacto perſpici poſſunt a viris etiam alta ſapientia præſtantibus. Munus autem horum impuberum ſacerdotum erat, Aram Mineruæ circumdare, ſiue circuire, ac veluti tranſilire; propterea locati videntur in circuitu trium Altarium in iſtius Lucernæ Candelabri trigonis deſignatorum. Profecto ſacerdotum eiuſcemodi circuitionem circa Gentilium Aras in ſacra pagina legimus Tranſilitio-

Impuberes Mineruæ Sacerdotes.

Puelli tres in Lucerna vt diuinam indicẽt ſapientiam.

Impuberes cur circa Lucerna.

tionem Altaris appellari, factam a Sacerdotibus Idoli Baal, cum quibus ad agnitionem veri Numinis ita paciſcitur Elias: [h] *Dixit ergo Elias prophetis Baal: eligite vobis bouem vnum: & facite primi, quia vos plures eſtis, & inuocate nomina Deorum veſtrorum, ignemque non ſupponatis: Qui quum tuliſſent bouem, quem dederat eis, fecerunt, & inuocabant nomen Baal, de mane vſque ad meridiem, dicentes: Baal exaudi nos. Et non erat vox, nec qui reſponderet. Tranſiliebantque altare, quod fecerant.* Vbi Lyranus: *Tranſiliebant Altare ſecundum morem Idololatriæ.* Quem quidem morem, poſtea mihi viſus, ita luculentius aperuit Abulenſis aſſerens allatis verbis: Tranſiliebantque altare, quod fecerant: *Id eſt ſaltabant ſacerdotes ſuper altare, & circuibant illud perambulantes in gyro; quia iſta erat cærimonia in ſacrificijs quorundam idolorum.* Recte vero ſic impuberes pueri collocantur infra Sphinges illas, vt ſub prima, cubis punctorum diſtincta, ſtet ille puellus, qui nudus anteriora ſignat res præſentes; quia tetractis illa punctorum Pythagoricis indicat Mineruam, prout eſt Dea ſapientiæ, prodiens e capite Iouis, adeoque Diuina ſapientia, cui cuncta ſunt aperta, & præſentia ſimul in momento æternitatis: nihil omnino vel præteritum, vel futurum: At ſub Sphinge ſecunda villoſa, quæ Mineruam indicat ceu maſculum, puer erigitur velatus amictu futura referens; quia maſculus hirſutior eſt quam femina, & prudentior proſpicit futura: Sub tertia Sphinge lunata, quæ Mineruam indicat vt feminam, Lunares labores habentem in corpore, puer ineſt nudus poſteriora monſtrans, & innuens hieroglyphice præterita geſta; quod feminæ valde memores acceptarum ſint iniuriarum; quemadmodum apte vel in Dea Iunone [i] Virgilius ipſe notauit elegantiſſime,

[h] 3. Reg. 18.

[i] Aen. 11.

„ Et genus inuiſum, & rapti Ganymedis honores.

Mineruam autem eſſe Deam maſculo-feminam ponebant olim antiquiores; non ſolum etenim Phurnutus inquit, *Mineruam vocari Athrenam, quod femina licet ſiet, minime tamen muliebribus delicijs eneruari:* ſed apertius ille Valerianus in Hieroglyphicis aſſerit, *Mundum vniuerſum Aegyptij ex mare atque femina conſtare profitebantur: ſolos vero Deorum Vulcanum, & Pallada maſculo-feminas aſſerebant.* Quum tamen Græci pariter atque Romani maſculo-feminas etiam poſuerint Venerem, atque Lunam: De Venere namque [k] Pierius ex Suida non citato: *Veneri quidem præcipue ſacer eſt pecten; eiusque Deæ ſtatua cum pectine aliquando Romæ dicata eſt; ſoluto quippe voto, quod mulieres Romanæ vouerunt, comis propter inſuperabilem pruriginis ardorem abraſis: quo quidem incommodo atque cruciatu liberatæ, ſtatuam huiuſmodi Veneri erexere, quæ comas reſtitueret. Eandem etiam barbatam ſtatuerunt, quod vtroque ſexu prædita ſit Venus, quaſi a lumbis ad ſuperiora marem, ad inferiora feminam eſſe dictitabant: atque huc ſpectat Maronianum illud,* Deſcendo: ac ducente Deo. Athenæus de Venere loquens infit: [l] *In quo templo erat marmoreum ſimulacrum ipſius Dei.* Caluus poeta: *Pollentemque Deum Venerem.* Leuinus: [m] *Venerem igitur almum adorans.* Firmicus item *Venerem biformem* dixit. In Cedreno carmen eſt, vt obſeruat etiam Eruditiſſimus La-cerda, cani ſolitum a Mahometanis: *Deus Deus maior & magna, nimirum Venus Deus.* De Luna poſterius itidem [n] Valerianus: *Quod vero ad huiuſmodi fecunditatem facit, plerique cælum omnium terra naſcentium patrem arbitrati ſunt, terram vero matrem* (quod & Ariſtoteles poſuit alicubi) *Ipſum autem æthera propterea patrem, quod aquarum lapſus inde cadentium ſeminis vicem præbeant: terramque matrem, quod matris vice hos excipiat, & inde pariat. Eadem de cauſa Lunam, quippe quæ totius humoris domina perhibeatur, quaſi virilem operam in eo ſubminiſtrando præſtet, a multis Lunum virili genere vocitatum reperias, quod profeſſus eſt antea Tertullianus. Et Cornelius Seuerus, quem Chariſius citat, Phœben, epitheto gene-*

Minerua cur maſculo-femina.

[k] Hier. 42.

[l] l. 1.

[m] l. 3.

[n] l. 44. Luna maſculo femina.

l. de gen. an. c. 2.

ris masculini adiecto dixit;

„ Ignea iam Cælo lucebant sidera,
Phœbe
„ Fraternis succeſſor æquis------

Quamuis non desint, qui eruditionis forte istius ignari, putant, Succeſſor, *femineo etiam sexu dictum ab antiquis, vt,*

„ Auctor ego audendi, *de Iunone. Verum illud probabilius est, quod aliquam sapit eruditionem. Sane inueteratum esse constat apud Carrenos Mesopotamiæ populos, eum qui Lunam muliebri nomine ac sexu nuncupandam putasse, eo supplicij genere damnatum iri a Natura rerum omnium arbitro, vt is mulieribus addictus, eis semper seruire cogeretur: Qui vero marem eam esse credidissent, futurum vt vxori semper suæ dominaretur, neque vllas vnquam muliebres insidias pateretur. In Hebræorum arcanis, quæ Cabalistica vocant, omnes siderum, idearumque cælestium virtutes, Lunari corpore suscipiuntur; a quo postea, vt diximus, in inferiorem materiam, vt genitale semen, immittuntur, rerum species, fructus, animantia, nouatusque omnes per elementa singula progeneraturæ.* Qua de re sic infit Aristoteles etiam

[o] 1. de ge. an. c. 2. „ [o] alicubi, Quamobrem in Vniuerso
„ quoque naturam terræ, quasi feminam,
„ matremque statuunt: Cælum autem,
„ & Solem, & reliqua generis eiusdem,
„ nomine genitoris, patrisque appellant.

Explicatio primæ aræ Candelabri in qua Ara cum igne sine victima.
Cap. XVI.

SEd ad Mineruæ nostræ Lucernam redeamus. Occurrunt nunc explicanda hieroglyphica Triangulorum. In primo sane spectatur Altare veteris instituti, super quo flagrat ignis absque Victima: Astant a sinistris, & a dextris Virgines duæ, soluta Zona seminudæ; quarum læua focum Aræ veluti sanctificat, aut exorcizat: dextera vero Virgo virgam dextera sua continens, ea vas aut indicat, aut attingit, quod a Satyro stante gestatur. Ad pedes Aræ procumbunt Satyri duo, femina Satyra genuflexa decenter, pronaque rogans, plorans & adorans. A dextris autem masculus Satyrus senior, veluti sedens humi, rudior genuflexioni decenti, sed inclinato demissoque capite inter elatas vtcumque manus, plorans itidem implorans, & adorans. A tergo Virginis, ignem siue sacrantis, siue potius execrantis, arbos extat absque frondibus, velut arefacta, vel hiemis frigore deflorata, & a natiua sua rectitudine deuians. Porro mulieres illæ duæ, Virgines mihi censentur, eo quia sacerdotes Mineruæ; cui solum apud Eleates sacerdotis officio fungebantur impuberes infantes, apud alios autem non nisi Virgines: vt Virginem deam decet, nunquam non auersantem connubia, Venerique semper inimicam. Quin arbitrandum est eas esse Virgines Trœzeniorum, vti facile colligitur ex Pausania, sic in Corinthiacis asseuerante, Ad Psyphæum „ mare progressis offert se Oleaster, „ quem Rhachum intortum vocat. Rha- „ chum certe, quamuis oleæ plantam fru- „ ctus expertem. Cotinon etiam, Phili- „ nam, & Elœum Trœzeni appellant: At „ intortum idcirco nominant, quod ad „ eius arboris trũcum implicatis habenis, „ subuersi fuerit Hippolyti currus. (Hanc arborem mali dirique prorsus omnis atque funestam sine frondibus ac fructibus, & intortam habemus in hoc nostri Candelabri Triangulo primo graphice delineatã. Subdit inde Pausanias mox.) Iam vero de ijs Insulis, quæ ad Trœze- „ niorum ditionem pertinent, vna est „ continenti terræ adeo proxima, vt pe- „ dibus (fere) in eam transiri possit; quæ „ quum ante diceretur Sphæria; ea, quam „ subijciam, de causa Sacra nominata est. „ Sphærus in ea (quem Pelopis fuisse au- „ rigam dicunt) sepulchrum suum habet. „ Huic Aethra per somnium Mineruæ „ monitu inferias missura, quum in eam „ insulam transisset, cum ea Neptunum „ congressum dicunt. Eam ob rem Ae- „ thram Mineruæ Apaturiæ delubrum „ (quasi Fallacis dixeris) dedicasse; in- „ sulamque, Sphæria quæ ante dicebatur, „ Sacram nominasse. Instituisse eandem, „ vt Trœzeneorum Virgines ante nu- „ ptias Zonam Apaturiæ Mineruæ dica- „ rent. Hæc ille. Quare duæ Virgines habentur, soluta Zona seminudæ, sacerdotes ad Aram Apaturiæ Mineruæ. Virgines eas esse, coma soluta demonstrat; nam olim vinctam non nisi nuptæ gestabant; quod virgines esset vinculo ma-

Arbor mali ominis in Lucerna.

Apaturia Minerua vn'edicta.

Virgines cut olim coma soluta.

matrimonij liberæ; quo nuptæ ligabantur sub imperio dominioque mariti. Difficilior est explicatio Satyrorum; quia quum inter Numina Satyri colerentur; verisimile non est, Ethnicos inducere sua Numina Numinibus alijs etsi præstantioribus, sacrificare.

Satyri quid in Candelabro & de illorum multiplici natura. Cap. XVII.

CEterum in primis existimo Satyrorum figura vulgares homines mystice significari; siquidem adstipulante Platone in Cratylo, Satyrus denotat hominem vulgarem, infra sacerdotes degentem, cuius portio superior est Intellectus, hominem referens rationalis naturæ; sed inferior est appetitus & concupiscẽtia brutalem maxime naturam, & hircinam petulantiam ostentans: Quum sacerdotes puri sint homines, nihil omnino brutalis conditionis obtinentes. Ac vere Satyri fuerunt homines; nam & loquebantur humano sermone, ridebant, recta incedebant; quæ solius hominis attributa sunt, vel [p] Aristotele doctore. Sed habitu, vestituque semicapri videbantur; quum forent plurimum agrestes, & silvestres homines, aliorum ciuilium consortia fugientes. Vestitus autem, & habitus illorum erat, vt tum ex capillis proprijs in capite sibi cornua fingerent: tum etiam femoralia villosa portarent, e quibus retro cauda penderet ad ornatum in ea gente: Cruribus apparebant gracilioribus (ob femoralium amplitudinem) & pedibus breuioribus, vt caprinos æmularentur, item ob magnã agilitatem in cursu, saltationibusque. Qua de re testimonium habemus Aeliani [q] pulcherrimum, agentis in sua varia historia, De Satyris, Tityris, & Silenis: Comites, ait, Bacchi fuerunt Satyri, quos nonnulli Tityros appellant; hoc nomen habuerunt a teretismatis, idest lasciuis & procacibus saltationibus, cantibusque, quibus gaudent Satyri, Satyri vero dicti sunt ab oris rictu, Sileni vero ἀπὸ τῦ σιλιαυεῖν, quod est conuiciatoria scommata iacere, cum molesto quodam lusu. Vestitus autem erat Silenorum, tunicæ vtrimque villosæ. Refert is vestitus vitium a Bacho plantatarum, & vinearum palmitumque hirsutam densitatem. Cornua vero conficta proprijs e capillis ferre consueuisse populus Arabiæ Felicis, asserit oculatus testis apud [r] Ramusij Nauigationes & itinera [s] Ludouicus Barthema scribens: *Vniuersim a quadragesimo, aut quinquagesimo anno ætatis, ferunt bina cornua, confecta ex proprijs capillis, vt appareant hædi.* sua vero lingua: *Et generalmente, da quaranta, o cinquanta anni in giù, portano due corna, fatte de i loro proprij capelli, che paiono capretti.* Verum & olim Matronæ Venetæ singulæ cornua portabant ex proprijs crinibus in capite protuberantia: Quem morem etiam num seruant ipsæ Venetorum Sponsæ plusculis diebus Sponsalium. De Cauda similiter Indorum Occidentalium in Hispania Noua nuncupata testem oculatum habemus Fernandum Alarchonem, ista referentem: [t] *Portano tutti, piccoli e grandi, vn cordone all'Ombilico, fatto di varij colori; & in mezo vi è legato vn mazzo di penne ritondo, il quale gli cade di dietro, come coda.* hoc est: *Ferunt omnes, pueri pariter & adulti, cinctum funiculum ad vmbilicum varij coloris; in cuius medio fasciculus plumarum rotundus est alligatus; qui pendet illis retro, ad instar caudæ.* Quo quidem habitu vestiti priscorum Satyri, dicebantur a Poetis vulgo Semicapri; sub quorum effigie Dæmones illudebant etiam Ethnicos, se se pro Dijs agrestibus venditantes. Quocirca Faunus, Italiæ Rex, & prisca illius progenies eo vestitu potuerunt vti iamdudũ, & ritus sacrificiorum Gentilium agere, docereque populos Ethnicorum sacrorum cærimonias. Pierius autem in suis [u] Hieroglyphicis Cynocephalos appellat (nescio qua ratione) Satyrorum nomine; scribit enim, agens *Vnde brutorum cultus apud Aegyptios: Ali vero, colique animalia, quæ rationis expertia dictamus, sunt qui ab Iside tradant institutum, quæ honorem hunc coniugi, eidemque fratri Osiridi præstandum induxerit, magna agrorum parte sacrificulis adiudicata, moremque fuisse initio, vt quæ quisque vellet animalia in hunc vsum aleret, quibus vita functis, tanquam Osiris occubuisset, luctum instaurabant. Ceterum postea delectum habitum. & Cynocephalo in*

Satyrus vt homo sit vnusquisque infra sacerdotes.

Satyrorum habitus.

[p] 4. de part. an. c. 10.

[q] l. 3. c. 40.

[r] tom. 1. c. 4.

[s] l. 3. p. 153. d.

[t] Ramus. nau. t. 3. p. 304. d.

[u] l. 6.

Cornua qui sibi fingerent e proprijs capillis.

Caudam qui gestare soleant homines.

Aegyptij vt bruta coluerint.

primis honorem attributum, propter excellentem quandam, vt rerum periti asserunt, animalis istius naturam, humano propemodum generi proximam. Vt vero prophani putant, quippe qui rerum historias ex vulgo mutuantur, factum aiunt, propterea quod Osiris huiusmodi Satyrorum genere sit plurimum delectatus; vti nostro etiam tempore vanissimi plerique faciunt: Quare nebulonem Vedium luxuriæ carpit Cicero; quod sibi obuiam factus cum duabus essedis, & rheda equis iuncta, & lectica, quod in esseda haberet Cynocephalum: neque deessent etiam Onagri: Quare nunquam hominem nequiorem autumat se vidisse. Quin vero & Satyros eos appellatos constat. Magna horum vis in subsolanis Indorum montibus, quæ Cartaadulorum dicitur regio, humana propemodum effigie; tamque quadrupedes, quam recte currentes: tantæ pernicitatis in cursu, vt propter velocitatem non nisi senes, aut ægri, dormientesve, vel ebrij, capiantur. Atque hinc ridiculum illud Alexandri Magni militibus obuenit, qui loco quodam per Indiam facientes iter, Cercopithecos adeo multos insigni magnitudine conspicati, qui ad exercitus similitudinem, quem inferne sub signis progredi obseruabant, ordines & ipsi seruare videbantur, in eos velut in hostes, montium iuga insidentes, impetum fecerunt; suique erroris admoniti a locorum peritis, non sine rubore arma inhibuerunt.

Prophani qui.

Cynocephali dicti Satyri.

Alex. M. exercitus a Simijs delusus.

At vero, vt meam sententiam proferam de re controuersa, propemodum in antiquitatis tenebris delitescente, duo genera Satyrorum apud antiquos extiterunt: alij quidem solo vestitu, apud Romanos, & in Europa visi, diuque commorati; & alij vero reipsa Satyri cornuti, caprinis pedibus, cetera homines, in Asiæ, Africæque desertis habitantes; extra quas regiones viuere nequeunt in aere insueto; sicut adnotat Solinus inquiens in suo Polyhistorico: [y] *Sunt & quas vocant Satyros, facie admodum grata, gesticulatis motibus inquietæ. Callitriches toto pene aspectu a ceteris differunt: in facie barba est, lata cauda. Has capere non est arduum, sed proferre rarum; neque enim viuunt in altero, quam in Aethiopico; hoc est, suo solo.*

[y] c. 40.

Satyri veri, qui, & vbi.

De quibus quidem Satyris, vt etiam de Hippocentauris, nobilem affert historiam D. Hieronymus in vita S. Pauli

A Eremitæ, quem in Alexandriæ deserto quærebat S. Antonius Abbas; inquit enim allatis verbis ipsissimis D. Hieronymus: Nec plura his, Antonius conspicit hominem equo mixtum, cui opinio Poetarum Hippocentauro vocabulum indidit: Quo viso, salutaris impressione signi armat frontem: &, heus tu, inquit, quanam in parte hic seruus Dei habitat? At ille barbarum nescio quid infrendens, & frangens potius verba, B quam proloquens, inter horrentia oris, senis blandum quæsiuit alloquium: & dextræ protensione manus cupitum indicat iter: & sic patentes campos volucri transmittens fuga, ex oculis mirantis euanuit. Verum hæc vtrum diabolus ad terrendum eum simulauerit; an, vt solet, Eremus, monstruosorum animalium ferax, illam quoque gignat bestiam, incertum habemus. Stupens itaque Antonius, & de eo, quod viderat, secum voluens, vlterius progreditur. C Nec mora, inter saxosam conuallem haud grandem homunculũ videt, aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Infractusque & hoc Antonius spectaculo scutum [z] Fidei, & loricam spei, vt bonus præliator, arripuit. Nihilominus memoratum animal, palmarum fructus eidem ad viaticum, quasi pacis obsides, afferebat. Quo cognito, gradum pressit Antonius; D & quisnam esset, interrogans, hoc ab eo responsum accepit: *Mortalis ego sum, & vnus ex accolis Eremi, quos vario delusa errore* Gentilitas, *Faunos, Satyrosque, & incubos vocans, colit. Legatione fungor gregis mei: precamur, vt pro nobis communem Deum depreceris; quem pro salute mundi venisse cognouimus, & in vniuersam terram exijt sonus eius.* Talia eo loquente, longæuus viator vbertim faciem lacrymis rigabat, quasi magnitudo lætitiæ indices cordis effuderat. E Gaudebat quippe de Christi gloria, & de interitu Satanæ. Simulque admirans quod eius posset intelligere sermonem, & baculo humum percutiens aiebat: *Væ tibi, Alexandria, quæ pro Deo portenta veneraris: Væ tibi, Ciuitas meretrix, in quam totius Orbis Dæmonia confluxere: Quid nunc dictura es? bestiæ Christum loquuntur; & tu pro Deo portenta veneraris.*

Hippocentauri.

[z] Eph. 6.

Nec

„ Nec dum verba compleuerat, & quasi
„ pennigero volatu petulcum animal au-
„ fugit. Hoc ne cuiquam, ob incredu-
Satyrus ve rus quando, & vbi visus. „ litatem, scrupulum, moueat: Sub re-
„ ge Constantino, vniuerso mundo teste,
„ defenditur; nam Alexandriam istiusmo-
„ di homo viuus perductus, magnum po-
„ pulo spectaculum præbuit: & postea
„ cadauer exanime, ne calore æstatis dis-
„ siparetur, sale infuso, Antiochiam, vt
„ ab Imperatore videretur, allatum est.
„ Quam historiam abbreuiat [a] Isidorus,
[a] l.11. in Originibus. Sed & Maffeius politis-
simus in Indicis epistolis legit, apud Ia-
ponios gentem inueniri; quibus e capi-
te quasi corniculum quodam extuberat.
Hinc apparet, non esse verum absolu-
te de Satyris omnibus Pomponij Melæ
[b] l.1.c.4. dictum: [b] *Satyris, præter effigiem, nihil humani*. Quum sermonem habeant, &
vsum rationis: Quem errorem vna cum
Solino, sumpsit & Plinius, scribens,
Satyris, præter figuram, nihil moris humani. Quos arguit Aristoteles, huma-
Aristotelis opinio de Satyris. nam Satyros aiens habere locutionem,
& mentem; refert enim Plutarchus in
sua *Consolatione ad Apollonium* Aristote-
lica verba ex libro Philosophi De Ani-
ma ad Eudemum inscripto; dicta Plu-
„ tarchi sunt: Atque huc pertinet, quod
„ narrator Silenum, a Mida isto captum,
„ & a venatione ei sciscitanti, quidnam
„ optimum homini, maximeque expe-
„ tendum esset, principio respondere no-
„ luisse, vocemque compressisse: tandem
„ quum vrgendi vt aliquid diceret, finem
„ nullum Mida faceret, in hæc inuitum
„ erupsisse verba: *Aerumnosi genij, & dif-*
„ *ficilis fortunæ semen in diem durans, quor-*
„ *sum me cogitis, ea vobis dicere, quæ vobis*
„ *nescire erat melius? maxime enim vacan-*
„ *tes dolore viuunt, qui sua ignorant mala:*
„ *Hominibus autem omnino optimum est,*
„ *Non nasci, neque participem fieri præstan-*
„ *tioris naturæ: Optimum enim omnibus*
„ *vtriusque sexus hominibus hoc est: Pro-*
„ *ximum huic, & inter ea, quæ consequi*
„ *homo possit, primum est, quam celerrime*
Mortuorũ conditio melior quã viuorum. „ *mori*. Manifestum vero est, sic eum pro-
„ nunciasse, *quod melior sit mortuorum, quam viuorum conditio*. Quam senten-
tiam coluit etiam [c] Aristoteles non se-
mel, vt in libris nostris De Immortali-
tate animorum [d] latius explicauimus.
Istam Satyrorum gentem innuere vide-

[c] 1.de an. t.49. 12.meta. t.51.
[d] l.1.c.5. l.3.c.2.4.25. l.3.c.15.

A tur M. Polus inquiens, vbi agit de re-
gno Lambri nuncupato: *Sono in questo regno huomini, che hanno le code più lunghe d'vn palmo a modo di cane, ma non sono pelose; & per la maggior parte sono fatti a quel modo. Questi tali huomini habitano fuori delle Città ne i monti*. hoc est:
Sunt in isto regno homines habentes caudas longiores palmo, ad instar canis; at non sunt pilosæ; & pro maiori parte nascuntur eo modo. Huiusmodi homines habitant extra
B *ciuitates in montibus*. Pausanias etiam
in Atticis de isto genere Satyrorum na-
tura monstroso sic infit: De Satyris „ Satyrorum diligens inquisitio Pausaniæ. „ autem quinam sint, vt aliquid certius „ quam ab alijs traditum sit, cognosce- „ rem, singula ex multis sum percuncta- „ tus: Narrauit autem mihi Euphemus „ Car, se quum in Italiam nauigaret, ven- „ torum impetu in Oceani extremas oras „ delatum. Ibi desertas esse insulas mul- „ tas, quas agrestes homines incolant: & „ ad alias quidem noluisse nautas appel- „
C lere, quum & ante appulissent; & a „ quibus incolis tenerentur, non ignora- „ rent: tunc vero tempestate appulsos. „ Insulas a nautis appellari Satyridas: in- „ colas ruffos esse, & caudas haud multo „ equinis minores infra clunes habere. „ Eos, vbi primum hospites senserunt, „ prope adesse, ad nauim concursu facto, „ nulla emissa voce, in mulieres, quæ in „ naui erant, manus iniecisse. Nautas ve- „ ro ad extremum pauefactos, barbaram „
D feminam exposuisse. In eam Satyros „ Satyrorum petulantia magna. „ irruentes, non eam tantum quæ a na- „ tura viris exposita est, partem, sed aliam „ quamlibet petulantissime appetiuisse. „ Quamobrem Satyrorum alij natura re-
ipsaque biformes sunt; qui procul a no-
stro cælo degunt, in Aethiopiæ deser-
tis, in Oceani maris aliquibus insulis, in
Africæ ac Aegypti solitudinibus, & in
Indiæ quibusdam locis infrequentibus,
procul a communi ciuilium hominum
consuetudine, nostrum aerem non to-
E lerantes: Quos ait [e] Plinius, propter [e] l.7.c.2.
velocitatem, nisi senes, aut ægri, mi-
nime capi posse. Referri debet ad hoc
genus ille Satyrus, de quo Plutarchus
in Sylla sic infit: *Prope Dyrrachium est Apollonia, & in vicino Nympharum sacer locus, qui ex virenti valle & pratis ignis venas dispersas perpetuo manantis eructat. Ibi stratum somno Satyrum, qualem plastæ* Ignis ex valle manans assidue.

& pictores adumbrant, ferunt captum. Adductum ad Syllam percunctatos multos Interpretes, quisnam esset? quum vocem tandem edidisset, non quidem humanam, vel claram, sed asperam, & omnino ex hinnitu equi, & hirci balatu confusam, obstupuisse Syllam, & monstrum auersatum. Quos quidem natura Satyros certum est, neque Bacchi comites fuisse, militiam cum illo facientes, neque positos ab antiquis vlli Numinum sacrificia facere, sed ipsos vicissim a gentilibus honore sacrificij cultos, vt ille Satyrus D. Antonio dixit. Alij vero vestitu Faunos referebant, obseruatu [f] Aeliani pariter Rhodigini, scribentis: *Silenis indumenta fuere ἀμφίμαλλοι χιτῶνες, ideſt, vtrimque villosæ tunicæ: quod tacitis velut ambagibus plantandi ex Dionysio artem innuit, ac item palmitum constipationem.* Hos habuit in Europa & in Italia prisca gens, Ethnicorum rituum Magistros, & institutores; cuiusmodi sunt in Lucerna nostra delineati, genus ducentes ab antiquissimo Italiæ rege Fauno, primo sacrificiorum apud Italos inuctore. Desierunt hi, quia cessauit vsus eius vestimenti, & sacrificiorum, potissimum Bacchi, quæ sub eo vestitu mystico cum alijs Bacchantibus celebrabant. Tertium genus Satyrorum his adiungere possumus, in spectrorum classe Dæmones sub ea Faunorum, Incuborumque specie mortalibus apparentes, hominibus illudentes, & sacra nefaria Idololatriæ peragentes, & humanum genus agere persuadentes: de quibus agens fortasse Plinius, & ex eo Solinus, vere dicere potuit, eos nihil humani, præter figuram habere. Non inficiabor in ista classe numerari, quem olim a Mida captum refert ex Aristotelis Eudemo [g] Plutarchus: quod Dæmonis apertum dogma sit, Hominibus optimum esse non nasci, vel subito natum interire; sic enim suadebat infantium expositionem, & sacrificia, mortemque vltroneam hominibus. De quo Dæmone sub Satyri forma Maximus [h] Tyrius ita: Phryx quidam, desidis vitæ homo, pecuniæque appetens, Satyrum capit ebriosum (vt ait fabula) Dæmonem: infusoque in fontem mero, iam ante frequentatum a Satyro, Satyrus potat. Precatur fatuus Phryx Demonem captiuum, precationem nimirum qualem aut hunc petere par erat, aut illum perficere: terram scilicet auream fieri, aureas arbores, segetes, prata, pratorumque flores. Annuit Satyrus. At vbi inaurata est terra, fames Phryges habebat. Midaque pro acceptis diuitijs anxius, palinodiæ in morem, preces aduersus priores, non amplius Satyrum, sed Deos ipsos precatur, in veterem illam fertilem, omniferam, ac fructuosam paupertatem restitui, aurumque ad hostium ceruices. Quumque hoc flens Deos rogasset non idem consecutus est magis. Hæc ille. Qui de more Fabulas appellat Deorũ gentilium sacras narrationes, vt & ad Demonicum Isocrates. Potuit autem ille Dæmon Satyrus per præstigia terram prata, & omnia aurea Midæ facere, sicut in Aegypto Dæmon Virgas Magorum Pharaonis [i] mutauit in colubros. Quamcumque vero Satyrorum speciem in Lucerna sumas, habent omnes hi suum cum Minerua symbolum; namque vestitu Satyri genus habentes a prisco Fauno Rege Italiæ, Pici filio, quo tempore regnabat Athenis Pandion; quo doctus intulisse [k] dicitur sacrificia in Italiam. Dęmon Satyrus, quidni cum Dæmone Mineruæ congruat ad ethnicorum sacrificia peragenda? sed & omnino Satyrorum quæcumque species obtinet propriam cum Pallade congruentiam, & ius in priscæ religionis ritibus; etenim Clemens Alexandrinus in *Admonitione ad Græcos* asserit, Pana fuisse primum institutorem Idololatriæ, dicens: *Athenienses autem, ne quis esset quidem Pan, nouerant, prius quam eis diceret Philippides. Merito ergo Dæmonum cultus quem alicunde cæpisset, fons fuit stolidi vitij.* Sed euidentius id constat ex Liuio, Probo, Pomponio Læto, Lactantio, Natali Mythologo, Gyraldo, ceterisque Classicis; etenim apud Gyraldum in historia Deorum Gentilium legimus: De Fauno vero Lactantius ita scribit in primo: [l] *Sic inquit, ante Pompilium Faunus in Latio, qui & Saturno auo nefaria sacra constituit, & Picum patrem inter Deos honorauit, & sororem suam Faunam, eandemque coniugem sacrauit. Eandem Varro putauit Bonam Deam.* (Sed his addit ibidem Lactan-

[f] l. 19. c. 25.

[g] in conf. ad Auell.

[h] serm. 30.

[i] Gen. 8.

[k] Myth. l. 5. c. 9.

[l] synt. 15.

[m]l.1.c.22. Bona Dea cur fatua dicta.

ctantius[m] agens de Falsa religione) *Quam C. Bassus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus Fata canere consueuisset, vt Faunus viris. Eandem Varro scribit tantæ pudicitiæ fuisse, vt nemo, quoad vixerit, præter virum suum, mas viderit, nec nomen eius audierit. Iccirco illi mulieres in aperto sacrificant, & Bonam deam nominant. Et Sex. Clodius in eo libro, quem Græce scripsit, refert, Fauni hanc vxorem fuisse; quæ quia contra morem decusque regium, clam vini ollam ebiberat, & ebria facta erat, virgis myrteis a viro vsque ad mortem cæsa: Postea vero quum eum facti sui pœniteret, & desiderium eius ferre non posset, diuinum illi honorem detuliſſe. Iccirco in sacris eius obuolutam vini amphoram poni. Reliquit ergo posteris Faunus quoque non parum erroris.* Adijcit autem mox ibi Gyraldus: „ Libet his nostris addere, quæ Pomponius Lætus scribit: *Faunus*, inquit, *antiquissimus omnium regum in Latio fuit, qui Aboriginibus imperauit, homines more ferarum viuentes in mitiorem vitam redegit, lucos sacrauit, locis & vrbibus nomina dedit, ædificia erexit, templa ædificauit: quæ ideo a Fauno Fana dicuntur, quod Pontifices sacrificando illic fantur. Faunus in Latio cultus Deorum instituisse fertur.* His consimilia scribit [n]Natalis Mythologus. Hi omnes non natura semicapri fuere, sed habitu vestituque tantum biformes illos homines monstrosos referebant; & promiscue Satyri, Fauni, Tityri, Silenique dicebantur; hi fuere militia clari Bacchi comites; hi dudum a Fauno exorti sacrificiorum cæremonias ethnicos edocuerunt; hi propterea congrue ponuntur in candelabro Lucernæ Palladi consecratæ, sacrificium facere Deæ Bellatrici, sub cuius auspicijs cum Baccho diu militiam exercuere; Quos ita descriptos ab Aeliano repetere non pigeat ex illius Varia historia; nam istos existimo fuisse, qui representãtur in Lucerna: [o]*De Satyris*, inquit, *Tityris, & Silenis, Comites Bacchi fuerunt Satyri, quos nonnulli Tityros appellant. Hoc nomen habuerunt a teretismatis, idest lasciuis & procacibus saltationibus, quibus gaudent Satyri. Satyri vero dicti sunt ab oris rictu: Sileni vero* ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν, *quod est conuiciatoria scommata iacere, cum molesto quodam lu-*

[n]l.5.c.9.

[o]l.3.c.40.

su. Vestitus autem erat Silenis, tunicæ vtrimque villosæ: Refert is vestitus vitium a Baccho plantationem, & vinearum palmitumque hirsutam densitatem. Quæ plurimum militibus conueniunt; qui enim castra sequuntur milites in primis libidinosi sunt, quod & Aristoteles [p] in Politicis admonet aiens, de Lacedæmoniorum bellicosorum Republica: *Itaque necessarium in tali Republica diuitias haberi in pretio, præsertim quum viri sint mulieribus obnoxij; quod accidit ferme militaribus bellicosisque gentibus, præterquam Celtis, aut siqui alij coitum masculorum palam receperunt. Videtur autem qui primus fabulatus est, non irrationabiliter Venerem Marti coniunxisse: quoniam omnes huiuscemodi homines proni sunt ad Venerea, aut masculorum, aut mulierum, illisque obnoxij.* Hinc Satyri procaces, libidinosis gaudent saltationibus. Et Bacchi comites ideo ponuntur; quod vt calidiore temperamento salaces sunt milites, ita vini sunt appetentiores; vt innuit idem Aristoteles in Problematibus inquiens, [q] *Constat vinum eam habere vim* flatus mouendi, *e spuma, quam excitat; oleum enim, quamuis calidum, nihil spumat: vinum large, ampliusque nigrum, quam album; quia caliaius & corpulentus est. Vnde fit, vt cupiditatem Veneris accendere vinum possit. Quare non inepte Venerem iunctam Baccho autumant.* Ex hoc apparet ebrios fere Bacchi comites illos priscos milites, habitu Satyros, & salaces, & obscæna scommata cum lusu molesto iacere solitos. Ipsi pariter ijdem Satyri recte sacrificijs agendis prompti sunt; quod milites apud antiquos maxime religione niterentur; ita Iason militia præclarissimus Aras vbique locorum erigere consueuit; qua de re luculenter Aristoteles in Admirandis Auditionibus, *Amnem*, inquit, [r] *Istrum nomine, qui ex Hercynijs quercetis effluit, bifidum esse proditur; & partim quidem in Pontum, partim vero in Adriaticum mare diffundi; argumento, quod non solum hac tempestate, sed antiquorum seculo multo magis visum fuisse, eo quod loca innauigabilia ibi extant: etenim quum Iason ad Cyaneas nauigaret ex Ponto, nauigasse per Italiam fama est. At inter cetera signa, quæ nec pauca numero sunt, Altaria ab Iasone confecta ostendunt.*

[p]l.2.c.7.

Venerem cur Marti coniunxerint antiqui.

[q]sec.30. probl.1.

Vinum nigrũ albo calidius.

[r]cap.100. Milites religiosi antiquitas.

dunt. Inter insulas quoque Adriæ vna est, in qua Sacellum multo sumptu Midias Dianæ ædificauit. Amplius Iason freti planctas minime transnauigasset (vt dicunt) nisi illinc itinera tolerare cæpisset. Verum & Philostratus in Philoctete (tractans Heroica) scribit: Nauigantes ad Troiam Græci, ac transeuntes per insulas, quærebant Aram Chrysę, quam Iason olim erexit, quum in Colchos nauigaret. Quin & nos in explicatione Aræ Lemnię vidimus Iasonem in Lemno dudum Aram posuisse Tripatori. Sic ergo Satyri, qui militiam sub Imperatore Baccho diu coluerunt, Mineruæ bellorum Deæ, sacrificare congrue ponuntur, quum habitu, vestituque tantum æmularentur Satyros; quos habuit in Europa, & in Italia prisca gens Ethnicorum rituum sacerdotalium magistros & institutores: & huiusmodi sunt in Candelabro nostræ Lucernæ delineati; non autem illi feri semiferi, natura Satyri, qui coluntur priscorum Numina veteribus; non autem introducuntur ad alios Deos colẽdos vnquam vllo sacrificiorum cultu. Verum enimvero tertium genus his allatis adiungere possumus, his spectrorum Classe Dęmones, sub ea Satyrorum specie apparentes, hominibus illudentes, & sacra nefaria Idololatriæ facientes, ac hominibus persuadentes: Qui vere nihil habent humani præter effigiem. Quod si lubeat accipere vulgatam Satyrorum speciem pro vera, seu natura sua, seu vestitu Satyri sint, absque Dæmonum illusione, simul & absque Poetarum fictione, sensuve allegorico seniorum; habent & hi suam quoque propriam cum Ara sacrificioque Mineruæ tesseram & allusionem; qui Fauni dicuntur, & a Fauno prisco rege ducentes originem, de quo Natalis Mythologus ita:

[s] *Floruit autem Faunus Latinorum Rex, quo tempore Pandion regnauit Athenis. Hic religionem, & Deorum immortalium metum Italis gentibus introduxit, vt ait* [t] *Lactantius in libro De Falsa religione; quum ante illum parua omnino, aut nulla esset religionis in Italia cognitio. Fama est, hunc Faunum Satyrorum ac Faunorum patrem, sororem habuisse Faunam*, &c.

Quare Satyri positi videntur in hoc sacrificio tanquam primi sacrificiorum

Iason e Colcho per Italiã transuectus in Græciam.

Tertium Satyrorum genus.

Satyrorum cũ Minerua symbolum.

[s] l. 5. c. 9.

[t] l. 1. c. 22.

Satyri cur in candelabro Lucernæ.

A Gentilium institutores, magistrique rituum Idololatriæ; maximeque si dicamus, istos fuisse Dæmones, sub imagine Satyrorum, ad eum nefarium cultum humanam gentem primitus allicientes: quod ex Alense, nec non e sacra pagina Seldenus [u] hausisse videtur in suo de Dijs Syris opere: *Alterum*, inquit, *Deorum (quorum vetustissima mentio est) genus, Dæmonia sunt; Leuit. cap. 16. com. 7.* Nec amplius sacrificent sacrificia sua » *Dæmonibus* post quos fornicati sunt. *Et* » *canit Moses in Deuter. 32. com. 17.* Sacri- » ficauerunt *Dæmonijs*, non Deo, Dijs » quos non cognouerunt nouis, qui e vi- » cino venerunt (*seu* nuper exorti sunt) » quos non timuerunt patres vestri. *primus locus pro* Dæmonijs, Lathaghirim, *idest*, τοῖς τράγοις, seu hircis, *habet in Ebreo; & pilosos Dæmones inde intelligit D. Chimchi. vnde & Aquilæ* τριχεωντες *dicti, seu pilosi, velut Satyri. Secundus habet*, Scedim. *In primo Seniores LXX substituunt* τοῖς ματαίοις, *qui tamen idem vocabulum in Isaiæ, cap. 13. com. 21.* δαιμόνια *interpretantur. Quæ de Dæmonibus mediam quandam inter humanam & spirituum naturam sortientibus, perinde atque Nymphæ illæ, Fauni, Aegypanes, Satyrique, quos fide sua tradit Paracelsus, scribunt Ebræi, lubens omitto. Certe qui solemnia Sagarum conciliabula aperiunt, ij Dæmonem principem, qui præsidet, hirci figuram præseferre tradunt. Sed vero eo istis concepta fuisse sacra, quæ iam diximus, testimonia verbis vult Rabbinorum doctissimus Moses Ben-Maimon, quod in more erat Zabijs, seu Chaldæis, Dæmonibus sub Hirci formam se ostentantibus immolare: Ita enim scribit lib. 3. cap. 47.* Quidam de gente » Zabiorum seruiebant Dæmonibus, & » credebant quod apparebant hominibus in forma Hircorum. Et idcirco vocabant Dæmones Hædos. Et ista opinio fuit diffusa tempore Moysis, sicut » scriptura dixit: Non immolabunt de » cetero victimas suas Hædis, aut Hircis. » *Et popularis noster ille Alexander de Hales quum de Hirco agit* ἀποπουπάω *illo in Leuit. cap. 21. ab huiusmodi dæmonum frequentiori specie rationem ceremoniæ adfert: vt videre est in summæ eius part. 3. quæst. 55. Alij tantundem. Verum* ἐπέχω *heic, nec satis quid statuendum video. Hactenus de duplici deorum genere quod po-*

[u] synt. 2. c. 3.

tissi-

tissimum, & ante alios eiuscemodi errores priscorum animos occupauit. Quicquid postea id genus Theologiæ accesserit, id fere omne a sacris, quæ vel Rebus Corporeis, quæ primum genus constituunt; vel Incorporeis, quæ secundum, exhibebantur, emanauit. Sacra illa, quæ heic maxime spectari debent, Inuocationum & Hymnorum ritus sunt, Columnæ, Stelæ, Cippi, Symbola, & Simulachra. Primum de Simulachris, Cippis, Stelis, & Columnis; quod & inde etiam Dæmoniorum cultus origo, ni fallor, deducenda. Simulachrorum seu Idolorum mentio, ante Geneseos cap. 31. vbi de τοῖς Teraphim Labanis agitur, non reperitur. Ea quid fuerint, priori syntagmate videmus. Simulachra primo non in hos vsus posita, neque Columnæ, Stelæ, aut Cippi in Deorum honorem fixi sunt: sed ad memoriam, & gloriæ demortuorum cumulum statuebantur: eorum nempe, qui aut patres siue patriæ, siue illustrissimæ familiæ admodum insignes abierant, aut alio nomine Carissimi extiterant: quorum præmatura mors & acerba superstite aliquo monimento velut erat vindicanda. Anniuersaria his accesfere festa, nomina in sacros commentarios relata, flores circa tumulum sparsi, coronæ dicatæ, inferiæ, quicquid consuetæ denique celebrationi ornamento esse videretur eousque adiectum est, vt tantum non pro Dijs mortui, sub moris initium haberentur. Accumulatis demum, vt fit, sacrorum ritibus, a posteritate (quæ singulari huiusmodi honore & solenni memoria illos honorandos fuisse, ægre satis existimabat; nisi genere etiam humano maiores extitissent) vti Dæmonia, seu Heroes, id est, Dij tandem censebantur. Neque enim, quomodo sæculorum citeriorum Gentium Theologia, ita vetustissimo illo æuo Heroes, & Dæmonia, siue Dij inuisibiles ad inuicem distinguebantur: neque hos, aut illos aliter atque ab his sacris agnoscebant. Subdole enim ingerebant se Dæmonia (aut saltem adesse ea, populum, vt fieri solet, ludentes docebant hierophantæ) & præstigijs animos in superstitionem procliues, & solennia mortuorum festa celebrantes, ad diuinum etiam cultum sibi circa hæc monimenta exhibendum illiciebant: nec Mortalis, qui abierat, adsumere nomen dedignabantur, modo vt Deos mortales inde ipsi se haberi lucrifacerēt. Quum vero eiusmodi demortuorum pleroſque omnes, siue ob res inclyte in bello gestas, aut artes repertas, aut quod rerumpublicarum conditores floruerant, simileve quid eximium præstiterant, tanto primum honore posteri prosequerentur, atque ad eorum monimenta, crebra alius, & multo superioris, quam humanæ esse videbantur, naturæ insignia edita animaduerterent; ijs ipsis, quos demortuos primo credebant, & quorum velut vicem Dæmonia iam agebant, humanam naturam omnino imparem, sed & præcellentiorem esse adscribendam propenso animo facile æstimabant: Quod Homini autem præcellat, Heros, aut Dæmonium, aut Deus, id fuerit necessum est. Hæc ille recte. Sed præstat huc afferre, quæ de Dæmonibus in forma Satyrorum attulit Alexander[x] Alensis in sua Summa, citatus a Seldeno, sed non allatus; ait enim disertis verbis Theologus ille summus: Ad illud vero, quod quæritur, Quare emittebatur (Hircus nimirum) in desertum? Resp. Quia deserta omnia volebat Deus esse immunda, & abhominabilia reddere per hircum emissarium: tum quia malefici & Idololatræ deserta propter hoc maxime frequentabant, vt audirent ibi responsa Dæmonum, eisque ibidem immolarent; sicut adhuc multi faciunt (vnde quidam Magus in libro suo de Magia dicit, se transisse causa philosophandi ad loca destituta omni habitatore; habitasseq. ibi cum inhabitantibus lucem sex lustris annorum; & ab eisdem didicisse, quæ in eodem libro conscripsit) tum forsitan propter hoc, quia in specie hircorum seu caprarum in desertis Dæmones apparebant; sicut legitur in Vita B. Antonij Abbatis. Vnde propter Faunos, & Satyros, qui ibi in specie hircorum frequenter hominibus illudebant, & ad huc illudere non cessant, voluit ibi insinuare Deus in hirco emissario; vt quemadmodum hircus emissarius absque custode relinquitur in deserto expositus bestijs deserti ad deuorandum propter peccata, quæ in figura portabat; sic populus oneratus peccatis, a Deo custode ac defensore suo destitutus, bestijs malorum Regnorum, seu Principum inimicarum nationum, quasi quibusdam bestijs diripiendus, ac dilacerandus esset. Hæc ille D. Thomæ, Diuique Bonauenturæ Magister inclitus ad verbum de proposito. Quæ, ma-

Dæmones in forma Satyrorum.

[x] p. 3. q. 55. mem. 1. post m.

Deserta cura malefici frequentata.

Dæmonum antiqua præstigia.

xi-

ximeque Seldenia, etsi longiuscula, referenda fuerunt, vt pote causam aperientia cur in Lucernæ veteris huius primo sacrificio Satyri, pilosi, formam hædi, aut hirci, capræque referentes adhibiti fuerint (vt hanc etiam explicationem adducam) nimirum Dæmones in illa brutorum effigie vel apparentes, vel adesse dicti a Sacrificulis, dum sacra fierent, ac inferiæ Sphæro Heroi; ad quas idem Dæmon prius fefellerat Aethram sub specie Mineruæ; quæ Pallas Apaturia Virginem Trœzeniam ad stuprum Neptuno prostituerat; vt vidimus apud Pausaniam in Corinthiacis paulo antea. Verum enimvero magis arridet istos Lucernæ Satyros, Panisços, atque Faunos interpretari mortales, olim a Pane, Faunoque genus habentes, qui vestitu tantum semiferi forent, & apud veteres Mineruę sacrificijs ministrarent, vt pote bellatrici Deæ, militiam ipsi colentes. Pan enim Satyrorum princeps ac pater Athenienſibus in bello nauali opem tulit, ac Medos profligauit, vt cecidit Simonides, ita

Pan in bello tulit opem Athenienſibus.

„ Τὸν τραγόπων ἐμὲ Πάνα τὸν ἄρκαδα, τὸν κατὰ Μήδων,
„ Τὸν μετ' Αθηναίων στήσατο Μιλτιάδης.
hoc est,
„ Arcada, Capripedemque in Medos
Pana locauit
„ Me pro Cecropijs gloria Miltiadis.

Quin etiam in bellis omnibus, quorum Dea colitur Minerua, magni momenti fuere semper a Deo Pane terrores incussi non raro militibus hostium: de qua re late Pausanias in Phocicis, asserens Gallos, qui duce Brenno Delphos accesserant prædaturi, fugatos a Deo Pane terroribus immissis, confectosque vicissim mutuis ictibus. Nec non & Silius Italicus in Punicis ait, Hannibalem deterritum isto Panico terrore, quum ad Vrbis mœnia accessisset, eam expugnaturus. Præterea Rhodiginus[y] inquit, *Autore historia sexta Herodoto, Ab Athenienſibus coli Pana sacris, & lampade.* Vt iam apertissime pateat, non solum Pani, Satyrisq. cum Minerua magnam intercedere necessitudinem; sed etiam istam Lucernam, in qua Satyri nobile sacrificium peragunt, ac extra sacrificium tot alia Satyrorum Faunorumque capita spectantur expressa, dignissimam

Panicus terror in Gallos cur.

[y] l. 11. c. 27.

Faunorum capita in Lucerna quid.

esse, quæ censeatur arsisse pridem in honorem Mineruæ. Quoniam vero veteres vno hieroglyphico varia ratione multa mysteria cælabant; vt eædem Virgines incinctæ, zonaq. solutæ Trœzenias nupturas indicant, & vna simul Mineruæ Sacerdotes optime signant; ita Satyri sub Altare procumbentes, adorationeque Numini supplicantes, cultum sine oblatione victimæ demonstrant hominibus, in quorum eruditionem Faunus pater illos ritus a Satyris filijs exerceri voluit. Qui vero stans vrnam veluti gerit, oblatione gerit aut vini fortassis, aut lactis, aut mellis, aut olei; cuius partem, atque primitias absumpturus ceu victimam sit ignis, & residuum in vsus Sacerdotum, aut fomitem Lucernæ sit concessurum. Sacerdos autem stans a dextris aræ, virga Satyro præcipere videtur vt paulisper sistat, donec altera Sacerdos ignem Altaris enunciatis verbis arcanis de more consecrauerit. Istam vero Virginem a dextris Aræ stantem, officio fungi Sacerdotis, virga plane declarat, quam manu gerit; etenim ad Altare virgam tenere non licebat vlli, præterquam Sacerdoti; siquidem virga designat imperium, & est veluti sceptrum Sacerdotis; imperium autem ad Aram non habet nisi Sacerdos. Quin & per virgam florescentem Aaron [z] solus inter filios Israel a Deo constitutus est summus Sacerdos, dictante sacra pagina. Consimiliter altera Virgo, quæ stans a sinistris altaris, elata manu succensum ignem in Ara vel sanctificat, vel anathematizat, alia Sacerdos est; nam anathematizare, sanctificareque solius est Sacerdotis, eiusque proprium officium, atq; singulare munus. Quod si sub Satyrorum tegmine mystice designentur homines, infra Sacerdotum conditionem positi, nempe non purificati prorsus a brutalibus affectibus, proposita quoque ratio sacrificandi potest assignari. Ceterum quomodocumque Satyrorum hieroglyphicum accipiatur hoc in loco, verisimile satis est, isto vase Satyri manibus detento contineri aquam consuetam inseruire sacrificijs ad varios vsus; de qua quidem aqua, & vase Futili nuncupato, eam continente; figuramque obtinente, qua non poterat humi col-

Hieroglyphicum idem vt multa significet.

Virga Virginē ostendit esse Sacerdotem.

[z] Num. 17. 18.

Aaron vt virga Sacerdos constitutus.

Anathematizare, sanctificareque solius est Sacerdotis.

collocari, pulcherrime Gyraldus ex antiquis autoribus in historia sua Deorum Gentilium[a] affert ipsissima verba, non omittenda, Sed & aqua in sacris adhibebatur. Nam & expurgari adeuntes ad sacra solitos aquæ insperſionibus legimus: in qua torrem ex altari, vbi rem diuinam feciſſent, prius extinxiſſent, quæ Chernips diceretur. (Ac certe non ab re fuerit existimare, virgam ab altera virginum manu detentam, vasq. Satyri prope tangentem, esse torrem, titionemque nuper ex igne sacro Altaris desumptum, & in aquam vasis immersum; ex qua iam extinctum educeretur a Virgine Sacerdote. Prosequitur Gyraldus in proposito) Scribit Seruius in quarto Aeneid. quod qui Superis sacrificabant, abluebantur. Virgilius:

----------donec me flumine viuo
Abluero.----------

Qui vero deis inferis, aspergebantur; vt illud:

Spargens rore leui. &c.

Aquam autem Romani de fonte Iuturnæ, quæ circa Numicum labitur, in omnibus sacris adhibebant, vt in XII. Seruius scribit, inspergebantque. Eam vero aquam super terram posuisse, piaculum ac triste omen erat: Ideo vas lato ore, & fundo angusto, in quo hauriretur, ne stare posset, in sacris adhibebant. Quod vas Donatus & Seruius[b] Futile vocant: Et de eodem ita Lactantius libro Theb. Futile, inquit, vas est, quoddam, lato ore, fundo angusto, quo vtebantur in sacris Deæ Vestæ; quia aqua ad sacra in terra non ponebatur: quod si factum esset, piaculum erat. Vnde excogitatum est vas, quod stare non posset; sed si positum esset, statim funderetur. Vnde & homo commissa non retinens, Futilis dicitur: & contra, non futilis, bonus consilijs: Licet quidam Eruditi hoc vas Cadum etiam, & Scyphum dixerunt: Illudque manibus tenere oportebat; quod quidem Flaminicæ Virgines sacrorum ministræ, aut Vestalium famulæ, & nonnunquam pueri Flaminum ministri, quos Camillos appellabant, vt dictum est alibi, patrimi & matrimi omnes coronati tenebant manibus. (Nec enim decebat orbatos aliquo parente, rei sacræ ministrare; quod funesta procul abesse debeant a Diuinis. At nostræ Lucernæ conditor huic muneri Satyrum optimo consilio præposuit, vt indicaret Faunorum genus extitisse primos institutores rituum diuinorum apud Gentiles, primosque cæremoniarum sacrarum ministros: vt antea notauit etiam ex antiquioribus item Gyraldus, qui scribit immediate de sacris vsibus aquæ tali vase Futili contentæ rationem, ob quam sacra, diuinaque censeretur, ac digna quæ terram non tangeret.) Ex hac Iuturnæ aqua ægros curari, & bonæ valetudini restitui, ex Varrone alibi recitaui. Apud Athenienses vero aqua sumebatur ex Callirrhoe fonte, magnæ religionis in maximis sacris, & sponsalitijs cærimonijs: in quibus aliam adhibere, nefas habebatur. In Delij Apollinis templo præcipua aqua fuisse fertur, sacrificantium vsui accommoda; quam ad alios vsus hausisse, magni criminis instar erat. Græci in sacrificijs, & expiationibus, Eleutheri aquam frequentes adhibebant. Trœzenij, ex Hippocrene: Persici Reges, ex Choaspe; quam peregre profecturi secum etiam ferebant: Arabum Reges, ex Aulæo, qui ortus a Medis, præcipuo nitore fluit. Præceteris vero Aegyptij, tanti Nili aquam fecere, vt quum hydria ad templum humeris ferebatur, omnes procumberent: & sublatis manibus, Deis gratias agerent; nimirum quum & fluuium ipsum Deum existimarent, Iouem etiam ipsum appellantes, vt in Ioue traditum est. Ferunt & Babylonios Reges ex Nilo & Istro aquas inter gazas condere assueuisse, vt hoc argumentum suæ magnitudinis ostenderent, quum per tot spacia terrarum, totque inuias regiones adueherent. Hæc ille: Sed vndecunque sumeretur ad sacrificium peragendum aqua, semper in isto vase Futili, lati oris, & acuminati fundi, terra sedere cubareve nescij, at manibus tantummodo detineri sueti, continebatur, siue a Virginibus Flaminicis sacrorum Ministris, siue a Vestalium famulis, siue a Camillis patrimis, atque matrimis, siue vetustiori seculo a Faunis, vt in Lucerna nostra visitur.

[a] synt. 17.

Qui sacrificantes abluerẽtur.

Qui aspergerentur tantum.

Aqua in sacrificijs, quæ adhibita.

Vas futile Satyri vt esset.

[b] 11. Æn.

Orbatos aliquo parẽte nõ decebat rei sacrę ministrare.

De Iudicio probationis antiquorum vario per ignem. Cap. XVIII.

VErum enimvero quoniam hieroglyphicorum ea natura est, vt idem symbolum sit variarum diuersarumque rerum tessera, præsertim vbi locus deest pluribus imaginibus exprimendis; ideo præstat etiam his iconibus designari Iudicium per Ignis, ignitarumque rerum probationem antiquam, de qua Delrius in suis Disquisitionibus Magicis luculenter in hæc verba: [c] *De purgatione vulgari per ignem. Hæc triplex fuit, per rogum, per prunas, per ferrum, hoc est vomeres, seu lateres, seu chirothecas candentes, innocentia probabatur, si illæsus quis abiret: sin, nocens habebatur. Hanc inuenio aliquando sponte sumptam, aliquando iniunctam prouocato.* & paulo post adiungit: *Inuenio ferrum istud ignitum vocatum, IVDICIVM; quod nomen arbitror commune fuisse instrumentis omnibus harum vulgarium probationum. Petrus de Loyheyr formulam nobis proponit ex S. Mauritij* [d] *Andegauensis archiuis istam:* Nos tamen sufficienter muniti denarrationem & discutionē istius causæ nostræ sæpius in audientia omnium illic adstantium afferebamus, & paratos nos semper esse ad omnem iustitiam præferebamus: quum ecce quidem de hominibus, quos Berlaijus reclamabat, Tetbaldus Peletarius nomine, de parte sua surrexit, nobis nescientibus: & iustitia nullatenus dictante, & non per consilium nostrum, qui sponte sua se IVDICIVM portaturum manu sua obtulit. Quod Rainaldus Propardus auūculus suus dixerat sibi, & quæ vere partitio illa facta fuerat de Antecessoribus suis inter Canonicos S. Mauritij, & antecessores illius Berlaij, sicut in chartis nostris continebatur. Et sicut Tetbaldus obtulit, sic paratus fuit, & per manum suam in Ecclesia S. Dionysij apud Doadum videntibus multis, tam de parte nostra, quam de parte D. Berlaij (quorum nomina supter notata sunt) IVDICIVM portauit. Post IVDICIVM portatum Tetbaldus ille, Deo propitiante, illæsus & sanus omnino apparuit. Viderunt autem vel IVDICIVM portari, vel manum tertia die de more regardari, fere vniuersi homines & mulieres de Doado, & plures de hominibus D. Berlaij, testes IVDICII portati, & hominis omnino, Deo miserante, saluati &c. Quem morem vetustissimum fuisse constat ex Antigone [e] Sophoclis, ita Latine versis carminibus:

Eamus autem parati ignitum ferrum
manu capere,
Et ire per ignem, & iurare
Quod non feciſſemus, nec sciremus
quenquam
Feciſſe noſtro conſilio.

Multasque producit huius IVDICII per ignem ex varijs auctoribus historias Delrius, quas non est vt afferamus: Id tamen obseruamus, inde colligi tale IVDICIVM multifariam fieri consueuisse, per candentis ferri gestationem innoxiam, per anuli candentis ex igne seu ex aqua feruente sine noxa sublationem, per prunarum in sinu gestationem impune, per ambulationem nudis pedibus super prunas, aut vomeres, laminasque candentes, per chirothecæ ferreæ ignitæ gestationem, per impositionem manus in pyram, per transitum & moram in ardente rogo, per impositionem detentionemque manus in aqua feruente, ac id generis. Quum autem in hac prima Candelabri nostræ Lucernæ parte spectetur ignis Arę succensus, nec adsit vspiam imago victimæ, sicut adest in tertia parte mox explicanda; par est in ista signari IVDICII probationem per ignem, vel impositione manuum in rogo, siue in aqua, liquoreve feruente intra Satyri vas contento, vel prunarum e pyra detractione, detractarumque coniectione in sinum, vel gestatione candentis ærei, ferreive seu vomeris, seu vasis, seu galeæ; nam quod stans ille Satyrus manibus habere videtur, indicare potest non solum vas Futile, sicuti diximus, & reuera præcipue censemus illo signari; sed etiam tum galeam, tum vomerem antiquum acumine longiore, quo terra profundius excauaretur. Aptissime vero Candelabro Lychnuchi Mineruæ tale IVDICIVM additur; nam obseruatione Gyraldi, tractātis alicubi Deorum gentilium Historiam, [f] *Fuit & Athenis locus quidam IVDICIORVM, Palladium nuncupatum; de quo Demosthenes*

[c] To. 2. l. 4. c. 4. q. 4. se. 3. Innocentiæ Antiqua purgatio per ignē triplex.

[d] 2. de spectr. c. 7.

[e] v. 269. & seqq.

[f] Synt. 11. Iudiciorum locus Athenis.



nes in Oratione sua κατ' Αριστοκράτες, *aduersus Aristocratem: Alter, inquit, Iudiciorum locus in Palladio erat, vbi de cæde præter voluntatem, vimque vi repellendo illata quærebatur, &c. Meminit, si satis recordor, Pausanias in Atticis.* Scribit autem ibi Pausanias ita: Sunt etiam apud Athenienses alia IVDICIA, sed minus illustria; eorum vnum Parabystum, alterum Trigonum nominant: Illud ab obscuro Vrbis loco, in quo leuissimæ prorsus causæ cognoscuntur; hoc a loci forma nomen assumpsit. Batrachij vero, & Punicei a coloribus in hunc vsque diem nomina permansere. Maximum vero omnium, & quo frequentissimi conueniunt, Heliæam vocant. In eo Foro, quod Palladium appellant, cædis causæ agitantur; atque in eo quidem primum Demophontem causam dixisse nemo ambigit: Cuius vero criminis reus erat, non satis inter omnes conuenit. Quare iam in isto primi Triãguli quadrato spectatur Iudicium antiquæ probationis, per ignem fieri suetum; vel etiam, si placet, per aquam calidam, liquoremve quemuis alium feruentem; etenim habetur hic tum ignis ardens, per quem quis transeat, aut manum brachiumve ducat; tum prunarum copia, quas in sinum suum quis imponat: tum in Satyri manibus aut vomer igniendus, quem quis accensum calcet nudis pedibus, gestetve nudis manibus: tum galea penitus inflammanda, quam quis capite, manuve gerat: tum acuminatum in fundo vas Futile, feruente plenum aqua, liquoreve quouis alio frigido, in quo manus, & brachium absque tegmine detineri diutule necesse sit ad probationem occultæ veritatis. Qua de re latius infra suo loco. Quæ sufficiant de primi Trianguli quadrato, Candelabri nostri basim adornante.

De Iudicio probationis antiquæ per aquam.
Cap. XIX.

IN altero vero Candelabri quadrato, Triangulum secundum constituente, conspicitur euidentius IVDICIVM aquæ frigidæ, sacro de puteo haustæ, ac in pateram ad potandum coniectæ; de qua re Delrius ita suis in Magicis Disquisitionibus: [g] *De Purgatione vulgari per aquam. Fiebat adhibita vel calida, vel frigida. De calida, seu feruente, constat receptam legibus* [h] *Longobardorum,* [i] *Saxonum, Rhenariorum, &* [k] *Frisiorum; & irrepsisse per malam imitationem poculi Zelotypiæ, quod* [l] *Moses introduxerat apud Iudæos. Sed hæc feruens suasu Diaboli introducta.* (Quod quidem nescio qua ratione diabolicum dicatur a Delrio, qui mox dicturus est, plerasque probationes per aquam calidam a Viris Sanctis, & in confirmationem Fidei Catholicæ, veritatisque confirmationem vsurpatas fuisse cum felici mirabilique successu; quum nefas omnino sit Orthodoxis vti diabolicis inuentis, & introductis) *Illud vero poculum herbarum amaricantium a Deo fuit institutum; qui solus occulta cordis nouit, & iudicat; & nequit, quum iudicat, ea mentiri: & veritatem sic se indicaturum promisit Moysi.* (Nec amaricantium herbarum in poculo Zelotypię fit vlla mentio prorsus a Mose, Philone, Iosepho; sed aqua dicta fuit amarissima, non formaliter ab herbis; at efficienter, ab effectu; sicuti mox apparebit) *Qualis sponsio quum in aquæ Iudicio nulla habeatur; prauo more, & præpostera limitatione, per abusum fuit introducta.* (Num omnia prauo more per abusum, & præpostere dicenda sunt introducta, quorum sponsio Mosi facta non sit a summo Deo? absit.) *Quare iure optimo Canones eam sustulere nominatim.* Non quia fuerit a Diabolo introducta, sed ob eius abusum, quia scilicet nimis audacter, non pręmissis alijs ordinarijs inquisitionibus, at illico temere deueniebant homines ad eam in omni litigio, quasi tentantes Deum, contra præceptum Domini, sicut apparet ex Philone, posterius afferendo. Quare non permittunt [m] Canones amplius poculum illud Zelotypiæ, nec alias probationes per aquam aut calidam, aut frigidam, aut per ferrum candens, extorqueri confessionem a reis, ob illius probationis abusum, sine præuia veritatis inquisitione per alias vias ordinarias. Quin & Moses [n] permisit libellum repudij propter alias causas, quam ob adulterium; quum tamen ob eas causas libelli repudij nulla sibi sponsio facta fuerit a Deo; quam permissionem Mosaicam Dominus aperte re-

[b] Lomb. l.1 t.10.
[i] Sp. Sax. l.1. ar.39.
[k] li. Fris.t.3. 14.c. Nobilis.
[l] Num.5.

Nefas orthodoxis vti diabolico inuento.

In poculo Zelotypiæ amaritudo non ex herbis.

[m] Decret. c. Mennam. f. Decret. c. consuluisti.

[n] Deuter.24.

Matth.5. & 19. Marc.10. Luc.16.

Iudiciũ aquæ frigidæ apud Antiquos.

[g] t.2.l.4.c.4. q.4.sect.4.

refellit vt pote factam ob duritiam cordis Hebræorum, & Diuinæ iussioni repugnantem. Vere quidem legitur in sacra pagina, vnde potuerunt Ethnici IVDICIVM suum aquæ tam frigidæ, quam calidæ quoquopacto mutuari, qui pleraque sua detorserunt, ac extorserunt e sacris literis perperam intellectis, atque distortis; etenim luculenter in

Cap. 5. Poculum Zelotypię.

„ Numeris: Locutus est Dominus ad „ Moysen dicens: Loquere ad filios „ Israel, & dices ad eos: Vir, cuius vxor „ errauerit, maritumque contemnens „ dormierit cum altero viro; & hoc ma- „ ritus deprehendere non quiuerit, sed „ latet adulterium, & testibus argui non „ potest, quia non est inuenta in stupro: „ si spiritus Zelotypiæ concitauerit virum „ contra vxorem suam, quæ vel polluta „ est, vel falsa suspicione appetitur: ad- „ ducet eam ad sacerdotem, & offeret „ oblationem pro illa, decimam partem „ sati farinæ hordeaceæ: Non fundet su- „ per eam oleum, nec imponet thus, quia „ sacrificium Zelotypi est, & oblatio inue- „ stigans adulterium. Offeret igitur eam „ sacerdos, & statuet coram Domino, „ assumetque aquam sanctam in vase fi- „ ctili, & pauxillum terræ de pauimento „ tabernaculi mittet in eam. Quumque „ steterit mulier in conspectu Domini, „ discooperiet caput eius, & ponet super „ manus sacrificium recordationis, & ob- „ lationem Zelotypiæ. Ipse autem te- „ nebit aquas amarissimas, in quibus cum „ execratione maledicta congessit, adiu- „ rabitque eam, & dicet: Si non dormie- „ rit vir alienus tecum, & non polluta es „ deserto mariti thoro, non te nocebunt „ aquæ istæ amarissimæ, in quas maledi- „ cta congessi. Sin autem declinasti a vi- „ ro tuo, atque polluta es, & concubuisti „ cum altero viro, his maledictionibus „ subiacebis: Det te Dominus in male- „ dictiones, exemplumque cunctorum in „ populo tuo: Putrescere faciat femur „ tuum, & tumens vterus tuus disrumpa- „ tur. Ingrediantur aquæ maledictæ in „ ventrem tuum, & vtero tumescente pu- „ trescat femur: & respondebit mulier: „ Amen, amen. Scribetque sacerdos in „ libello ista maledicta, & delebit ea aquis „ amarissimis, in quas maledicta congessit, & dabit ei bibere. Quas quum ex- „ hauserit, tollet sacerdos de manu eius „ sacrificium Zelotypiæ, & eleuabit illud „ coram Domino, imponetque super al- „ tare, ita duntaxat, vt prius pugillum sa- „ crificij tollat de eo, quod offertur, & „ incendat super altare: & sic potum det „ mulieri aquas amarissimas. Quas quum „ biberit, si polluta est, & contempto vi- „ ro adulterij rea, pertransibunt eam „ aquę maledictionis, & inflato ventre „ computrescet femur: eritque mulier in „ maledictionem, & in exemplum omni „ populo. Quod si polluta non fuerit, „ erit innoxia, & faciet liberos. Ista est „ lex Zelotypiæ: Si declinauerit mulier „ a viro suo, & si polluta fuerit, maritusq. „ Zelotypiæ spiritu concitatus adduxerit „ eam in conspectu Domini, & fecerit ei „ sacerdos iuxta omnia, quæ scripta sunt, „ maritus absque culpa erit, & illa recipiet „ iniquitatem suam. Hæc ibi leguntur: vbi nulla mentio fit herbarum amaricantium: sed adnotat optime Lyranus, atque Tostatus aquam illam amarissimam appellari, non quia talis esset formaliter, sed effectiue, quia effectum amaritudinis efficiebat in muliere, quãdo culpabilis erat, vel indicatiue, vt ita dicam, quia maledictionibus, execrationibusque fuerat a Sacerdote anathematizata. Ex hoc loco, vbi dicitur a marito suspicionem habente de pudicitia vxoris, coniugem adduci ad Sacerdotem, mulieri porrecturum aquam amaritudinis, explicatur nodosus Euãgelij locus, quo dicitur: [p] *Quum esset desponsata Mater IESV Maria Ioseph, antequam conuenirent inuenta est in vtero habens de Spiritu Sancto. Ioseph autem vir eius quum esset iustus, & nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam.* nempe noluit eam ad sacerdotem adducere, traducereque publice potaturam poculum Zelotypiæ; quo cognosceret an ex adulterio grauida foret, atque palam dimittenda cum opprobrio de domo sua; an virtute Dei supernaturali. Quod illico noscit ex Angelo; nam, *Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est: Pariet autem filium: & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.* Quasi diceret, nec eam occul-

[p] Matth. 1. Difficilis Euãgelij locus explicatus.

occulte dimittere, vt cogitas; at eius curam, & custodiam habeas, simul ac pueri, quem pariet; nec eam publice dimittas cum eius opprobrio, traducens ipsam palam sacerdoti, ducensque coram populo ad potionem aquæ Zelotypiæ, sicuti tua iustitia tibi persuadet, vel accusans eam iudicibus velut adulteram: de qua labe Iosephum suspicatum fuisse dicunt D. Chrysostomus, Augustinus, Eutymius, Maldonatus, & alij. Ceterum quæ propinabatur ob Zelotypiam vxoribus de adulterio suspectis ebibenda, aquam Iosephus inquit appellari *sanctam*, eo quod ipsa diluebatur nomen Domini tetragammaton inscriptum in schedula: verba Iosephi sunt, quæ maxime faciunt ad explicationem candelabri nostræ Lucernæ:

Homil. huius loci.
Homil. de S. Suso.
Ep. 54. & ser. 6 de verb. Dom.
In comment. in Matt. 1. n. 19
3. ant. Iud. c. 10

„ Quod si quis adulterij suspicionem de
„ vxore habuerit, offeret hordeaceæ fa-
„ rinæ assationem, & immisso ex ea pu-
„ gillo super altare, quod reliquum est,
„ sacerdotibus vescendum datur. Dein-
„ de aliquis sacerdotum statuit mulierem
„ ad portam, quæ est obuersa ad fanum:
„ & inscripto primum Dei nomine in
„ membrana, defert ei iusiurandum cum
„ imprecatione, vt si pudicitiam læsisset,
„ luxato crure dextro, & ventre disrupto
„ misere moriatur: Sin autem præ amo-
„ re nimio, & præ Zelotypia maritus ad
„ iniquam suspicionem sit commotus, de-
„ cimo mense infantem masculum pariat.
„ Peracto iuramento, deletum nomen
„ in phialam exprimit, & sumpto e fano
„ puluere humi collecto; atque in pocu-
„ lum aspersum ebibendum porrigit. Mu-
„ lier vero si iniuste est delata, prægnans
„ facta mature & feliciter enititur: Quod
„ si & coniugalem fidem & Deum iure-
„ iurandi testem fefellit, turpiter moritur,
„ crure luxato, & ventrem aqua inter-
„ cute inuadente. Vbi pariter nec eum
locum Mosis explicans Iosephus her-
barum amaricantium meminit, vt Del-
rius. De proposito quoque Philo scri-
bit adhuc luculentius, nulla tamen facta
mentione stirpium amaricantium; ait
„ enim: Adulteris deprehensis, conuictis-
„ que lex præsentem pœnam infligit: su-
„ spectas autem committit Naturæ IV-
„ DICIO non hominum (*Naturam enim*
„ *Deum appellat, qui Natura Naturans a*
„ *barbaris appellatur*) quandoquidem ma-

1. de special. legib.

A nifesta cognoscunt homines, Deus oc- „
culta etiam, qui solus animos introspi- „
cit. Sic igitur Zelotypo viro præcipit: „
Die dicta vxori, sanctam ciuitatem pe- „
te cum ea: & vbi coram Iudicibus com- „
parueritis, suspicionem tuam detege, „
non vt calumniator aut insidiator, ca- „
ptans modis omnibus victoriam, sed vt „
incorruptus inquisitor veritatis. At „
mulier in gemino constituta periculo, „
mortis, & morte grauioris ignominiæ, „
B rem ipsa secum expendat: &, si est in- „
nocens, purget se cum fiducia; quod si „
arguatur suapte conscientia, satius fue- „
rit se abdere, & peccatum pudore te- „
gere, quam peruicaciter ambire victo- „
riam. Quod si his nequeat dirimi, neu- „
trius coniugum argumentis præualen- „
tibus, ambo in templum eant: tum ma- „
ritus ante altare stans coram sacerdote „
illius temporis, suspicionem suam pro- „
dat, offeratque pro vxore pultem hor- „
deaceam, vt appareat eum non malo, „
C sed sano animo certis de causis pudici- „
tiam eius reuocare in dubium. Sacer- „
dos vero protensa manu mulieri teg- „
men capitis detrahat, vt iudicetur aper- „
to capite sine pudoris insignijs, sicut „
mos est in omnibus controuersijs capi- „
talibus. Sed neque oleum, neque thus, „
vt in alijs sacrificijs aspergitur, quia tri- „
stes, non læti rem diuinam faciunt: puls „
autem adhibetur hordeacea, fortassis „
ideo, quia hoc genus frugum vsus est „
D duplex, & promiscue præbetur brutis „
animalibus, & pauperibus hominibus: „
quo signo subinnuitur, adulteram nihil „
differre a bestijs, quæ sine discrimine, & „
sine disciplina ruunt in venerem: pudi- „
cam vero, & puram a crimine, imitari vi- „
tam propriam hominibus. Pergit lex, „
iubens, vt sacerdos vrnam fictilem aqua „
e viuo fonte hausta impleat, & terræ „
puluerem e templi solo collectum in- „
dat in eam: quod ipsum eo spectare „
E opinor, vt figurate significetur veritatis „
inquisitio; nam Vrna fictilis adulteræ „
conuenit, cui mors optanda est, solen- „
nis pœna violatæ coniugalis fidei: „
terra autem, & aqua sic assumuntur, ve- „
lut testes periclitantis innocentiæ, vide- „
licet quod ambæ sint causa generatio- „
nis, incrementi, perfectionisque rerum „
omnium: nec temere vtraque ornatur „
suis epithetis, dum aqua pura viuaque „

„ dicitur, quia mulier insons pura est, me-
„ returque viuere: terra vero sacra, vt ex
„ templi pauimento desumpta, quod sua
„ sanctitate placet, sicut & mulier casti-
„ monia sua. His ita paratis, illa capite
„ aperto accedat, vt dixi, pultem offe-
„ rens: Sacerdos ex aduerso stans cum fi-
„ ctili aquam terramque continente, hæc
„ verba pronunciet: Ni violasti iura con-
„ iugalia, nive cum alio viro congressa es
„ proculcatis legibus, insons esto & a cri-
„ mine libera: Quod si cum iniuria mari-
„ ti te implicasti nouis amoribus, scito te
„ deuotam diris omnibus, quibus manife-
„ ste pœnam lues corpore: Bibe iam re-
„ dargutionis poculum, quod incerta oc-
„ cultaque nudabit ac reteget. Eadem
„ verba inscripta chartulæ deleat aqua in
„ fictili; moxque bibendam mulieri por-
„ rigat: Illa post potum abeat, expecta-
„ tura pudicitiæ præmium, aut extremam
„ pœnam intemperantiæ; nam si est pas-
„ sa calumniam, conceptum partumque
„ speret, nihil de sterilitate solicita: quod
„ si culpa non caret, non euadet ventris
„ inflationem tumoremque, & cruciabi-
„ le vuluæ vitium, quam puram seruare
„ marito noluit, cum quo in matrimo-
„ nium rite conuenerat. In tantum au-
„ tem prospicit lex puritati coniugij, vt
„ etiam post legitimos complexus coniu-
„ gum nihil sinat eos attingere, prius
„ quam abluantur purificenturque, quo
„ magis absint ab adulterij criminibus.
Hæc ipse Philo: quibus non solum ni-
hil agit de sturpibus amaricantibus aquæ
commistis; at etiam mirifice collustra-
tur nostræ Lucernæ secunda tabula,
candelabrum constituens, in qua pri-
mum in medio spectatur Puteus, siue
Fons aquæ viuæ, quod idem est, tum ex
rei natura; nam aqua putei scaturit ex
terra immediate, quæ scaturigo nihil
aliud est, quam fons aquæ viuæ, licet
non apertus; tum ex ipsa pagina sacra,
quæ ponit Dominum sedisse supra Fon-
tem, quem Samaritana mulier appellat
[r] Ioan. 4. Puteum; verba sunt: [r] *Erat autem ibi fons aquæ Iacob: IESVS autem fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Venit autem mulier de Samaria haurire aquam.* & mox. *Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam? numquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis Puteum: & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?* Astat supra puteum in Candelabro nostræ Lucernæ maior Sacerdos legens librum, quasi iusiurandum poscens; aut proferens potius verba maledictionis & anathematis in aquam, a rea mox ebibendam: quin & illi reæ pronuncians Iudicij futuri sententiam, tam absolutionis, & prolis, vbi fuerit insons; quam condemnationis & mortis vbi marito fida non extiterit; vt nuperrime vidimus apud Philonem. Astat & alter Phialam manu tenens, aqua de puteo sumpta plenam: Astat item tertius pateram supponens inclinatæ phialæ ad aquæ receptionem: Qui duo sunt ministri maioris Sacerdotis, & ipsi Sacerdotes, at inferioris dignitatis. Astat a dextris homo, nempe vir ille, Zelotypiæ spiritu concitatus, qui Coniugis accusator, eam adduxit ad Sacerdotem; traduxitque palam ad templum, eam publice cum opprobrio dimissurus ad lapidationem, si fuisset adulterij labe polluta. Demum autem a sinistris astat mulier cum puerulo, manu proferens, & ostentans coronam: censenda mulier insons, quæ post iniustam accusationem, aqua Sacerdotis hausta puerum enixa, coronam gestat fuę pudicitię de calumnia triumphantis. Neque mirum est, hanc historiam Hebraicam in Lucerna Mineruæ formatam fuisse; quia sicuti Iudæi pridem ex consuetudine cum Ethnicis multos Gentilium ritus induisse comperti sunt: etenim sæpius Idola coluerunt, curuantes genua ante Baal; cuius & Maacha, mater Asæ Regis Israel, initiata fuerat primaria Sacerdos, a pio filio deposita; quod apertissime constat e sacra [s] pagina: sic etiam Ethnici viciſſim ab Hebręis multas rituum diuinorum cæremonias acceperunt: inter quas non est improbabile fuisse modum istum probandi pudicitiam mulierum per hausturn aquæ frigidæ consecratæ, seu potius execratæ, quemadmodum superius visum est, a Sacerdote. Quam quidem Lucernam inter sua cimelia diu conseruauere Iudæi Granatenses antiquiores ad seros posteros vsque transmissam, licet ab Ethnicis habitam, quia cum Ethnicorum ritibus haberet etiam insculptas

A
B
C
D
E

Legens librum supra Puteum quid?

Explicantur figuræ secundi quadrati circa Puteum.

Iudæis cum Ethnicis multa communia.

[s] 3. Reg. 15.

Lucerna vt ad Hebræos peruenerit a Gentilibus.

He-

Hebræorum ſacras cæremonias de ſacrificio, ſiue iuramento Zelotypiæ. Quin etiam vt olim Iudæorum multi ſimul cum vero Numine colebant quoque Gentilium [t] Idola, Vitulum, Baal, Belphegor, Lunam, & alia; Mineruam itidem plerique coluiſſe potuerunt; adeo proni fuerunt ad Idololatriam, & in eius cultum Lucernam aut conſtruxiſſe, quam figuris Ethnicorum adornauerint: aut a Gentilibus conſtructam habuiſſe: Siquidem in propoſitorum confirmationẽ tum ſacra pagina monet [u] Hebræos vna ſacrificare conſueuiſſe Dijs Ethnicorum, & aſcendere templum Domini ad ſacrificandum vero Numini; ad quos Dominus ita per Ieremiam: *Ecce vos confiditis vobis in ſermonibus mendacij, qui non proderunt vobis, furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire poſt Deos alienos, quos ignoratis. Et veniſtis, & ſtetiſtis coram me in domo hac, in qua inuocatum eſt nomen meum, & dixiſtis: Liberati ſumus eo quod fecerimus omnes abominationes iſtas. Num quid ergo ſpelunca latronum facta eſt domus iſta, in qua inuocatum eſt nomen meum in oculis veſtris?* &c. Sed & Ethnicos Hebraica multa ſuis fabulis immiſcuiſſe, ac obtexiſſe, cuique notum eſt; enimvero Iuſtinus in Apologia pro Chriſtianis ad Antoninum Pium, obſeruatu quoque [x] Seldeni, Bacchi fabulas, Bellerophontis item, Herculis, Aeſculapij, Perſei, totius ferme Gentium Theologiæ cæremonias, ex deprauato ſacrarum literarum ſenſu elicitas, & vulgo obtruſas eſſe, docere conatur, vt & alij Patrum ſæpe. Plutarchus etiam in [y] Sympoſiacis oſtendere nititur, antiquos Iudæorum ritus eoſdem eſſe plane cum cæremonijs, quibus Ethnici Bacchum colebant: confirmatque Iudæos ex Aegyptiorum religione multa ſuis ritibus permiſcuiſſe. Sed & Autor libri Haſmonæorum, agens de Iudæis, qui cum Iuda Machabæo, poſt nephandam Antiochi Epiphanis in ſacra Hieroſolymitana rabiem, ad cultum veri Dei inſtaurandum in Miſphat conuenerant, [z] aſſeruit: *Gentes de Libro Legis ſcrutebantur effigies Idolorum ſuorum*. Quamobrem Lucernam iſtam in honorem Mineruæ conſtituiſſe potuit vel Ethnicus quiſpiam abutens ritibus in Lege Moſaica deſcriptis, Idololatriæ rituum permiſtione: vel etiam Hebræus nequam, Idololatria ad quam ea gens olim ſemper propenſiſſima fuit, Moſaicas cæremonias inquinare minime veritus: potiſſimum ſi Mineruam in Aegypto natam, patre Nilo, & diuinis honoribus cultam a Saitis Aegypti populis, (vt ait etiam [a] Cicero tractans de natura Deorum) aſſeramus ab aliquo malo Iudæo venerationi habitam, & honoratam adeo nobili Lucerna; quam eius poſteritas inter cimelia conſeruauerit ad longiſſimum temporis æuum: Quum apertiſſimum ſit, Hebræos antiquiſſimos ab Aegyptijs Idololatria contaminatos fuiſſe; quum etenim, Herodoti [b] relatu, colerent Aegyptij vitulum, quem Apim appellabant, magna ſolemnitate, non ab re dixeris, Aegyptiaca ſuperſtitione coinquinatos Iſraelitas, vt olim vitulum aureum viuente Moſe coluerunt; ita poſt Moſis obitum, aliquos eorum adoraſſe Mineruam Aegyptiam Saitarum; cui Lucernam iſtam dicauerint; in qua ritus Hebaicos pariter atq; Gentiles permiſtos inſculpi curauerint. Potuit autem facile Lucerna Aegyptiæ Mineruæ peruenire ad manus Africani Iudæi priſci, quod Aegyptus in Africa locetur a Ptolemæo, & ab alijs, qui plures terminum dirimentem Africam ab Aſia poſuerunt eſſe mare rubrum. Licet alij, qui Nilum amnem pro idoneo termino vtriuſque partis (Africæ nimirum, & Aſiæ) ſumunt, Aegyptum ipſam vtriuſque partis participem volunt; ex quo vnam Aegypti partem in Aſia, reliquam in Africa reponunt: Quum aliqui potius Aegyptum conterminam Aſiæ ſimul & Africæ faciant ab vtraque regionem quandam diuerſam, inter quas ambas eam claudunt, vt obſeruat apud Ptolemæum in Aegypti deſcriptione Cl. Maginus Præceptor. Ceterum vtrumque prædictum aperte comprobat in ſuo libro de ſacrificijs inſcripto Theodoritus; primum quidem de Hebræis hæc afferens: Ac ne nos quidem ſi pauxillum modo temporis in altarium foculos incidamus, inique ferentes, nares obſtruimus, tetrumque odorem penitus auerſamur. Qui autem nectare & ambroſia frui dicuntur, a pu-

[t] Ierem. 7.

[u] Iere. 7.

Hebræi ſimul Idola colebãt, & verũ Deum.

[x] Synt. 2. c. 3.

[y] l. 4. qu. 5.

[z] cap. 7.

Gentiles multa Hebraica ſuis fabulis obtexiſſe.

Lucernæ conditor inſinuatur.

[a] l. 3.

Minerua Aegyptia.

[b] l. 2. cap. 28. & ſeqq.

Aegyptus an in Africa.

» a putore peruſtorum offium pendere videntur. Hæc autem ipſi retorquere fortaſſe audebunt in verum ac ſempiternum Deum. Audiunt enim & in ſacris monumentis leges de ſacrificijs latas extare. Verum iſti conſilium mentemque latoris Dei prorſus ignorant. Iſraelem enim longinquum tempus in Aegypto verſatum, prauisque moribus illius regionis imbutum, ab Aegyptijsque perdoctum Idolis ac Dæmonibus hoſtias immolare; ludis præterea choreisque aſſuetum ac muſicis organis oblectari; iamque in harum rerum habitu conſtitutum, liberare Deus deſiderans, ſacrificia quidem permiſit, non tamen omnia, neque falſis Aegyptiorum dijs, ſed ſibi ſoli ac vero Deo Aegyptiorum deos ſacrificium victimamque offerre. Olim ſiquidem Aegyptij deos ſibi bouem, pecudem, capram, columbam, turturem faciebant; cumque his & alia quædam animalia, quæ eſculenta non ſunt, ſed vocantur impura. Ne itaque indignarentur, ſi viderent antiquo illo rei diuinæ ritu ſibi penitus interdictum, prohibuit eos rem diuinam illis facere, qui dij vere non eſſent. Contraque lata lege eis edixit, vt ſibi vero Deo in ſacrificium victimamque offerrent quæcumque prius impie venerati fuerant, e terreſtribus quidem capram, pecudem, bouem; e volatilibus autem turturem, & columbam. Sunt enim hæc animalia manſueti cicureſcentisque ingenij. Itaque ſapientiſſimus ille Medicus hoc remedij genus adhibuit Aegyptiæ ęgritudini, dum ſacrificare quidem Iudæis ad eorum imbecillitatem indulſit. Et tamen ea, quæ prius colebant, in ſacrificium iuſſit offerre, vt dum hoc facerent, ſcirent deos non eſſe, quos tanquam victimas ipſi mactarent. (& mox) Haud itaque victimarum indigens Deus, nidorisve appetentior, ſacrificia illa inſtituit; ſed vt imbecillitati eorum ſapienter hoc pacto leniterque conſuleret. Hæc ille de Iudæis; quos vt optime dicit, ab Aegyptiorum conſuetudine pridem imbutos fuiſſe ritibus Ethnicis, & pronos effectos, vacauiſſeque ſacrificijs Deorum Gentilium: ita non abſolute verum eſt, quod ait Theodoritus, Deum in priſca lege noluiſſe, ſed ægretuliſſe ſacrificia ſimpliciter; ſed ea tantum indulſiſſe Iudæis ad ea inclinatis ob Aegyptiorum conſuetudinem ab Hebræis ferme inerradicabilem; nam in ſacra pagina legimus, antequam Iſrael Aegyptum peteret, [c] *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum. Et reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* & adhuc infra: [d] *Aedificauit autem Noe altare Domino; & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. Odoratusque eſt Dominus odorem ſuauitatis.* Quare Deus grata ſacrificia dilectorum ſibi habuit, antequam illi contaminarentur Ægyptiorum ſuperſtitione: ſuauitatis autem odor ille fuit, non holocauſti nidor, ſed obſeruantiæ cultusque reuerentia, qua fideles Deum venerabantur: vt innuit cum ſenioribus Patribus Lyranus. De Gentilibus autem ſub Porphyrij perſona mox addit Theodoritus: Aliaque permulta hoc genus eſt inuenire, quæ manifeſte nobis oſtendant, Deum nec ſacrificijs eguiſſe, nec vapore carnis aut nidore, muſicisve inſtrumentis oblectatum ea fieri iuſſiſſe, ſed ſola prouidentia, qua illorum infirmitatibus conſulebat. Ne itaque exiſtimate hanc pro veſtris ſacrificijs, quæ ipſi damnamus, defenſione vos afferre poſſe, quod Hebræi quoque patres ſacrificia Deo obtulerint. Quæ quum diligenter Porphyrius pellegiſſet (plurimum namque temporis in eis contriuit, dum ſua in Chriſtianos volumina detornaret) aliena is quoque a vera pietate ſacrificia eſſe oſtendit. Qua in re iure id Porphyrio contigiſſe dixerim, quod contingere ſimijs ſolet: ſicut enim illi quoque quoſdam humanos geſtus imitantur, neque tamen continuo tranſeunt in humanam ſpeciem, ſed permanent in ſimiorum natura; ita & Porphyrius e ſacris literis quæ ſibi collibuit ſuffuratus, nonnullis inde ſententijs ſua monumenta interſitis, poſthabuit veritatem perdiſcere; ſimiusque duntaxat imitator permanſit, vel vt verius dicam, graculus quidam fuit alienis plumis excultus. Ex quibus plane conſtat, promiſcue tum Hebræos multa ſibi deſumpſiſſe pridem ex Ethnicorum ritibus, quibus iram vltoris Dei contra ſe frequenter concitauere: tum Gentiles e ſacra pagina multos ritus

[c] Gen 4.

[d] Gen. 8.

tus hauſiſſe, deformaſſe, ac ad ſua fabulamenta detorſiſſe, ſuisque fabulis nefarijsque ritibus ad cultum Dæmonum, deorumque ſuorum permiſcuiſſe. Quod ſi Delrius (vt aliquid etiam de arboribus vtrimque a latere quadrati ſecundi huius in Candelabro effigiati dicamus) apud aliquem autorem probatum viderit, quod nobis incompertum penitus eſt, in illam aquam ſacramenti Zelotypiæ coniectas fuiſſe plantas amariſſimas etiam guſtui; non deeſt etiam in iſta ſecunda Candelabri noſtri tabula ſtirps huic vſui non inepta; quandoquidem arbor illa gemina, quæ procera conſurgit poſt tergum tum Zelotypi mariti, tum etiam accuſatæ caſtæ coniugis in area, potuit ex amariſſimarum ſtirpium genere fuiſſe; ſiquidem extitiſſe poſſunt oleaſter, & olea; frondibus enim & baccis viridibus arbos hæc vtraque conſtat amariſſimis. Quin & vtraque congruum locum obtinet in huiuſmodi Candelabro Lucernæ dicatæ Palladi; quod eidem Mineruæ conſecratum eſt olearum genus, cuius ipſa perhibetur inuentrix. Verum enimvero quoniam in Hieroglyphicis, (vt apud Pierium Valerianum frequentiſſime licet obſeruare) ſæpius eadem figura multas hiſtorias, atque res myſtice deſignat, fieri poteſt vt præter allatam hiſtoriam ſacram de matrona pudica, Zelotypiæ potionem ſumere iam auſa cum felici ſucceſſu, mulier illa cum infante puero ad manum, ſymbolum ſit Elearum matrum ex voto fecunditatem adeptarum a Minerua; quemadmodum colligi poſſe videtur ex Pauſania in Eliacis hæc afferente: *Eo tempore Eleorum feminæ orbatam virili robore Patriam miſertæ, Palladi vota nuncuparunt, ſi grauidæ ad primos virorum congreſſus fierent. Eius voti damnatæ, Mineruæ cognomento Matri templum dicarunt. Et loco quidem, quo primus ille congreſſus marium & feminarum factus, Bady nomen eſt. Flumen etiam ipſum, quod agrum præterfluit, Bady patria voce appellant.* Hæc ille. Quæ quidem vt non inficior aptari quomocumque poſſe mulieri puerulam geſtanti, quæ formata fuerit in Candelabro Lucernæ Palladi conſecratæ; nihilominus, quia non habet vllam omnino cohærentiam congruitatemque cum ceteris figuris Putei, crateris, amphoræ, ſacerdotum, aliarumq. rerum, in hac eadem area Cãdelabri repreſentatarũ; exiſtimandum eſt, ſuperiorem explicationem de matre pudica, virum Zelotypum accuſatorem iniuſtum in Iudicio vincente, longe potiorem, ac propriam & genuinam eſſe in hoc noſtro Lucernæ argumento; quum vniuerſæ ſingulæ figuræ in eius Candelabro formatæ videantur ad amuſſim vnam in hanc actionem inſtitutæ, nimirum ad Iudicium accuſatæ mulieris inſontis de adulterij crimine. Quin immo maximam etiam cum duabus alijs Candelabri tabulis habere conſpicitur analogiam, & habitudinem ad eas eſſentialem; quod hæc accuſata mulier fuerit vna e duabus illis Træzenijs, quæ nupturientes in prima tabula zonam ſibi ſoluerant ad Altare Mineruæ cognomento Apaturiæ, nunc a marito calumniam accuſationis iniuſtæ perpeſſa, poſt potum execrabilis aquę, puerum partu iam editum ad Sacerdotes in Templum adduxerit incolumis de calumnioſa Zelotypia triumphans; & mox in tertia tabula cum marito, iam certiore facto de ſua innocentia, reconciliata gratias actura Deo de ſuperata calumnia, ſaluataque ſuæ pudicitiæ bona fama, deque prole conquiſita, cum oblatione victimæ, vt latius infra ſuo loco demonſtraturi ſumus apertiſſime. Ceterum aquæ IVDICIVM ſiue iuramentum non ſolum hoc modo fieri conſueuit apud poſteros, & ad adulterij cauſam agnoſcendam; ſed ad omnia quæque occulta detegenda, & per contactum aquæ ſiue calidæ, ſiue frigidæ ſine potu: nam [e] Aimonius, & [f] Sigonius atteſtantur; Ludouico Germaniæ rege Francofurti mortuo, Carolus Caluus Imperator, & Franciæ Rex, propere Aquas, „ Coloniamque contendit, vt Lotharin- „ giam, quæ fratris & filij eius Lotharij „ fuerat, occuparet. Ludouicus tres filios „ reliquerat, Carolomannum, Ludoui- „ cum, & Carolum cognomine Craſsum. „ Ex quibus Ludouicus, qui paterno fu- „ neri interfuerat, vbi patruum paterni „ regni fines ingreſsum caſtra ad Rhe- „ num poſuiſse audiuit, ira incenſus quod „ paternum regnum inuadere eſset au- „ ſus, Francofordia copias mouit, atque „

[e] 5 hiſt. Frãc. c. 34.
[f] 5. de Reg. Ital.

Arbores in lateribus Lucernæ quid.

Alia figurarum explicatio.

Elearum hiſtoria mulierum.

ad

» ad alteram Rheni ripam e regione con-
» sedit. Ibi iure primum, deinde gratia
» per legatos petita, quum neutrum im-
» petrasset; decem homines cum aqua
» calida, totidem cum frigida, decemque
» alios cum ferro candente misit, iussos
» experiri IVDICIO vtri regnum
» illud conueniret, quod cum ipso pater
» suus Ludouicus sacramento interposi-
» to diuisisset: Qui re tentata, quum de-
» trimentum nullum cepissent, nihil ta-
» men æqui obtinuerunt. Ob id Ludo-
B uicus, &c. Sed quomodo tentarunt? sane iniecta manu in feruentem, & non adusta: docet ritualis adhiberi solita oratio huiusmodi: *Deus iudex iustus, fortis, & patiens, qui es auctor & amator iustitiæ, qui iudicas æquitatem: iudica Domine quod iustum est: quia recta iudicia tua sunt, qui respicis super terram, & facis eam tremere. Tu Domine omnipotens, qui per aduentum filij tui Domini nostri IESV Christi mundum saluasti, & per eius passionem genus humanum redemisti: tu hanc* C *aquam per ignem feruentem sanctifica: qui tres pueros, idest Sidrach, Misach, & Abdenago iussione regis Babylonis missos in caminum ignis, seruasti: tu clementissime præsta, vt si quis innocens in hanc aquam feruentem manum mittat, sic vt tres pueros prædictos de camino ignis eripuisti, & Susannam de falso crimine liberasti: ita Domine manum illius salua, & illæsam perducat. At si quis culpabilis, vel incrassante Diabolo cor induratum, præsum-* D *pserit manum mittere: tua iustissima pietas hoc declarare dignetur, vt in eius corpore, tua virtute manifestetur, & anima illius per pœnitentiam saluetur.* Narrat aliam historiam Gregorius [*h*] Turonensis de Diacono Catholico cum Presbytero Ariano disputante, & ad Fidei veritatem comprobandum sic
» prouocante: Factis rei veritas appro-
» betur: succendatur igni æneus, & in fer-
» uenti aqua annulus alicuius proijciatur,
» qui vero eum sustulerit ex vnda fer-
» uenti, ille iustitiam consequi comprobe-
» tur. (& mox) His itaque litigantibus
» superuenit Diaconus alius ab vrbe Ra-
» uenna, Hyacinthus nomine, sciscitans-
» que quæ esset hæc altercatio: vt veri-
» tatem cognouit, nec moratus extracto
» e vestimentis brachio in æneum dexte-
» ram mergit: annulus autem qui eiectus

Annal. Boior. lib. 4.

Oratio ante iudicium per probationem ignis.

[h] l. 1. de glor. mart. c. 81.

Mira historia.

fuerat, erat valde leuis ac paruulus, nec
» minus ferebatur ab vnda, quam vento
» ferri posset vel palea: Quem diu mul-
» tumque quæsitum infra vnius horæ spa-
» tium reperit: accendebatur interea ve-
» hementer focus ille sub dolio, quo vali-
» dius feruens, non facile posset assequi
» annulus a manu quærentis, extractusq.
» tandem. Nihil Diaconus sensit in car-
» ne sua: sed potius protestatur in imo es-
» se frigidum æneum, in summitate vero
» calorem teporis modici continentem.
» Quod cernens hæreticus valde confu-
» sus injicit manum audax in æneo, di-
» cens: Præstabit mihi hæc fides mea.
» Iniecta manu protinus vsque ad ossium
» internodia omnis caro liquefacta deflu-
» xit, & sic altercatio finem accepit. Hæc
» ille. Verum enim vero Deus, vt in aqua
» feruente manum innocentis ab adustio-
» ne seruabat innoxiam, ignis actione
prohibita; sic in frigida nocentis ma-
num amburebat, contrariam aquæ actionem tribuens, frigiditate naturali in supernaturalem ardorem commutata. Quod indicat aperte Scriptor vitæ S. Gangulphi Martyris in hæc verba: *Interim ad quendam veniunt fontem* (Gangulphus videlicet vxorque) *vbi his vxorem vocibus compellat: Multa quidem de te coniux passim feruntur fœda & indigna natalibus tuis, & adhuc mihi quidem certo non constat, verane an falsa illa dicantur. Tum illa, etiam intrepide iurando, falsos de se rumores sparsos, ait, nec se vnquam alieno concubitu pollutam. At Gangulphus, diuina, inquit, prouidentia, quam nihil fugit, vt se res habeat, iam certis declarabit indicijs: En fons his propositus est, nec frigidus valde, nec immodice calidus: In hunc igitur immitte manum, & e fundo lapillum extrahe; & si quidem a culpa es aliena, nihil mali patieris; sin autem polluta es, non sinet Deus latere scelus tuum. Illa beati viri, sicut alios omnes, ita hos quoque sermones væcordiæ ascribens, incunctanter manum iniecit in fontem. Ecce autem simul atque lapillum quum se retrahere conata est, membris fere omnibus obrigescit, & in digitis & brachio, quousque aqua pertigit, abstracta cute, nuda caro cernitur; nihilque aliud misera illa nisi repentinum interitum expectat.* Id etiam confirmat Sigebertus apud Surium. Ex his apparet aperte, Candelabri no-

Historia probationis per aquam frigidam.

stræ



Jo. Georg. sculps.



ſtræ Lucernæ Autorem, qui ſolum delineauit Iudicium aquæ potabilis a reo deſcriptum a Moſe, non item agnouit recentiorem formam probationis per immiſſionem manus in aquam ſeu calidam, ſeu frigidam, antiquiſſimam nobis reliquiſſe Lucernam; quæ propterea potuerit apte locari pridem in templo Mineruæ.

Explicatio tertiæ Areæ, continentis ſacrificium cum victima: vbi de varijs antiquorum ſacrificijs. Cap. XX.

IN hoc ſane Candelabri tertio quadrato peragitur ſacrificium Arietis, qui pro gratiarum actione offertur; de qua re Ioſephus [i] in Antiquitatibus Iudaicis ita: Duo ſunt ſacrificiorum genera, priuatum, & publicum: Horum vtrumque duobus fit modis; aut enim tota victima igni abſumitur, quod ideo vocatur holocautoma; aut pro gratiarum actione perſoluitur, & in epulum ſacrum facientium vertitur. De priore prius ſum [k] dicturus. Vir priuatus holocautoma facturus, mactat bouem, agnum, & hædum: & hos quidem anniculos; bouem vero licet mactare etiam grandiorem. Sed opus eſt vt ſint omnia maſcula, quæ ſolida concremantur. His iugulatis, ſacerdotes aram circumque ſanguine horum tingunt: deinde mundata membratim diſſecant, & ſale conſperſa in aram imponunt, ſtrue lignorum iam ardente: Deinde pedes & inteſtina omnia diligenter primum repurgata ad reliquum aceruum adijciunt: tergora vero ſacerdotibus cedunt. Et holocautomata quidem ad hunc modum fiunt. [l] Quum vero pro gratiarum actione ſacrificant, eorumdem generum animalia mactant, ſed quæ vitio careant, & anniculis ſint maiora, & maſcula feminis copulata: His iugulatis, primum ſanguine aram imbuunt; deinde renes & omentum & omnem pinguedinem cum fibra iecoris, & inſuper caudam agni aræ inferunt. Pectore vero ac dextro crure ſacerdotibus conceſſo, reliquis carnibus [m] per biduum epulum inſtruunt; & quæ ſuperfuerint, igni comburunt. Idem ritus ſeruatur & in ſacrificio pro peccatis. (& adhuc infra) Quin & in patria tandem conſtituti, accedere in eam Vrbem, quam propter templum caput regionis ſint habituri, & octo dies feſtos ducere, victimasque Deo ſolidas incendere, & ſimul pro gratiarum actione ſacrificare; manibus interim geſtantes ramos myrti, ſalicis, & palmæ, ex quibus mala perſicę dependeant. Verum enimvero in hac tabula non geminum animal, ſed vnicum offertur: vel quia Ethnicus Mineruæ ſacerdos deſciuerit ab integra cæremonia Iudaica; vel potius quia Philonem audiuerit ita dicentem in libro de Vita Moſis: [n] *Arietem alterum, qui adoletur ſolidus Autori rerum omnium, cuius benignitate pro ſe quiſque fruitur, terra ad alimentum, & domicilium; aqua in potum, lauacra, nauigationemque; aere ad reſpirationem, effectusque ſenſuum (nam horum inſtrumentum aer eſt) & ad horas annuas; igne quotidiano quidem ad cibos coquendos, & calefactionem; cæleſti vero ad lucem, & res viſibiles. Alterum autem arietem mactauit ad abſolutam eorum, qui ſacrabantur, purificationem: quem apte conſecrationis cognominauit, quod per hoc ſacrificium initiarentnr ſacerdotes Dei Optimi Maximi.* Quare primus aries ille ſolidus oblatus eſt in ſacrificium Deo pro gratiarum actione de beneficijs acceptis. Vnde ſimiliter in iſto tertio quadrato, poſt ſuperatam difficultatem vomeris, aut galeæ candentis, aquæve feruentis in primo; & aquæ frigidæ, maledictis anathematizatæ in ſecundo, rea mulier inculpabilis, miniſterio famuli pro gratiarum actione Numini ſacrificandum offert, atque porrigit arietem ſolidum ſacerdotibus ad altaris ignem; vt oſtendunt icones in area delineatæ. Quarum quidem duæ, tum mulier, oleæ ramum manu geſtans, & vir in thuribulo thus adolens, oſtendunt hoc eſſe ſacrificium lætum pro gratiarum actione demonſtratæ pudicitiæ; non autem triſte, ſicut in quo ſine thure aut oleo ſacratur aut exorcizatur aut anathematizatur aqua ad inquirẽdum crimen adulterij; quemadmodum ex Philone [o] conſtat. Qui vero profert integrum arietem ad ſacrificium, iſte ſacerdotis miniſter eſt, vel famulus hominis in gratiarum actionem hoſtiam mittentis ad altare. Quæ autem manu ramum oleæ cum baccis defert,

[i] l. 3. c. 10. Sacrificiorum duo genera.

[k] Leuit. 1

Holocautoma vt fiat.

[l] Leuit. 3. Sacrificia pro gratiarum actione vt fiant.

[m] Leuit. 4. 5.

[n] l. 3. p. 522.

Explicatur figuræ tertij quadrati.

[o] l. de ſpecial. legib.

fert, mihi censetur esse mulier Zelotypi, cum quo redierit in gratiam, patefacta sua pudicitia; nam olea symbolum pacis est [p] Virgilio, apud quem Aeneas Pallanti,

[p] Æn. 8. Olea symbolum pacis.

„ Paciferæque manu ramum prætendit Oliuæ.

Ita signum reconciliationis irati Dei cũ humano genere fuit Oliuæ ramus, a [q] Columba deportatus in Arcam mortalium seruatricem a Diluuio. Quapropter in isto sacrificio mulier introducitur gestans oleæ ramum, post probationem suæ castitatis reconciliata cum viro suo iam pacato. Thuribulum vibrans est ille Zelotypus, aut etiam sacerdos vice, nomineve Zelotypi, thuris oblatione gratias agens Numini de bona fama sua coniugisque conseruata & demonstrata: Pierius enim [r] Thuribulo significari preces, & orationes ardentes puro ex corde oblatas Deo scribit. Vnde qui Zelotypus olim de fide coniugis dubitauerat, nunc Numini Thus adolet in Thuribulo, propter inuentam in coniuge pudicitiam, puritatemque maritalem; de qua prius adeo dubitarat, vt matronam insontem adebibendas aquas maledictionis traduxerit in Templum coram sacerdote ad Puteum iuramenti. Duarum autem feminarum illa, quæ stat a tergo mulieris oleæ ramum manu tenentis, est ipsius ancilla pedissequa: Quæ vero pone virum Thuribulo thus adolentem adstat, discincta zona, seminuda, & capillis omnino solutis, est altera e duabus virginibus Trœzenijs, in prima tabula notatis, nondum nupta, sed adhuc nupturiens; vel etiam alia quæpiam illarum ex ordine, recens nuptura; quum alia illa, dudum nupta, castitatem viro suo recens aquis amarissimis innoxie potatis contestata, ramum oleæ ferens, fuerit altera Trœzenia prior, quæ pridem astabat inter Satyros Altari primi Quadrati. Duo vero viri prælongas hastas manibus erectas habentes, mihi sane fuerint Custodes Aræ, templique Mineruæ. Sed ille postremus, cum altero custodum eorum colloquia ferens, indicat virum alienum, qui collaudat pudicitiã seruatæ mulieris insontis post aquarum execrabilium innoxiam potationẽ. A culmine basis explicatæ surgens inter caudas anguineas trium illarum Sphingium exeritur acuminato fundo sensim amplians se se tubus oblongus in similitudinem vrnæ, de cuius labro superiore fere dependent, velut ansulæ duæ, magni duo serpentes bicipites, cristati singulo capite, dorso ventreque squamosi, pectore mammosi, cauda retorti, pariter & naribus adunci, cauda capiteque solum adhærescentes vasi, corpore reliquo ab vrna distantes, ac veluti resilientes; e quorum naribus & caudis coronæ dependent artificiose vas adornantes; inter quarum interstitia quatuor emergunt, seu Satyri, seu capri capita. Quod equidem vas arbitror indicare præter antedicta posse quoque sepulchralem vrnam, qua conditi seruarentur demortui Sphæri cineres, cuius sepulcrum ab Æthra consecratum dicatumque postea fuerit in delubrum Apaturiæ Mineruæ, qua monitu somni fallacis Virginitatem amiserat in ea Insula, in quam ad inferias Heroi Sphæro faciendas immissa fuerat, compressa mox a Neptuno defiorata fuit; sicut aperte nos docuit antea Pausanias. Quis enim antiquitatis cultor ignorat, antiquos consueuisse virorum insignium sepulcra consecrare in templa, dedicareque Numini cuipiam? Quis non agnouit sepulcra consueuisse quotannis adornari floribus aquæ corollis? quem fugit e sepulcris passim exire serpentes, qui prius ex cadauere geniti cum busto stabularentur? Ex Anchisæ tumulo [s] Virgilius anguem immanem exiuisse,

[r] Hierogl. 34 Thuribulo quid mystice significetur.

[q] Gen. 7. 8.

Explicatio vasis excipientis hastam candelabri.

[s] 5. Aen.

„ ---------- adytis quum lubricus anguis ab imis
„ Septem ingens gyros, septena volumina traxit,
„ Amplexus placide tumulum, lapsusque per aras.

Et apud Ouidium, [t]

[t] 15. metam.

„ Sunt qui quum clauso putrefacta est spina sepulcro
„ Mutari credant humanas angue medullas.

& alibi. [u]

[u] 5. Fast. v. 711.

„ Ecce (nefas visu) medijs altaribus anguis
„ Exit: & extinctis ignibus exta rapit.

Sed & ex Herculis tumulo dudum in Insula Nea serpentem exisse, qui Philo-

loctetem in pede fauciauerit, omnes antiqui teſtantur. Et in Heroicis ipſe [x] Philoſtratus agit *de ſerpentibus, qui gigantibus innaſci dicuntur*. & mox: *In Co namque Inſula (poſſidet autem ipſam ſolus) contigit, vt quum vites foderet, terra vtpote inanis fodientibus reſonaret: quam quum aperuiſſent, duodecim quidem cubitorum mortuus iacebat, ſed caluam habitabat draco*. Sed hac de re latius alibi Lemniam Aram explicantes. Dubio procul iſti ſerpentes, & alij mox in Lucernæ corpore ſpectandi Mineruam referunt non ſolum vt Deam prudentiæ ſapientiæque, cuius hieroglyphicum eſt ſerpens, verum etiam vt Deam Militiæ præfectam, quæ proinde Bellona vocitatur; quum Pallas Dea ſapientiæ, ac artiū coleretur ab Ethnicis, & Athena [y] Gyraldo dicatur a præuidendi poteſtate, quod ſit Prudentiæ præſes; quum & ſerpens in ſacris etiam literis habeatur Prudentię ſymbolum, dicente Domino, [z] *Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes*. Quin & Minerua pectore gerit Aegida, & ſcutum, in quo ſerpentes effigiantur, Meduſæi capitis capillis in anguium plurimorum formas horrentibus; vnde [a] Virgilius:

Aegidaque horrificam turbatæ Palladis arma,
Certatim ſquamis ſerpentum, auroque polibat,
Connexosque angues ipſamque in pectore Diuæ
Gorgona, deſecto vertentem lumina collo.

Notiſſimum ait [b] Gyraldus, Mineruam effictam fuiſſe cum Dracone; quare quum in exilium iret Demoſthenes, dixiſſe ferunt: Mineruam tribus immanibus oblectari feris, noctua, dracone, populo. Quumque Minerua pariter & draco truculento, formidoloſo & horrendo quodam oculorum aſpectu feriant mortales; inde glaucopis Minerua ſimiliter, & draconum ſpecies, appellari conſueuit, Lilij notatu. Præterea ſerpens Mineruæ tribuitur, vt etiam Aeſculapio, quod in ſomnijs vterque Deus ægrotantibus & medicis Medicamenta ſignificaret, quibus homines a morbis ſanarentur: Quocirca Minerua Hygia culta fuit ab Athenienſibus. Hinc Pœonia quoque, ideſt Medica nominata: Sotera Pallas a Galeno, ceteriſque Medicis antiquis, antidotus quædam cognominata fuit, notante Gyraldo ex plurimis: Ex Heſychio vero, [c] *Poliadis Mineruæ Cuſtodem Draconem vocatum: & hic quidem vnum, alij vero duos aiunt in Erechthei templo: & hunc acropoleos, ideſt arcis cuſtodem, cui ex melle placentam offerebant*. Et Plinius inquit, [d] *Demetrius fecit Mineruam, quæ Muſica appellatur, quoniam Dracones in Gorgone eius, ad ictus citharæ tinnitu reſonabant*. Ceterum iſti duo Dracones bicipites in Candelabro corollas pendulas ex ore velut offerentes, mihi militares coronas ſtrenuis militibus porrigere ſignificantur; etenim apud [e] Pierium habemus Dracone ſignari Præfectum militū; quum in numo Cæſ. Dictatoris III. in quo Victoriæ ſignum caput eſt, a latere ſerpens draco capite ſurrecto, magnis voluminibus terga trahens, cuius inſcriptio eſt, C. CLO. VI. PRÆF. M. Caius Clodius VI. Præfectus militum. In ſacris literis legas, Draconum [f] capita in aquis a Deo contrita, milites, centuriones, duces eos indicant qui fuerant a Pharaone immiſſi, vt Iſraeliticum populum perſequerentur: qui aquarum mox inundatione ſuffocati ſunt, atque contriti: quodque mox ſequitur: *Tu confregiſti caput Draconis*, Pharaonem intelligit (& mox de draconibus) Quin & cohortium erant inſignia, perque ſingulas earum, vt Flauius Vegetius ſcribit, ferebantur ad prælium a Draconarijs, quo nomine per excellentiam Signiferos omnes appellitabant. Quo vero pacto geſtarentur, videre eſt apud Ammianum Marcellinum, vbi pompam deſcribit, quam Conſtantius Imp. vrbem ingrediens duxit: erant enim, vt is inquit, & Dracones haſtarum aureis gemmatisque ſummitatibus illigati, hiatu vaſto per flabiles, & ideo velut ira perciti ſibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum. Deijs Claudianus:

Manſueſcunt varij vento ceſſante Dracones.

Erat vero ſignum Draconis purpureū, vt idem Ammianus teſtatur. Atqui non in ſignis tantum ſerpentes militibus vſui fuere; ſed viui etiam pugnatoribus ſocijs auxilium non contemptibile pręſtitere. Legimus enim Annibalem monſtraſ-

[x] cap. 1.
[y] Hiſt. Decor. ynt. 11.
[z] Matth. 10.
[a] 8. Æneid.
[b] Synt. 11.
[c] loc. cit.
[d] l. 34. c. 8.
[e] lib. 15. hierogl.
[f] Pſal. 74

„ ſtraſſe Antiocho nauali prælio pugna-
„ turo, vt in hoſtium claſſem vaſcula ia-
„ cularentur viperis plena, quarum metu
„ perterriti hoſtes a dimicatione & nauti-
„ cis miniſterijs impedirentur. Idē quum
„ Pruſias iam cedente claſſe ſua feciſſet,
„ victor euaſit. Antiquæ vero illius mi-
„ litiæ veſtigia quædam habentur apud
„ vos Maffæos Romæ in Canone quo-
„ dam circa Theodoſij tempora, & ali-
„ quanto etiam prius confecto, in quo
„ militum omnes ordines recenſentur,
„ geſtaminaque ipſa ſuis etiam coloribus
„ picta conſpiciuntur, quæ quiſque ma-
„ nipulus turmaque, ex quadrupedibus,
„ vel alitibus, vel ex colorum varietate
„ ſigna ſibi deſumpſiſſent: ex quibus quæ
„ facerent ad anguem, quoniam id ope-
„ ris ordo ſibi depoſcere videbatur, ſu-
„ bijcere non importunum iudicaui. &c.

Quibus Pierius recēſet vigintiquatuor, ſeu manipulos, ſeu cohortes, turmasve colubrum inſigne geſtantes, nimirum Seniores Menapes, Cortonacenſes, Thaipſalos, Præfectos Fabricæ, Sagunnenſes, Bianenſes, Honorianos Iuniores, Marcomanos, Curatios Iuniores, Maurialites, Fabricas, Defenſores, Sextam Parthicam, Angleciarios, Cornutos, Falconarios, Vindices, Sagittarios Nerui, Batauos, Marcomanos Iuniores, Marcomanos Seniores, Atecottos Iuniores, Excultatores, & Brachiatos; in quorum ſingulorum parma ſerpens effictus erat diuerſimode, ſicuti diligenter ibi Pierius explicat. Quod nomen Draconum in militiæ cohortibus manet conſeruatum ad vſque tempora noſtra. Quare Mineruæ multis de cauſis adſcribitur Draco: vel eo quoque, ſicuti paulo antea dixerat, *quia Dracones a viſu, quem acutiſſimum habent, nomen apud Græcos habuere: Palladi autem eadem de cauſa dedicātur, quia nomen id ab eo quod eſt, omnia perſpicere, ſpectare, videre, ac omnium notionem habere, factum nonnulli tradunt; prudentiamque hinc interpretantur, quæ omnia perſpiciat, & ante omnes intelligat. Carpit Horatius quendam, qui in amicorum vitijs tam acute cerneret quam aquila, aut ſerpens Epidaurius, puto prouerbium ſecutus, SERPENTIS OCVLVS.*

ait enim:

„ *Cur in amicorum vitijs tam cernis acutũ*
„ *Quam Aquila, aut ſerpens Epidaurius?*
Neque temere Ariſtophanes finxit, angues duos Pluti oculos in Aeſculapij lambere, cuius rei beneficio ille cernere cæpiſſet.

Explicatio Lucernæ ſub figura pedis, in manubrio referentis pugnam lacertæ cum vipera. Cap. XXI.

IN ærei vaſis foramen ſupernum inſeritur inde ſurgens haſta lignea e quercu, teres, in effigiem ſceptri, per interualla perforata, intra quæ foramina figitur æreæ lucernæ manubrium mobile rectum, ad inſtar vulgarium lucernarum culinæ; ſed lucerna faberrime facta pedem humanum refert, ſandalio calceatum in calcaneo, & ſolea ſubdita, ſuperne nudum, ligatum ſandalij loro, collo pedis corrigia fibulata, quum altera corrigiola de ſolea ſurgens inter digitum maiorem, & illi proximum figatur. Sane ſandalij forma vetuſtiſſima viſitur, qua pridem Apoſtoli [g] nudis pedibus incedentes vſi ſunt; nam ſuperne tantum nudos habebant; quum Angelus dormienti Petro in carcere præceperit, vt iſtiuſmodi caligas ſe calcearet. De fibula quoque corrigiæ calceamenti Domini meminit aperte [h] Ioannes Euangeliſta, dum introduxit Ioannem Baptiſtam aſſerentem Iudæis interrogantibus, *cur baptizaret, ſi non eſſet Chriſtus, neque Elias, neque Propheta? Reſpondit eis Ioannes, dicens: Egò baptizo in aqua: medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis: ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt: cuius ego non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calceamenti.* Nec obſtat quod Apoſtolis Dominus [i] præceperit, ne calceamentis vterentur in via, qui nihil eos docuit, quod non confirmauerit exemplo: tum quia caligæ Domini ſandalia fuere, quæ non connumerabantur inter vulgaria calceamenta totum pedem ſuperne contegentia; vt ait Lyranus: cum quia prohibuit Apoſtolis Dominus vt duas tunicas, ita bina calceamentorum paria, ſicut ex Diuo Thoma, & S. Auguſtino, & alijs haurit Maldonatus: tum quia calceamenta metaphorice ſumit vel pro mortuis operibus, quod illa conficiantur ex corio mortuorum animantium, ſicuti ſumit

[g] Act. 12.
[h] cap. 1.
[i] Matth. 10. Luc. 10.
2. de conſ. Euan. c. 30.

mit Ordinaria Gloſſa: vel pro famuli- A
[l] 3. Pædag. 7. tio, & equis, vti ſumit [l] Clemens Alexandrinus inquiens: *Ne portetis* inquit Dominus, *crumenam*, *non peram*, *neque calceamentum*. hoc eſt, ne poſſideatis diuitias, quæ ſolum in crumena reconduntur: ne veſtra implete horrea, tanquam ſementem in pera deponentes; ſed ijs etiam, qui egent, impertite. Ne de iumentis & famulis ſitis nimium ſolliciti, quæ quum onera portent, calcei diuitum in itinere allegorice dicuntur. B Dominus enim frequentiſſime loquebatur Apoſtolis allegorice per parabolas. Niſi cum D. Ioanne [m] Chryſoſtomo, & Cornelio a Lapide dicamus id Apoſtolis Dominum præcepiſſe non ſemper obſeruandum, ſed ad tempus, nempe dum ipſe cum illis vitam mortalem ageret, ac ipſi prædicarent euangelizantes inter Hebræos. Licet huic refragari videantur caligæ Petri carcerati a Iudæis. Chryſoſtomus tamen hiemem ſolam excipit, cui calceamenta C concedit. Sed hac de re latiſſime Cornelius a Lapide referens fere cunctorum Patrum ſententias. Fibula vero corrigiæ dextro latere colli pedis inerat. At vero de fibulæ ſolutione teſtimonia legimus in antiqua Lege vetuſtiora præclara duo; circa detrectantes coniugia cognatarum; alterum quidem
[n] Deuter. 25. eſt: [n] Quando habitauerint fratres ſimul, & vnus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet D alteri, ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Iſrael. Sin autem noluerit accipere vxorem fratris ſui, quæ ei lege debetur; perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetque, Non vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Iſrael, nec me in coniugem ſumere. Statimque accerſiri eum fa- E cient, & interrogabunt: Si reſponderit, Nolo eam vxorem accipere; accedet mulier ad eum coram ſenioribus, & tollet calceamētum de pede eius, ſpuetque in faciem illius, & dicet, Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris ſui. Et vocabitur nomen illius in Iſrael, Domus diſcalceati (*Alterum vero teſti-*
[o] Ruth 4. *monium eſt*) [o] Aſcendit ergo Booz ad portam, & ſedit ibi. Quumque vidiſſet propinquum præterire, de quo prius ſermo habitus eſt, dixit ad eum: Declina pauliſper, & ſede hic, vocans eum nomine ſuo: qui diuertit, & ſedit. Tollens autem Booz decem viros de ſenioribus ciuitatis, dixit ad eos: Sedete hic. Quibus reſidentibus, locutus eſt ad propinquum: Partem agri fratris noſtri Elimelech vendet Noemi, quæ reuerſa eſt de regione Moabitide: quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis ſedentibus, & maioribus natu de populo meo. Si vis poſſidere iure propinquitatis, eme & poſſide: ſin autem diſplicet tibi hoc ipſum, indica mihi, vt ſciam quid facere debeam; nullus enim eſt propinquus, excepto te, qui prior es: & me, qui ſecundus ſum. At ille reſpondit: Ego agrum emam. Cui dixit Booz: Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere: vt ſuſcites nomen propinqui tui in hæreditate ſua. Qui reſpondit: Cedo iuri propinquitatis: neque enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo: tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor. Hic autem erat mos antiquus in Iſrael inter propinquos, vt ſi quando alter alteri ſuo iuri cedebat, vt eſſet firma conceſſio, ſoluebat homo calceamentū ſuum & dabat propinquo ſuo. Hoc erat teſtimonium ceſſionis in Iſrael. Dixit ergo propinquo ſuo Booz: Tolle calceamentum. Quod ſtatim ſoluit de pede ſuo. At ille maioribus natu, & vniuerſo populo, Teſtes vos, inquit, eſtis hodie, quod poſſederim omnia, quæ fuerunt Elimelech &c. Vnde ſicuti veriſimile eſt, in calceamentum receptum a propinquo ſuo pedem proprium poſuiſſe Booz; ita cenſeo Iuriſconſultos inde *Poſſeſſionem* definiuiſſe *Pedum poſitionem*. Porro *Poſſeſſionem* communi Iuriſtarum ſententia dictam a pedum poſitione conſtat aperte tum ex Labeone L. de adquir. vel amittenda poſſeſſione, vulgatis codicibus fere cunctis: tum ex Paulo, L. 111. ff. h. tit. n. ſcribente, *Quod autem diximus corpore & animo acquirere nos debere poſſeſſionem, non ita accipiendum eſt, vt neceſſe ſit omnes fundi glebas circumcul-*
[m] Homil. 9. in ep. ad Philip.

care, ſed ſufficit quamlibet partem fundi

introire: tum ex Celso, dicente in L. Quod meo. 18. ll. sic venditorem. ff. h. e. l. n. *Quod si venditor ex mea turre fundum mihi venditum demonstret, & vacuam se tradere possessionem dicat, non minus possidere incipio, quam si Pedem finibus intulissem*: tum ex Deuteronomij XI. vbi legimus: *Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit; a deserto, & a Libano, & a flumine magno Euphrate vsque ad mare occidentale erunt termini vestri.* tum ex Iosue cap. I. *Omnem locum, quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam*: & cap. XIV. *Terra, quam calcauerit Pes tuus, erit possessio tua.* Verum enim vero peculiaris etiam possidendi formula Iuridica penes Hebræos fuit, Pedis positio in calceum eius, qui cedit iuri possidendi, vt nuperrime vidimus in Ruth. Ceterum calcei pars calcaneum vestiens non est ex integro corio, sed velut e loris affabre contexta, vt e palmarum foliis antiqui cistulas efformabant. Solea non immediate pedem contingit, sed assuta videtur alteri corpori, semidigitalis altitudinis, quod a calce semper extenuatur. In vltimo calcei prominet vltra digitos ligula, quæ parat orificium ellychnio. Sed ad lucernæ dorsum e summo calce superius extollitur arcus manubrij stabilis, miro constructus artificio: desinit in caput puerile, cui veluti dorsi spina iungitur efformans manubrium; ac vt e capite vipera spinis inuoluta prodire spectatur, ita supra dorsum arcus extenditur Lacertus, quem nostri Ligurum appellant; quæ duo animalia se se mutuo respiciunt hostiliter pugnatura; nam eorum inimicitias & pugnam admirabilem vidisse se nobis testatur in hæc verba

[p] l. 2. par. 90. [p] Scaliger, agens apud Aristotelem de historia animalium: *Lacertorum genera summa duo: vnum minutulum fului coloris in macerijs et parietinis latens: aprica-*
tor maximus est: Hominem fugit: a felibus mire expetitur: eum igitur ex insidijs captum si deuorarint, macescunt adeo, vix vt queant consistere: nullo enim cibo proficiunt; neque nisi sub hiemem restituuntur: tum vero euadunt nitidissimi. Alterum genus prægrande, etiam cubitalem implet magnitudinem; aliquando etiam excedit: colore aureo lucet, aut pallido. Hominis aiunt esse amantissimum: prætereuntem sane e sepibus, aut riparum toris adeo contentis obtuetur oculis, vt nunquam nictet; quin etiam circumacto capite obtutu eum prosequitur. Ferunt eum dormientem hominem seruare, ne ab anguibus quippiam capiat detrimenti; nam cum serpentum generibus maximas gerit inimicitias; igitur oppressum somno messorem quum aggreditur coluber, Lacertus vnguibus adrepens hominem excitat: tum communem hostem pariter insequuntur. Vtriusque pugna memorabilis a nobis diu spectata est in syluano-
stra. Quod maxime mireris, non audere anguem ore aggredi aduersarium; sed cauda pugnare: Lacertus omnes aditus ad illius fauces tentare: ille in orbem se se colligere, atque alte elatus vibrare linguam; postea exsinuatus simulata fuga, tum cauda impetere, tum ex obliquo incessere. Ego stupidus non tam pugnam mirari, quam quod me præsentem, atque etiam cum telo ad manum neuter aufugeret. Anguis metu, ne a tergo correptus hosti pœnas daret: Lacertus, credo, opem a me sperans. Interea caudæ ictum quum frustra euadere conatus esset, semel atque tum anguis elisum inuaderet, ego illum dissecui. Lacertus resumpto animo, hostem mordicus arreptum non prius dimisit, quam porrectum ac moribundum viderit. Hunc Lacertum appellant Thusci Ramarrum, Nostrates Liguri-
rum. Hæc ille. Naturalem itaque Liguri Lacerti cum hominibus amicitiam, & naturalem eius inimicitiam cum anguibus, aptissime finxit in Lucerna sua priscus illius autor, pugnam Lacerti Liguri cum vipera, graphice descriptam a Scaligero, præsente videnteque se homine. Ratio vero physica, cur anguis adeo refugiat morsum Liguri, viciſſim is adeo morsu apprehendere serpentem gestiat, vna est illa, quia Lacertus ille morsu plurimum pollet, vt vel dentes in re demorsa relinquat; id enim euidentissime testatur Magnus Albertus [q] inquiens: *Lacertam quidam serpentem esse dicunt, propter similitudinem corporis ad serpentem, & propter similitudinem caudæ: Sed non potest reduci in aliquē trium ordinum supradictorum; quia quum mordet Lacerta & Stellio, dentes paruos oris sui dimittunt in loco morsus sui infixos; & sunt parui subtiles & nigri; & ideo non cessat locus prurire & dolere, donec extrahantur cum serra vel cultello po-*

Pugna Lacerti cum Vipera mirabilis.

Explicatur symbolum Lacerti, & anguis in Lucerna positi.

Cur anguis refugiat morsum Liguri.

[q] 35. de animal.

Dentes Lacerti vt extrahãtur ex carne demorsi.

sito

sito super eos, & excidente eos: & tunc sedatur dolor, sicut dixit Auicennas. Extrahunt etiam dentes eius oleum & cinis supposita, si postea fugatur locus, & ponatur in aqua calida. Sed & ex Plinio scribit Isidorus, *Serpentis caput etiamsi cum duobus euaserit digitis, nihilominus viuit; vnde totum corpus obiicit pro capite ferientibus.* Verum enimvero, quoniam quemadmodum adnotauit M. Albertus, aliqui referunt Lacertam inter serpentes, propter similitudinem ad serpentem, & propter similitudinem caudæ; propterea septem aptissime positi fuere serpentes in istiusmodi Lucerna Mineruæ consecrata; duo scilicet isti pugnantes in arcu manubrij Lucernæ: totidē amplectentes vas tubumve surgentem e Candelabro; atque tres in apice basis Candelabri; quia Mineruæ Deæ tum serpens, tum etiam septenarius numerus consecratus est; de quo Bongus in sua Mystica Numerorum significatione verba profert ipsissima: *Adeo autem Septenario inoleuit opinio Virginitatis, vt Pallas etiam nominetur. Sacris enim initiati Pythagorici semper Virgini sine matre natæ Mineruæ, septenarium assimilant, quia & illa nec partu est edita, sed ex Iouis orta capite.* Sed non est prætereūdum & hoc, a Pythagoreis numerum septenarium poni symbolum Virginitatis, quia Virginitas ex natura necessario reperitur in infantia, quæ prima ætas annorum numero septenario clauditur, ac mensuratur. At vero septenarius numerus iste serpentum in Lucerna positorum, vt vt ob Virginitatis tesseram ad Mineruam referatur; eam tamen ortam e capite Iouis mirifice representant illi duo serpentes pugnaces, pugnantesque siti in manubriolo Lucernæ nostræ, quod æmulatur spinam dorsi medullarem, prodeuntem ex humano capite, ac e cerebro nascentem, emergentemque; si quidem non solum Iobus Fincelius, Franciscus Bebeccius, Aegidius, Aquila, Chronici Chronicorum Politicus autor ex Rubeaquēse testantur, *Anno M D XLIX. quum Viperæ, ac Lacerti in hominum corporibus nascerentur; magna hominum copia, quum remedium deesset, cruciatibus ac doloribus multis extincta est. Quidam demum ad Solem expositi serpentes calorem naturalem sentientes euomuerunt, ac liberati sunt.* Verum etiam ex mulierum capillis in aqua maceratis oriri serpentes, autor est post[r] Auicennā[s] Aponensis, atque[t] Cæsalpinus. Quin etiam [u] Aelianus, & ante illum Pythagoras asseruit, *Hominis mortui spinæ medullam putrescentem conuerti, exoriique feram, & serpere animantem immanissimum ex mansuetissimo. Atque bonorum honestorumque hominum reliquias requiescentes non modo quietem propræmio; sed etiam eorum animas bona, quæ toties attestata sunt a sapientibus, habere. Malorum vero hominum spinas post e vita excessum talia monstra parere. At id aut est totum fabulosum; aut, si adhibenda ei fides sit, præmium meo iudicio dignum suis moribus malus retulerit, qui serpentis pater efficitur moriuus.* Ouidius [x] de proposito:

„ Sunt qui quum clauso putrefacta est spina sepulchro,
„ Mutari credant humanas angue medullas.

Plinius [y] anguem ex medulla hominis spinæ gigni, accipit a multis autoribus. Plutarchus in Cleomene: *Paucis post diebus, qui Cleomenis corpus cruci suffixum custodiebant, draconem ingentem conspexerunt, qui caput illius circumplicabat faciemque contegebat, ne auis carniuora eam vlla attingeret. Hinc superstitio incessit regi trepidatioque aliarum expiationum mulieribus aditum præbens, quasi virum interfeciissent diuinum & humana sorte maiorem. Alexandrini quoque excurrebant ad ipsum locum, ac heroem Cleomenem deorumque filium appellabant: vsque dum reflexerunt eos doctiores: qui docuerunt apes ex bobus, ex equis vespas putrescentibus germinare, scarabæos ex asinis pullulare eodem deductis; humana vero corpora tabe medullæ inter se compacta & concreta edere angues. Qua re veteres animaduersa inter omnes animantes heroibus draconem consecrauere.* Philostratus in Heroicis (obseruatu quoque [z] La-Cerda) scribit inuentum fuisse mortuum hominem duodecim cubitorum, sepulcro effosso, repertumque draconem in eius caluaria. Virgilius item ex Anchisæ tumulo magnum exijsse serpentem innuit inquiens [a]

„ ------- adytis quum lubricus anguis ab imis

Hh 2 Se-

A

B

C

D

E

Serpentes in Lucerna Mineruæ cur positi septem.

Septenarius cur symbolum virginitatis.

Historia mira de Viperis, & Lacertis in humano corpore viuo nascentibus.

E capillis mulierum serpentes oriri, & e spinæ medulla cadaueris humani.

[r] 5. de animal.
[s] 10. prob. an. 13.
[t] 5. perip. q. 1.
[u] 1. de anim. hist. c. 51.
[x] 15. metam.
[y] l. 10. c. 66.
[z] 5. Æneid.
[a] loc. cit.

„ Septem ingens gyros, septena volumina traxit,
„ Amplexus placide tumulum, lapsusque per aras,

Notat etiam La-Cerda, famam esse, serpentem emicuisse ex sepulcro Caroli Magni Francorum Regis. Philostratus in Heroicis infit: *In Co Insula (possidet autem ipsam solus) contigit, vt quum vites foderet, terræ vt pote inanis fodientibus resonaret; quam quum aperuissent, duodecim cubitorum mortuus iacebat; sed caluam habitabat draco:* in quem opinandum est commutatum fuisse cerebrum magnum maximi cadaueris. Qua de re nos alibi latius egimus Encyclopædiam texentes ad [*] Aram Lemniam Dosiadis. Vt iam veritati cum physicæ, tum etiam historicæ litauerit autor Lucernę nostræ, ponens e capite hominis exire viperam, & velut eius dorsali spinæ Ligurum Lacertum innixum inire cum vipera certamen, vel homine spectante: quas inter feras esse naturalem contrarietatem illud euincit, quod ex Lacerta siccata viperam oriri memorat ex antiquis Valerianus; etenim mutatio physica non est nisi inter contraria, sicuti latissime demonstrat [b] Aristoteles; Pierij [c] verba sunt, *sane alia etiam est viperæ generatio: si quidem Aristoteles, vt apud Interpretem Theocriti legitur, Lacertam exsiccatam ait in viperam mutari.* Quod quidem etsi non legatur in operibus animalium Aristotelis æuo nostro prostantibus; attamen in alijs legi potuit; quum [d] Plinius ipse scribat legisse se volumina de Animalibus ab Aristotele conscripta numero quinquaginta; quorum maior pars perijt. Sed nec illud absque mysterio fuit, viperam exoriri de capite puerili, non autem e senili, ad indicandum ortum Mineruæ de capite Iouis; tum quia serpens est hieroglyphicum prudentiæ, sapientiæque; cuius Numen Minerua ponebatur esse: tum quia Iupiter dicitur Deorum immortalium supremus; quos [e] Aristoteles ait expertes esse senij; nam agens alicubi de Numinibus, regionem supercthereamincolentibus, infit: *Quapropter neque tempus facit ipsa senescere.* Quum igitur ętas puerilis omniũ maxime procul absit a senectute; scite Iouis immortalis Deorum supremi caput mystice

[*] pag. 146. & seqq.

[b] 1. phys. passim.

[c] Hierogl. 14.

[d] l. 8. c. 16.

[e] 1. cęl. t. 100.

Vipera cur in Lucerna ponitur oriri ex puerili capite.

A designauit Autor Lucernæ nostræ capite puerili. Sapienter autem Lucerna sub Pedis effigie formata fuit ab eo, qui super Candelabro posuit illam Mineruæ, cum tanto artificio confecto; quoniam Lucerna finis atque terminus est, ad quem instituitur Candelabrum, & cuius gratia tota illius constructio facta fuit; nam obseruante suis in Hieroglyphicis [f] Valeriano, *Pes est absoluti operis indicium; ad calcem enim dicimus, quum ad finem peruentum esse vel operis,* B *vel negocij volumus indicare.* Sed & illud admirabile notatur in ista Lucerna Mineruæ consecrata, quod humanum pedem sinistrum representat, non autem dextrum; nam id aptissime Mineruam Deam belli vel in ipsa pugnæ aggressione significat; etenim, vt idem Pierius ait, [g] *In statuis pes læuus ante porrectus, aggressionis indicium est, quo ita firmato, gestum aiunt ad inuadendum aptum, quod dexteri pedis agilitas ictum,* C *quoquouersus quis incubuerit, iuuat. Sinister enim sua quadam peculiari tarditate, totius est veluti corporis firmamentum, ac quasi centrum, circa quod alterius pedis alacritas & promptitudo versetur exerceaturque, & quasi rotæ curuatura axi per radios innixa circumagatur, parti vnicuique laborãti opem allatura; quod non ignorauit Maro noster, vbi X. Lucagus Aeneam ferire parat: proiecto nam pede læuo aptat se pugnæ. Hoc etiam in Numis, vbi Martis vl-* D *toris inscriptio est, sæpe comperias; nam & Philosophi consentiunt, motum a dexteris partibus oriri. Atque ego Romæ in Mediceis ædibus pulcherrimi operis statuam obseruaui, quæ speciem hanc in aliquem inuadendi, læuo proiecto pede, præseferebat. Militaris præterea disciplinæ Magistri commonent, si missilibus agatur, sinistros pedes ante haberi a peditibus; ita enim vibrandis spiculis vehementiorem esse ictum. At si res, inquiunt, agatur gladio, dexter pes proferendus, vt propinquior dextera sit ad vul-* E *nus inferendum. Sed vtcunque illi, apud* [h] *Maronem tamen eodem ipso congressu, quem paulo ante dicebamus, strictum rotat acer Lucagus ensem:*

„ Interea bijugis infert se Lucagus albis
„ In medios, fraterque Liger: sed frater habenis
„ Flectit equos: strictum rotat acer Lucagus ensem.

Lucerna cur sub effigie pedis effecta.

[f] l. 35.

Lucerna cur sinistri pedis effigiem habeat.

[g] loc. cit.

[h] 10. Aen.

Lu-

„ Lucagus vt pronus pendens in verbera telo
„ Admouit bijugos, proiecto dum pede læuo
„ Aptat se pugnæ --------

Quod & ante monuit Aristoteles agens de Animalium incessu: [i] *Signum autem quod a dextris motionis sit initium, ipsæ pedum sunt proiectiones; omnes enim quæ siniſtra sunt, proijciunt. Stantes quin etiam siniſtra protendunt magis, nisi quid aliter forte contingat; non enim a proiecta mouentur parte, sed ab ea, quæ est abducta: coque etiam modo dextra tuentur.* Sic igitur apte Lucerna Mineruæ Deæ Militię hieroglyphice fingitur pede siniſtro, qui pugnam aggredienti proijcitur ante, non solum in pugna missilium, sed etiam in certamine gladij, nam ensis vehementius impellitur, atque robustius infigitur, dum pede læuo proiecto dextera manus cum humero totoque latere dextro mouetur in hostem. Præterea vero Lucerna formaliter eo quoque nomine Mineruam designat, quo constat ex oleo, papyro seu myxo, & igne; namque [k] Mythologi relatu, Vulcanus quum Mineruam sibi præmium armorum, quibus Iupiter Gigantes hostes vicerat, coniugem a Ioue obtinuisset, eam reluctantem aggressus, dicitur inter luctandum semen in eius femur effudisse; quod Minerua mox lana detersit, lanamque spermate sordidam in terram abiecit; natumque inde puerum Erichthonium anguineis cruribus. De quo coniugio Palladis & Vulcani, ac ortu Erichthonij quoque [l] Boccacius in sua Geneologia Deorum, Valerianus in suis [m] Hieroglyphicis, & D. Augustinus [n] in sua Ciuitate Dei; licet paulo diuersa prodiderint. Sane Mineruam oleæ oleique inuentricem oleum designat ardens in Lucerna; Vulcanum ignis, cui præsidet Fabrorum Deus; Lanam autem papyrus ellychnium constituens in Lucerna; flamma vero, quæ tortuosis apicibus plerumque bifurcatis e myxo sustollitur veluti serpens Erichthonium indicat. Immo nostram Lucernam in æde Mineruæ dudum ardentem extitisse, satis innuit explicatio D. Augustini scribentis in hanc sententiam: *Erichthonij regis Athenienſium, cuius nouissimis annis Iesu* [o] *Naue mortuus reperitur, Vulcanus & Minerua parentes fuisse dicuntur. Sed quoniam Mineruam Virginem volunt, in amborum contentione. Vulcanum commotum effudisse aiunt semen in terram, atque inde homini nato inditum nomen; Græca enim lingua* ἔρις *contentio, &* χθὼν *terra est; ex quibus duobus compositum vocabulum est Erichthonius. Verum, quod fatendum est, refellunt, & a suis Dijs repellunt ista doctiores, qui hanc opinionem fabulosam hinc exortam ferunt: quia in templo Vulcani & Mineruæ, quod ambo vnum habebant Athenis, expositus inuentus est puer dracone inuolutus, qui eum significauit magnum futurum; & propter commune templum, quum essent parentes eius ignoti, Vulcani & Mineruæ dictum esse filium; nominis tamen eius originem fabula illa potius, quam ista designat historia.* De proposito quoque Pausanias aliquid ita scribit in Atticis: *Supra Ceramicum, & porticum, quæ Regia dicitur, Vulcani est fanum: in quo quod Mineruæ positum sit signum, nihil sane admiror; quum ad ea, quæ de Erichthonio vulgo traduntur, animum refero.* Sed & illud infantis humani caput, e quo veluti pendent angues (viperam, & Lacertum dico) Lucernæ manubriolum intortum effigiantes, Erichthonij symbolum esse potest, ex Athenæ Vulcanique contentione producti, sicut dictum est.

[i] cap. 4.
[k] l. 9. c. 11.
[l] l. 12. c. 71.
[m] l. 18.
[n] l. 18. c. 12.
[o] Iosue 24.

Erichthonij ortum ex Minerua & Vulcano vt indicet Lucerna.

De Querni baculi mystico sensu in Lucerna. Cap. XXII.

Ortus Mineruæ ex capite Iouis vt ostenditur baculo ligneo Lucernę.

VErum enimvero nec sua significatione caret in proposito baculus ille ligneus e quercu, perforatus, qui summo de vertice Candelabri surgens extollitur: & cuius foramine per insertum manubrium rectum dependet Lucerna; siquidem baculus iste formatus est in effigiẽ sceptri, & e quercu; quamobrem vt antea visum est Lucerna, mystice significari Mineruam; ita nunc apertissime constat eiusmodi querno sceptro, de cuius foramine Lucerna depẽdet, hieroglyphice signari Iouem, qui Palladem armatam e fisso capite parturit; etenim non solum quercus arbos est vni sacra Ioui, qui solus inter Deos habet sceptrum; quum vnus Iupiter sit omnium Deorum Gentilium

[p] serm. 38. Celtæ vt Iouē colerent.

Rex: at etiam, vt ait Maximus ille [p] Tyrius, *Celtæ colunt Iouem. Celticum vero Iouis signum, altissima quercus:* Lepide sane Lucianus introducit Vulcanū, perforato capite Iouis, inde prosilientem videre Palladem armatam cum hasta; scribit enim [q] proponens dialogum Vulcani & Iouis: V. Quid me oportet facere, Iupiter? venio enim ita vt iussisti, securim habens acutissimam, etiamsi lapides opus sit vno ictu dissecare. IV. Recte sane, Vulcane. Sed B iam impacta illa, diuide mihi caput in duas partes. VVL. Tentas me num insaniam? Impera igitur vere, quod vis tibi fieri. IV. Diuidi mihi caluariam volo: si vero non obedieris mihi, me experieris non nunc primum irascentem. Veruntamen ferire oportet audacter, & præsenti animo, neque cunctari: Pereo enim præ doloribus, qui mihi cerebrum inuertunt. VVL. Vide Iupiter, ne quid mali faciamus. Acuta enim securis est, & non absque sanC guine, neque etiam ad Lucinæ mortem tibi obstetricabitur. IV. Incute modo Vulcane audacter; ego enim noui quid sit conducibile. VVL. Inuitus quidem, sed tamen feriam. Quid enim agat aliquis, te iubente? sed quid hoc? Puella armata hæc est Magnum. Magnum, o Iupiter, malum habuisti in capite; merito igitur iracundus fuisti, tantam intra cerebri panniculum viuam Virginem nutriens, idque armatam; niD mirum castra, non caput habuisti, non aduertens. Hæc vero etiam saltat, & cum armis tripudiat, clypeum concutit, & hastam vibrat, & quasi quodam furore concitatur: &, quod maximum est, formosa admodum, ac maturis nubilis annis breui adeo iam facta est; cæruleos quidem oculos habens. Sed tamen & huic gratiam addit galea. Quare, o Iupiter, obstetricandi præmium hoc mihi refer; desponde mihi illam. E IVP. Impossibilia petis, Vulcane: Pertuo enim virgo manere vult. Ego certe, quantum in me est, nihil repugno. VVL. Hoc volebam: reliquum quod est, ipse curabo: ac iam simul rapiam hic ipsam. IVP. Si tibi facile adeo hoc, facias licet: veruntamen illud scio, quod amas ea, quæ tibi contingere nequeunt. Istam sane puellam A armatam cum hasta prosilientem e fisso capite Iouis facile refert ærea Lucerna cum prælonga manubrij mobilis hasta; namque priscorum arma fuerunt ærea; sicuti passim admonet [r] Homerus introducens Diomedem permutate arma sua ænea cum aureis armis Glauci, cecinit

Arma veterum ærea fuere.

[r] 6. Iliad.

„ Tunc vero Glauco Saturnides mentem ademit Iupiter,
„ Qui cum Tydide Diomede arma permutauit,
„ Aurea æneis, centum bobus valentia nouem bobus valentibus.

Nec vllum omnino scrupulum cuipiam mouere potest de tanta Lucernæ vetustate ligneum illud sceptrum solidum, atque nulla prorsus carie tineave corrosum; etenim ligna, querna speciatim diutissime durant, cariemque non sentiunt, vbi debito Lunæ tempore cæsa fuerint: qua de re [s] Plinius ita: Robur vere cæsum, teredinem sentit: bruma autem, neque vitiatur, neque pandatur; alias obnoxium etiam vt torqueat se se, findatque; quod in subere tempestiue quoque cæso euenit. Infinitum refert & Lunaris ratio; nec nisi a vicesima in tricesimam cædi volunt. Inter omnes vero conuenit, vtilissimum in coitu eiusdem sterni; quem diem alij Interlunium, alij silentis Lunæ appellant. Sic certe Tiberius Cæsar concremato ponte naumachario larices ad restituendum cædi ex Rhætia præfiniuit. Quidam dicunt, vt in coitu, & sub terra sit Luna; quod fieri non potest, nisi noctu. At si competant coitus in nouissimum diem brumæ, illa sit æterna materies. Theophrastus in sua Plantarum [t] historia multo prius ac euidentissime scripserat idem, aiens: *Robur profecto cæsum tempestiue, neque putredinem sentit, & prædurum spissumque, ad similitudinem cornu, perdurat; totum enim cordis specimen gerit:* Quæ quidem conditiones obseruantur in isto Lucernæ sceptro manifestissimæ; lignum etenim prædurum est, atque spissum, ad instar cornu: specimenque gerit cordis intimi, seu medullæ arboris. Quod absolute de omni arbore cædua prius asseruerat: [u] *Ligna cædi etiam post Lunæ occasum præcipiunt, quasi duriora, & computrescere peruicaciora forent.* Columella pa-

Ligna quæ seruātur vetustissima.

[s] l. 16. c. 39.

[t] l. 5. c. 1.

pariter ait: [u] *Nec minus in ædificia succidere arborem: Sed vtraque melius fiunt Luna decrescente, ab vigesima vsque in trigesimam; quoniam omnis materia sic cæsa iudicatur carie non infestari. Cassianus item* (obseruatu Portæ [x] in sua Villa) *addit suis præceptionibus cædendorum lignorum, Luna sub terris latente, & in coitu; additque rationem, qua Lunæ lumen ligna molliora facit.* Quod & Diophantes confirmat. Leo Baptista Albertus [y] agens de re ædificatoria dicit: Sed cædi materiam oportere periti omnes admonent Luna deficiente; nam tunc admodum exhaustam esse arboris statuunt crassam illam pituitam, quæ quidem ad citam putredinem imbuendam perprona sit; Lunaque istac cæsam carie non infestari. Et Constantinus Cæsar in suis Georgicis infit: [z] *Ianuario mense ligna ad ædificandum, & operas, cædenda sunt, Luna in coitu existente, & sub terra: Lunæ enim lumen ligna molliora facit: Quæ vero tunc cæsa sunt ligna, a putredine incolumia permanent.* Quum igitur antiquorum mos fuerit, [a] Aristotelis obseruatu, Dijs immortalibus æternas res attribuere; verisimile prorsus est, priscos illos Lucernam Palladi consecrantes, in ea ligneum sceptrum ex quercu feciisse, quæ cæsa fuerit in Lunæ coitu brumali, ac sub terra delitescente, quo materies æterna foret, immunis ab omni carie, notaque putredinis. Nigrescere vero quernum lignum, constat experimentis euidentissimis. Hactenus de Lucerna vetusta Mineruæ consecrata, faberrimeque constructa; quæ plurima inter alia cimelia maxime ditat & ornat, optime Galuane, tuum nobile Gazophylacium. Tu vero mea cogitata de proposito boni consule, ac me ama. Dabam Patauij e meo Scalumnæ Musæo, Calend. Septembris M D C X L V I.

[u] l. 9. c. 1.

[x] l. 2. c. 5.

Lunę lumen efficit ligna molliora.

[y] l. 2. c. 4.


[z] l. 1. c. 1.

[a] 2. cæl. t. 2.

Quercus vetustate nigrescit.

De Lucerna vetustissima Deæ Syræ. Cap. XXIII.

NOuissime vero mihi videre licuit inter cimelia Illustrissimi Comitis Ioannis de Lazara Patauini, Eq. Diui Stephani, numum antiquissimum in hanc effigiem



In Musæo Illustriss. Com. Joan. de Lazara Patau. numus æreus.

Jo. Georg. sculps.

In anteriori parte caput muliebre, facie decora valde, crinibus vitta deuinctis inſpicitur: in poſteriore vero, me iudice, Lucerna quædam in formam cymbij efformata, e cuius fundi inferioris medio procedit, prominetque manubrium teres oblongum; qui proceſſus inſeri quoque potuerit in alicuius candelabri tubulum. E ſuprema parte Cymbij ſurſum attollitur veluti nauiculæ puppis; prope quam aſſurgit e medio fere concaui cymbij, loco mali, quaſi fumans adhuc, & propemodum ardens papyri funiculus. Prora vero Cymbij faſtigiatur in collum, caput, & roſtrum auiculæ. Supra funiculum hunc ſuſpenditur in aere globoſa quædam maſſa radijs vndique circumſepta ſuperne ſimul, & a lateribus, inferne vero dehiſcens tanquam in duo crura, duosve pedes, inferiori ſua extremitate coniunctos. Inter huiuſmodi vero globulum radioſum, & Cymbij funiculum, Græcanicis literis inuerſis nomen ΕΥΡΑ legitur ita ∀ꓤꓤƎ: vel ob erratum fabrile, non infrequens in antiquis etiam Numiſmatum inſcriptionibus; vel potius, quod antiquam ſcribendi formam Aegyptiorum autor Lucernæ ſeruare voluerit; de qua Rodiginus ita [*] *Scribunt, non vti nos, a ſiniſtro in dextrum pergentes, ſed e diuerſo; prædicant tamen ipſi, nos in ſiniſtrum produci, ſe vero in dextrum*. Quod quidem verum eſt, ſi nos referamur ad primum mobile, quo feruntur aſtra ab oriente, velut a dextra cæli parte, vt ait Ariſtoteles [*] ad occidentem, vt ad ſiniſtram. At vero ſi ſigniferi, ſecundorumque mobilium motum conſideremus, quibus nos propinquiores exiſtimus; quum Zodiaci polus Auſtralis habeatur deorſum, & Borealis e contrario ſurſum, nos a dextro ſcribimus, Aegyptij a ſiniſtro. Ceterum illi non ab re ſuo more ſcribentes, eruditiſſimi Mathematici primi mobilis motum obſeruant, & more ſuo ∀ꓤꓤƎ, ſcribere voluerunt, non autem conſuetudine noſtra ΕΥΡΑ. Verba vero Ariſtotelis ipſiſſima ſunt: *Dextrum enim vniuſcuiusque dicimus, vnde principium eſt eius, qui ſecundum locum motus: Circulationis autem cæli principium eſt, vnde aſtrorum ortus ſunt; quare hoc vtique erit dextrum; vbi autem occaſus, ſiniſtrum. Si igitur & a dextris incipit, & ad dextra circumfertur, neceſſe eſt ſurſum eſſe eum, qui non apparet, polum. Si enim is erit, qui manifeſtus eſt, ad ſiniſtra erit motus; quod quidem non dicimus. Manifeſtum eſt igitur, quod immanifeſtus polus eſt ſurſum, & qui illic habitant, in eo ſunt, quod ſurſum eſt, hemiſphærio, & apud dextra: nos autem in eo, quod deorſum eſt, & apud ſiniſtra, e contrario quam vt Pythagorei dicunt. Illi enim nos & ſurſum faciunt, & in dextra parte; illos vero, qui illic ſunt, deorſum, & in ſiniſtra; accidit autem contrarium. Verum ſecundæ circulationis, veluti planetarum, nos quidem in ijs, quæ ſurſum, & in dextris ſumus; illi autem in ijs, quæ deorſum, & in ſiniſtris. E contrario enim his principium motus eſt; propterea quod contrariæ ſunt lationes: Quare accidit nos quidem eſſe apud principium, illos autem apud finem*. Sed e limbo numi prominet ad latus inferius triãgulare quaſi manubriolum, nuſquam alias a me conſpectum in numis, qui ſemper habentur exactæ rotunditatis in peripheria, conſultis etiam nobiliſſimis, ac peritiſſimis antiquarijs. Certe videtur id generis Lucernam vtcunque nobis Apuleius expreſſiſſe, dum Deæ Syræ feſtum, pompamque ſolemnitatis deſcribens infit: [a] *Quorum antiſtitum primus Lucernam, præmicantem porrigebat lumen, non adeo noſtris illis conſimilem, quæ veſpertinas illuminant epulas, ſed aureum Cymbium medio ſui patore flammulam ſuſcitans largiorem*. Non ab re cenſeas, iſtam Syram eſſe Deam, de qua [b] Cicero ſcribit: *Quarta Venus Syria Tyroque concepta, quæ Aſtarte vocatur, quum Adonidi nupſiſſe traditum eſt*; etenim ſuperius [c] Apuleius idem dixerat, hanc eamdem Deam appellari Reginam cæli, ſiue Cererem, ſiue cæleſtem Venerem, ſiue Phæbi ſororem, ſiue Proſerpinam, & obſeruatu [*] Gyraldi, fuit Amathus Cypri Ciuitas, vt Stephanus ſcribit, vetuſtiſſima, in qua Adonis Oſiris venerabatur: qui quum Aegyptius eſſet, Cyprij & Phænices proprium fecerunt, Difficile cognitu prorſus eſt, quid ſibi velit globulus ille radiatus, ac inferne veluti pedatus, ſupra Lucernam, ab ea penitus diſcretum, eminens. Diuinare ſi liceat, duo proferam; vnum quidem ex rei natura, ſed alte-*

[*] l. 18. c. 37.

Locus difficilis explicatus.

[*] 2. cæl. t. 15. 16.

[a] lib. 11. metam.

[b] 3. de nat. Deor.

[c] init. lib.

[*] ſynt. 13.

alterum ex hiſtoria veteris eruditionis. A Ex rei natura namque paſſim obſeruare licet, flammam, quæ fumus [d] ardens eſt, vt [e] antea quoque notauimus, abſumpto ſtatim humore Lucernæ, non emarceſcere iunctam & affixam ellychnio, ſed eleuari ſurſum, & extra combuſtum fomitem in aere pendulam aliquantulum vigere, maiorem fieri, ſplendidioremque; ac exultare quaſi vinculo liberatam, quo violente deorſum detinebatur alligata papyro, B natura ſua ſurſum ſemper inhians ad ignis propriam ſedem: In aere vero maior, atque ſplendidior fit, attenuato magis, rarefactoque fumo ardente, quo nititur. Quare corpuſculum illud radioſum, ſupra Lucernæ papyrum degens, eſſe poteſt flamma recens extinctæ Lucernæ, adhuc in aere ſuſpenſa, morulam ibi trahens. Ex hiſtoria vero conſtat, apud Aegyptios in feſto Lucernarum noctu celebrato, Sacerdotes Iſidis, Deæ Syræ, cum eiulatu magno, C & lacrymis inquirere membra diſcerpti Oſiridis a Typhone; quibus inuentis ineunte die, ac in arcula ſacra reconditis, luctum in gaudia conuertunt; qua de re teſtimonium perhibet in opere ſuo De Iſide & Oſiride Plutarchus inquiés: *Decimanona menſis die, noctu ad mare deſcenditur, & ſacram ciſtam Stoliſtæ (quaſi veſtitores diceres) vna cum ſacerdotibus afferunt, in qua eſt intus aurea arcula, cui infunditur ab ijs aqua potabilis; & clamor* D *tollitur ab his, qui adſunt, vociferantibus, Oſiridem eſſe inuentum: Ex inde tellurem frugiferam aqua permiſcent, additisque miſturæ aromatibus & ſuffimentis ſumptuoſis, effingunt imagunculam Luniformem, & hanc amiciunt & ornant: ſignificantes Deos iſtos ab ipſis putari eſſe naturam terræ & aquæ.* Sic ergo corpus illud ſupra Lucernam in aere ſuſpenſum, rotundum, atque radioſum, indicare poteſt vel ciſtam & arculam auream, in qua E repoſuerit Iſis membra ſui coniugis Oſiridis a Typhone diſcerpti: vel imagunculam Lunæ plenæ, ornatam, amictamque radijs, aromatibus, & ſuffimentis ſumptuoſis. Quæ vero prominet appendix e peripheria triangularis, ignotam, atque ſingularem omnino rationem obtinet; quum huiuſcemodi prominentia nunquam obſeruata ſit a me, nec ab antiquarijs (quos non vnos, & non vulgares de propoſito conſului) in alio vllo numiſmate. Numus autem iſte non eſt eius omnino magnitudinis, quæ continet effigiatas imagines; at multo minoris, quantula eſt ad earum calcem appicta ſine figuris vllis orbita. Curauimus autem ærei numi parui faciem vtramque maioris orbis efformari, quo melius intueri poſſent imagines rerum repreſentatarum in iſto numiſmate, vere ſingulari. Cui ſane comparauero Numum Adriani Cæſaris, in capite ſerpentis Lucernam non abſimilem huic oſtentantem, de quo poſterius acturi ſumus in fine libri.

[d] l. de gen. t. 28.
[e] l. 3. cap. 18. Flamma eſt ſumus ardens.

De Lucerna Vulcani Vintimilia.
Cap. XXIV.

REcens autem pulcherrimæ Lucernæ, Vulcanum mirifice repreſentantis, imaginem ad me Bononia Patauium tranſmiſit Clariſs. Aproſius, cum hoc epiſtolio:

Cl. Viro Fortunio Liceto

Fr. Angelicus Aproſius Vintimilius Auguſtinianus S. D.

MEmoria recolens, ex epiſtola tua, „
Cl. Licete, non ita pridem per- „
cepiſſe me, pergratum tibi fore, ſi quam „
haberem antiquam Lucernam eruditionis participem, tibi communicaſſem „
inſerendam in tuo volumine De Recõditis Antiquorum Lucernis, quod in „
præſentia recuditur: Quum vnam obtineam ex metallo conſtructam, ornatam iconibus pluſculis, ad ſui declaratione non vulgaris eruditionis ingenium efflagitantibus; eius imaginem ex „
vtraque facie delineatam, nunc ad te „
tranſmittere libuit huiuſmodi: „

For-

Lib. VI. Cap. XXIV. Fig. I.



Jo Georg. sculps.

Lib. VI. Cap. XXIV. fig. 2a 2a.



Jo Georg sculps.

» Formata est ad imaginem Conchæ ma- » rinæ, innixæ super capite Delphini pi- » scis, qui cauda sua Concham ipsam cir- A cumambit. A posteriori parte super » operculo nudus homo sedet, cum ga- » lea in capite: cingulum habens ab hu- » me-

„ mero dextro per pectus atque dorsum A
„ desinens in læuum latus, cum affixa
„ bursa quadam venatoris. Sedens hic
„ homo manibus agitat follem, quo vi-
„ detur velle flammam accendere; quum
„ tubulus follis, vnde flatus egreditur,
„ fere pertingat ad foramen ellychnij:
„ meatus vero, per quem oleum infundi
„ solet, referat in folle porum ad intro-
„ ductionem aeris institutum. A siniſtris
„ homo sedens habet forcipem, & mal-
„ leum; & a dextris veluti frustum ferri
„ rude. Quid sibi velint ista, equidem B
„ ignoro. Credo tamen te, cuius eru-
„ ditio parem non habet in Europa, pe-
„ netraturum eiusmodi figurarum myste-
„ ria. Ita sperans, & hanc occasionem
„ adornandi Spartam eiusmodi quatuor
„ immortalis atramenti tui stillis ample-
„ xaturum te, finem facio. Bononiæ
„ XXVIII. Maij M DC XLVII.

Responsio Liceti de Lucerna Vulcani.
Cap. XXV.

Perill. & Adm. R. P. M. Fr. Angelico
Aprosio Vintimilio Augustiniano
Fortunius Licetus B.A.

INgentes habeo tibi gratias, Cl. Vir, quod mihi tam pulchræ Lucernæ veteris imagines affabre delineatas communicaueris, abditioris eruditionis mysteria continentes. Vtinam datum mihi sit ea recludere. Quantum sane D conijcere licuit ex accurata singulorum inspectione pariter, & meditatione pereruditus autor operis mihi videtur Vulcani mysteria figuris istis cælare voluisse tam Mythologica, quam etiam Physiologica. Porro, vt agamus de vtrisque seorsum, a Mythologicis exordium sumentes, Vulcanus apte nudus efformatur, quod semper ignea tractans vestibus exuti debuit; sique minister eius Pyracmon nudus est, de quo [a] Virgilius: [a] 8. Aen.

„ Insula Sicanium iuxta latus, Aeoliamque
„ Erigitur Liparem, fumantibus ardua saxis:
„ Quam subter specus & Cyclopum exesa caminis
„ Antra Aetnæa sonant: validique incudibus ictus
„ Auditi referunt gemitum: stridunt-que cauernis
„ Strictura Chalybum, & fornacibus ignis anhelat:
„ Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.
„ Hoc tunc ignipotens cælo descendit ab alto.
„ Ferum exercebant vasto Cyclopes in antro
„ Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon.

Sic igitur & Vulcanus nudus effingitur. Iuuenis etiam nudus & decora facie, vnoque tantum pede curtus ponitur Vulcanus, quia secundum etymologiam nominis a Platone in Cratylo, nuncupari dicitur Hephæstius, hoc est Præses luminis; lumen autem nunquam senescit, vt quod assidue generatur ad præsentiam lucidi corporis in perspicuo; nihilque lumine formosius est inter qualitates corporeas. Nudus au- C tem ponitur, & vno pede crureque rectus ac in propatulo, sed altero tantum contracto, & abscondito fere, quia statim ortus, ob solam deformitatem vnius cruris, pedisque, protinus eiectus est a parentibus e cælo in Insulam marinam Lemnum, antequam vestibus induere-tur; quum ex eo casu cruris etiam alterius fracturã passus, inde claudus vtroque crure deformitatem pedum maiorem contraxerit: Qua de re Boccatius in sua Deorum Genealogia [b] dicit: [b] l. 12. c. 70.
„ Vulcanus Iouis & Iunonis fuit filius, vt
„ omnes fere Poetæ testantur. Hic eo
„ quod claudus, & deformis erat, quam
„ cito natus est, a parentibus in Lemnum
„ insulam est deiectus: vbi lego, claudus,
„ & ideo deformis vno pede; nam reliquo corpore deformitatem, eum non habuisse, constat ex Rabano, cui Vulcanus denominatur quasi Volans-Candor, vt obseruat etiam Boccatius ibidem. Auxit attamen vitium claudica- E tionis naturalis Vulcanus ex præcipitij ruina, confracto distortoque altero etiã crure, sicut obseruat Lucianus in suo Dialogo de sacrificijs inquiens: Vulcanum claudum factum esse inquiunt ab
„ eo casu, quum de cælo fuit a Ioue præ-
„ cipitatus. Ac nisi Lemnij recte facien-
„ tes, quum ferretur adhuc, eum exce-
„ pissent, mortuus esset omnino nobis

Vul-

Vulcanus, tanquam Astyanax quum cecidisset e turri. Ceterum corpore reliquo forma præstantem, & inclytum extitisse Vulcanũ, aperte cecinit in Theogonia dudum [c] Hesiodus aiens:

[c] v. 927.

„ Iuno autem Vulcanum inclytum amori indulgens
„ Genuit, & vires intendit, & contendit cum suo marito.

vel vt in sua Mythologia vertit Natalis Comes:

„ Vulcanum genuit Iuno cóiuncta in amore
„ Præstantem &c.

Hunc autem ex casu crurifragium pertulisse deinde; proptereaque pedibus vtrisque claudum fuisse post præcipitium, qui natus erat vno pede claudus, & ob eam deformitatem eiectus, indicat aperte Iuno, talia dicens apud Homerum in [d] Iliade

[d] l. 14. v. 239.

„ Dona autem tibi dabo elegans solium, incorruptum semper,
„ Aureum. Vulcanus autem meus filius vtroque pede claudicans
„ Fabricabit elaborans.

Etenim Vulcanus artem fabri ferrarij ponitur exercuisse in terris, post sui casum de cælo. Verum autor Lucernæ Vulcanum accepit hic ante prȩcipitium ipsius, vno tantummodo pede læsum, corpore toto reliquo formosum. Quam quidem crurifragij deformitatem autor Lucernæ cælare nititur vtcumque, sedentem Vulcanum fingens, altero breuiore crure contracto; Ciceronem imitatus, qui de natura Deorum agens in Vulcano posuit non deformem claudicationem, & Valerium [*] Maximum, cui *Tenet visentes Athenas Vulcanus, Alcamenis manibus fabricatus; præter cetera enim perfectissimæ artis in eo præcurrentia indicia, etiam illud mirantur, quod stat dissimulatæ claudicationis sub veste leuiter vestigium representans, vt non tanquam exprobratum vitium, ita tanquam certam propriamque Dei notam decore significans.* Verum artificiosius multo faber huius Lucernæ Vulcanum sedentem proponens altero crure contracto, claudum Vulcanum nescias an celauerit, an potius ingeniose representauerit. Sedens ponitur Vulcanus, quod claudus existens, occulere cruris deformitatem studeat; ea tamen vtcumque visitur in hac

[*] l. 8. c. 11. f.

A effigie, quæ dextrum crus integrum habet extensum, at vero sinistrum valde contractum, & absconditum studiose. Iuuenili ætate ponitur, quod apud veteres appelletur semper nomine Iuuenis: & a Dosiada in Ara dicitur Vulcanus esse puer in cinere cubans. Malleum & forcipem habet, quia faber ferrarius his instrumentis potissimum vtitur. Follem itidem agitat ob eandem rationem; etenim fabri flammæ potius
B quam prunæ beneficio videntur indigere; flammam autem e prunis assidue follium agitationibus excutiunt. Ferri frustum informe gerit ad læuam, circa quod igniendum operaturus est, fabricaturus Ioui fulmina, vbi flammas accenderit. Cingulo gerit appensam bursam, in qua concluſum habet chalybem, & silicem, escam, & sulfur, instrumenta necessaria & apta ad reparandum ignem, quãdocumque fuerit extinctus; & eo præsentaneo sit opus. Sed in
C Concha marina residet Vulcanus, tum quia decidens e cælo in mare susceptus est a Thetide, sicuti cecinit [e] Homerus in Hymno ad Apollinem, introducens Iunonem ita canentem,

[e] v. 316.

„ Audite me omnes Dij, omnesque Deæ,
„ Quod me iniuria afficere incipit nubicogus Iupiter
„ Primus, quoniam me vxorem fecit casta scientem.
D „ Et nunc sine me peperit cæsijs oculis Palladem,
„ Quæ inter omnes beatos decora est immortales:
„ Verum hic debilis factus est inter omnes Deos
„ Filius meus Vulcanus mutilis pedibus, quem peperi ipsa,
„ Eiecit manibus arreptum, & iniecit in latum pontum.
„ Sed illũ Nerei filia Thetis argẽtipes
E „ Suscepit, & suis sororibus duxit.

Quatuor autem posteriores versus Natalis vertit, quasi non Iupiter, at ipsa Iuno Vulcanum de cælo præcipitauerit inuidiæ simul ac ira stimulis perculsa, quod maritus absque se vxore Palladem pulcherrimam ediderit, ipsa sine masculo de se claudum, adeoque deformem Vulcanum enixa sit: ita Græcum textum interpretatus:

„ Ipſe meus natus claudus Vulcanus : ego ipſa
„ Hunc peperi, manibus capiens, & in æquora ieci.
„ Filia mox cæpit Nerei Thetis alma marini :
„ Germanasque adijt, quibus hunc portauit alendum.

tum quia Venerem vxorem habuit, e mari natam, & nauigare Concha ſuetam : Scholiaſtes enim apud [f] Boccatium ait ; *Fortaſſis huc pertinet, quod Græci Venerem in concha ſtantem pingebant : quo tamen illi non libidinem, ſed hoc ſignificare volebant, quod matrem familias decet ſuæ domi conſidere, atque manere.* Quin & Vulcanus in Concha marina ſedens, quæ veluti domus Veneris eſt in mari nata de ſpuma, vnde nũcupatur Aphroditis, vt ait [g] Macrobius, indicatur maritus Veneris ; qui relicto patre Ioue, matreque Iunone in cælo deſcenderit in mare, domumque Veneris ; nam ethnici, qui multa de ſacris paginis aſſumpſerunt, & ad ſua fabulamenta detorſerunt, ibi legerant : [h] *Relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ*. Galeam Vulcanus in capite gerit, quæ Mineruæ bellatricis Deæ proprium eſt inſigne ; vt ait Natalis in ſua [i] Mythologia : quia inter Galeam & Concha nudus Vulcanus reſidens, indicat duas habuiſſe formoſiſſimas vxores, Venerem, & Mineruam ; ex qua [k] Cicero ſcribit, Vulcanum genuiſſe Apollinem, vel adnotatu [l] Gyraldi. Licet indicare potuerit autor, Vulcanum quidem poſſediſſe Venerem ſibi vxorem ; at Mineruam expetiuiſſe quidem, & a Ioue poſtulaſſe, verum illam ei ſe ſupponere noluiſſe. Innititur autem Delphino Concha Vulcanum geſtans in domo Veneris, quod, vt ait non ſemel [m] Pierius, Delphinum amoris eſſe ſimulachrum, tam ex hiſtoria, quam ex tot Veneris ſignis, quibus id genus piſcis admouetur, apertiſſimum eſt. Decora facie cum galea, ſeu pileo fingitur in Lucerna Vulcanus, qui deformitatem gerit in inferiori parte corporis (vt iam ad explicationem Phyſiologicam tranſeamus) quia Cælij notatu, [n] *Ignis virtutem ſub Vulcani, hoc eſt hominis forma pingebant ; in cuius capite pileus erat cæruleus* (quem fortaſſis ad venuſtatem in formam galeæ figuratum voluit autor Lucernæ) *æthereæ ſymbolum regionis : vbi integer, purusque ignis inuenitur ; nam qui e cælo in terram delapſus eſt, quum imbecillior ſit, materiaque indigeat & fomento, claudicans fingitur, vt qui ſeipſum, niſi baculo innixus, ſuſtinere non poſſit, quum æthereus ille abſque vllo fomento ſeipſum ſuſtineat, alat, tueatur* : indeque cælum pro galea obtinet ; quod cælum conſeruet omnia intra ſe contenta, & immutabilem habeat firmitatem ſuæ ſubſtantiæ. Sedet ibi Vulcanus, quia manet in ſua ſphæra. Præcipitatur tamen inde motu cælorum ſecundum aliquas ſui partes ignis, vt ait [o] Ariſtoteles : Et propter hanc igitur „ cauſam pertingit ad hunc locum caliditas ; & quia ambiens ignis aerem ſpargitur motu frequenter, & fertur violentia „ deorſum. Ignis autem ita præcipitatus ex alto vel ad intima terræ viſcera deliteſcit intra cauernas nudus, quia conſumit omnia quæcumque ſibi apponuntur combuſtibilia : Iuuenis, quia ſemper adoleſcit, Ariſtotele [p] ſcribente, Ignis „ enim augmẽtum in infinitum abit, quo- „ uſque fuerit combuſtibile. Sedet ſub galea, ſiue galea ferrea tectus ; quia ſubterraneus ignis manet ſub antrorum fornice, veluti ſub caſſide. Follem agitat, quo flatum efflat, quia ſubterraneus ignis iugiter exhalationes & ventos de terra ſuſcitat, ac ex hiatibus antrorum, meatibusque telluris expellit ; quod ait Ariſtoteles [q] euidentiſſime : Exiſtit „ enim terra per ſe quidem ſicca, propter „ imbres autem habens in ſeipſa humidi- „ tatem multam, vt & a Sole, & ab eo, qui „ in ipſa, igne incaleſcens, multus quoque „ intra fiat ſpiritus : & hic aliquando qui- „ dem continuus extra fluit omnis, ali- „ quando autem intro omnis, aliquando „ autem & partitur. Quocirca & ideo prope Neapolim, & Siciliam Inſulæ ſcatentes igne multo ſubterraneo dicuntur Eoliæ, quoniam ventos halant plurimos ab incluſa flamma iugiter excitatos : vnde Vulcanus appellatus eſt rex ventorum ; nam & Orpheus in Hymnis:

„ Vulcane & præſtans, & fortis, flamma perennis,
„ Flammatis auris ſplendens per amabile numen.

& apud Natalem [r] Mythologum ha- be-

[f] 3. Geneal. c. 23.
[g] 1. Sat. 8. & 12.
[h] Geneſ. 2.
[i] l. 4. c. 5.
[k] 3. de nat. Deor.
[l] ſynt. 13.
[m] 4. hierog.
[n] l. 59. Hier.
[o] 1. meteo. c. 4. f.
[p] 2. de an. t. 4.
[q] 2. mete. lu. 3. c. 2.
[r] l. 8. c. 6

Vulcani Phyſiologica explic.

bemus Vulcanum Dioclis teſtimonio A cultum a priſcis fuiſſe Ventorum regem, qui prædiceret ventum futurum, quum eſſet nauigantibus e Lipara ſoluendum: & hac ratione Vulcanus Aram meruit ab Iaſone, quem ad Colchos nauigantem ſecundo ventum perduxit in Lemnum. Quocirca ſcitiſſime ponitur Vulcanus in iſta Lucerna follem agitans venti flamen impellere. Prope ſe ferreum malleum, & forcipem habere, caſſidemque ferream in capite rectiſſime B ponitur ad deſignandum locum, ac ſedem ignis ſubterranei, nam ferrum ſub terra gignitur. At vero belliſſime conſtituitur iſte Vulcanus in marina concha ſedere ſupra Delphinum; quia Ventorum materia, ex qua flatus procreat & excitat ignis ſubterraneus, non eſt pura terra ſicca, ſed etiam humor aqueus, adeoque terra ſcatens humore, ſicuti nuperrime nos edocuit [f] Ariſtoteles. Rectiſſime Vulcanus iſte pingitur in Lucerna quoque ſedens in marina concha follem agitare ad flammam ellychnij; follisque ponitur habere meatum excipiendo fomiti olei, vbi aer ingreditur; quia cenſuit autor cum communi ſenſu philoſophantium flammam aſſidue nutriri humido duplici, altero quidem tenuiori aeris, altero vero craſſiori olei. De aere conſtat experimento, ſi flamma iugem non habeat aeris acceſſum, illico penitus extingui; quocirca tum Lucernis opertis, præter D meatum, e quo ſplendens emergit inflammatus funiculus, apertus adeſt exiguus meatus, per quem aſſidue ſubingrediatur aer: tum flamma vndique clauſa in loco perſpiratum non habente, protinus extinguitur: tum Chimici dum ſuis in clibanis augere volunt ignis incluſi vim, aperiunt orificij patentiorem hiatum aeris ingreſſui; dum imminuere geſtiunt ignis vigorem, ac velut eum tabefacere claudunt orificium furni; putant autem aere nutriri flammam E ceu oleo, quoniam oleum eſt aereæ naturæ, temperamenti calidi & humidi. Ceterum & aqua marina recte Vulcano ſubijcitur in Lucerna, quæ craſſioris conſiſtentiæ quam aer, oleum aptius indicare videtur. Verum & mare plurima ſcatere pinguedine oleaginoſa conſtat ex eo, quod mare quandoque deuritur flamma ſponte concepta, vt antea notauimus ex Ariſtotele [t] pariter atque [u] Seneca: Quin & Ariſtoteles ait mare pinguedinem oleoſam habere, qua pellucet in borealibus; verba Magiſtri ſunt: [x] Cur perflante Aquilone, „ mare perſpectius, atque translucidius „ ſit, quam Auſtro? An quia mare quum „ ſerenum eſt colorem trahere ſibi aſſo- „ let: Ineſt enim aliquid pinguis in ſucco „ ſalſo. Indicium quod die tepidiore „ oleoſum quiddam ſecerni videmus, er- „ go tranquillo tepidiorique mari, ſuccus „ iſte ſua leuitate per ſumma panditur, „ quod Aquilone fieri minus poteſt cauſa frigoris. Eſt autem aqua translucidior quam oleum. Id enim colore obducitur; aqua vero expers coloris viſu „ obuia aptiorem ſui præſtat ſuſpectionem. Nimirum, vt etiam admonet Aponenſis, mare tranquillum eſt coloratum ob ſalſedinem; quia ſalſus ſapor obtinet quandam pinguedinem; quum factus fuerit ex dulci, & pingui, quod non totum exhalauit. Atque poſterius Ariſtoteles, Cur mare deuri poteſt, aqua „ non poteſt? An & aqua deuritur, ſed „ mare minus ignem extinguit, quoniam „ pinguius eſt: cuius rei indicium oleum „ facit, quod ex ſale depromi poteſt. Vbi „ recte ſtatuitur ex ſale depromi poſſe pinguem olei ſubſtantiã per deſtillationem, vt experimento Chimiſtarum aſſidue comprobatur. Verum habet mare pinguedinem oleoſam non ſolum ex ſale, ſed maxime quoque ex cadaueribus cetorum potiſſimum, & ex bitumine, naphthaque plurimis in locis, nimirum Septemtrionalibus, vbi cete magnitudinis immenſæ degunt, & moriuntur; vnde non ab re ſcribit Arrianus in Indica hiſtoria, apud Ichthiophagos, ex mari ſupernatans oleum elici ſolere ad piſcium condituram. Et reuera cæruleus color in mari tranquillo ſpectatus non aliunde quam ab oleoſa ſubſtantia pingui ſuper aquas natante prouenit. Maximam vero pinguedinis vbertatem ineſſe mari, potiſſimum Oceano Septentrionali, balenas immanes alenti, & alia cete grandia continenti, conſtat apertiſſime tum noſtra tempeſtate apud Hollandiæ, Zelandiæque plagas; tum ex ijs, quæ dudum obſeruauit ibi Magnus [y] Olaus aſſerens: Cetis, ſeu bale-

[f] 2. met. ſu. 3 c. 2.

[t] de mundo c. 5.

[u] 2. nat. qu. c. 26.

[x] 23. ſec. prob. 9.

prob. 15.

Pinguedo maris vnde maxima.

[y] l. 21. c. 20.

„ nis, e mari piscatorum arte, ingenio, & magno labore extractis, siue vi ventorum ac tempestatum, aut inimicorum piscium furia littoribus impulsis, Incolæ prædam securibus & ascijs partiuntur, ita vt ex vnius balenæ, siue ceti carne, pinguedine, & ossibus ducenta quinquaginta, vel trecenta plaustra repleri possint. Carnem & lardum in multis & magnis vasis, inter ceteros immensos marinos pisces sale condiunt; eaque pro commoditate & esca domestica vtuntur, alijsque ad eum vsum vendunt in remotas orbis partes deferenda. Pinguedo, vel adeps ceti, magna est in toto corpore, sed maxima in capite circa cerebri medullam; vnde quandoque duodecim lagenæ, quarum quælibet vix ab vno homine portari potest, quandoque triginta, vel quadraginta huius pinguedinis plenæ (quælibet Barile Romanum magnitudine sua superans) per totidem viros fortes vix portatu idoneæ extrahuntur, eliciunturque. Vtilitas vero huius saginæ ea est, vt lampadibus infusa, & aucta semper, ad altaria, siue alia loca sacra, tam noctu, quam interdiu continuo lumen administret: priuato etiam vsui, ac domestico, quum in hieme nulli ibidem dies sint, plurimum deseruiens. Abundat itaque mare pinguedine, multaque passim oleosa substantia, tum ratione salis, quo scatet vbique; tum ratione bituminis & naphthæ scaturientis ex eius fundo pluribus in locis; tum ratione multorum & maximorum piscium in mari, seu ab hominibus, seu a piscibus inimicis interemptorum, seu etiam ibi morientium & computrescentium. Quæ pinguedo quum aptissima sit in ignis flammæ Lucernarum fomitem, & conseruationem concedere; bellissime cõstructor Ellychnij, Lucernæque tuæ, Cl. Vir, efformauit Vulcanum ellychnij flammas conseruãtem, insidere in marina Concha Delphino nixa. Quod autem denique Vulcanus iste nudus ab armo dextro per dorsum & pectus cingulum gerat, e quo bursa veluti venatoris dependeat ad sinistram natem, non caret in proposito mystica ratione physica; siquidem cingulum illud vinculum est, quo Vulcanus iste nudus illigatur: in ea vero bursa diximus esse silicem, chalybem, sulphur, & escam leuem accensu facilem: modo flammæ natura (per nudum Vulcanum apte significata, quod vestiri non patiatur, omnia consumens) ea est, vt iugiter ingenita sibi leuitate gestiat ascendere sursum ad æthera, locum genuinum leuium; at huc apud nos in misto combustibili vi detinetur vinculo lentoris in eo misto comperti; quemadmodum supra [z] latius explicauimus: [z] l. 3. c. 20.
Quare bursa mistum combustibile represetat, in quo quatuor elementa sunt, ignis a sulphure denotatus, aer ab escæ leui tomento, tellus a lapide signata, nec non aqua per chalybem indicata; quum omnia metalla sint [a] Aristotele doctore, secundum prædominium aquea; lorum vero cinguli pulchre lentorem misti refert, vi deorsum vinctum Vulcanum ac flammam in ardente misto detinentem, secus a misto sursum ascensuram. Hæc ea sunt, Aprosi Cl. quæ mihi nunc ad calamum venerunt in explicationem antiquæ tuæ Lucernæ pulchræ non minus, quam mysterioſæ. Tu ea boni consule, ac me ama. Dabam Patauij, e meo Scalumnę Musęo IV. Idus Iunij MDCXLVII. [a] 3. meteo. t. 3.

De Lucerna Liberi Patris Aegoboli.
Cap. XXVI.

NOuissime quoque pulchram Lucernam æream, nobili cælatura referentem antiquum sacrificium Baccho celebratum a pueris nudis tantummodo, sine mulierum aut adultorum interuentu, præter quam ebrij Satyri, cum tripudijs immolare capram satagentibus, mihi visendam dedit amicus, idemque doctor egregius, nobilis Patauinus, cum hoc epistolio transmissam:

„ *Fortunio Liceto, Philosophorum nostri sæculi Principi, in Patauino Lycæo Medicinæ Theoricæ Professori Primario, Præceptori ac Patrono Optimo.*
„ *Hieronymus Sanctasophia.*
„
„ AVreum de Lucernis Antiquorum opus, tam anxie a viris doctis vndique expetitum, noua supellectile auctum, nouisque tuis lucubrationibus excultum, denuo tibi prælo submittere paranti, æneam hanc Lucernam, Vir Præstantissime, varijs atque elegantibus

» bus figuris exornatam, transmittere de-
» creui: accuratam eiusdem explanatio-
» nem ab aureo tuo, & nonnisi æterna
» scribente calamo, supplex exposcens.
» Tu namque, doctissime Licete, quæ-
» cumque summis etiam viris in omni di-
» sciplinarum genere ardua & plane
» inextricabilia visa sunt, accuratissima
» tuæ superhumanæ mentis acie perlu-
» strare, planaque ac facilia reddere so-
» lus potes. Hac maxime doleo, quod
» huius Lucernæ inuentionis tempus, lo-
» cus, ac modus prorsus ignorentur. Hãc
» R.P. Petrus Campesius Patauinus, La-
» teranensis Canonicus Reuerendissimo
» P.D. Hyacintho Fagnano Patauino,
» mihi arctissima affinitate iuncto (quem
» bis iam Canonici Lateranenses Visita-
A torem admirati sunt, nunc vero Defini-
toris dignitate ornatum Taruisini Cœ-
nobij Abbatem integerrimum suspiciũt)
olim dono dedit, id solum referens: *Sub*
terris ardentem inuentam fuisse. A quo
demum Religiosissimo Viro, in suæ erga
me beneuolentiæ testimonium, meum
hoc Musæum tam præclaro munere
exornatum est. Vale diu felix, littera-
B torum Numen; meque sicut olim in
tuorum discipulorum numerum beni-
gne coaptasti, ita semper tuum ama,
foue, ac defende clientem: Tibi enim
quicquid in me est, acceptum refero;
Tibique me totum debere scio, æter-
numque debebo. Iterum Vale.
Dat e meo Domus Dei Musæo. Cal.
Augusti M D C X L V I.

Caps. 6. Column 755.

Ex Musæo Hieronymi Sanctasophia.

Jo. Georg. sculps.

Cap. 26. Column. 754.



Ex Mvsæo Hieronymi Sanctasophia.

Jo Georg. sculps.

Responsio Liceti de Lucerna, Bacchi Aegoboli mirificam historiam priscam referente. Cap. XXVII.

Cl. Viro Hieronymo Sanctasophia, in Patauina Schola Medicinæ publico Professori
Fortunius Licetus B. A.

L Vbens accepi, Vir Egregie, atque diligenter inspexi Lucernæ nuper B ad me transmissæ singulas icones; cuius inuentorem P. Campesium fato concessisse vel eo nomine plurimum con-

A doleo Tibi, quod ambo careamus illo, qui nobis aperire poterat historiam inuentæ Lucernæ; sed quando fatum illius reuocari non valet, ingentes habeo tibi gratias de tam præclara Lucerna mihi commodata: Quam video constructam in formam fere calcei, carentem prorsus operculo, longiorem tubulum exporrigere, de cuius ore patulo ligula longior exerit se se veluti sedem ellychnij. Manubrio posteriori prorsus in arcum ducto videtur apex deesse, temporum iniuria consumptus: parte postica manubrij conspicitur adhæ-

Describitur Lucerna.

Manubrium artificio miro.

hæreſcens infixum Satyri caput aliquomodo mobile; ſed anticæ parti manubrij puellus veluti ſedens inhæret immobilis, nudus, læua manu tenens antiqui moris lyram ſeptichordem, qualis in Apollinis manu conſpici conſueuit in priſcorum numiſmatis: dextro brachio exerto deficit manus, exeſa pariter iniuria vetuſtatis, vel alio caſu diffracta; quæ forte plectrum tenebat ad lyram pulſandam. In corpore Lucernæ circum oram ſuperiorem vndique ſunt effigiatæ conchæ marinæ ſimul & laruarum imagines hiantibus valde buccis alternatim poſitæ, concatenatæque, prorſus ad ornatum. In fundo pariter ad ornatum fere ſub tubulo myxi ficta conſpicitur Sphinx alata, quaſi ſedens cum lemniſcis vtrimque. Poſt eam vtrimque ſub fundo Lucernæ ſimiliter ad ornatum duæ caluariæ bouis aſpiciuntur, e quorum cornibus orbiculi tres concatenati recta dependent. In poſtica fundi parte ſculptum habetur Satyri caput aliud. Subeſt iſtius Lucernæ fundo pes quadrangularis, quo ſtare poteſt recta, non appenſa. In anteriore area pedis, quæ triangularis eſt, aſpicitur velut altera Sphinx: in poſteriori caput iuuenis imberbis cum collo, vt in antiquis numiſmatis: in dextera marinę Nereidis imago puellum in ſuo gremio, piſcis formam referente, ſedentem amplectentis: in area denique ſiniſtra Tritonis effigies habetur, gerens inſidentem ſuper caudæ dorſique confinio nudam mulierem. Quæ ſane cuncta licet ad ornatum referri queant, non abſunt attamen a Bacchi ſignificatione, qui multas nauigationes peregit, & multa præclara in mari facinora. Ceterum in Lucernę corpore reliquo cenſeo vetuſtam hiſtoriam de Bacchi peculiari quodam, & inuſitato ſacrificio, ſine mulierum, & adultorum interuentu, ſolis a pueris nudis celebrato contineri; quia ſi ſpectemus dextrum Lucernæ latus, media ſui parte pueri capram detinent humi proſtratam genuflexam; quorum vnus cornu belluam retinens firmat, alij duo comprimunt hoſtiæ dorſum; tertius, qui ſolus inter omnes ſemiamictus eſt ſindone, ſupponit capræ ſeu pateram excipiendo ſanguini victimæ iam iam iugulandæ, ſeu

Ornamenta Lucernæ, vt myſteria Bacchi deſignent.

Bacchi ſacrificium abſque mulierum interuentu quale fuerit antiquitus.

A vas de quo debeat hoſtia prius aliquid deguſtare libaminis: Pone hunc puer nudus aſtat lyram itidem antiqui moris manu læua tenens; prope puellum e terra ſurgit cum foco Ara ad ſacrificium parata: Hinc inde per vniuerſam aream impuberes multi nudi ſtantes habentur; & horum vnus vas oblongi colli videtur inuertere, ac veluti fundere velle liquorem, ſeu vini, ſeu lactis, ſeu velis alterius aut ſuper aræ focum, aut ſuper victimam: Alius humi ſedens, ac veluti recumbens, citharam pulſat: alij multi cum his lætitia geſtientes canere videntur hymnos ſacrificij. In lateris læui medio puellus nudus aſpicitur cernuus, qui quadrupedum more, manibus vice pedum anteriorum abutens, dorſo geſtat ebrium Satyrum ſenem, Silenum fortaſſe, nunquã non Bacchi comitem, vt puta Dionyſij pædagogum; quem, ne cadat ob temulentiam, duo pueri ſuſtinent, alter eius manum tenens, alter a tergo dorſum & ilia complectens: Prope puer alius aſtat, dextera tympanum pulſans, ſiniſtra tibiam admouens ori, quam inflat: alius item humi recumbens citharam pulſat. Ex alia parte lateris, inter multos pueros, omnesque nudos, vnus eſt, qui caput arietis, hircive premit inclinatus in terra, corollam alius manu geſtat, Sileno fortaſſis, e cuius capite delapſa fuerat, ob inconditas ebrij iactationes, rurſus imponendam; vel ad eum vinciendum ſertis, vt reſponſa ferat ſalutaria, canatve Bacchi laudes. Silenum enim puerorum luſibus gaudere, vinctũque ſertis hymnos canere, temulentumque fere ſemper eſſe, conſtat ex [a] Virgilio: cui [a] Ecl. 6.

„ ------ Chromis & Mnacylus in antro
„ Silenum pueri ſomno videre iacentem,
„ Inflatum heſterno venas, vt ſemper, Iaccho,
„ Serta procul tantum capiti delapſa iacebant,
„ Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.
„ Aggreſſi (nam ſæpe ſenex ſpe carminis ambo
„ Luſerat) injiciunt ipſis ex vincula ſertis.

Silenum autem Satyrorum e numero fuiſſe, Pauſanias in Atticis ait, at ex eo

Na-

[b] l. 3. c. 8. Silenum fuisse Satyrum.

Natalis [b] Mythologus: Pausaniæ verba sunt: *Ibidem est lapis, non maior quam vt parui hominis sedile esse possit. Super eo, quum Liber in Atticam primum venit, sedisse Silenum memorant; maximos enim natu Satyrorum Silenos nuncupant.* Quorum breuem statuam in effigiem homunculi non grandis vidisse pridem in eremo Alexandriæ D. Antonium, testatur S. Hieronymus in Vita S. Pauli Eremitæ; quin & alium se vidisse venatione captum, & Alexandriam viuum delatum, qui cito defecerit, & mortuus sale conditus ad Imperatorem delatus fuerit Antiochiam. Neque vero tibi difficultatem faciat vulgi mos effingēdi Silenos non semicapros, ast integra forma nudos homines, vt in alia Lucerna confictum aspicies; quia siluestres illi Satyri semiferi sunt natura; sed apud Bacchi frequentiam Silenus nudus est integer homo, vestitus autem semicaprum refert, vt ex [c] Aeliani varia historia constat; quod alibi latius a nobis explicatur. Pausaniæ, nobisque Plato consentit asserens in Conuiuij laudatione Alcibiadæa, Socratem esse persimilem Silenis, Martyæque Satyro. Silenum quoque patrem esse Satyrorum, hoc est inter Satyros natu maiorem, ponit Ouidius [d] illis versiculis:

Qualis Satyrus fuerit Silenus.

[c] l. 3. c. 40.

[d] 3. Fast.

„ Ebrius ecce Senex pando delapsus Asello
„ Clamarunt Satyri: surge age, surge pater:

& alibi:

„ Concurrunt Satyri, turgentiaque ora parentis
„ Rident, percusso claudicat ille genu.

Hic ergo, qui & Senex, & pater Satyrorum, commode doctor Satyrorum inducitur a [e] Virgilio: fortassis etiam, quia Bacchi fuit institutor, in hoc sacrificio Bacchi descripto in Lucerna, ponitur inter pueros tripudiantes, & sacrificij solennem pompam agentes. Sidonius enim Apollinaris in Burgo cecinit:

[e] Ecl. 6. Silenus cur in sacrificio Bacchi.

„ Bassaridas Satyros, Panos, Faunosque docebat
„ Ludere Silenus iam numine plenus alumni.

[f] c. 6. Et Iulius [f] Firmicus ait Silenum fuisse Bacchi pædagogum. Fortasse senem Silenum & ebrium cæpere pueri, coronisque deuinctum coegerunt ad vaticinandum de remedio pro vitando sacrificio crudeli, quo quotannis eorum vnus Baccho immolabatur, ob interemptum eius sacerdotem ab ebrijs parentibus; qui docuerit eos pro puero capram immolare Baccho, sicut innuisse Pausaniam in Bœoticis infra patebit: namque Sileni non nisi senes debiles, aut vino, somnove domiti capiebantur; & non nisi vincti floreis coronis vaticinabantur; vt ex Virgilio non solum apparet, sed etiam tum ex Maximo [g] Tyrio, cui Mida fontem, ad quem conuenire Satyrum consueuisse nouerat, vino infuso repleuit, quo Satyrus inebriatus capitur; captusque ducitur ad Phrygem: tum ex [h] Ouidio: cui

[g] ser. 30.

[h] 9. metam.

„ At Silenus abest, titubantem annisque meroque
„ Ruricolæ cæpere Phryges, vinctumque coronis
„ Ad regem duxere Midam -----

tum ex Plutarcho, cui *Idipsum scribit Aristoteles, Silenum vinctum Midæ demonstrasse quid optimum foret homini*. Pueri vero nostræ Lucernæ Silenum ebrium cum tripudio ducunt ad pompam sacrificij, seruientes ei pro asello, coronamque demonstrantes, quasi catenam qua vinciatur, ni sibi responsa referat salutaria. Sed puerorum, accepto iam responso salutari capræ pro puero supponendæ, alius lyram tangit, alius calamum leuem inflat, omnesque ceteri tripudiantes gestiunt. Ceterum inter hæc duo latera, qua iunguntur ab anteriori parte Lucernæ sub initium tubuli, visitur hominis barbati venerandi caput; facie graui simul & mæsta. Quam historiam dum censeo nobis ostendere sacrificium Bacchi, cui caprinum genus immolare prisci consueuerant, vt pote vitibus inimicum, in primisque noxium; vt ait Tzetzes: [k] *Fiebant autem hoc pacto Ascolia* sacra Bacchi; *vtres inflatos, ventoque plenos humi deponentes, altero pede insiliebant; atque super ijs ferebantur: tum sæpius labentes in terram decidebant. Faciebant autem id in honorem Dionisij; quoniam vter pellis est hirci, qui pampinos vitium comedens, illis obest plurimum*. Quod etiam hircus animal sit vitibus infestum, & ideo victima grata

In conf. ad Apollon.

Explicatur sacrificium Lucernæ.

[k] in com. ad Hesiod.

Bac-

Baccho, teſtatur Euenus illis carminibus,

„ Rodas me licet ad ſtirpem, de palmite fundam
„ Dulcia mactando vina ſed hirce tibi.

Ceterum pro ſuo poſuit diſtichon id [l] Ouidius in Faſtis accinens,

[l] lib. 1.

„ Rode Caper vitem, tamen hinc, quum ſtabis ad Aram,
„ In tua, quod fundi cornua poſſit, erit.

Et [m] Virgilius pulcherrime, dum de vitibus agit:

[m] 2. Georg.

„ Frigora non tantum cana concreta pruina,
„ Aut grauis incumbens ſcopulis arentibus æſtas,
„ Quantum illi nocuere greges, durique venenum
„ Dentis, & admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.
„ Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus Aris
„ Cæditur, & veteres ineunt proſcenia ludi.

Vbi recte Cl. La-Cerda: *Si quæras originem capri immolati Baccho, nulla eſt alia, quam ipſum arroſiſſe vites huius Dei: igitur Aris omnibus cæditur in ſacris Liberalibus Bacchi.* Quærens autem ego rationem tot puellorum in ſacrificio Bacchi, ſine mulierum & adultiorum interuentu, curque capram, non aliud animal ad ſacrificium haberent; inueni Pauſaniam in Bœoticis eam plane mihi declarantem vbi de Patria tractat verbis ipſiſſimis: *Eſt ibidem & Liberi Patris ædes, cognomine Aegoboli, id eſt, Capram iaculantis. Ita enim aliquando accidit, vt dum ſacrificarent, per temulentiam eo væcordiæ proceſſerint, vt ipſum Liberi Patris Sacerdotem occiderint; quod piaculũ quum atrox peſtilentia conſecuta eſſet, ex Delphici Apollinis reſponſo puerum Libero iam pubeſcentem mactandum acceperunt. Sed non multis poſt annis Deum ipſum Capellam pro puero ſuppoſuiſſe tradunt.* Quam hiſtoriam, ne citato quidem Pauſania, Gyraldus [n] ita proponit aſſeuerans,

[n] Synt. 8.

„ Aegobolus Dionyſius apud Potniam colebatur; de cuius nomine hiſtoria hęc prodita eſt. Quum ibi Dionyſia celebrarent, ita in contumelias acti ſunt & furorem, ob ebrietatem, vt Bacchi ſacerdotem interemerint: Quare Dei ira A graui peſtilentia affecti ſunt. Ciues hac de re Apollinem conſuluere; a quo reſponſum acceperunt, vt Deo formoſiſſimum puerum immolarẽt. Quod quum Potnienſes per multos annos feciſſent: Capram demum a Deo edocti pro puero ſuppoſuerunt. Vnde Deo cognomen, a Capra videlicet ſuppoſita factum videtur. Pueri vero ſpectantur in hoc ſacrificio, ſoli ſine mulieribus & viris adultis, frequentes, nudi, pulcherrimi, ludibundi, ſonantes, organa muſicalia pulſantes, ac hilares, tum quia notatu Natalis, celebrabantur ſemper Bacchi ſacrificia cum tripudijs; vnde Dionyſius vocatus eſt tripudij Deus, vt ait Lycophron: [o]

[o] l. 5. c. 13.

Δαίμον ἐνόρχης, Φιγαλεὺς, Φαυσήριος.

„ Deus tripudij, Phigaleus, Phauſterius.

tum maxime nunc in iſta Lucerna, quia pueri tale ſacrificium Baccho celebrãt, eo quod fuerint liberati tam dira pernicie ſacrificij ſæuiſſimi, commutati tandem, placato iam Deo, in innoxium ſacrificium capræ, pro puero immolando vel ab ipſo Numine ſuppoſitæ, vt ait Pauſanias. Quod & in Aulide Dianæ Dæmonem effeciſſe memorat Euripides, dum pro mactanda ſibi virgine Iphigenia, ceruam ſuppoſuit ad Aram. In pompa vero ſacrificij Baccho peragendi Silenus vehitur a puero, vices Aſelli ſubeunte, non ſolum ad elegantiam operis, ſed potiſſimum ad affectum & obſequium puerorum erga Bacchum placatum oſtendendum, cuius Dei comes cariſſimus & Magiſter dilectiſſimus Silenus fuit, & puerorum amator. Satyrum vero ſenem in dorſo puelli videmus; quod a Pauſania Sileni nomen in Atticis attribuatur vni Satyrorum ætate maximo, ac inter eos antiquiſſimo. Quin & Orpheus in Hymno ponit a Sileno Bacchum educatum,

„ Hæc audi Silene pater, Dionyſi & alumne,
„ Optime Silene, & cunctis gratiſſime diuis.

Et Nicander in Alexipharmacis,

„ Sic vbi ſilueſtres vuas preſſere, Lyæi
„ Sileni comites cornuti, & Patris alũni.

Et Ouidius [p] Orgia Bacchi, ſacrificiaq. deſcribens non ſine Sileno, poſt multa concinit;

[p] 4. metam.

Bac-

„ ---------- Bacchæ, Satyrique sequuntur;
„ Quiq. senex ferula titubantes ebrius artus
„ Sustinet, & pando non fortiter hæret Asello:
„ Quacumque ingrederis, clamor iuuenilis, & vna
„ Femineæ voces, impulsaque tympana palmis,
„ Concauaque æra sonant, longoque foramine buxus.
„ Pacatus, mitisque rogant Ismenides adsis:
„ Iussaque sacra colunt. -----

Quæ cuncta spectantur in hoc Lucernę sacrificio, feminis, & adultis viris exceptis, quibus nullus omnino locus esse debuit in hoc peculiari sacro puerorum gratias placato sibi Deo referentium.

Baccho cur sacrificium capræ sit gratum.

Non fuit autem difficile Bacchum placari, mutatoque sacrificio puellorum, sacrificium capræ gratum habere pro humana victima; tum quia capra, quod & ipsa semper vitibus infesta sit, nouas quotannis iniurias inferens Baccho: tum quia prolifica parit hædos, & capellas alias, Deo semper nouos procreans hostes, numen irritat ad vlciscendum assidue magis: vnde Varro, *Colonus in agro surculario ne capras compascat. Quædam pecudes culturæ sunt inimicæ, ac venena: vt istæ, quas dixisti, capræ: hæ enim omnino nouella sata carpendo corrumpunt, non minimum vites, atque oleas. Itaque propterea institutum diuersa de causa vt ex caprino genere ad alij Dei aram hostia adduceretur, ad alij non sacrificaretur; quum ab eodem odio alter videre nollet, alter etiam videre pereuntem vellet. Sicque factum, vt Libero Patri, repertori vitis, hirci immolarentur, proinde vt capite darent pœnas. Contraque, vt Mineruæ caprini generis nihil immolaretur, propter oleam; quod eam, quam læserit, fieri dicunt sterilem; eius enim saliuam esse fructuis venenum. Hoc nomine etiam Athenis in arcem non inigi* (hoc est, intro agi, impellive) *præterquam ad necessarium sacrificium, ne arbor olea, quæ primum dicitur ibi nata, a capra tangi possit.* Ceterum non omittam hic in illa dictione *fructuis* Cl. Viros naufragium fecisse: Lacerda, & Porta textum corrumpunt, adimendo signa, legendoque *fructui*, contra fidem omnium exemplarium, & præter naturam rei; saliua namque fructui venenum esse non potest, quæ sterilem efficiens arborem non permittit oriri fructus; non enti siquidem nihil esse venenum valet. Alij textum seruantes, legentesque *fructuis*, antiqui, recentioresque Grammatici, videntur euitare scopulum; namque Nonius Marcellus agens de mutata declinatione dicit: *Fructuis, pro fructus. Varro Meleagris: Quæro vtrum fructuis, an delectationis causa, fructus vt vendatis. Idem ταφῇ μενίππῳ. Aliquot Romæ sunt, qui cellas vinarias fructuis* * *parant, vt vendant.* Sed in alia editione Scoti Veneta, mendose legitur: *Fructis pro fructibus. Varro in Meleagro: Quæro vtrum fructis an delectationis causa fructus vt veneatis, vt vendatis*; non enim dici potest, *causa fructibus*. Ad hunc modum afferunt eundem Nonium mox dicentem: *Victuis, pro victus. Varr. de vita Pop. Ro. l.* 1. *Primum de re familiari ab Patribus, secundo de victuis consuetudine primigenia, tertio de disciplinis priscis necessarijs vitæ.* vbi Modoetiensis editio Veneta: *de discipulis priscis.* & illico: *Graduis pro gradus: Varr. de vita Pop. R. l.* 11, *Multo præditi pudore, & pudicitia adolescentes, dixerunt cum maiore patre eius graduis, & [ætate] ad te stipendia facerent.* Veneta: *dixerunt: cum maiore patre & ætate ad te stipendia facerent.* & mox: *Anuis, pro anus. Varro Cato, vel de liberis educandis: Eam nutricem oportet esse adolescentem: Anuis enim vt sanguis deterior, sic lac; lac enim, vt quidam dicunt physici, sanguinis spuma est.* Et infra. *Rituis, pro Ritus: Varro Cato, vel de liberis educandis: Itaque domi rituis nostri, qui per Deum fidium iurare vult, prodire solet in compluuium.* male Modoetiensis: *perdere solet in compluuium.* Sosipater Charitius: *Fructus, fructi: Terentius in Adelphis: Nunc exacta ætate hoc fructi per laborem ab his fero.* Vbi Helenius Acron: *& huius fructuis, vt Senatuis veteres extulerunt.* ac demum Rob. Steph. in Thes. ling. Lat. *Fructus, huius fructus, vel fructuis, & fructi: datiuo, fructui: m. g. M. Varro: eius enim saliuam esse fructuis venenum.* Ceterum hi quidem textus literam sartam tectam tuentur, sed vereor ne grammatismum solœcismo corrumpant, & rei significatæ naturam in isto *fructuis* Varronis; etenim ve-

cap. 8.

* causa fecerunt

B C D E

1. de re rust. c. 2

Palladi cur capra non sacrificetur.

Rob. Steph. ex Varr. de re r. l. 1. c. 2. & l. 3. c. 10.

Locus Varronis difficillimus explicatus.

venenum dicitur esse tum eius animantis, in qua gignitur; tum illi animanti, cui nocet: sic venenum aspidis asserimus, quod in aspide generatur; idem venenum homini dicitur, cui mortem affert; ac vt venenum aspidi non apte dixeris, ita neq; venenum hominis, aſt homini, sicut ait [q] Lucretius:

[q] l.1.

„ Deinde inimica modis multis sunt, atque venena
„ Ipsa sibi inter se; quare aut congressa peribunt;
„ Aut ita diffugient, vt tempestate coorta
„ Fulmina diffugere, atque imbreis, ventosque videmus.

[r] l.4. & [r] infra.

„ Tantaque in his rebus distantia, differitasque est,
„ Vt quod alijs cibus est, alijs fuat acre venenum.
„ Est vtique, vt serpens hominis contacta saliuis
„ Disperit, ac se se mandendo conficit ipsa.
„ Præterea nobis veratrum est acre venenum,
„ At capris adipes, & coturnicibus auget.

[s] l.5. & adhuc [s] infra:

„ Quippe videre licet, pingueſcere sæpe cicuta
„ Barbigeras pecudes, homini quæ est acre venenum.

[t] l.1. Arnobius [t] aduersus Ethnicos: *Veratrum venenum est hominibus: numquid ob hanc causam non debuit nasci?* Quare genitiuo iungitur venenum, quãdo sermo est de animante, in qua generatur, cui noxam non infert vllam; at dum datiuo copulatur, indicat id viuens, cui noxium est. Quum itaque saliua capræ non gignatur in olea, sed oleis noceat; quas efficit steriles; neque proprie nocet oleæ fructibus, qui nulli sunt in olea sterili; proptérea *fructuis* apud Varronem, vox est, non genitiuum *fructus* indicans nominis substantiui, sed datiuum indicat adiectiui nominis fructuus fructua fructuum, in numero multitudinis; vt enim *cæduis* arboribus venenum est Lunæ plenæ lumen, quod eas pleniluniũm carie putredineque satis infestat; quod aiunt post Theophrastum Plinius, Varro, Columella, Porta, & alij passim Classici scriptores: vtque stirpibus annuis venenum est initium brumæ, quod eas interire facit, aut saltem frondibus exuit: ita sane fructuis, hoc est fructiferis oleis venenum est saliua caprini generis, quæ steriles eas reddit, ac infrugiferas. Nec tamen abnuo *fructuis* aliquando posse genitiuũ esse substantiui nominis fructus; vt sit vox æquiuoca tam genitiuo singulari substantiui fructus; quam datiuo plurali nominis adiectiui, fructuus fructua fructuum; quo sensu Varro dictionem istam fructuis accepit in allato loco. Sed ad capræ sacrificium redeamus in Lucerna nostra; sane vt viua capra spectatur iam iam immolanda: sic antea sacrificati capri caput esse potest, quod alius puer in terra manu premit; etenim caper, quod & ipse vites arrodat, & capras implens inimicorum copiam Baccho procreet, ad aram Bacchi, non minus quam capra sistitur, volente Deo vitium; Quo spectant, præter allata [u] superius, illa Ouidij carmina: [u] l.5.metam.

„ Vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras
„ Ducitur Vltoris ----------

& [x] Martialis: [x] l.3.ep.24.

„ Vite nocens rosa stabat moriturus ad aras
„ Hircus, Bacche, tuis victima grata sacris.

& Prudentij contra Sym.

„ His nunc pro meritis Baccho Caper omnibus Aris
„ Cæditur ----------

Ob hæc igitur facile fuit Baccho, pro pueri victima tolerare capram, & hircum sibi sacrificari: tum maxime quia Bacchus Dæmon fuit Ethnicis illudens: ac vt ab initio semper æstuauit Cacodęmon superbiæ libidine se reddere similem [y] Altissimo, penitusque Deo æqualem: agnoscens postea Deum Abrahamo iussisse, filium Isaachum vt sibi sacrificaret, moxque delectatum prompta senis obedientia, pro filio iussisse vt [z] arietem, suppositum diuinitus, immolaret: ita Dæmon persuasit olim Ethnicos Potnienses vt puellorum vice Capram suppositam Baccho sibi sacrificarent: & alio tempore sub nomine Dianæ Græcos, vt pro Iphigenia Virgine Ceruam ad Aram mactarent, in

[y] Isai.14.

[z] Gen 13.

7.hist.c.2. l.16.c.39. 1.de re ru c.37. l.9.c.1. 2.Vill.c.5.

Au-

Aulide ſuppoſitam vice virginis ablatæ; qua de re latius [a] Euripides Poeta & Dictys [b] Cretenſis Hiſtoricus : tum etiam quia Gentiles hiſtoriam ſacram plerumque vitiabant, & ad ſuas fabulas transferebant, mutatis atque peruerſis rerum, rituumque nominibus ac ordinibus; vt optime demonſtrat Iuſtinus [c] in Apologia pro Chriſtianis ad Imperatorem Senatumque Romanum ſuę tempeſtatis. In hac autem Lucernâ ſegregatus a ceteris puer ille ſublime ſedens in manubrio cum lyra bicorni ſeptichorde, mihi ſymbolum eſt illius, qui debebat immolari, pro quo primum ſuppoſita capra fuit; nam ad gratiarum actionem peculiariter hymnum laudis canere ponitur placato Dionyſio, qui capram pro ſe miſello ſuppoſuerit. Caput autem mæſti ſenis ad initium tubuli, refert apte parentem eius, qui proximo ſacrificio mactatus fuerat. Naiades vero, Tritones, & conchæ marinæ rectiſſime ponuntur ad ornamentum Lucernæ Bacchi, quia colitur ab Ethnicis Deus multæ nauigationis, multaque præclara facinora mari geſſiſſe, vt obſeruaui. Quin & Nymphas Naiades Bacchi ſacerdotes fuiſſe, teſtatur ex ipſo Strabone [d] Natalis Mythologus: verba vero [e] Strabonis ea ſunt: *Adminiſtri porro Muſarum ſunt cum docti omnes, tum peculiariter muſici: Apollinis, & hi, & diuinatores: Cereris, myſtæ, fatigeri, ſacrorum enarratores: Bacchi, Sileni, Satyri, Lenæ, Thyæ, Mimallones, Naiades, Nymphæ, Tityri.*

Hæc ea ſunt, optime Hieronyme, quæ mihi nunc e calamo fluxerunt ad explicationem imaginum in tua priſca Lucerna ſculptarum. Tu ea boni conſule ac me ama. Dabam Patauij, e meo Scalumnæ Muſeo, Prid. Id. Aug. M DC XLVI.

[a] Tragæd.
[b] 1. de bell. Troi.
[c] Apol. 2.
[d] l. 5. c. 13.
[e] lib. 10.

De Lucerna Caligati pedis militis effigiem habentis: vbi multa de caligis antiquis militaribus. Cap. XXVIII.

INter multas antiquarum Lucernarum imagines, quas ad me Roma tranſmiſit Illuſtriſſimus Caſſianus a Puteo, vir eruditione ſingulari conſpicuus illa eſt, quæ militis caligatum pedem repreſentat in hanc effigiem:

Huic

Lib. VI. Cap. XXIX.



Jo. Georg. sculps.

Huic valde similis videtur illa Lucerna, de qua Cl. Ioannes Smith ad Erud. Nic. Heinsium ita scribit: *Est & albicans pedis dextri ocreati forma, media fere supra talos tibia præcisa, qua parte oleum infundebatur: ocrea superne, qua digiti pedes eminent præscissa, ellychnium in ipso pedis pollice. Solea inferior geminos clauorum ordines, anteriores quoque & posteriores inter eas parte clauorum capita complura habet, ad calcem manubrio oblonga instructa est.* Sed Romana manubriolum habet breuissimum, pedem non ocrea contectum, sed nudum; nec vllam tibiæ partem supra talum. Lucerna constructa est ex metallo, pensilis e tribus Catenulis in figuram Caligæ militaris. Donauit eam non ita pridem Cassianus idem Excellentissimo Duci de Alcala Hispanensi. Sub maiori digito Pedis erumpit exiens tubulus, ellychnio datus. Ad talum extuberat veluti fornicatum culmen rotundum, in cuius apice supra breui collumella insidet Columba; quæ fuit Ethnici militis, in cuius tumulo seruabatur ardens, propria tessera; namque Columba maxime docet milites, potissimumque regali dignitate claros; etenim a Pierio Columba ponitur [a] *Auspicium Regium*, ac militare; dicit enim, *Adnumerantur vero Columbæ inter eas aues, quæ regibus auspicia faciant. Hinc Maroniano* [b] *Aeneæ Columbæ geminæ a matre in auspicium missæ. Et Cæsari, originem inde trahenti, prospero fuerunt ostento; quum palmam eam nidis frequentare cæpissent, quam ipse castris locum capiens, inter syluas, quas cædebat, repertam conseruari vt omen victoriæ iusserat. Ea enim de causa mirum & inusitatum videbatur, quod id auium genus duram & asperam frondem studiose soleat cultare. Et eadem die, qua natus est Diadumenus Macrini filius, Aquilae pallumbum regium paruulum attulit, & in cunis posuit dormienti, recessitque sine noxa, quod dubio procul eum ab ineunte ætate Imperatorem futurum indicauit. Quin etiam Aruspices dixerunt Alexandrum Seuerum futurum Imperatorem: consulti quid haberent auspicij; quod anicula quædam, quo die natus est, matri eius huius generis aues obtulerit. Apud Hebræos legas, prædiuitum ac potentiorum hominum morem fuisse, Columbarum alas gypso illitas in summæ felicitatis signum summis tectis affigere: hoc Eutymius.* hoc certe miles, qui summo tecto ædificij sua in Lucerna descripti columbã, vt apertissime videtur, affixit, nempe simbolum summæ felicitatis militaris, quam aut habebat, aut effectabat. Sed & ea ratione columba militem decet, quod animal lasciuissimum sit, libidinique deditum, atque proinde Veneri dicatum; quam Deam veteres ideo Marti coniunxerunt, quia milites ad venerea propensissimi sunt, quemadmodum obseruauit [c] Aristoteles, inquiens: *Quum viri sint mulieribus obnoxij; quod accidit omnibus ferme militaribus bellicosisque gentibus, præterquam Celtis, aut siqui alij coitum masculorum palam receperunt. Videtur autem, qui primus fabulatus est, non irrationabiliter Venerem Marti coniunxisse; quoniam omnes huiusce modi homines proni sunt ad Venerea, aut masculorum, aut mulierum, illisque obnoxij. Itaque apud Lacedæmonios hoc fuit, multaque in eorum principatu a mulieribus administrabantur. Etenim quid refert, vtrum mulieres ipse gubernent, an eos, qui gubernant, a mulieribus gubernari? idem enim accidit.* Huic placito plane subscribens in suis fragmentis [d] Petronius ille, siue Arbiter, siue Afranius nobile distichon attulit, *De Columbarum nido in galea.*

„ Militis in galea nidum fecere Columbæ:
„ Adparet Marti quam sit amica Venus.

Quin & ipse [e] Psalmista carmine triumphali, *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum, a facie eius:* Qui versus desumptus est e Numeris, quando proficiscebatur Arca Mosisque castra contra Cananæos: *Profecti sunt ergo de monte Domini viam trium dierum, Arcaque fœderis Domini præcedebat eos per tres dies prouidens castrorum locum. Nubes quoque Domini super eos erat, quum incederent. Quumque eleuaretur Arca dicebat Moyses: surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant, qui oderunt te, a facie tua. Quum autem deponeretur, aiebat: Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel.* Ex hoc loco sumpsit occasionem Dauid in psalmo triumphali præcitato tractare de columbis militaribus inquiens: *Rex virtu-*

Columba tessera militaris.

[a] 22. hierogl.

[b] 6. Aen.

[c] polit. c. 7.

[d] cap. 111.

[e] Ps. 67.

Genebr. Incognit. Num. 10. f.

tutum dilecti: & species domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ: & posteriora dorsi eius in pallore auri. Vbi sicuti Genebrardus ex Hebræo vertit, *Reges virtutum, siue exercituum: Ex quo intelligimus, Regem virtutum non hic significare Deum, sed regem quemlibet potentissimum & fortissimum q.d. magnarum copiarum reges & potentissimi principes dilecti erunt dilecti Deo, vel Dei Filio, qui Patris est carissimus.* Qui reges deuictis hostibus, distribuere videbantur spolia speciei ac ornamento Domus Dei, suspendentes tholo templi, dicantesque Numini manubias hostiles: Ita per pennas Columbæ deargentatæ, cuius posteriora dorsi palleant aureo colore, dormientibus inter medios cleros, interpretari lubet ex sacra pagina Tubas argenteas ductiles, quibus conuocabatur multitudo, quando mouenda forent castra; de quibus: [f] *Locutus est Dominus ad Moysem dicens: Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra. Quumque increpueris Tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium Tabernaculi fœderis. Si semel clangeris, venient ad te principes, & capita multitudinis Israel. Si autem prolixior, atque concisus clangor increpuerit, mouebunt castra primi, qui sunt ad Orientalem plagam. In secundo autem sonitu, & pari vlulatu tubæ, leuabunt tentoria, qui habitant ad meridiem. Et iuxta hunc modum reliqui facient vlulantibus tubis in profectionem.* & mox: *Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes, qui dimicant aduersus vos, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, & eruamini de manibus inimicorum vestrorum.* Vnde Psalmographus Dei milites describit dormire inter medios cleros, hoc est, vt Genebrardus explicat, existentes inter medias sortes, ac media & præsentissima pericula, versantesque in medijs discriminibus, vt de illorum capite iam alea iaciatur, vel etiam iacta sit: vtque de ipsis, ipsorumque vita, & bonis sortiantur, quod solent efficere Victores. Apte vero tubæ ductiles argenteę comparantur columbis pennas deargentatas habentibus, & posteriora dorsi deaurata: quia Columbæ volatu suo tubas ductiles, hoc est, quæ contractiles, & extensibiles, modo progrediuntur, modo veluti retrocedunt, aperte referunt. Posterior autem hiatus maior tubæ, corpusque superioris dorsi, commistione luminis Solaris in ambiente diffusi, cum candore argenti tubarum, desinit in luteum auri pallorem. Hic video quidem Lyranum cum Ordinaria Glossa *tubas ductiles* accipere tanquam non fusiles, at incudibus & malleo subactas quæ per tunsiones augeantur & crescant, in latitudinem & longitudinem ampliorem ducto metallo; quibus consentit Abulensis inquiens: *Sunt istæ tubæ ductiles: vocantur ductiles, idest factæ per extensionem malleatoriam, & non opere fusili; ducere enim est producere, vel extendere: & hoc proprie, quandocumque aliqua grossa materia per malleationem extenuatur in laminas: sic accipiebatur pro fabricatione tubarum magna massa argenti, & illa extenuabatur in tubam.* Attamen etiam ductilium tubarum nomine possumus intelligere, quæ iam ex duplici parte constructæ, quarum vna in alteram inseritur, ad libitum tubicina, modo producuntur, modo contrahuntur, ad soni varietatem efformandam; etenim ad multos vsus institutæ varios edere sonos debebant illæ tubæ ductiles: Quod & Abulensis ipsemet obseruat, aiens: *Fuerunt autem istæ tubæ ad multos vsus, secundum quod habetur infra, scilicet ad conuocandum multitudinem, & ad mouenda castra, & ad festiuitates, & epulas, atque sacrificia, & ad bella:* Quum ad festiuitates etiam nunc vsui sint in Ecclesia tubæ ductiles per contractionem, & productionem; quas vernaculo sermone vocamus *Tromboni*. Quocirca mirifice militis Lucerna Columbam habet insculptam. Ista vero Lucerna speciem referens Caligæ militaris, inferne soleam obtinet clauiculis ferreis vndique munitam, atque circumseptam, & in medio pariter a summo calce per interualla vsque ad vltimum digitorum finem armatam, vt etiam calce ferire valeat hostem. Qua de re lusit aliquando Poeta concinens: *& ferire valeat hostem*. Nec ad offensam hostium solum, sed & ad luxum, & ad pedum tutelam calceis in solea clauis armata priscos vsos fuisse monet Clemens

Obscurus locus explicatus n sacra pagina.

[f] Num. 10. init.

Tubæ ductiles argenteæ cõparatæ Columbis apte.

Tubæ ductiles ad multos vsus.

Lucerna militis cur Columbam habeat.

Claui ferrei cur in solea Caligæ militaris.

2.pęd.c.11. Alexandrinus aiens: Similiter autem in calceamentis ſuperbę arrogantisque feminæ magnam quoque oſtendunt mollitiem. Vere ergo turpia ſunt illa ſandalia, in quibus ſunt aurea veluti donaria. Quin etiam circum circa clauos ſoleis infigere æquum cenſent. Multæ autem eis quoque amatoris imprimunt complexus, vt vel per terram numerosæ incedentes, meretricios ſpiritus in inceſſu inſculpant. Valere ergo iubendum eſt aureorum & gemmeorum ſandaliorum vana artificia, cum crepidis Atticis & Sicyonijs, cothurnisque Perſicis & Hetruſcis. Recte autem ſcopo, vt veritati noſtræ mos eſt, propoſito, id quod eſt ſecundum naturam eligendum eſt. Calceorum enim vſus hic quidem eſt ad tegendos pedes: alius autem ad propulſandas offenſiones, & a montanis aſperitatibus plantam pedis conſeruans. Sunt itaque mulieribus albi concedendi calcei, niſi iter ineant; tunc autem eis vnctis vtendum eſt. Clauis autem perforatis opus habent ſoleis quæ viam conficiunt; quamuis illis vt plurimum calceis vtendum eſt. Neque enim feminam decet pedem oſtendere; & alioqui mulieri tener eſt ſenſus, vt facile lædatur. Viro autem pulchre conuenit nullos habere calceos, præter quam ſi militet. Υποδεδησθαι enim non paruam habet affinitatem cum δεδεσθαι, quod eſt, eſſe ligatum. Optimum quidem eſt exercitationis genus nudis vti pedibus, & ad ſanitatem & ad expeditã facilitatem, vbi non prohibeat neceſſitas. Quod ſi iter non ingrediamur, nec nudis incedere pedibus pati poſſimus, ſoleis vtendum eſt. Eas autem Attici vocabant κονιποδας, quod pedes, quantum ego conijcio, puluere appropinquare facerent. Tenuis ac ſimplicis calceaturæ teſtis ſufficit Ioannes, qui dicebat ſe non eſſe dignum ſoluere corrigiam calceorum Domini. Non enim curioſos, aut ſuperfluos is habebat calceos; qui veræ philoſophiæ typum Hebræis oſtendebat. Hæc ille: Quibus aperte conſtat olim milites vſos fuiſſe calceis clauos habentibus infixos. At de militari Caliga multi locuti ſunt; Valeriano, *Caliga quoque ſuum habuit hieroglyphicum, vt ſcilicet eius ordinis militem indicaret, qui manipularibus præfectus eſſet; eo enim calciamenti genere vtebantur. Subiecti erant hi Centurionibus, & Caligati dicebantur. Vnde apud Tranquillum legas in Auguſti facilitate, qui vallares muralesque coronas ſæpe etiam Caligatis tribuerit. Inter hos infimæ notæ milites quia & enutritus, & aſſidue verſatus erat C. Cæſar, qui Tiberio ſucceſſit in Imperio, ab eo Calciamenti genere Caligula vocitatus eſt.* Phil. Beroald. Comment. in Suet. C. Cæſ. Caligulam infit *Manipulario habitu.*] *Calceamento militari: Sextus Aurelius in hanc ſententiam ſic inquit: Caligula filius fuit Germanici: & quia natus in exercitu fuerat, cognomentum Calceamenti militaris, id eſt, Caligula ſortitus eſt.* Auſonius quoque idem ſignat illo verſu,

„ Caius Cognomen Caligæ cui caſtra dederunt.

Hinc illud Sydonij Apollinaris,

„ Et Caligas Caij Claudij Cenſura ſecuta eſt.

C A Caliga Calceamento militari Caligatus miles dictus: Iuriſconſultus, Digeſtis de his qui notantur infamia: *dimiſſum accipere debemus militem caligatum.* Plinius, [g] *Duo*, inquit, *lacus Italiæ Alpium radicibus: Larius, & Verbanus appellantur; in quibus piſces omnibus annis Vergiliarum exortu exiſtunt ſquamis conſpicui crebris, atque præacuti clauorum caligarum effigie.* Idem inferius [h] de boletis venenoſis addit: *Illa pernicialia, prorſusq. improbanda* boletorum genera: *ſi enim caligaris clauus, ſi ferri, vel chalybis aliqua rubigo, aut panni marcor affuerit, omnem illius ſuccum alienum ſaporemque in venenum decoquit.* De clauo caligari ſcite quoque Iuuenalis, [i]

„ Pinguia crura luto, planta mox vndique magna
„ Calcor, & in digito clauus mihi militis hæret.

in digito nempe mei calcati pedis. Et in fine Satyræ miles inducitur aiens:

„ Adiutor gelidos veniam caligatus in agros.

& in vltima Satyrarum legimus.

„ Quum duo crura habeas, offendere tot caligatos
„ Millia clauorum, quis tam procul abſit ab Vrbe?

Iſto Calceamenti clauati genere noſtris etiam temporibus Turcæ, militesque

[g] lib. 9 c. 18.

[h] l. 22. c. 22.

[i] Sat 3.

l. 40. Hierogl.

que Græci Stratiotæ nuncupati paſſim vtuntur. Valerius [k] agens de luxuria exercitus Regis Antiochi dicit: [l] *Magna ex parte aureos clauos crepidis ſubiectos habuit.* At vero Iuſtinus editione Frellonia Lugdunēſi æ ę MDLXVIII. legit de eodem exercitu Antiochi: *Argenti certe, aurique tantum, vt etiam gregarij milites caligas auro fingerent; proculcarentque materiam, cuius amore populi dimicant.* Niſi mendum obrepſerit, & legi debeat *figerent*, pro, *fingerent*. Proculdubio Plutarchus in Comparatione Scipionis & Annibalis ait: *Quum aliquando Antiochus, Populo Romano bellum illaturus, copias in aciem deduxiſſet, non tam armis, quam auro argentoque ornatas, quæſiuit a Pæno, an ſatis hæ copiæ ſibi viderentur: Tum ille, Satis, inquit, o Rex, quamuis hoſtes auariſſimi ſint.* Exiſtimo tamen, potius *figerent* clauis aureis, quam *fingerent* caligas ex auro, legendum in Iuſtini codice; quod caliga ex auro ſolido, propter pondus minus apta ſit curſui, & impediat agilitatem inceſſus & motus militaris. Ioſephus item, cui paria ſcribit [m] Egeſippus, nobilem hiſtoriam Iuliani refert, a caligarum clauis fatum perpeſſi, dicens ad verbum: Iulianus vero quidam Centurio ex Bithynia non ignobilis, quem in illo bello & armorum peritia & viribus corporis & animi ſpiritu omnium fortiſſimum ipſe cognoui, vbi Romanos iam cedere & male repugnare conſpexit (propter Titum autem apud Antoniam ſtabat) ſubito proſilijt, iamque Iudæos vincentes ſolus ad interiorem vſque templi angulum perſecutus eſt. Fugiebat autem vniuerſa multitudo, neque vim eius neque audaciam hominis eſſe opinantes. At ille per medios ruens, quos alios alio diſiecerat, ipſos quos occupaſſet interficiebat: eaque facie nihil Cæſari admirabilius, aut alijs horribilius viſum eſt. Verum & ipſum profecto fata perſequebantur, quæ ab homine vitari non poſſunt. Calceos namque habens, creberrimis atque acutis clauis, vt ceteri ſolent milites, fixos: dum ſtrato ſaxeis cruſtis ſolo curreret, labitur: magnoque cum armorum ſono deiectus, in tergum fugientes reduxit. Et Romanorum quidem clamor ex Antonia ſublatus eſt, ſaluti eius metuentium: Iudæi vero multis ſimul gladijs & haſtis vndique feriebant. Ille autem multam quidem ferri vim ſcuto excipiebat: ſæpe autem conatus erigere ſe, percutientium multitudine reuolutus eſt; & iacens tamen gladio multos perculit; nec enim cito peremptus eſt, quando galea & thorace omnia membra neci oportuna ſeptus erat; namque diu ceruicem contraxerat, donec conciſis alijs eius membris remiſit vires, quum ei nemo auderet ſuccurrere. Nimius autem dolor Cæſarem tenuit, vbi tantæ fortitudinis virum in conſpectu tantæ multitudinis vidit occidi: & quod locus ſe quidem intercludebat auxilium ferre cupientem: alios autem, ne poſſent, metus impediebat. Iulianus igitur diu cum morte luctatus, quum non paucos interfectorum ſuorum ſaucios reliquiſſet, ægre peremptus eſt: magna ſui gloria, non apud Romanos tantum & Cæſarem, verum apud hoſtes quoque relicta. Iudæi vero etiam mortui rapto corpore, Romanos in fugam verſos, in Antoniam concluſere. De Caliga quoque [n] Plinius: *Plurimi iuuentam inopem in caliga militari toleraſſe* cōperti ſunt. Leuinus Torrentius: Caligatis] Atqui omnes milites caligati incedebant: Caliga enim, vt inquit Dion, [o] στρατιωτικὸν ὑπόδυμα: vnde Caligatus proprium militis epitheton eſt. Sic l. ix. de cuſtod. & exhibit. reorum: Qui exercitum accipit, ius animaduertendi in milites Caligatos habet. Quin & Caligatus per ſe pro milite accipitur: Caligatus, qui metu hoſtium languorem ſimulauit. [p] Suetonius tamen hic Caligatorum nomine eoſdem, quos ante manipulares vocauit, hoc eſt gregarios tantum milites intelligit, vt & in Caligula, [q] Caligulæ cognomen caſtrenſi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. Et [r] Vitell. atque ipſe (ni fallor) [ſ] Modeſtinus, & Vlpianus agens de his qui notantur infamia, & apertiſſime Theodoſius, & Valentinus, ac Iuſtinianus Nouell. Quib. modis Natural. efficiuntur Legitimi. Id vero inde factum arbitror, quod qui gradum aliquem militiæ tenebant, ornatiore quam Manipularij Caliga vtebantur, & clauis argenteis aureisque effulgebant. Quales autem claui fuerint,

[k] l. 9.
[l] l. 38. f.
[m] 7. de bell. Iud. c. 3.
[n] l. 7.
[o] in com. Suet. Aug. c. 1. p. 1340
[p] l. 6. de remilit.
[q] c. 9.
[r] c. 7.
[ſ] 10. de excuſ. Tutor. l. 11.
l. 21. de Nuptijs.

l.9.c.18. rint, qui militum caligis ſuffigebantur, ex Plinio nouimus, qui crebros & præacutos illos aſſeruit. Hoc illud eſt, quod millia clauorum, & in digito calcati pedis hærere clauum militis dixit Iuuenalis: *& Marium a caliga ad conſulatum perductum*, Seneca. Eiuſdem Leuini apud Suetonium eſt: *Speculatoria Caliga.*] *Speculatoriam Caligam hoc loco Tranquillus addidit, quo maiorem Caligæ vtilitatem oſtenderet; inter milites enim alij alijs ornatiore caliga vtebantur. Et ſpeculatores quidem militum numero habebantur, verum ob laboris aſſiduitatem, ac diſcrimina, quæ ſubibant, minus cultos incedere ſolitos credendum eſt: & fieri poteſt, vt peculiari quodam calceamenti genere induerentur. Quæ ſpeculatoria abſolute dicuntur a Tertulliano, tractante* De Corona Militis, *quum ait:* Speculatoriam, morosiſſimam pedibus, abſoluit. Thed. Pulmanni ex Claudio V. *Speculatoria dicitur Caliga: Eam eſſe ſpiculatoriam exiſtimo; nam etſi inter ſpeculatorem & ſpiculatorem multum intereſt; tamen interdum ſic mutatis elementis pronunciabant: ſic in Euangelio Marci ſpiculatoris. Speculatoriam autem caligam, ſpiculatoriam Tertullianus appellat, ideſt, caligam militarem: eius verba ſunt: ſpiculatoriam, morosiſſimam pedibus, abſoluit.* Cl. Salmaſij notæ in Trebellium Pollionem ſic habent: Caligas gemmatas annexuit: Palatinus gemmeas caligas annexuit: Caliga, caligea, vel caligia: vt blatta, blattea: tina, tinia: baxa, baxea: pala, plea: ἡ τῷ δακτυλίῳ σφραγὶς (*anuli ſigillum*) & ſimilia ſexcenta. Caligas heic a compagis ſeparat: & ſane caliga proprie militis calceamentum: Campagus calceus patricius, quo & Imperatores vtebantur; nam ſolo colore diſtabant Imperatoris, & Senatoris Calcei. Capitolinus in Maximinis, Caligam Maximini appellat regium eius Calceum. Et nullum diſcrimen ſtatuere videtur inter Caligam & Campanum Tertullianus in carmine, quod in Senatorem Iſiacum compoſuit,

com.1.pag. 1455.

de coron.milit.p 290.

--------caligaque remota
Gallica ſit pedibus molli redimita papyro.

Vbi ſatis manifeſtum eſt, Caligam Senatoribus ab eo tribui, vt Gallicam Iſiacis. Græci recentiores κάλζαν vocauerũt calceum, nomine a Caliga detorto: vt enim qui Latinis *Calx*, ipſis καλίτζα dicta eſt; ſic qui vetuſtioribus Græcis καλιξ, recentiores καλλίτζαν & κάλζαν dixerunt. καίλλιξ κάλιγος Græcis eſt Caliga, vt δελφιξ δέλφικος Delphica. Modeſtinus de eſcuſ. tutor. ἐμόνον δὲ οἱ τὰς ἀπὸ καλίγος στρατείας καὶ τὰς λοιπὰς πεμιπιλάροι στρατεφσάμενοι κάλλιξ: ex Latino *Caliga* fecerunt Græci, poſtea Latini ex illo Græco κάλλιξ, vel κάλιξ κάλιγος. *Caligem* etiam dixerunt pro *caliga*. Iſidorus: *Clauati, quaſi clauiati, eo quod mixtis clauis, id eſt acutis ſoleæ caligis vinciantur*. Ceterum *caligis* Iſidori poteſt eſſe tertius caſus numeri multitudinis, non ſecundus ſingularis, vt accipere videtur Vir Eruditiſſimus. At de ſimilibus grammaticalibus in propoſito Caligæ militaris, ad cuius effigiem efformata videtur noſtra Lucerna, pluſquam ſatis. Erat autem iſta Lucerna penſilis e tribus catenulis, vna quidem longiore, binis autem alijs breuioribus, ac inter ſe prorſus æqualibus: breuiores duæ ad anulos circa talum vtrumque fixos adnectebantur inſertæ: tertia longior inſerebatur anulo maiorem inter & ſecundum digitum illi pollici proximum extuberante: cuiuſmodi catenulis aliquot pendere vidimus Lucernas inuentas in ſepulchris, & ab Autore voluminis, cui titulus eſt *Roma ſubterranea*, delineatas. Pendet a collo pedis apex corrigiæ, caligam pedi nectentis. Ceterum allatis adiungere liceat, Caligas clauis munitas antiquitus non ſolum militibus vſui fuiſſe, verum etiam Monachis Deo dicatis; etenim D. Gregorius in ſuis Dialogis moralibus tractans de Sancto Equirio Abbate Monaſterij, quod appellatur Balneum Ciceronis, ait ipſiſſimis verbis: *Tunc ecce Vir Dei clauatis caligis falcem fenariam in collo deferens veniebat*. &c. His autem vtebatur, quod per aſpera loca ſibi faciendum eſſet iter: Ab iſto caligarum genere non videtur abhorrere ſuperior Lucernæ, cui ſub forma caligæ ponitur imminere columba, quæ vulgaris eſt Chriſtianorum, potiſſimeque religioſorum teſſera; tum ob præceptum Domini, Diſcipulis ſuis edicentis: *Eſtote ſimplices, ſicut Columbæ*: tum ob ſymbolum Spiritus Sancti, ſub co-

l.1.c.4.

Matth.10.

lumbæ ſpecie repreſentati; ſicuti legitur apud Euangeliſtas, *Baptizatus Ieſus, confeſtim aſcendit de aqua: & ecce aperti ſunt ei cæli: & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut Columbam, & venientem ſuper ſe.*


Matth.3. Luc.3. Mar.1. Ioan.1.

De Lucerna Equitis Magi Sancti, qui Chriſtum Dominum infantem adorauit. Cap. XXIX.

INter pluſculas Lucernas, a Io: Baptiſta Caſalio Romano delineatas in opere ſuo De [a] Veteribus Chriſtianorum Ritibus ceteris artificioſior hanc habet effigiem:

[a] c.42.p.208

Lib. VI. Cap. XXX.



Jo. Georg. sculps.

Propoſita Lucerna declaratur, cum obſcuro loco Auicennæ, multaq; de ſtapede equitantium antiquis ignoto. Cap. XXX.

VT autem in plano ſuo ſuperiori ſtellam comatam effictam gerit iſta nobilis Lucerna; ita ſupra planum areæ ſuæ veluti Rotam habet, in qua priſcum monogramma, Chriſti nomen vetuſto more ſignatum habet. Cui quidem Rotæ velut hæret Eques manu dextera (contra morem communem) frenum equi gubernans, & ſiniſtra proferens orbiculum: quod conijcere poſſumus eſſe granum vel Myrrhæ, vel Thuris, vel Auri, ab aliquo trium Regum Magorum, qui dudum Stella duce venerunt ex Oriente cum muneribus adorare Dominum recens ortum in Bethleem terra Iudæ; offerentes ei munera de theſauris ſuis, Aurum, Thus, Myrrham, vt [a] in Euangelio legitur; vnde Poeta fidelis, explicatis Magorum donis & nominibus dicebat,

Explicantur imagines in Lucerna.

[a] Matth.2.

Ga-

» Gaſpar fert Myrrham, Thus Melchior, Balthaſſar Aurum.

Ac ſi diuinare licet, exiſtimem hunc, in Lucerna cælatum, eſſe iuniorem e Magis illis Orientalibus; cui non difficile fuit, ob admirabilem ſui ſapientiam, vnde Magi nomen adeptus eſt more veteſto, Deo ponere Lucernam admirabiliter ardentem, ſine noui fomitis adiectu, fere perenni temporum curſu. Coniecturam hic de Magis Regibus illis auget illa comata ſtella in plano Lucernæ cælata; nam picturæ vetuſtiores Magorum ſtellam repreſentant ſub eiuſmodi effigie comati ſideris. Antiquitatem autem huiuſmodi Lucernæ ſatis oſtendit Polydorus ille Virgilius in opere ſuo de rerum inuentoribus: *Eſt & illud nouum inuentum, in quo vterque pes vtrinque eius quieſcit, qui equo inſidet; nam vt in marmoreis ſtatuis Romæ conſpicitur, antiqui non vtebantur; nec quo nomine appelletur, apud autores legitur; vulgo Staffa nominatur, quod in eo pedes commode ſtent.* Eandem ſententiam coluit Guido Pancirolus in [b] opere ſuo Rerum Memorabilium recens inuentarum inquiens: *Staphiæ quoque, ſiue Stapedes quando introducti fuerint, non vſque adeo expeditum eſt. Sed quoniam horum nec veſtigium in marmoribus, aut æneis tabulis, & nec etiam nomen extat: dicto non abſurdum videtur, Eos poſt ruinam Imperij Romani fuiſſe inuentos. Ideoque rei nouæ neceſſum fuiſſe nouum quoque excogitare vocabulum: quod eſt Staphia, vel Stapes, Stapedis, hoc eſt, locus, in quo pes queat conſiſtere.* Similiter eiuſdem Scholiaſtes in notis ait: *At vero adminicula illa, quibus & equi conſcenduntur facilius, & quibus pedes vtrinque inſeruntur, vt quieſcant, & commodior fiat ſeſſio, nouiter inuenta eſſe, dubitandum non eſt. Nam vt in marmoribus, & æneis ſtatuis, itemque in arcubus triumphalibus Romæ conſpicitur, antiqui adminiculo eo non vtebantur: nec quo nomine appellaretur, apud vllum Græcorum aut Latinorum auctorem legitur. Vulgus Staffas, Staphias, vel Stapedes vocat, quod in eis pes ſtet commode. Cælius Rhodiginus, Subſellares, quod ſub ſella propendeant: Rob. Valturius, ferrum ſcanſile. Saltu autem Veteres ſe coniecciſſe in equos, abſque illo, quo dixi adminiculo, oſtendit* [c] *Virgilius:*

Magus ſapiẽtem ſignat.

lib. 3. c. 18.

Staffe nouiter inuentæ.

[b] tit. 16.

[c] lib. 12.

A » Infrenant alij currus, ac corpora ſaltu

» Subijciunt in equos, & ſtrictis enſibus adſunt.

Idem de Turno, eodem libro:

» Poſcit equos, atque arma ſimul, ſatuque ſuperbus

» Emicat -------

Clarius vero etiam id docet Vegetius: Non tantum, inquit, a tyronibus, ſed etiam a ſtipendiarijs militibus Salitio in equos diſtricto eſt ſemper exacta; quem vſum ad B *hanc vſque ætatem, licet cum diſſimulatione, peruenisſe manifeſtum eſt. Equi lignei ſub tecto hyeme, æſtate ponebantur in campo. Super hos tyrones primo inermes, dum conſuetudine proficerent: deinde armati cogebantur aſcendere; tantaque cura erat, vt non tantum a dextris, ſed etiam a ſiniſtris partibus & inſilire & deſilire condiſcerent, euaginatos etiam gladios, vel contos tenentes: hoc enim aſſidua meditatione faciebant ſcilicet vt in tumultu prælij* C *ſine mora aſcenderent, qui tam ſtudioſe exercebantur in pace. Liuius ſecundi belli Punici lib. 3. Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, ſed quibus Deſultorum in modum binos trahentibus equos, inter acerrimam ſæpe pugnam, in recentem equum exſeſſo armatis tranſultare mos erat. Tanta velocitas in ipſis, tamque docile equorum genus! Xenophon Socraticus in eo libro, qui* Equitum *Præfectus inſcribitur. Poſtquam vero equites eſſe oporteat, dictum eſt:* D *Quanam parte equites optimi comparentur, hoc in medium conabor exponere. Ex his igitur Iuniores impellere atque adhortari debemus, vt in equos inſilire diſcant: huius autem rei magiſtrum præceptoremque qui adhibuerit, iure laudabitur: Natu autem grandiores adſuefacere, vt in ſcandendis equis, Perſico more, ſe inuicem adiuuent. Quia vero illa equos aſcendendi ratio non facile, & nec ſine labore atque moleſtia expediri poterat, ab iis præſertim,* E *qui viribus non valebant, nec habebant, qui in equos ipſos tollerent: igitur ad minuendum illum laborem Viocuri, ſeu qui vias militares ſternebant, in lateribus viarum collocabant altiores quoſdam lapides, & tanquam quædam puſilla ſuggeſta excitabant, ex quibus paruo negotio quilibet, tenui etiam corporis firmitate, poterat ſe conijcere in dorſum equi. Idem etiam in vita C. Gracchi narrat Plutarchus: qui*

lib. 1. Digreſſio de modo ſaliendi equos ante ſtapedum inuentionem.

lib. 3.

Caius

Caius quum omni ratione conſuleret commodis multitudinis, ſtuderetque cunctorum Italiæ populorum animum ſibi conciliare, in alijs etiam plures vias ſtrauit, & quum ipſas commodas valde feciſſet, atque ornaſſet; curauit etiam vt lapidibus certa menſura poſitis, & columellis quibuſdam notarentur millia paſſuum: & alijs itidem propinquioribus lapidibus effecit, vt qui equo veherentur, poſſent in eum facile aſcendere, ſine inſtrumento illo, quo huic rei facto vtebantur; quum in equum imponi vellent. Præterea, inquit, dimenſo viarum ſpacio, ſingulis Milliarijs (eſt autem Milliarium paulo minus quam octo ſtadia) columnas lapideas ſpacij ſigna proferentes conſtituit: alios inſuper lapides parum inter ſe diſtantes ex vtraque viarum parte diſpoſuit, vt ex illis faciliter, & ſine labore in equos eſſet adſcenſus. Quibus ex locis euidenter euincitur, Staphias Romanis antiquitus in vſu non fuiſſe; ideoque inuentionem harum nouam eſſe; quod eleganter docuit Robertus [e] *Valturius de re militari, &* [f] *Petrus Victorius in varijs lectionibus.* Hæc ille: quæ latius attuli, comprobaturus euidentiſſime, propoſitam Lucernam, in qua ſculptus eſt eques abſque Stapedibus eſſe peruetuſtam. Sed hic omittere non poſſum, Scholiaſtem hunc imponere Cælio, quod Stapedes appellauerit *Subſellares*, nam id vocabulum non ipſe finxit, ſed aperte deduxit ex Interprete Auicennæ; ſcribit enim Cælius citatis [g] verbis: *Illud item huic parti attexuerim libenter: equitantius adminicula, quibus pedes inſerantur, vt ſeſſio fiat commodior, & ſtaphas nuncupat inſcitum vulgus, ab Auicennæ Interprete, primo Canonis dici Subſellares, quia ſub ſella propendeant, vt docti interpretantur. Monet autem inibi Princeps, non oportere ſubſellares, aut pedum integumenta eſſe iuſto arctiora, quoniam eius membri motus longe facilius arcere valeat frigus.* Ego vero in Auicennæ [h] textu, a Gerardo Cremonenſi Latinitate donato, & ab Andrea Alpago caſtigationibus emendato, ſic ad verbum lego, nulla facta propoſiti mentione, vbi agitur de cuſtodiendis extremitatibus a nocumento frigoris: *Iter agens extrema in primis fricare debet, donec caleſiant:* & mox: *non oportet vt ſotular, aut calciamentum, quo pes tegitur, ſit ſtrictus, itavt pes in eo commoueri non poſſit; quoniam motus membri eſt vna ex rebus prohibentibus ab eo frigus.* Ceterum de ſubſellaribus in antiqua verſione Gerardi, nondum ab Alpago caſtigata mentionem fieri videmus; in ea namque legitur Auicennas ita verſus: *Et non oportet vt ſubſellaris, aut calciamentum, quo pes tegitur, ſit ſtrictum, ita vt pes in eo moueri non poſſit; quoniam motus membris eſt vna ex rebus prohibentibus ab eo frigus. Membrum quoque ſuffocatum duriter inuenit frigus: at non ipſum quidem pargameno cooperitur, & aliquid ei ſupponitur, & nihil ſupponitur eſt magis ipſum cuſtodiens.* Quo loco ſubſellaris nomine, non ſtapedem, ſed ſandalium, aut quod Italis dicitur, *Pianella*, vel *Zoccolo*, ac omnino calcei quoddam genus, indicari docet, dum e textu deſumpta ratio, qua ſcribit Auicennas, non oportere ſubſellare, quo pes tegitur, eſſe ſtrictum ita vt in eo pes moueri non poſſit; etenim ſtapes adeo ſtrictus eſſe nequit, vt in eo pes moueri nequeat; quin etiam ſtapes firmando, regendoque pedi deſeruit; non autem contegendo. tum e [i] Raſi, qui de propoſito ſcribens ad Almanſorem, vertit *ſubſellare* in *ſotullare*, quam vocem Alpagus accepit in ſuis caſtigationibus ad hunc Auicennæ locum; dicit enim Raſis, agens, vt Auicenna, *De regimine extremitatum digitorum pedum & manuum, ne a frigore corrumpantur*, &c. Pedum digiti prius manibus abſque vllo liquore vehementer ſunt fricandi. Deinceps vero ex oleo veteri inungendo fricatio facienda eſt: poſt quam pannis cooperiendi inter ipſos, ac ſub ipſis, & ſuper ipſos interponendo pannos. Sub pectine etiam toto ac ſuper ipſum lana mollis mittenda: deinde vero caligis ſubtilibus & mollibus calciandi. Quod ſi frigidis ſatularibus ſe calciauerit; ſummopere cauere debet, ne ſotulares madefiant, aut ex aliqua re ſibi accidente humectentur. Vnde conſtat apertiſſime ſotulares eſſe genus calcei, ac idem omnino eſſe ſubſellaribus. Quod apparet etiam ex Interprete Auicennæ Iacobo de Partibus, quem citat Rhodiginus; ait enim ad allatum Auicennæ locum Iacobus: *In hac prima parte primo inſtruit itinerantem in frigore, ne ſtricto habeat ſubſellares, & ſotulares, quibus pedes cooperiun-*

[e] l. 10. c. 2.
[f] l. 37. c. 15.
[g] l. 21. c. 31.
[h] 1. can. f. 3. d. 5. c. 5.
[i] lib. 6. c. 7.

Itinerantium pedes vt ſint cuſtodiendi.

Digiti manũ, & pedum vt a frigore tuẽtur in itinerante.

riuntur, ita vt in eis pedes moueri non pos- A *sint: & per subsellares intellige strepas, vel ocreas, quæ subsellares dicuntur, quia equitando sub sellis equorum pendent. & dat duas causas, prima est, quod motus extremitatum est vna ex rebus, quæ prohibent eas a frigore nocente, quia quisque motus est calefactiuus: sotulares igitur non sinentes in eis moueri pedes ob nimiam strictu-ram, in frigore nocent. Rasis vero ad Almansorem cauere iubet ne sotulares itinerantis in frigore madefiant.* Cl. Vossius *de* B *Vitijs Sermonis* agens ait: *Sotular pro calceamenti genere vsurpare non metuit Iulius Palamedis Adriensis in Translatione Auic. 1. Can. Fen. III. doct. 1. cap. v. Et sane legas apud Grammaticos multos: qui* socular, & sotularis *inter masculina nomina reponunt. Quod etiam factum a Casparo Finckio, & Christophoro Heluico.* A solea *esse id nomen, censet Marcellus Donatus in Suetonij Caligulã Cap. III. Sed &* sotular, *&* sotularij *sunt voces nihili. Decepit* C [m] l. 3. c. 51. *Grammaticos corruptus B. Hieronymi [m] locus extremo lib. primo contra Iouinianum, vbi sic legendum:* Et hic soccus, inquit, » quem cernitis, videtur vobis nouus, & » elegans: sed nemo scit, præter me, vbi » me premat. Et infra V. Cl. *Sotularis: calceamenti genus: vt pluribus dixi lib. 1. c. VIII. Volunt esse a solea: sed censeo esse a* subtalaris: *vti istac, quia sub talis. Adi, quæ inferius subdam in* subtalaris. Addit vero posterius: [n] *Subtalaris: pedum tegumentum, inde ita dictum, quia sub talis* D *foret. Vita S. Gudilæ Virginis cap.* II. *parag.* VIII. » Diebus vero, vt humanum » vitaret fauorem, talibus & vt ita dicam, » dimidijs vtebatur subtalaribus, vt superior pars pedum videretur tecta, sicut » Dei feruens amore incedebat, inferiore nuda relicta. *Vbi contra Manuscriptorum fidem, Laurentius Surius* [o] *reposuit,* calceis. *Garneueltius legendum putat,* subtularibus; *sed perperam. Imo neque* sotularibus, *quæ doctissimi Bollandi est coniectura, reponere omnino opus. Vsurpatur* E » *etiam in vita S. Odonis:* Die mihi, vbi San- » ctus Benedictus præcepit Monachis, » suos lauare subtalares? *Ludouicus de la Cerda in Aduersarijs cap.* XXV. *para.* X. *censet aliter, a sutela dici,* subtulares, *vel potius* sutulares. *Nempe quia in Codice manuscripto Vitæ S. Gudilæ, seu Gundulæ, sit:* » Diebus talibus, vt humanum vitaret fa- uorẽ, dimidijs vtebatur sutularibus &c. » *Verum a* sutela *non esset* sutularis, *sed* sutelaris. *Interim hæc codicum inconstantia facit, vt nec damnem* sotularis; *quod & ipsum barbari pro eodem calceamenti genere vsurpant. Vita B. Rogerij* [*] *Abbatis Ellanij cap.* VII. *parag.* VII. Sotulares nihilominus tamdiu frequenter portabat fo- » ratos, donec stramen per soleas exiret. » *Vita S. Eguini cap.* IV. *paragr.* XIX. Rusticus [p] quidam partem terræ S. Eguini » surripuit; & quum Iudices sanxissent, vt » certo die veniret, & terram illam suam » esse iuraret; puluerem de domo sua » sumpsit, & sotulares implenit, vt tuto » iurare posset, quod super terram suam » staret. *Imo & B. Hieronymum eo vsum putant; sed falli, diximus lib. 1. cap.* VIII. *Nec* sotularis *tam a* solea *factum, vt Marcellus Donatus credebat, quam ex* subtalaris *est corruptum.* Ex quibus apertissime constat, subtellares, quos & sotulares appellat hic Interpres Auicennæ, non esse stapedes, tum quia stapedes non cooperiunt pedes, eos a frigore ambientis defendendo, sed tantum eos firmant, ne suspensi sine fulcro pendeant; tum quia stapedes non cooperiunt pedes, at solummodo stabiliunt, eos non inuestientes, neque desuper cooperientes: tum quia stapedes madefacti nullam omnino noxam afferunt pedibus, quos non contingunt immediate, neque nisi minima ex parte illis subijciuntur. Sane *streparum* nomine *stapedes* indicari barbare loquentibus, obseruauit Cl. Vossius in opere suo *De vitijs sermonis, & varijs glossematis,* inquiens: *Strepa,* » dicitur ferreum illud instrumentum, cui » insistunt pedes equitantium. Matthæus » Parisius in Henrico Tertio ad ann. » M CC XL IV. de casu misero Engel- » rami de Cusey: *Equino pede ad aliquod* » *offendiculum titubante, corruit supinus in* » *profundum* (vadum transire volebat) *ad* » *quod tamen propria Strepa pertractus est* » *violenter, & tunc infeliciter.* Item ad ann. » M CC XL I. de miserabili morte Co- » mitis Gilberti Marescalli: *Nec potuit* » *equus ab ipso, vel alio retineri. Vnde in ecstasim raptus, cæpit vacillare: & post paullum concidit ab equo semiuiuus; ipsum vna* » *Streparum retinente, & per agrum spacio* » *aliquo sic trahente.* Similiter Strepa pro » Stapeda est apud Helmodum lib. 4. de » Rom.

[*] ad 4. Ianuar.

[p] ad 13. Ianuar.

Miserabilis equitis historia.

[o] Vit. SS. ad 8. Ian.

„ Rom. Imp. cap. 21. vt lego apud Her-
„ mannum Hugonem lib. 1. de Milit.
„ Equeſtr.cap.4.A *Strepa* eſt Hiſpanicum
„ *Eſtribo*, e more eius gentis, & Gallicæ,
„ præmiſſo. Ac inde etiam *Aſtraba*: niſi
„ a Græcis malis. Sed ἀςράβη his aliud.
Verum enimvero qua ratione Iacobus ille de Partibus, vetus Interpres Auicennæ, vocem *ſotulares*, atque *ſubſellares*, interpretatus fuerit *Strepas*, hoc eſt *Stapedes*, non video; neque ſatis eſt mihi Stapedes propendere ſub ſella equitantium; quod Rhodiginus e virorum doctorum interpretatione mutuari ſuſcipereque videtur; etenim nihilo minus quam Stapedes propendent ſub ſella equitantiũ calcei, pariter & ocreæ, cum pedibus. Quare Sotulares, & Subſellares Auicennæ, Raſisque, non ſunt proprie Stapedes, at calceorum, ſiue ocrearum genus erunt in propoſito. Verum enimvero quicquid ſit de ſotularibus, vel ſubſellaribus Auicennę, non propterea negamus Auicennæ temporibus vſum Stapedæ; nam Auicennas anno Chriſti Domini M C L. floruit æuo non ita priſco, Conrado III. Imperatore, cum quo floruerunt etiam Euſtrathius Interpres Homeri, Auerroes, Rabbi Moſes, Hugo, Richardus, Otho Frigiſingenſis Epiſcopus, Gratianus, & Petrus Lombardus ille Magiſter Sententiarum appellatus. At vero de Stapedum nouitate ſimiliter egit eruditiſsimus La Cerda, dum ad illa [r]Virgilij carmina,

Sotulares quid ſint Auicennæ, ac Raſi.

[r] 12. Aen.

„ ---------- aut corpora ſaltu
„ Subijciunt in equos ----------

inquit: *Saltu: ſignate & proprie; nam apud veteres nullus vſus Stapedæ, aut ſubicis pedanei. Hiſpani quidem* Eſtriuos *dicunt: ſed ſaltu fiebat aſcenſio: Senibus quidem, & Principibus tollendis vir erat huic rei Præfectus, quem Spartianus in Caracalla, & Ammianus lib.* XXX. *vocant*, Stratorem: *Græci* ἀναβολία. *Inter equitandum autem pedes erant penduli, & nulla re innixi: vt etiam hodie equeſtres ſtatuæ cernuntur* (qualis eſt in noſtra Lucerna) *Omitto locum Euſtathij in lib.* 1. *Odyſſ. quem iam Budæus & Lipſius agitarunt*. De hac eadem re, quia controuerſa, præſtat alios etiam videre; præſertim Hieronymum Magium, [ſ] & Gerardum Io. Voſſium, viros eruditiſſimos; ille namque ſuis in Miſcellaneis infit: Ioannes Tortellius Arretinus, vir non indoctus, qui Laurentij Vallæ coętanei, amiciq. ſui exemplo permotus, pro viribus cum barbarie manus conſeruit, remque literariam, cum qua male agebatur, promouere lexico, ac alijs ſcriptionibus conatus eſt, Stapias apud antiquos non fuiſſe in vſu, literis prodidit. Eius ſententia eruditorum omnium calculis, ſi Galeotum Martium Narnienſem excipias, comprobata fuit, atque hodie comprobatur. Hic enim in libro *de Doctrina promiſcua cap.* 28. eum male eo nomine aliſque de cauſis accipit, quantum ad rem noſtram ſpectat, his verbis: *Sed miſer Tortellius, merus recitator, nihil conſiderans, quæ non aduertit, putauit nuſquam extare: digna enim riſu ſunt, quæ ibi recitat: Negat nanque Cloſtrum, quo equum aſcendimus, Latinos habuiſſe. Lucretius quinto*,

„ Et prius eſt armatum in equo con-
ſcendere cloſtris.

Kloſta enim ſcala eſt, & id, quod ab ephippijs equorum pendet, aſcenſuro in equum, vt ſcala facilitatem præbet. Hæc ille. Sed dicat Martius, quonam Lucretij codice, cloſtris, legerit: & apud quem auctorem Kloſtam, ſcalam ſignificare inuenerit. Tam manuſcripta enim, quæ viderim, exemplaria, quam typis repræſentata, *Coſtas*, habent: & Græcis, non *Kloſta, ſed* κρόσσα, vt omnes norunt, ſcalam ſignificat. Mira eſt hoc loco (quod cum multo eius honore dictum ſit) impoſtura, qui, vt Tortellium coarguat, nec a contextuum deprauatione abſtineat, quaſi myopibus, luſcioſisque fucum facere velit. Nam quotus quiſque vel ſemidoctus literatus fuerit, qui non videat Lucretium equeſtris artis incrementa afferentem, & a ſimplici equorum vſu exorſum, non potuiſſe ſtatim Stapiarum meminiſſe? Poetæ verba, ne quis me Tortellij cauſam mendacijs agere ſuſpicetur, adſcribam.

Locus Lucretij expenſus.

Et prius eſt armatum in equi conſcendere coſtas,
Et moderarier hunc frenis, dextraque ciere,
Quam bijugo curru belli tentare pericla:
Et bijugo prius eſt, quãbis cõiũgere binos,
Et quam falciferos inuentum aſcendere currus

[ſ] l. 2. c. 14.

Et

Bigę antiquorum quid.

Ex quo Lucretij loco patet aperte, bigas antiquorum fuisse, quæ binis equis traherentur, & quadrigas, quæ quaternis: non autem bigas extitisse duarum rotarum currus; & quadriguas, quatuor rotarum carpenta; sicuti nonnulli putarunt; sed ad verba Magij redeamus asserentis: Stapiarũ vsum apud antiquos nullum fuisse, præter equestres antiquorum statuas, præterque vetusta numismata, & in antiquis marmoribus a sculptoribus equites equis vehentes expressos, hæc etiam manifeste demonstrat. Xenophon in lib. de arte equestri, dum quo pacto equus conscendi debeat, edocere nititur, Stapiarum vsum non agnoscit. Hippocrates quoque in libro *De Aere, Aquis, & Locis*, loquens de Scythis innuere videtur, sua ætate, nec Scythis, nec alijs nationibus cognitas fuisse Stapias: in hanc enim loquitur sententiam: *Ab equitatione ipsa diuturni eos corripiunt articulorum dolores, nimirum propendentibus semper ex equis eorum cruribus: deinde claudi fiunt, contrahunturque coxendices, quum inualuerit morbus* &c. & post multa: *Simili autem modo & reliquis hominibus euenit. Vbi enim frequenter, & continue homines equitant, ibi plurimi a diuturnis doloribus, articulorum coxendicumque maxime, & pedum corripiuntur, ad coitumque fiunt impotentes: quæ omnia mala Scytharum genti adsunt.* Hæc ille. Vt minus idem nobis aduersetur, dum Nomades (sunt hi Scythæ) inter equitandum, quomodocumque equis insideant, non adhibere animum dicit, quando & quæ Scythis equitatio ipsa conciliabat mala, reliquis etiam, equis inuehentibus, eandem ob causam, concilari consueuisse scribit. Huc accedit Suetonius in Caligulæ vita (vt quæ de alijs nationibus fateri cogimur, de Latinis quoque vera esse, nemini negare sit integrum) qui equitum crura, nullibi conquiescentibus pedibus, propendere consueuisse demonstrat, dum Germanicum Caligulæ patrem, ad crurum gracilitatem, quæ formæ minus congruebat, replendam, assidua ab equi vectatione post cibum, adiumenta petijsse dicit. Nouimus enim statim pransorum crura, si assidue equis Stapijs carentibus illi veheant, quod propendeant, atque huc & illuc agantur, sanguine plurimo, atque humoribus in ea decumbentibus, insignem adipisci crassitiem. Præterea Iulius Pollux lib. 10. cap. 10. & 12. in quibus agit de vehiculis, eorumque partibus, ac de equestribus instrumentis, & alibi, reliqua omnia executus, Stapiæ, aut instrumenti similis nullam habet mentionem. Quanquam autem verum est antiquos Stapias nullas habuisse; non est tamen negandum, adeo non vetustis, nec etiam nobis vicinis temporibus, harum vsum agnosci. Memini enim me in Diui Hieronymi Epistolis, non Stapiæ, sed Bistapiæ inuenire mentionem; inquit enim, si memoria non labat, se, quum quasdam accepit literas, iumentum conscensurum, iam pedem habuisse in bistapia. Romæ quoque in vetusto lapide, Stapiæ haud dubiæ mentio fit; ita enim habet inscriptio:

Equitatio diuturna quos morbos afferat.

D. M.
QVISQVIS LECTVRVS ACCEDIS
CAVE SI AMAS. AT SI NON AMAS PENSICVLA MISER QVI SINE AMORE VIVIT DVLCE EXIT NIHIL. AST EGO TAM DVLCE ANHELANS ME INCAVTE PERDIDI ET AMOR FVIT.
EQVO DVM ASPECTVI FORMOSISS. DVRMIONIAE PVELLAE VIRGVNCVLAE SVMMA POLVORIA PLACERE CVPEREM
CASV
DESILIENS PES HAESIT STAPIAE TRACTVS INTERII.
IN REM TVAM MATVRE PROPERA
VALE.

Inscriptionem autem monumentumq. hominis non fuisse Christiani, ex interpunctis literis D. M. cognoscitur, quæ, vt neminem antiquitatum peritum latet, Dijs Manibus defuncti sepulchrum esse dicatum significant (tametsi multi nostri hac ætate ad inferorum Deos, vt ad Plutonem Proserpinamque, non sine manifesto errore, in vniuersum referunt) vt ex his Gellij verbis lib. 10. cap. 18. satis liquet. *Id*, inquit, *Monumentum Artemisia cum Dijs Manibus sacris Mausoli dicaret, ἀγῶνα, id est, certamen*

» *men laudibus eius dicundis facit*. &c. Vt
» alia ad hanc rem ſpectantia nunc mit-
» tam, quæ in libris de Sepulchris, & ſe-
» peliendi ritu ſunt a me collecta argu-
» menta. Hanc ego inſcriptionem pau-
» lulum ſupra Diui Hieronymi ætatem,
» factam exiſtimo. Foro Cornelij (ſi quæ
» mihi narrantur, vera ſunt) ab hinc non
» multos annos, tumulo quodam perue-
» tuſto collabente, qui ante annos octin-
» gentos fuerat, vt ex epitaphij notis nu-
» meralibus deprehendebatur, conſtru-
» ctus, equitis inuenta ſunt oſſa, cum equi
» marcido ephippio, cui Stapiæ ijs, qui-
» bus hodie vtimur, non abſimiles ineſ-
» ſent. Vides ergo Stapiæ inuentum nec
» peruetuſtum, nec recens eſſe. Voſſius
» autem de propoſito ſimiliter ait in ope-
re ſuo *De vitijs ſermonis* inſcripto: *Etiam inter illa, vbi non ſolum forma exterior, ſed res ipſa veteribus fuit incognita, repo-ni debet inſtrumentum illud ferreum ab equi lateribus vtrimque dependens, cui ini-tuntur, atque inſiſtunt equitantium pe-des. Ea enim veteribus fuiſſe ignota, rectè iam ante duo ſecula monitum Ioanni Tor-tellio Aretino: etſi hoc nomine reprehenſus ſit a Galeotto Martio Narnienſe lib. de* Pro-miſcua doctrina cap. XXVIII. *Tortellij enim ſententiam firmant partim numiſma-ta vetera; partim ſtatuæ equeſtres, tum la-pideæ, tum ex ære fuſæ; in quibus nihil huiuſmodi conſpicere eſt; vt in ijs obſerua-tum quoque Brodæo in quarto Miſcellaneo-rum cap.* XXVI. *Neque iſtius rei Xenophon* lib. 10. c. 10. & 12. *lib. de re equeſtri, vel in onomaſt. Iulij Pol-lucis, vbi de inſtrumenti agit equeſtribus, vel verbo meminerunt. Præterea Hippocra-tes libro* De Aere, & Aquis, *docet pepen-diſſe equitantium crura, atque inde con-trahi. Suetonius in Caligula cap.* III. *in-dicat, humores a cibo ſumpto in tibias equi-tantium deſcendere: & ideo Cæſarem Ger-manicum, poſtquam prandiſſet, aſſidue ſo-lere equo vectari ad gracilitatem crurum replendam. Quæ ſane locum magis habent, ſi crura ſine fulcro dependerint. Nouo igi-tur huic inuento nouum quærendum no-men fuit. Id multis modis factum, ex Hi-ſpanica, Græca, Latina. Ex Hiſpanica du-bium, an Græca ſit* aſtraba; *Hiſpanis qui-dem dicitur* eſtribo: *vnde* aſtraba: *niſi ex hoc fuerit Hiſpanicum. Iſidorus Hiſpa-lenſis in Gloſſis:* Aſtraba, tabella in qua pedes requieſcunt. *Sed potius hoc Græ-cum; nam & Heſychio* ἀσπάβη *ligneum eſt ephippium, quod tenent ſedentes: nempe ab* ἀσερητικῶ, *&* σρέφισθαι, *quia non ver-tatur, ſed ſtabile ſit, vti conueniebat; quum, vt non vno loco docet Philoſophus, omnis motus fiat ſuper immobili. Præterea Græcis dictum* ἀναβολεὺς. *Latinis* Scala; *quia eo ſolerent adſcendere, velut ſcalis. Sane Sui-das, quum dixiſſet, eos, qui Latinis* Stra-tores *vocantur, quia equum ſternerent; Græcis, quia ab ijſdem, quum equum aſcen-derent, ſubleuarentur in eum,* ἀναβολεῖς *nuncupari, ſubiungit,* ἀναβολεὺς δὲ καὶ ἡ παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένη σκάλα: Anabo-leus etiam illa, quæ Romanis dicitur Scala. *Dixeris, ſignari hic potius ſcalas equo appoſitas, per quas facilis eſt adſcen-ſus, quam aſtrabas; quæ penſiles, non por-tatiles. Sed hanc ſententiam refellit Euſta-thius in Odyſſ. A. V bi ſic ſcribit:* Ἀναβολεὺς ἐ μόνον τὸ σιδήριον, ᾧ τὰς πόδας ἐντιθέντες ἔφιπποι γίνονται τινὲς, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος, ὃς εἰς τοιοῦτον κάθυπεργεῖ. Anaboleus non modo dicitur ferrum illud exiguum, cui aliqui imponunt pedes equum adſcen-ſuri; ſed etiam vir is, qui ad conſcen-dendum equum adiuuat. *Vt Suidas ait, non* ſtratorem *modo dici* ἀναβολέα, *ſed etiam* ſcalam: *ita Euſtathius ait* ἀναβολέα *non ſolum vocari ferreum inſtrumentum, cui equum adſcendens pedem imponit, ſed etiam* ſtratorem. *Vt, quin ſcala ſit inſtru-mentum illud ferreum, non poſſet dubitari. Atque idem Iuſto Lipſio viſum de Militia Romana lib.* III. *dial.* VII. *Itaque & Mau-ritius* στρατηγικῶν lib. I. ait, ἔχειν δὲ καὶ εἰς τὰς σέλλας σκάλας σιδηρᾶς δύο: Habet ad ſellam conſcendendam binas ſcalas fer-reas. *Obſeruatum hoc maximo Salmaſio ad Spartiani Caracallam. Eſt & alia appel-latio a Latinis: puta* ſtapes *a ſtatione pe-dum: quod ſi eſt non ſit ab Hiſpanico* eſtafa; *ſed hoc a* ſtapes, *vel* ſtapia; *quomodo alij dicere maluerunt: nempe pro* ſtapeda: *quod prætulit Philelphus. Vnde* ſtapia κατὰ συγκοπὴν. *Apud Franciſcum Marium Gra-paldum, ſi ſtandum editioni Parmenſi, iſta legas:* Ephippio dextra, ac ſiniſtra, lo-ris quibuſdam ferreæ machinulæ ad-duntur; quæ Stapedes eleganter, & Latialiter, appellabimus: quia in his ſeſſores, dum terga premunt equorum, pedes habere conſueuerunt. Apud Ma-iores, vt in ſtatuis equeſtribus apparet, non fuerunt. *Ac ad oram etiam, itemque*

priuatiuo verti.

de mor. an. c. 2. de inc. an. c. 3. Auer. 8. phy. com. 84.

verſ. 155. pag. 1406. edit. Rom.

An. 1516. fol 98. 6.

in Indice stratores *legas : vt plane videatur editor sic in chirographo Grapaldi reperisse . Fortasse* strapedes, *quasi* stratum pedum, *dici credidi . Sed malo putare , per errorem sic scriptum . Nam longe verisimilius etymon a statione pedum : vnde* stapes, *vel* stapia . *Quod vocabulum licet non sit vetus (quid mirum in re non veteri ?) tamen ante mille & ducentos annos obtinuisse , argumento est , quod apud B. Hieronymum in epistolis* bistapia *pro binis stapys , seu bistapedibus , legamus . Et fortasse paullo etiam antiquior Beato Hieronymo fuerit vetus inscriptio a Vvolphango Lazio , ac Hieronymo Magio , adducta : in qua*, DVM VIRGVNCVLAE PLACERE CVPEREM , CASV DESILIENS , PES HÆSIT STAPIÆ , ET TRACTVS INTERII . *Integram apud Magium inscriptionem vide lib.* II. *Miscellan. cap.* XIV. *Post tot priorum appellationes, nouam cudit Guillelmus Budæus , nec inelegantem : nam κατὰ περίφρασιν , ei* subex pedaneus *nominatur . Hæc pluribus sum prosecutus , vt videant omnes quam varia sit ratio barbara inuenta efferendi non barbare .* Ita viri eruditi . Ego vero , vt meam sententiam libere proferam, censeo Stapedem, qua nunc vtimur, duos vsus habere, tum conscendendi dorsum equi, tum stabiliendi pedes equitis equum sessitantis : quorum vsuum prior antiquior fuit, recentior alter; ac proinde Stapedes assidue pendentes e sella, non ita veteris instituti fuisse . Vetustiores autem vsos olim machinula ferrea ad conscendendum equos, aperte monet Lucretius, antea citatus, dum ferri proponit vsum, quo miles armatus consueuit equi conscendere costas ; quas graui pressus armatura , sine fulcro nequierit in equum se saltu tollere . Quam quidem ferream machinulam non ab re fuerit putare fuisse vel in modum scalæ , vel in modum anulorum catenatim ad seinuicem iunctorum , per quos veluti per gradus in equum homo conscenderet , præsertim senex , ac debilis ; at miles agilis & armatus , vnico vel anulo sellæ vtcumque affixo facile conscenderet equi dorsum , quo postea non vteretur ad pedes firmandos ; id quod æuo posteriori fuerit vsitatum: qui quidem anulus etsi plures gradus non habuerit , attamen scalæ nomen sortitum fuerit ab officio præstito scandentibus equum . Vt Lucerna nostra referens equum sine stapedibus e sella propendentibus æuũ Lucretij non sequatur , qui seculo Ciceronis vixit . Ceterum in ista Lucerna mirum illud obseruare lubet , equitem læua manu libera protendere nescioquem orbiculum , at dextera frenum equi regere , contra communem equitum consuetudinem, qui siniſtra gubernant habenis equos : Nisi fuerit hic eques abutens manu dextera pro læua, siniſtraque pro dextera ; quales non paucis visuntur consuetudine deprauata ; facilius ego retulerim hoc vitium in inscitiam inciſoris , qui propoſitum ſibi exemplar lucernæ ad incidendum , ignorauerit, quæ dextra delineantur in ære , euadere siniſtra in prælo Typographi . Nam equites læua frenum regere , dextra vero vigere aduersus hoſtes , poſtquam armati conscenderint equos , aperte monet Lucretius loco notato de primæua vſu ferri :

„ Et ferro cæpere solum proscindere terræ ,
„ Exæquataque sunt creperi certamina belli .
„ Et prius est repertum in equi conscendere costas ,
„ Et moderarier hunc frenis , dextraque vigere .

Vbi moderandis frenis læua manus attribuitur , dextra vero miles armatus equitans vigere ponitur expedita pugnans aduersum hoſtes .

per circumlocutionem

Stapedum vsus duplex .

Lucretij locus explicatus .

Eques in Lucerna cur manu dextera frenum regat .

De Lucerna Cominiæ , Ferrariæ comperta . Cap. XXXI .

PRopoſitis addere lubet insignem Cominiæ Lucernam , olim mihi propoſitam a Cl. Viro Iulio Recalcho, nobili Medico Ferrarienſe , literis his ad me datis : Perill. & Exc. D. Fortunio „
Liceto Iulius Recalchus S. Adeo gra- „
tus mihi fuit liber De Lucernis sepul- „
cralibus , quo me pridem muneraſti , vt „
iugem muneris memoriam , & arctiſſi- „
mam obligationem humanitati tuæ te- „
neam , cum eximia delectatione maxi- „
me propenſionis tuæ erga reconditas „
cauſas effectuum mirabilium Naturæ ; „
proinde non poſſum non te colere ſu- „

pre-

„ premo gradu dilectionis, qui sentio me
„ regi ab eodem genio, licet impediatur
„ hic ab altero, qui me multum occupat
„ in Medicina facienda. Simul admira-
„ tus ego sum exquisitam diligentiam in
„ historia, teque celebro spiritum ferui-
„ diorem sapientię supra quoscunque no-
„ uerim. Et quum mihi se se obtulerit oc-
„ casio certiorem te reddendi de non-
„ nullis antiquitatibus attinentibus ad se-
„ pulchrum nunc apud nos inuentum,
„ nolui eam omittere, sperans ab inge-
„ nio tuo declarationem verborum ob-
„ scuriorum, quæ sculpta sunt in quibus-
„ dam lapidibus. Meam voluntatem bo-
„ ni consule, meque tibi e summo Deo
„ cuncta bona præcantem ama. Ferrariæ.
„ IV. Iulij M DC XXIV.

„ Die XVI. Iunij M DC XXIV. Com-
„ pertæ fuerunt in Braglia, D. Io: Bapti-
„ stæ Pichiatti, sub vil-Maiere, loco voca-
„ to Verzenese, res infrascriptæ. Lapis
„ marmoreus, tres palmos latus, & se-
„ ptem circiter longus, cum hac epigra-
„ phe:

„ OSSA
„ COMINIÆ Q.F. PAVLI STACIA
„ SEVERA MATER E POSVIT,
„ ANNO XXX.
„ HIC REQVIESCANT.

„ Lucerna fictilis, in eius fundo scriptum
„ est: STROBILI.
„ Lapis item lateritius, in cuius medio
„ scriptum est: PANSIANO.
„ Lapides alij duo similes, in medio scri-
„ ptum habentes: NERONIS CIA-
„ PANI.
„ Isti lapides vna cum alio componebant
„ capsulam, intra quam erat vasculum vi-
„ treum colore cyaneo fere ad similitudi-
„ nem cucurbitulæ medicæ, capacitatis
„ cyathi; plenum erat, sed non potuit
„ agnosci qua materia.
„ Bina vitrea vasa alia, quæ vulgo nostra-
„ tibus *Ampolle* dicuntur, ambo plena:
„ vna quidem materia consimili cineri-
„ bus; altera simili oleo; capacitatis & ip-
„ sa fere cyathi: sed efformata ad simili-
„ tudinem campanellæ.
„ Inerant etiam aliæ, mediæ magnitudi-
„ nis, & paruæ, fere similes illis, quas
„ vendunt circulatores; sed earum nu-
„ merus ignoratur.
„ Vitrum rotundum latitudinis palmaris,
„ cum manubrio, ad eleuandum:

„ Vas vitreum simile vulgari Albarello
„ nuncupato, latitudinis eiusdem, cui
„ prædictum erat operculum; erat au-
„ tem colore ad luteum vergente, & effi-
„ giatum pulcherrimis frondium emble-
„ matis.
„ Vrnæ grandes, quarum numerus igno-
„ ratur, quod a fossoribus ruptæ fuerint
„ (non erant pauciores quaternis) reple-
„ tę materia nigricante; creditur fuisse ci-
„ neres: Hæc ad verbum Vir Eximius:

Liceti Responsio. Cap. XXXII.

Cl. Viro Iulio Recalcho Fortunius Licetus B. A.

LIber meus de Lucernis Antiquorum fuit remuneratio doctissimi tui de natura corporum similarium: Qua in re sicut agnosco me libellum ingenti fœnore commutasse: sic apud me tota debet esse obligatio. Gaudeo tamen meos labores, meumque genium tibi non displicere. Certoque scias velim, te multum a me diligi, meque plusquam multum suspicere subtilitatem ingenij tui; sic in præsentia compensans affectum voluntatis, quo tu me satagis honorare. Commemoratio rerum recens isthic inuentarum in antiquo sepulcro Cominiæ, qua me participem fecisti cum humanissimis literis tuis hodie receptis, pergrata mihi fuit, quum multa memorabilia contineat. Et quia requiris meum iudicium circa verba insculpta tribus in lapidibus, qui simul cum quarto formant capsulam; vt iussa tua capessam potius, quam sperem me tibi de propositis noui quidpiam afferre, aut verum sensum attingere rerum adeo tenebricosarum, adeoque vetustarum; immò etiam vt sensa tua de propositis aucuper, particulatim considerabo seriem vniuersam historiæ ad me transmissæ.

Ossa Cominiæ Q.F. Pauli Stacia Seuera Mater e posuit, anno xxx. Hic requiescant. „
Si literula *e* prępositа verbo POSVIT, habet significatum & vsum aliquem; meo iudicio signat EIVLANS: aut alia litera deest; quum legi debeat, REPOSVIT: vel, DEPOSVIT: aut; QVÆ POSVIT.

2 Annus XXX. aut eſt æras mortuæ Cominiæ; aut potius annus ab Vrbe Condita; quo caſu, ſi non deeſt in intermedio ſpatio quæpiam figura numeralis, corroſa vitio temporis, vt eſſet CIↃ, aut IↃ, vel L. iſtud ſepulcrum fuiſſet peruetuſtum: Sed vſus, & origo vitrorum, præſertim affabre foliorum emblematis effigiatorum, in ipſo compertorum, repugnat forte tantæ vetuſtati.

„ Lucerna fictilis, in cuius fundo ſcri-
„ ptum eſt, STROBILI.

3 Credo tale fuiſſe nomen figuli, qui lucernas huiuſmodi faciebat, & vendebat; quia lucerna ſimilis apud Eruditiſſ. Petauium Pariſijs in fundo continebat idem nomen STROBILI: & quemadmodum facile fuit, eundem artificem multas lucernas proprio ſuo nomine deſcriptas plaſmaſſe, quarum vna Lutetiam, altera Ferrariam delata fuiſſet, ponendas in varijs tumulis: ita mihi veriſimile non videtur, eundem ſeruum ſepulcralem curam geſſiſſe duarum lucernarum adeo diſtantium, aut in ijs nomine ſuum inſculpi curaſſe. Idem aſſero de defuncto, cuius nomen in quibuſdam lucernis notatum legitur; vt alias oſtendi de L. CÆSA. Niſi forte nomen idem varijs ſeruis, diuerſisque defunctis impoſitum fuiſſet. Nihilominus caſus poſſeſſiuus, ſeu genitiuus nominis deſcripti, mihi perſuadet indicari potius nomen artificis, qui fuit lucernæ poſſeſſor, & effector, quam aut ſerui, cui erant fabricatæ, ac venditę, ab artifice, & commendatæ ab attinentibus defuncti: vel etiam mortui, cuius in honorem ardere debebant. Sed & in hoc ſepulcro non STROBILI, ſed COMINIÆ oſſa continebantur.

„ Lapis item lateritius, in cuius medio
„ ſcriptum eſt, PANSIANO.

4 Cenſeo tale fuiſſe nomen ſerui ſepulcralis, cui conſueuerat iniungi cura rerum attinentium ad ſepulturam, & ſpeciatim conſeruare viuidum lumen, imponendo ſtatutis diebus oleum in lucerna, ſicuti conſtat ex ll. Mæuia.

„ Lapides alij duo ſimiles, in medio ſcri-
„ ptum habentes, NERONIS CIAPA-
„ NI.

5 Arbitror tale fuiſſe nomen Artificis; præſertim quum iteratum ſit in duobus lapidibus eandem capſulam compo-

A nentibus, vt adiungitur:

Iſti lapides vna cum alio conſtituebant „
capſulam, inter quam erat vaſculum vi- „
treum, colore cyaneo, fere ad ſimili- „
tudinem cucurbitulæ medicæ, capacita- „
tis cyathi; plenum erat, ſed non potuit „
agnoſci qua materia. „

Fortaſſis id vaſculum in ſe conſeruabat 6
multa ellychnia lucernæ, ſubinde rurſus reponenda ſtatis temporibus in locum abſumptorum a flamma; quæ funiculorū materia proceſſu temporis corB rupta fuerit, & abierit in illam ſubſtantiam ignotam, cum admiſtione pulueris, & humoris.

Bina vitrea vaſa alia, quæ vulgo noſtra- „
tibus *Ampullæ* dicuntur: ambo plena; „
vna quidem materia conſimili cineribus. „

Et quis mihi demonſtrabit, hos non ex- 7
titiſſe cineres corporis Cominiæ, maxime ſi fuiſſet breui ſtatura, ætatisque puſillæ? quum a [a] Plinio habeamus, [a] l. 19. c. 1.
huiuſcemodi cineres facile diſcerni conC ſueuiſſe a rogi cineribus, mediante tela Amianti, qua in combuſtibili circumuoluebatur cadauer comburendum; nam loquens ipſe de lini ſpeciebus, infit, *Inuentum iam eſt etiam, quod ignibus non abſumeretur; viuum id vocant, ardentesque in focis conuiuiorum vidimus ex eo mappas, ſordibus exuſtis ſplendeſcentes igni magis, quam poſſent aquis. Regum inde funebres tunicæ, corporis fauillam ab reliquo ſeparant cinere.* Quod aſſertum probabilem reddit ſententiam [b] Cęlij, dum D de Indijs tractans ait, *Lineis contegi amiculis, quæ certo nentur e lapidis genere, ignibus inuicta; ſed quæ nec perpurgentur aqua; verum vbi ſordes inſederint, in flammam coniecta ſplendeſcunt.* Et propterea non bene reprehenditur a [c] Dale- [b] l. 18. c. 31. champio, dicente de huiuſcemodi lino, [c] in Plin. annot.
Rhodiginus ſcribit Indos veſtibus ex eo lino textis indui: quod parum credibile eſt; quum in tantam longitudinem trahi nequeat; vt veſtes ex eo conficiantur: etenim ſi ex eo E texi poſſunt mappæ conuiuiorum, tunicæque continentes integrum corpus cadaueris Regij; cur texi non poteſt veſtis homini viuenti? Plinius ait ſolum, *eſſe difficile textu propter breuitatem*; at vero difficultas non aduehit impoſſibilitatem, nec incredibilitatem; etenim quacumque difficultate texta ex eo lino tela, poteſt facile in vſum veſtis ve-

ni-

nire homini, quantumcumque grandi.
» Alia ſimili oleo: capacitatis & ipſa fere
» cyathi: ſed efformata ad ſimilitudinem
» campanellæ.
8 Ego ſane iudico, vaſculum iſtud fuiſſe plenum oleo vero; vel alio liquore ſimili, cuius vſus eſſe debebat pro fomite flammæ lucernæ, ſubminiſtrando ſtatis diebus a ſeruo *Panſiano*.
» Inerant etiam aliæ, mediæ magnitudi-
» nis,& paruæ, fere ſimiles illis,quas ven-
» dunt circulatores: ſed earum numerus
» ignoratur.
9 Non iurarem, huiuſmodi vaſcula non extitiſſe partim ex earum numero, quæ prius iam ſubminiſtrauerant humorem combuſtibilem lucernæ; & ibi a ſeruo ſingulo biduo,vel triduo,vacua relicta: & partim ex illis, in quibus Præfica, & aliæ mulieres, pretio conductæ vt mortuum ad ſepulturam comitatæ flerent vbertim,lacrymas reponerent, & offerrent ſolutum planctum in ſepulcro, vna cum lucerna,defuncti manibus.
» Vitrum rotundum latitudinis palmaris
» cum manubrio ad eleuandum: vas vi-
» treum ſimile vulgari Albarello nuncu-
» pato,latitudinis eiuſdem;cui prædictum
» erat operculum: erat autem colore ad
» luteum vergente, & effigiatum pul-
» cherrimis frondium emblematis.
10 Si vas iſtud non erat, in quo conſeruabantur lacrymæ Præficæ principalis, ſeorſim a lacrymis aliarum mulierum pretio deflentium, contentis in vaſculis minoris pretij: forſan erat vas, in quo ſeruabatur digitus manus, abſcindi mortuo ſuetus, cui iuſta fiebant, vt obſeruat in ſuis funeralibus non ſolum Porcachius, quum reſiduum cadaueris cremaretur:ſed etiam apud Varronem, & Feſtum Ioſephus Scaliger in ſuis coniecturis, vbi dicit, *Aut ſi os exceptum eſt mortui ad familiam expurgandam etiam digitum abſcindi ad eam rem teſtatur Feſtus: Membrum, inquit, abſcindi mortuo dicebatur, quum digitus eius decidebatur; ad quod ſeruatum iuſta fierent,reliquo combuſto: Id autem ad purgandam familiam certo genere Februi, quod vocabatur Exuerrias.*
» Vrnæ grandes, quarũ numerus ignora-
» tur,quod inter fodiendũ ruptę ſint;non
» erant pauciores quaternis; repletæ ma-
» teria nigricante:creditur fuiſſe cineres.

Credo certe tot vrnas, & ita grandes, plenas materia nigricante, fuiſſe repletas cineribus, & carbonibus; non quidem, in quos abierint membra cadaueris vnius ambuſti; ſed lignorum rogi; quum Antiquorum mos fuerit, reponendi cineres defuncti quodam in vaſe diſtincto intra ſepulcrum; non abijciendo cineres, neque carbones pyræ in maiori quantitate; quos conſeruabant etiam in tumulo, ceu rem ſacram; quod cadauer attigiſſent, ſacrum ab ſe creditum; cuius ratione ſacras exiſtimabant etiam ſepulturas: quemadmodum conijcitur ex Legibus. Et reuera in pluribus vrnis magnis multum cineris inuentum eſt, magnaque carbonum copia quæ non niſi lignorum ambuſtorum eſſe potuit: iſti comminuti, & proceſſu longi temporis ab humiditate loci cum cineribus permiſti, nigricantem materiam efficere potuerunt, qualis in prædictis Vrnis inuenta fuit. Obſeruauit tamen, Lucernarum in ſepulchris poſitarum, alias extitiſſe penſiles, alias in humo iacentes, aut ſuper aliqua baſi: & vt iſtarum inueniuntur fictiles innumeræ; ita penſilium habemus pulcherrimam cõmemorationem a Dione in cæna,conuiuioue non minus ferino,quam lacuali, aut potius diabolico, quod parauit Domitianus Senatoribus,& Equitibus Romanis: *Itaque Populo nocturnum epulum dedit, eius conſolandi cauſa: noctu enim ſæpe exhibebat certamina: in eaque nonnas & mulieres introducebat. Vtque plebi eo tempore; ita principibus Senatorij, & Equeſtris ordinis conuiuium in hunc modum fecit: Apparauit ædes nigerrimas ex omnibus partibus: erant enim atra laquearia, parietes ac pauimentum, in eoque ſedes nudæ eodem modo collocatæ erant. Quibus paratis rebus, eos de nocte introduci iubet abſque comitibus: ac primum omnium iuxta vnumquemque columnam collocat, factam inſtar ſepulchri, in qua nomen eius ſcriptum erat; pendebatque de ea lychnuchus paruus, vt aſſolet in monumentis: tum nudi pueri, atramentoque obliti, tanquam ſpectra quædam ingrediuntur, ipſosque horribili ſaltatione circumeunt: eoque facto ante pedes ipſorum conſiſtunt; ad extremum omnia, quæ in exequijs mortuorum adhiberi ſolent, in vaſis eodem modo eis appoſita fuerunt. Quas obres quiſ-*

que maxime reformidare cæpit & perhorrescere, quod se iam expectarent interfectum iri, præsertim quod ceteris magnum silentium erat, quasi iam mortui essent, quodque Domitianus sermonem habebat de ijs rebus, quæ ad mortem, quæve ad cædes pertinerent. Tandem vero illos dimittit, præmissis famulis ipsorum, qui in vestibulis ædium remanserant: quumque præparasset alios incognitos homines, a quibus domum reducerentur, vehiculis & lecticis datis, ijs metum multo maiorem incussit. Iam quisque domum venerat, iamque respirare quodammodo incipiebat, quum nunciatum est, nonnullos ab Augusto venire: qua ex re eis mori omnino expectantibus, ab vno horum oblata est columna argentea, ab altero aliud quippiam, ab alio vas ex ijs quæ in cæna apposita fuerant, quæque erant pretiosissima. postremo puer ille, qui ante Dæmonem representauerat, vnicuique lotus, & ornatus oblatus est: eoque pacto illi totam noctem magno timore perculsi, munera acceperunt. Et Domitianus hos triumphos egit, vel vt vulgo loquebantur, exequias eorum, qui in Dacia, Romæque mortem obierant. Et quemadmodum antiqui diebus funebribus claudebant ardentes lucernas intra sepulcra, nec eas ponebant in hominum conspectu supra fenestras, neque supra ianuas: ita viceuersa diebus natalitijs ponebant ardentes lucernas ad fenestras, & in ianuis, vt ostenderent contrarietatem inter ortum & interitum: & ideo Tertullianus ostendere volens, tempore nascentis Religionis Christianæ, Idololatriam extingui, dicebat: *At nunc lucent tabernæ, & ianuæ nostræ; plures iam Ethnicorum fores sine lucernis & laureis quam Christianorum.* Iste mos accendendi lucernas in fenestris die natali, notatur etiam a [g] Persio dicente,

[g] Sat. 5.

Herodis venere dies, vnctaque fenestra
Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernam.

Qua quidem in re non recipio placitum [h] Scaligeri dicentis, *Natali die lucernæ accendebantur, mortuali id non faciebant:* etenim vtroque die id faciebant; sed natali die ponebant lucernas accensas in fenestris, & in portis ad omnium conspectum: mortuali vero die claudebant eas intra sepulchra. Sed non omittendum censeo, præterea mortuis antiquos

[h] in Flac. & Sex. Pom.

A terræ puluerem ter inijcere consueuisse: qua de re Flaccus, 1. car. od. 28.

„ Quanquam festinas (non est mora longa) licebit
„ Iniecto ter puluere curras.

Mos hic, obseruatu testimonioque Cl. Rhodij nostri, in Dania, & Noruegia, ceterisque Septentrionalibus regionibus, ab antiquo in hunc diem seruatur, iniecta terræ gleba ruere a Sacerdote, quod defunctus e terra originem trahens, in terram dissolutus, e terra rediturus in gloriam cælestem. Quin & apud nos in Italia, Dominicanæ familiæ Fratres Religiosi, defunctos suos dum intra sepulcra condunt, superinijciunt patera contentam tellurem, canentes Antiphonam: *De terra psalmasti me* &c. De veterum ista consuetudine Cl. Daniel Heinsius in Silium Italicum. cuius etiam fortasse meminit infelix ille, propter apocripha sua non ita pridem infami morti damnatus, Alphonsus Ciccarellus, agens de Tuberibus, in hæc verba: *Quoniam terra mortuis inijcitur, voluerunt Veteres vt qui lugent, pullis pallijs, terræ similibus, essent amicti.* Sed hac de re Gutherius: *Glebæ iniectio iustam & plenam; puluueris iactus imaginariam sepulturam facit: Hinc poetæ:* c. 3 f. 3. lib. 2. c. 18.

„ ---------- Inops inhumataq. turba est: *quæ nec legitimam habet, nec imaginariam sepulturam, inops dicta est ab Ope, quæ terra est: vt inops turba sit sine terra, sine puluueris iactu, qui a prætereuntibus pro sepultura dabatur. Nam in sacris si manu plena non obrueretur, ter iacta terra cadaueri pro sepultura fuit. Nec sepultum possumus dicere, cuius sepultura hoc ritu vel solemni & solito perfecta non sit: sed fortuita est obrutus terra. Vnde quum Aeneas Polydori corpus terra contectum offendisset, illud iterum solemni hoc ritu sepeliuit,* Virgil. 3. Aen. & ibi Seru. Acro. I. 1. carm. od. 18.

„ Ergo instauratur Polydoro funus & ingens Virg. Aen. 3.
„ Aggeritur tumulo tellus: stant Manibus Aræ
„ Cœruleis mœstæ vittis, atraque cupresso
„ Et circum Iliades crinem de more solutæ.
„ Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
„ Sanguinis & sacri pateras, animamq. sepulchro

Con-

„ Condimus,& magna ſupremum vo- A
ce ciemus.

in Aſin. *Supremum vale, quod Plauto eſt* ſupremũ dicere. *Hæc quidem terræ iniectio fieri potuit ſecundum Pontificalem ritum, & circa abſentium corpora, quibuſdam ſolemnibus ſacris, vt Seruius docet. Quod & Virgil. probat ex verbis Nyſi ad Euriałum:*

lib.6.Æneid. lib.9.Æn. „ Sit qui me raptum pugna, pretiove
redemptum,
„ Mandet humo ſolita: aut ſi qua id for-
tuna vetabit,
„ Abſenti ferat Inferias, decoretque B
ſepulchro.

Inferiarum morem ex Polydori funere colligimus. His peractis, ſepulchri honorem implere credebantur Cenotaphio facto.

Hæc ea ſunt,quę mihi nunc de propoſito feſtinanter occurrunt dicenda: ſi tibi meliora ſuccurrent, pergratum mihi fuerit habere communia. Interim me ama, dum a ſummo Deo tibi felicitatem precor. Dabam Patauij VII. Id. Iulij MDCXXIV. Quam opinionem C collaudauit Vir Inſignis altero epiſtolio in hæc verba. Perill.& Excell. Viro „ Fortunio Liceto Iulius Recalchus S. „ Gratiſſimæ mihi fuere literæ tuæ, multis de cauſis; ſed ſpeciatim quia in ipſis „ comprehẽdi viuam imaginem ſui nobiliſſimi intellectus, oſtentam in excellentia coniecturas efficiẽdi; quia hic motus „ eſt tranſitus ab eo quod poſitum eſt intra lucem incertam, ad id quod in tenebris includitur: & in iſto diſcurſu facile D „ percipitur acies ingenij humani. Et mihi videtur D. T. ſemper firmaſſe pedem, quem ageret inde per vndecim „ articulos, qui leguntur in epiſtola tua; „ quam diligenter conſeruabo; referens „ tibi gratias de munere, teque precor vt „ mihi tuam beneuolentiam conſerues, „ meque fauore iuſſionum tuarum „ exornes, vbicunque cenſue- „ ris me poſſe aliqua in „ re tuis commodis „ inſeruire: de- E „ precor- „ que „ tibi cælitus omne bonum. „ Ferrariæ. XXII. Iulij. „ MDCXXIV.

De Lucernis Capiuacceis. Cap. XXXIII.

NOuiſſime vero Medicinæ Doctor egregius, Io: Paulus Gardinus Sacilenſis hæc ad me ſcripſit: Priſcorum „ pietas olim humani cadaueris cremati „ cineres, ac oſſa vaſis quibuſdam egre- „ gie humauit: quæ poſt annorum curri- „ culum a D. Io: Baptiſta Caltana, Nob. „ Viri D. Adriani Capiuaccei negociato- „ re,& Angelo Triuella eius operario ter „ ram infodiendo reperta fuere: ruri ſci- „ licet vulgo Molaradiemo, Agro Mon- „ tiſilicis, in prædio dicti Nob. Viri, loco „ vocato, *Le Chà de Muro*, prope primam „ Arborum binam, trans foueam. Ordo „ vaſorum erat iſte: Fictile Vas bipartitum, in quo aliud vitreum vtrimque an- „ ſa prædituṁ,& oſſibus ſemiplenum exi- „ ſtebat, patenaque vitrea coopertum: „ in cuius cauitate tres Ampullæ vitreæ: „ duæ inanes, tertia oleo, aut vnguento „ referta, iacebant. Teſtaceum vas ad „ inſtar phialæ cinerum pene plenum ſe- „ quebatur: vtrobique duo Lychni ter- „ rei, & ampulla vitrea quadrangula, la- „ tere tantum anſata reperiebatur. Vni- „ uerſa huc transferri iuſſit antedictus „ Nob. Vir: parique pietate cis locum ſu- „ periorem pro buſſo dicauit. Anno Salutis MDCXXXVIII. Ind. VI. die XXVIII. menſ. Aprilis. Quæ ſingula videndi mihi copiam fecit Nob. Vir: & aſpexi, contrectauique vaſa multam vetuſtatem præſeferentia.

De Lucernis Cioffij, primumque de referente vulturem, & canem ſepulchralem. Cap. XXXIV.

CL. Vir, Vincentius Cioffius, Neapolitanus inſtructum cimelijs antiquitatis muſeum habuit; e quo tranſmiſit ad me pluſculas icones antiquiorum Lucernarum; inter quas pridem ad Lucernam Hectoris, priore libro propoſitam ſine figura non ab re mihi referenda videtur Lucerna globoſa, cui canis imminet, atque vultur inſculptus eſt, in hanc effigiem:

Enim-



Enimvero Canis eſt apud [a] Pierium, Hieroglyphicum Principis, Militis, Dei Laris, Cuſtodiæ, Cladis; quæ ſingula, & vniuerſa mire conueniunt Hectori: qui fuit Princeps filius Priami Troiæ Regis, Militia ſtrenuus, Patriæ tutelaris, vnica Regni Cuſtodia, Cladis & autor Græcis viuens, & Troianis interemptus. Sed in iſta Lucerna conſpicitur imago volucris efficta ſatis ruditer; quam vulturis, aut corui, morticina vorantium eſſe reor: obtinet in ſummo foramen, cui canis imminet macer, & ferox; ſiue cuſtodiæ cinerum excubans, ſiue cadaueri vorando inhians; nam & canes habebant ſepulchrales antiqui, tum quos alebant ad cadauera deuoranda, tum quos præficiebant ſepulchris ad cuſtodienda cadauera: De prioribus ita Rhodiginus: [*] *Fuere & qui canes nutrirent in Hyrcania, quibus vita functos vorandos obijcerent; proinde etiam ſepulchrales dictos, docuit Strabo.* Sed me Strabo docet non Hyrcanos, at Bactrianos habuiſſe canes ſepulchrales, quibus non vita functos, at viuentes adhuc vel ſenes, vel morbo confectos obijciebant homines deuorandos: en eius verba: [*] *Sogdij & Bactrij moribus non multum fuerunt abſimiles Nomadum: paulo tamen manſuetiores fuerunt Bactriani. Oneſicritus vero de his quoque narrat minime laudanda: Eos enim, qui ſenio confecti ſint aut morbo, viuos ait proijci canibus, dedita opera ad hoc nutritis, quos ſua lingua entaphiſtas, quaſi veſpillones vocant: ac videri quidem quæ extra murum primariæ Bactrianorum vrbis ſunt, pura: intus autem pleraque humanis plena oſſibus: Morem eum ab Alexandro fuiſſe ſublatum.* De poſterioribus [b] Plutarchus ita: *Romano cuidam in bellis ciuilibus iugulato caput amputare nemo potuit, niſi prius canem, qui dominum cuſtodiebat, ac*

[a] lib. 5.

[*] l. 17. c. 19.

[*] lib. 11.

[b] de ſol. animal.

ac pro eo propugnabat, circumfusi confodissent. Pyrrhus Rex iter faciens incidit in canem, qui interfecti hominis corpus adseruabat: cognitoque eum tertium iam diem cibi expertem assidere, neque cadauer deserere tamen: illud quidem humari, canem autem attente secum duci iussit. Paucis post diebus militum habita fuit lustratio, ita vt singuli Rege sedente transirent: Ibi canis qui aderat, atque adhuc quietus fuerat, vt vidit domini sui percussores transire, fremens procurrit, eosq. allatrauit, subinde se ad Pyrrhum conuertens: ita quidem vt non Rex modo, sed qui aderant omnes suspicionem de ijs conciperent. Ergo comprehensi, & examinati, leuibus quibusdam signis aliunde accedentibus, fassi homicidium pœnas dederunt. Idem fecisse aiunt Hesiodi illius sapientis canem, qui Ganyctoris Naupactij filios prodiderit a quibus Hesiodus interfectus fuerat. Autor huius lucernæ sepulchralis, in ea ponens canem, atque vulturem, videtur illum priscorum morem respexisse, de quo Valerianus in Hieroglyphicis ait, *Sunt, qui Marti Vulturem dedicatam asserant, quod diuerso ab alijs ingenio prædita omnem viuentium consuetudinem abhorreat, studiumque omne suum circa huiusmodi cædes intendat, atque demum funesta omnia hieroglyphice significet. Sane quum natura omnia in se se recipiat, sitque decidentium omnium receptaculum; Vulturque, vti sæpe dictum, naturam excribat; non mirum, si quæ sponte cadauera nanciscatur, tam pro naturæ, quam funeris signo accepta est a Veteribus. Olim autem apud Iberos Vultures erant pro sepulcro, sicut apud Hyrcanos Canes, ob id dicti sepulcrales.* De Iberis ita [c] Silius:

[c] l. 13.

„ Tellure, vt perhibent, is mos antiquus Ibera,
„ Exanima obscœnus consumit corpora Vultur.

De his Virgilius dixit: Alitibus linquere feris. De his Homerus: οἰωνοῖσί τε πᾶσι. De his Octauianus Philippensi prælio cuidam suppliciter sepulturam præcanti respondit: Iam istam in volucrum potestate fore. De Cane quin etiam in eandem sententiam antea [d] Valerianus, obseruat ab antiquis positum custodem Larium; Lares autem erant cadauera maiorum asseruata domi sepulta, potissimum apud Aegyptios; vt fuse demon-

[d] l. 5. hier.

A strat Gyraldus: At in proposito Pierius: *Eadem ratione*, inquit, *canes apud Ethnicos Laribus præsides fuisse dicuntur, Deosque ipsos Romanos ideo caninis pellibus induerant, quod sicuti canes mites mansuetique sunt in domesticos, in alienos vero feri, formidolosique; ita Lares, quibus totius familiæ cura credita esset, haberentur. Proditum sane memoriæ est. Iliados Mineruæ templum in Daulia fuisse, in quo canes alerentur, qui Græcis tantum aduentantibus se mites, mansuetos ac ludibundos offerrent: in barbaros vero feri atroces ac indignabundi semper irruerent. Neque desunt hodie barbarorum nationes aliquot, quæ canes hostium cadaueribus quoquomodo conquisitis alant, eosque in prælia mox ducant, quibus in hostem immissis, fœdissimæ interdum stragis spectaculo perfruantur.* & mox: *Ex his itaque factum, vt Aegyptij vespillonem, sacrorumque tutelarem, ædituumque libitinarium per canis effigiem indicarent, obseruato firmo illo immobilique obtutu, quo animal id ipsa Deorum hominumque simulatra custodiæ suæ credita contemplatur. Nam quum apud Aegyptios cadauera vitro condita, non adipe suillo, vt nonnulli sunt interpretando decepti, in longum tempus asseruarentur, erantque & libitinarij, quibus curæ erat ea custodire. Eo spectare crediderim canem apud Maffæos Romæ, in pulcherrimi operis cippo humi iacentem, surrecto vero capite inscriptionem, quæ huiusmodi est, intuentem,*

D C. IVLIO VRBANO
ET IVLIAE OPTATAE CONTVBERNALI, ET C. IVLIO VRBANO PECVLIARI
FILIO
POST ---------- SVIS

Sed circa propositam [e] Valeriani sententiam, de more, quo cadauera dicuntur apud Aegyptios *Vitro condita*, non ita pridem dubium habui, num esset mendum in codice, legendumque pro *vitro* esse *nitro*; vidi tamen postea Valerianum de vitro sententiam illam ex Diodoro sumpsisse, qui mores Aethiopum describens ait: *Hi circumdatos vitro mortuos diu seruant, ne eorum aspectus sit posteris ignotus: neve in obliuionem incidant domesticorum.* opponens autem ibi Pierius vitro suillum adipem, & aiens non hoc, sed illo cadauera sua

[e] lib. 3.

con-

conditos Aegyptios ſeruare, non im- A merito ſcrupulum fecit Aegyptios proponens Aethiopum loco, & æquiuoco verbo *condita* vtens, quod & a *condire* deduci poteſt, & a *condere*. Sed ad Lucernam noſtram redeamus; in qua præter canem, atque vulturem, effictum eſt humanum caput e regione canis, innixum tubulo, vnde forte myxi foramen extitit. Quod quidem caput ſenis eiulantis non inepte quis dixerit indicare Priamum ad ſepulchrum Hectoris lu- B gentem. Quum & canis Hecubam matrem aptiſſime repreſentare valeat; quã in canem transformatam [*f*] fabulantur; nam

[*f*] Ouid. 13. Metam.

„ Morſibus inſequitur, rictuque ad verba parato
„ Latrauit, conata loqui -------

Et võlucris illa quoque Paridem indicare poteſt, qui dudum aligero velorum nauigio rapuit Helenam Patriæ, fratrisque perniciem.

De Lucerna Sirenis. Cap. XXXV.

NEſideam Lucernam, cuius effigiem nullam Porta retulit in priore Libro, dicens hoc ſolum eam intra vitreum vas incluſam arſiſſe, quid ni dicamus eam fuiſſe, quam recens habuimus e Gazophilacio Cioffi, ſub imagine rotundi vaſis, cui Siren inſidet? certe facile fuit eam vitreo vaſe concludi; & Syren & aperte ſymbolum Neapolis, cui Parthenope Syren præficitur eo D loci dudum ſepulta, vnde priſcum & nomen habuit. Fuit autem Parthenope Syrenum vna fortaſſis incola Neſideæ inſulæ, vel potius Sirenuſæ in freto Si- culo, vt ait [*a*] Stephanus, quæ præ dolore, quod prætereuntem Vlyſſem cum ſocijs in ſcopulos cantu pellicere non potuiſſent, in mare ſe præcipitauerunt. Harum alia in loca, Parthenope autem eo delata eſt, vbi poſtea condita fuit Neapolis, præclara Vrbs Campaniæ; E quæ ab eius nomine Parthenope etiam eſt appellata. Neapolim autem poſtea dictam fuiſſe hanc Vrbem nonnulli dictam fuiſſe putant, quod ab Auguſto fuerit inſtaurata. Sed hoc verum eſſe non poteſt, vt optime Carolus Steph. oſtendit. Nam etiam apud Lycophronem, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus, multis ante Auguſtum annis cla-

[*a*] lib. 5.

ruit, Neapolis hęc Vrbs appellatur, & ciues ipſi Neapolitani: quos ſcribit quotannis ad templum Parthenopes faces ferre conſueuiſſe. Veriſimilior eſt itaque aliorum opinio, qui hanc Vrbem a Cumanis conditam tradunt; qui quum in eo loco Parthenopes corpus in veteri monumento conditum reperiſſent, nomen eius Vrbi indidere. Sed poſt quam loci vbertate, atque amœnitate maiorem in modum frequentari Ciuitas cæpit, veriti ne Cumæ deſererentur, diruendi Parthenopem conſilium iniuere. Quo facto mox immani peſtilentia vexati, oraculo moniti ſunt, vt *nouam Vrbem* reſtituerent. Cui oraculo morem gerentes, Vrbem paulo ante dirutam, ſplendidius inſtaurarunt; & ex Reſponſi verbis arrepto nomine, *Neapolim*, hoc eſt *Nouam-Vrbem* appellauerunt. Hæc ille. Quæ prius aſſeruerat ipſe Strabo [*b*] fere cuncta ſcribens: *Si quæratur an* [*b*] lib. 1. *vagando ad Italiam & Siciliam peruenerit* C *Vlyſſes, & vtrum circum ea loca Sirenes ponantur: is qui eas in Peloriade ponit, ab eo diſcrepat qui eas in Sirenuſis collocat; vterque autem ab hoc non diſſentit, qui circa Italiam & Siciliam eas habitaſſe dicit: ſed eius dictum eo probabilius ambo faciunt, quod quamuis de eo non conſentiant, tamen ab Italia aut Sicilia non diſceſſerunt. Quod ſi quis addat, Neapoli monumentum monſtrari Parthenopes, quæ vna Sirenum fuit, is adhuc amplius fidei conciliauerit, quanquam tertium hunc locum memoret: ſed quod eo in ſinu, quem Eratoſthenes Cumanum nominat, quem Sirenuſæ faciunt, etiam ſita eſt Neapolis, ideo firmius credimus circum ea loca Sirenas fuiſſe.* & mox: *Quis enim alioqui poeta aut ſcriptor perſuaſiſſet Neapolitanis, vt monumentum Parthenopæ Sirenis iactarent? Cumanis, Dicearchæ, & ad Veſuuium degentibus, vt Pyriphlegetontem, lacum Acherontem, & Oraculum defunctorum in Aorno, tum Baium ac Miſenum, quoſdam de Vlyſſis comitibus, memorarent?* Refert itaque Lucerna Neſidea, quæ ſepulchralis fortaſſe fuit, ſepulchrũ Parthenopæ Sirenis; cui propterea Siren ipſa ponitur inſidere; quę monumẽtum habuit Neapoli, Vrbe Metropolitana, ſub cuius ditione Neſidea eſt inſula, cum Sirenuſis, & alijs, vbi dudum Sirenes habitauere. Lucerna vero Sirenis Cioffiana talem habet imaginem.

De



De Lucerna Putei puellis circundati.
Cap. XXXVI.

QVum autem olim priore Libro nobis Viues non descripserit Lucernæ suæ formam, præstat eius loco A substitere quandam illarum, quas recens transmisit ad me Neapoli Clariss. M. Aurelius Seuerinus, habitas ex insigni Gazophylacio nobilissimi Viri Domini Vincentij Cioffij; quarum vna sub hac imagine

Quæ

Lib. VI. Cap. XXXVI.



Quæ Puteum refert, quem tres alati, seu pueri, seu iuuenes, ambiunt, aut circumcursitant, circumuolitantque; quorum medius in anteriori Putei parte locatus, anticam itidem sui partem corporis ostendit: dexter, posticam ostentat veluti fugiens: at vero siniſter anterioris sui corporis latus exhibet adspectui velut adueniens. Hi sane mihi videntur apte representare tres partes, siue differentias supremas Temporis; quod alatum fingitur ab omnibus Poetis antiquioribus, ob velocitatem: est enim Tempus, vt definit [a] Aristoteles mensura motus, potissimumque cælestis, ac in specie primi mobilis, cuius latio cunctarum est regulariſſima, & simpliciter vniformiter vniformis. Dexter ille iuuenis alatus terga vertens, ac veluti fugiens designat Præteritum Tempus. Siniſter adueniens indicat Tempus Futurum: Inter hos medius anteriora monstrans, aptissime signat Tempus Præsens, quasi stans. Amplectuntur ac veluti circuunt Lucernã trilychnem, quia Tempus est essentialiter numerus motus ætheri præsertim, vt dicebam; motus autem cæleſtis omnis est gratia siderum, eodem [b] Philosopho Magistro; quæ tripartito sumuntur, namque Sol omnium astrorum maximus, in medio cunctarum stellarum situs

Lucerna cur trilychnis.

[a] 4. cæl. t. 111 Tempus quid sit, & cur alatum dicatur.

[b] 12. meta. t. 48. Astra tripartito sumi.

tus est, vt orificium Lucernæ maius est inter duo minora: Siderum vero minorum alia sunt in Aplane, Firmamentoque nuncupato fixa;& alia planetarum orbes incolunt. Incessus autem ac motus, siue volatus horum Iuuenum alatorum est a sinistra versus dexteram Putei partem; sicuti Solis motus atque Planetarum proprius est, vel [c] Aristoteli doctore, a Mundi læua parte ad dexteram; quum motus a dextera in læuam sit motus primi mobilis diurnus, quod Anastrum nullo stellarum fulgore conspici potest. Immo vero, nedum planetæ cum Sole motibus proprijs a sinistra feruntur ad dextram mundi partem, sed etiam astra cetera Firmamento fixa. Foramina vero terna, de quibus emicant ellychniorum flammæ, ternis astrorum ordinibus apte comparari quis non videt; quum omnis antiquitas astra posuerit ignea? Sed & Lucerna non ab re Puteo comparatur, quoniam non solum ad nos e cælo defluunt omnia lumina, sed etiam omnia semina prolificarum aquarum: id quod ex antiquioribus, tanquam vere dictum accipit [d] Aristoteles inquiens alicubi: *Quam ob rem naturam terræ quasi feminam matremque statuunt; cælum autem, & Solem, & reliqua generis eiusdem nomine genitoris patrisque appellant.* Cuius rationem latius explicat [e] inferius. Ac sane cælestia terram fecundant imbribus maxime, quæ de cælo, veluti de fonte quodam occulto prodeunt: Puteus autem in se continet aquas veluti fons quidam etiam immanifestus, altus, atque profundus, non apertus ac euidens, & superficialis: Vnde non solum sacra [f] pagina Puteum Iacob Fontem appellat; sed etiam [g] Virgilius Cælum profundum vocat, vnde virtute siderum profluunt omnia seminum genera terram & aera, ignem, & mare tum primum procreantia, tum deinde fecundantia, de Sileno dicens, ac sub Sileni nomine de Præceptore suo Silone, sectam Epicuream colente,

„ Namque canebat, vti magnum per inane coacta
„ Semina terrarum, animæque, marisque fuissent,
„ Et liquidi simul ignis: vt his exordia primis
„ Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis.
„ Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
„ Cæperit, & rerum paulatim sumere formas.
„ Iamque nouum terræ stupeant lucescere Solem,
„ Altius atque cadant summotis nubibus imbres,
„ Incipiant siluæ quum primum surgere, quumque
„ Rara per ignotos errent animalia montes.

& alibi, Patrem Anchisem corpore vitaque functum in Elysijs filio dicentem inducit:

„ Principio cælum, ac terras, camposque liquentes, 6. Aen.
„ Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra
„ Spiritus intus alit: totamque infusa per artus
„ Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
„ Inde hominum, pecudumque genus, vitæque volantum
„ Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
„ Igneus est ollis vigor & cælestis origo
„ Seminibus --------

Et Lucretius etiam: lib. 1.

„ Huc accedit, vti sine certis imbribus anni
„ Lætificos nequeat fætus summittere tellus.

Sic ergo sapienter hanc priscus autor effinxit Putei Lucernam trilychnem, alatis iuuenibus nudis circumeuntibus ornatam.

Explicatio figuratorum in Lucerna.

[c] 2. cæl. t. 15.

Lucerna cur effigie Putei.

[d] 1. de gen. an. c. 2.

Terra cur fœminæ comparata.

[e] 4. de gen. an. c. 10.

Terram quæ maxime fecundant.

[f] Ioan. 4.
[g] Ecl. 6.

Putei sunt fontes.

De Lucerna Putei lemnisco inferne coronati. Cap. XXXVII.

PRo nobili quoque Lucerna nobis eam habere libuit Cl. Cioffij trilychnem, sub imagine Putei pariter, sed coronati lemnisco quodam inferne, lateraque capitibus humanis exornati, super hexagona basi firmati, latius foramen (per quod in cauum Putei solet oleum infundi fomes triplicis ellychnij) gerentis in summitate cuiusdam tubuli, sub hac imagine:



Forte voluit autor hoc ampliore foramine ſimul, atque ceteris tribus excelſiore, deſignare Primum Mobile, capacitatis ampliſſimæ, ſupremæque Celſitudinis in Mundo; a quo cælo anaſtro putauit occultis influentijs influere virtutes omnes in terra ſiderum genera, de quibus actum nobis eſt nuper in alius Lucernæ Cioffianæ trilychnis etiam declaratione; quoniam & in hac medius meatus, lateralibus amplior indicare poteſt apte Solem inter alia ſidera minora media; quum de medio foramine maior papyrus maiorem flammam, atque fulgorem ediderit, quam de lateralibus anguſtioribus minores myxi. Sed hæc arbitraria ſunt in tanta luminum obſcuritate.

De Lucerna Sphingis. Cap. XXXVIII.

QVoniam autem Minerua Sphingem geſtare ſolebat, & nos eius Lucernam putamus aliam Cioffianam huiuſmodi:

Sphin-

Lib. VI. Cap. XXXIX.



Jo. Georg. Sculps.

Sphingem repreſentat pulcherrimam, integram, muliebri capite, corniculis in fronte ſurgentibus, vitta redimito capite, calanticam habet a ſummo vertice ad occipitium; facie decora: collo tenus infra corpore velut equino, cruribus ac pedibus leoninis. In ſummo dorſi grande foramen habet, certe per quod oleum infunderetur. Ab vtroque latere foraminis dependent veluti farcinulæ duæ. Protuberat e pectore veluti Concham, in cuius apice viſitur foramen longe minoris amplitudinis, ellychnio flammifero poſitum. Quæ ſane Lucerna mihi creditur fuiſſe ſepulchralis; quoniam antiqui Sphinges paſ- A ſim ſepulchris imponebant; quin & integram Pyramidem ſub imagine Sphingis in Aegypto cõditam teſtatur [a] Plinius, inquiens, vbi tractat ex profeſſo de Pyramidibus Aegypti, quæ Regum maxime ſepulcra fuerunt: *Ante has eſt Sphinx, vel magis miranda, quaſi ſylueſtre Numen accolentium. Amaſin Regem putant in ea conditum, & volunt inuectam videri. Eſt autem ſaxo naturali elaborata,* B *& lubrica. Capitis monſtri ambitus per frontem centum duos pedes colligit: Longitudo pedum centum quadraginta trium eſt: altitudo a ventre ad ſummum apicem in capite ſexaginta duum.* Non iurarem conſimilem huic monſtro lucernam pro-

[a] l. 36. c. 12.

propositam in eo sepulchro dudum non A arsisse, deuectam inde postea Neapolim; vt illa Piratica non ita pridem e tumulis Mumiarum Aegypti Patauium ad Cl. Vrsatum; de qua posterius.

De Lucerna Sileni Cioffiana. Cap. XXXIX.

IN Lucernis Cioffianis, quas mihi videre licuit, pulcherrima est Silenum referens Aselli caput amplectentem ita:

Lib. VI. cap. XL.



Pulchra quidem Lucerna est artificio, B sed nõ ita capax eruditionis. Representat illa Silenum, senem, nudum, capite pampino vitium coronatum, aperta bucca veluti vociferantem, seu [a] Maronionæ Musæ fundentem oracula, ebrium; qui coronatum itidem Aselli caput amplectitur: in cuius summo syncipite tubus hiat ad olei receptaculum; quum ex Aselli ore aperto veluti lingua exerta promineat in apice perforata, vbi papyrus ardens flammulam emittere consueuerat. Aselio vero Silenum inniti, & ebrium vociferare, coronatum pampino, nihil frequentius legitur apud antiquos Poetas; etenim [b] Ouidius:

[a] Ecl. 6.

[b] 2. de art. am.

„ Ebrius ecce senex pando delapsus Asello,
„ Clamarunt Satyri, surge age, surge pater

& [c] alibi:

[c] 4. metam.

„ Quiq; senex ferula titubantes ebrius artus C
„ Sustinet, & pando non fortiter hæret Asello.

Et

Et [d] Virgilius in Bucolicis :

[d] Ecl. 6.

„ Pergite Pierides. Chromis,& Mnasylus in antro
„ Silenum pueri somno videre iacentem,
„ Inflatum hesterno venas, vt semper, Iaccho.
„ Serta procul tantum capiti delapsa iacebant,
„ Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.

Frequens est autem Silenus in Lucernis, quia symbolum est ebrietatis, quam maxime veteres incurrebant in cæna, quam obibant noctu ad Lucernam; etenim prandebant interdiu semper, vnde sobrij surgebant.

De Lucerna Cioffiana Caput Auis gerente. Cap. X L.

PRoxima huic est alia Lucerna Cioffiana in hanc effigiem efformata:

Lib. VI. Cap. XL.



Hæc fictilis est: eius orbiculari manubriolo supereminet collum auis, velut Aquilæ caput obtinens. E medio Lucernæ surgit insignis quidam tubus, in apice late perforatus; ad cuius tubi radices in latere ventrem Luchni occupante laruæ facies apparet, oculis magnis, obscure hiantibus, ad areæ Lucernæ superiorem limbum sitis; quorum foramina si pertusa peruenerint vsque ad caueam interiorem Lucernæ, certe loca fuerint, e quibus duo myxi flammulam gerebant; quum tubulus inseruiret ad oleum infundendum. Si autem

ea foramina penitus imperuia sint, vni- A
lychnis erit Lucerna, flammulam gerens in apice tubuli. Sed area superiore spectantur ab vtroque latere tubi ruditer efformatæ imagunculæ quædam humanæ, vetustate temporis valde corrosæ, quamobrem a pictore, nihil de suo vetustati addere volente, prout iacent, sunt effigiatæ. Sed Aquila cum Lucerna videtur eam habere proportionem, quod Lucerna fabricata fuerit ad hoc vt videre valeamus obiecta; visu vero pollere maxime Aquilam notum est, B
quæ Solis iubar inconniuentibus oculis intueri, sustinereque potest absque detrimento. Imagunculæ quid velint, ob sui rudem effigiem, incertum est: quæ tamen apparet minus erosa, videtur imaginem Euangelistæ referre mutilatam, quales passim aspici consueuerunt in antiquis Ecclesiarum picturis, vbi locus capax non est hominis integri: Quo sane casu collum & caput Aquilæ Ioannem indicauerit, cuius Aquila symbolum habetur. Et ita Lucerna fuerit illi Euangelistæ dicata. Sed hæc arbitraria sunt.

De Lucerna nudarum mulierum coronatarum. Cap. XLI.

INsignior esse videtur alia Cioffiana Lucerna, Puteum referens cum sedentibus nudis mulieribus ita:

Lu-

Lucerna ſpectatur ſub effigie vel putei, vel potius antiqui ſepulchri; ſuper quo ſedent altrinſecus a lateribus duæ nudæ mulieres; quarum dextera, tumenti velut vtero catuliens, læua manu coronam gerens in ſuperficie Lucernæ prope maiorem hiatum, excipiendo liquori fomiti cauatum, cubitum itidem ſiniſtrum innixum Lucernæ firmat: manu vero dextera ſurſum elata, indice ſurſum ad oculum poſito neſcioquid attente conſpiciendum indigitat. Forte memoriam ſepulchri monet, inſinuans illud, *Reſpice finem:* vt memoriam mortis refricãs, mortales a prauis actionibus procul arceat; iuxta illud [a] Eccleſiaſtici præceptum: *In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.* Altera mulier læuum Lucernæ latus ſeſſitans, dextera manu corollam ſimiliter ſuperficiei Lucernæ videtur imponere; ſed læua clepſydram horariam, ſiue pulueris horologium tenet ſupra genu ſiniſtrum. Habet iſta quoque mulier vterum tumentem, ſed non ampliter adeo ſicuti prior. Vtriſque tamen pes, quem ambæ detectum habent in propatulo, eſt perforatus, in ſe ſe ſtigma gerens euidentiſſimi foraminis. Arbitror eſſe Lucernam ſepulchralem, quæ deberet aſſidue, noctu diuque in tumulo conflagrare; Mulieres autem illas indicare Diem, atque Noctem; quæ ſemper grauidæ, nouos fætus aſſidue pariunt in Vniuerſo; rectèque Monumento videntur impoſitæ, quod [b] ſemper in Mundo generationes agant parturientes, & corruptiones aſpiciant; quum Ariſtoteleo decreto generatio vnius ſit vbique corruptio alterius. Nudæ vero ponuntur, quia nudi naſcimur in mundum venientes, & nudi morimur, ſeu mortui proficiſcimur ex hoc ſeculo: iuxta illud Iob: [c] *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc:* vbi nomine matris in primo verſiculi dogmate propriam intellexit; in ſecundo communem matrem omnium terram, in qua ſepelimur. Vel etiam duarum feminarum loco ſignificauit autor Lucernæ duas horas primas, illam ſcilicet, a qua dies incipit; & alteram, quæ noctis principium eſt; a quibus integra dies mane; & integra nox ſero ſumit exordium; (quemadmodum enim vt latius ex Dione notauimus in opere noſtro [d] *de Secundo Quæſitis*) prima diei naturalis hora Planetam indicat eo tẽpore dominantem, totumque diem illum a ſuo nomine denominantẽ in hebdomada, conſentientibus omnibus Aſtronomis: Ita prima diei artificialis Hora diem apte deſignat, & prima noctis hora noctem. Quum autem horæ diei notentur gnomonis vmbra notata in Horologio Solari; propterea dextera mulier indicat primam horam diei artificialis, in qua numeramus horas ad vmbram Solis, notatam vmbra in Helioſcopio. Siniſtra vero mulier, abſente Sole, per ſolam pulueris elabentis clepſydram horas Noctis numerare demõſtrat. Vt hæc in tumulo Lucerna diu noctuque debuerit effulgere; proindeque forte fuerit ex illarum numero, quę vulgo nuncupantur æternæ. Coronæ vero manibus mulierum detentę vel indicant æternitatem luminis, quia figura circularis coronæ paſſim apud antiquos eſt indicium ac ſymbolum æternitatis: Vel etiam Lucernam ſepulchralem eſſe coarguunt; etenim ſepulchra conſueuerunt antiquitus floribus adornari, & coronis redimiri, ſiue ad arcendum odorem tetrum cadauerum; ſiue ad animæ ſeparatæ, quam ibi cum corpore diutule morari putabant antiqui, perpetuitatem denotandum; ſiue ad vtrumque finem, vt ego cenſeo. Nuditas vero mulierum maxime tumulum ſepulchralem oſtendit; quod (vt ex Iobo didicimus) nudi egredimur de ventre matris priuatæ ſinguli, & omnino nudi recipimur omnes intra ſinum communis matris telluris: Qua de re pulcherrime Lucianus, vt aſſolet in ſuis Mortuorum dialogis, colloquium [e] Charontis & Mercurij & Momi, & aliorum mortuorum referens: CHA. Audite, quo loco ſint res veſtræ. Equidem parua eſt nobis, quemadmodum videtis, & carioſa nauicula, & quæ vndique perfluit: quod ſi in alteram partem ſe inclinarit, plane ſubmerſa peribit: atque veſtrum tam multi ſimul confluunt, & ſinguli plurimas ſarcinas adferunt. Quod ſi cum his nauiculam conſcenderitis, vereor ne poſtea vos facti pœniteat: maxime vero eos, qui nandi ſunt imperiti.

MO.

Explicatio Imaginum Lucernæ.

Corona ſignat æternitatem.

Sepulchra cur coronarentur.

[a] c.7.f.

[b] 1. de gen. t.17.

[c] cap.1.

[d] cap.49.

[e] tom.1.

„ MO. Quid igitur faciendum erit, vt si-
„ ne periculo nauigemus? CHA. Ego
„ vobis dicam: nudos vos ingredi opor-
„ tet; atque ista omnia, quæ superflua
„ sunt, in littore relinquere; nam si etiam
„ vix capiet vos nauicula. Tibi vero, Mer-
„ curi, deinceps curæ erit, neminem ex
„ illis recipere, nisi nudus sit, & suppelle-
„ ctilem abiecerit. Itaque ad ipsas scalas
„ te statuas, ipsosq. cognoscito, & susci-
„ pito, nudosq. ingredi cogito. MER. Re-
„ cte dicis, atque sic faciemus. Quis est
„ ille primus? MEN. Ego Menippus
„ sum. Ecce autem peram & baculum in
„ paludem abieci: verum recte feci, qui
„ pallium non acceperim. MER. In-
gredere, o Menippe, &c. Quid autem pedum stigmata velint in vtraque muliere, Lucernam adornante, non ita facile constat. Nisi dicas, Mortuos in sepulchris velut affixos permanere semper, nec vnquam inde digredi posse. Propositа vero Lucerna commode pro Demosthenica substituta videtur, diem, ac noctem illis feminis nudis representans: etenim Demosthenes consueuit


Pedes forati quid in mulieribus Lucernæ.

„ ---------- exemplaria Græca
„ Nocturna versare manu, versare
diurna.

Scripsitque monumenta dignæ æternitatis, vere nunquam interitura, sed semper illustria in mundo litterario.

De Lucerna cum Aquila bicipiti coronata. Cap. XLII.

POst has alia Cioffiana Lucerna bilychnis est in hãc effigiẽ efformata:



Ornatur iſta Lucerna ſimulachro Imperalis Aquilæ bicipitis vnico diademate coronatæ; quæ ſurgens inter duo foramina minora, papyris ardẽtibus aperta, maius tertium foramen in pectore gerit in apice tubuli; quem cenſeo rationem infundibuli ſuſtinere. Sub tubulo larua buccis hiantibus, oculisque truculentis emergit. Quæ quidem Lucerna licet antiqua valeat eſſe, meo tamen iudicio non ſuperat ævum, in quo [a] diuiſum fuit Imperium a Conſtantino Magno filijs ſuis in Orientale, ac Occidentale; quo tempore bicipitis Aquilæ ſignum inuentum fuit, indicans iſtam Imperij partitionem. Aquila Imperialis cur biceps.

[a] Turſell.

De Lucerna nudum infantem ſupinum referente. Cap. XLIII.

SAne referre lubet iſtam Lucernam ad vnam earum, quas in primo libro formatas obſeruauimus ab Abbate Tritenhemio: quę talem habet ſpeciem:

Lib. VI. Cap. XLIV.



Jo. Georg. scul.

Quæ

Quæ ſane Lucerna ſuper arcu manubrij nudum puellum obtinet, ſupinum, & incuruatum. Apicem autem manubrij cum area Lucernæ coniungit caput muliebre, formoſi vultus. In meditullio areæ ſpectatur veretrum cum coleis, inſigniter nimirum acuminatum. Namque Ioachimo Vati, vt aſſerebam, futura tanquam præſentia fuerunt, & aperta. Penis autem, coleique potuerunt indicare virile, præfecundum, & acutum ſcriptoris eius ingenium; ſiquidem & multa, & eximia volumina perſcripſit, claruit autem maxime vaticinijs quibuſdam ænigmaticis, vt ait [b] Volaterranus: ac vt puer nudus in Lucerna ſupinus eſt ſymbolum intellectus ipſius, qui puer eſt, quia ſenium non ſuſtinet immortalis; nam, vt ait [c] Ariſtoteles, *Intellectus autem videtur innaſci, ſubſtantia quædam exiſtens, & non corrumpi. Maxime enim corrumperetur vtique ab ea, quæ eſt in ſenio debilitate: nunc autem, quemadmodum in ſenſorijs accidit; ſi enim acciperet ſenex oculum talem, & videret vtique ſicut & iuuenis. Quapropter ſenium non eſt, quia ſuſtinuit aliquid anima, ſed id in quo, ſicut in ebrietatibus, & morbis.* Nudus ponitur intellectus Ioachimi, quia quum intellectus [d] Ariſtoteli fieri dicatur ea quæ intelligit; quumque Trithenemio intellectui fuerint omnia, etiam ventura, nuda & aperta; recte puero nudo ſignificatur. Quin & ſupino cælum reſpicienti; quod vaticinia futurorum ſibi diuinitus reuelata fuerint; quum ſpeciatim ſanctimonia vitæ claruerit, & de rebus maxime pertinentibus ad res Eccleſiæ vaticinatus fuerit; ac ſpeciatim præuiderit nondum natorum Dominici, & Franciſci Sanctorum imagines, habitus, effigiesque naturales ad viuum expreſſas; quas opere, Moſaico nuncupato, lapillis efformari curauit affabre Venetijs in Auguſtiſſimo Templo D. Marci. Sed eius vitę probitatem ac innocentiam intaminatam aptiſſime refert imago virginis decoræ; nam anima ſponſa Chriſti tota pulchra eſt & facie decora; ore vero fingitur aperto, quod Abbas noſter in Dei laudes prochuis eſſet, & in diuina Vaticinia; de cuius anima Dominus, vti Sponſus in [e] Canticis, dicere potuit: *Surge amica mea, ſpecioſa mea: oſtende mihi faciem tuam: ſonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Acumen autem & fecunditatem mentis Abbatis Trithenemij ſymbolice ſatis indicat acuminata ſimul & erecta mentula cum coleis turgidis in area media Lucernæ; quoniam veteres ideo Mercurium, qui colebatur Deus ſcientiarum, pingebant, ſculpebantq; mentula ſemper ad opus parata cum coleis; qua de re non pigeat repetere quod Plotinum dixiſſe retulimus olim: *Sola,* [f] inquit, *ſpecies eſt fecunda, natura vero altera ſterilis. Hinc priſci, vt arbitror, ſapientes in ſacris myſterijs id ſuboboſcure ſignificantes, antiquum Mercurium introducunt inſtrumentum generationis ad operis effectum ſemper habentem, generantem vero in ſenſu declarantes eſſe intelligibilem rationem: ſterilitatem vero materiæ ſemper idem manentis, oſtendentes per illa quæ circa ipſam ſterilia diſponuntur.* Hactenus de Lucernis Abbatis Ioachimi Trithenemij.

[b] l. 22.

[c] 1. de an. t. 65. Intellectus nō patitur ſeniū.

[d] 3. de an. t. 8. & 18.

[e] cap. 2.

[f] en. 3. l. 6. c. 19.

De Lucerna Sphingis, vel potius Animæ inter flammas frondiformes vociferantis. Cap. XLIV.

LVcernæ penſili, Puteum forme referenti, ſimulachrum hominis nudi conſpicitur imminere pubetenus, hiante bucca prorſus ad vociferationē, inter flammas imaginem referentes frōdium vitium, aliarumve latiorum. Ego facile cenſuerim iſtam fuiſſe Lucernam ſepulchralem ſontis alicuius hominis interempti violenta morte, cuius anima ſceleribus inquinata torqueatur inter flammas; adeoque cruciatibus acriter oppreſſa vociferet, atque prope ſepulchrum moram trahens vexetur; quæ fuit opinio priſcorum, quam ita propoſuit in Phædone Plato: Animum ſed „ infectum inuolutumque, vt arbitror „ contagione corporea, quam conſuetu- „ do congreſſusque cum corpore pro- „ pter continuam familiaritatem, pluri- „ mumque eius cultum effecit quaſi con- „ genitam? Ita putamus. Ponderoſum „ vero, o amice, id putandum eſt, & gra- „ ue, terrenumque, & viſibile, quod ani- „ ma eiuſmodi ſecum trahit; ideoque ab „ eo grauatur, & ad viſibilem trahitur „ locum metu inuiſibilis atque occulti: „

&



» & quemadmodum fertur, circa monu-
» menta ſepulchraque verſatur; circa
» quæ iam nonnulla apparuerunt anima-
» rum vmbroſa phantaſmata; qualia præ-
» ſertim ſimulachra tales animæ, quæ vi-
» delicet non puræ deceſſerunt a corpo-
» re, ſed viſibile aliquid trahentes; quo
» fit, vt videri poſſint. Conſentaneum eſt,
» o Socrates. Conſentaneum tamen, o
» Cebes, non eſſe has bonorum animas,
» ſed malorum, quæ circa hæc oberrare
» coguntur, pœnas dantes vitæ improbæ
actæ. His quoque conſentientia Pla-
A to ſcribit in nono de Legibus. Quam-
obrem in iſta Lucerna pariter imago
vociferantis animæ nequam inter flam-
mas prope ſepulchrum ſui corporis ad-
ſpicitur, e quo violenta morte deiecta
fuerit. Inter maius orificium medium
ſuperius, & duo minora, latus vtrum-
que tenentia, inferius duæ perforatæ
ſurgunt anſulæ, ſatis oſtendentes, Lu-
cernam iſtam fuiſſe penſilem. De his
anſulis forſan Ioſephus Scaliger in
Coniectaneis, vbi apud Varronem de
B Ling. Lat. *Alatum foramen* (non *adlatum*,

vt

vt contendit Vertranius, quem notat A Rhodius noſter) exponit τετανωμένον, a faſcijs in modum alarum vtrimque penſilibus. Attamen hæ perforatæ anſulæ in Lucerna propoſita non penſiles vtrimque ſunt, ſed ex eius periferia ſurſum exurgentes extolluntur omnino rigidæ.

De Lucerna Bacchi ſuper Puteo ſedentis, & Phallos manu tenentis. Cap. XLV.

BAcchum eundem eſſe cum Apolline paſſim teſtantur antiqui, ſed inter alios [a] Macrobius in Saturnalibus inquiens: Hæc, quæ de Apolline diximus, poſſunt etiam de Libero Patre dicta æſtimari; nam Ariſtoteles, qui Theologumena ſcripſit, Apollinem & Liberum Patrem vnum eundemque Deum eſſe quum multis argumentis aſſerat, etiam apud Lygiras ait in Thracia eſſe adytum Libero conſecratum, ex quo redduntur oracula: ſed in hoc adyto vaticinari plurimo mero ſumpto; vti apud Clarium aqua potata, effantur oracula. Apud Lacedæmonios etiam in ſacris, quæ Apollini celebrant, Hyacinthia vocantes, hedera coronantur, Bacchico ritu. Item Bœotij Parnaſum montem Apollini ſacratum eſſe memorantes, ſimul tamen in eodem & oraculum Delphicum & ſpeluncas Bacchicas vni Deo conſecratas colunt: vnde & Apollini & Libero Patri in eodem monte res diuina celebratur. Quod quum & Varro, & Granius Flaccus affirment, etiam Euripides his docet:

Διόνυσος θυρσοισι καὶ νευρῶν δοραῖς καθαπτὸς,
Εν πτύχαισι Παρνασσὸν κατὰ πηδὰ χορέυον.

In hoc monte Parnaſo Bacchanalia alternis annis aguntur, vbi & Satyrorum, vt affirmant, ſæpe cernitur cætus, & plerumque voces propriæ eorum exaudiuntur: Itemque cymbalorum crepitus ad aures hominum ſæpe perueniunt: &, ne quis opinetur diuerſis Dis Parnaſum montem dicatum, idem Euripides in Litymnio Apollinem Liberumque vnum eundemque Deum eſſe ſignificans, ſcribit;

Δέσποτα φιλόδαφνε, Βάχχε, Παιὰν,
Απόλλον, ὦ Λύκιε.

Ad eamdem ſententiam Aeſchylus:

Ω κιασὴυς Απόλλων, ὁ καβαῖος, ὁ Μάντις.

Sed licet illo prius aſſerto eundum eſſe Apollinem ac Solem, edoctoque poſtea ipſum eſſe Liberum Patrem, qui Apollo eſt, nulla ex his dubitatio ſit, Solem ac Liberum patrem eiuſdem numinis habendum: abſolute tamen hoc argumentis liquidioribus adſtruetur: Inſacris enim hæc religioſi arcani obſeruatio tenetur, vt Sol, quum in ſupero, hoc eſt, in diurno hemiſphærio eſt, Apollo vocitetur; quum in infero, ideſt nocturno, Dionyſius, qui eſt Liber pater, habeatur. Item Liberi patris ſimulachra partim puerili ætate, partim iuuenili fingunt: præterea barbata ſpecie, ſenili quoque, vti Græci eius, quem Baccopea, item quem Briarea appellant. Et vt in Campania Neapolitani celebrant Hebona cognominantes. Hæ autem ætatum diuerſitates ad Solem referuntur, vt paruulus videatur hiemali ſolſtitio, qualem Aegyptij profe-runt ex adyto die certa; quod tunc breuiſſimo die veluti paruus & infans videatur: exinde autem procedentibus augmentis æquinoctio vernali ſimiliter atque adoleſcentis adipiſcitur vires, figuraque iuuenis ornatur: poſtea ſtatuitur eius ætas pleniſſima effigie barbæ ſolſtitio æſtiuo, quo tempore ſummum ſui conſequitur augmentum: exinde per diminutiones dierum veluti ſeneſcenti quarta forma Deus figuratur. Item in Thracia eundem haberi Solem atque Liberum accipimus, quem illi Sebadium nuncupantes magnifica religione celebrant, vt Alexander ſcribit; eique Deo in colle Zilmiſſo ædes dicata eſt ſpecie rotunda, cuius medium interpatet tectum: rotunditas ædis monſtrat huiuſce ſideris ſpeciem: ſummoque tecto lumen admittitur, vt appareat Solem cuncta vertice ſummo luſtrare lucis immiſſu; & quia oriente eo vniuerſa patefiunt, &c. Quibus adijciendus eſt Orpheus etiam in Apollinis ſuffimento, Manna, vbi ait:

Muſarum ductor, chorum faciens, longe iaculans, iaculans ſagitta:
Bacche & gemine, longe operans, Loxia, munde.

[a] l. 1. c. 18.

Non

Non igitur ab re pro Lucerna Delphica primi [*] libri, quæ dudum arsit in honorem Apollinis, illam substituimus, A quam sub hac effigie transmisit ad nos Neapoli Seuerinus noster e Gazophylacio Cioffiano.

[*] cap. 29.

Lib. VI. Cap. XLVI.



Ista sane pulcherrima Lucerna Putei B formam præseferre videtur, cuius lateribus adhærent vtrimque duæ velut Harpiæ, capite, pectore, ac imo ventre pubetenus muliebri forma, desinentes in informem monstri caudam. Lucernæ summo Puteo Bacchus insidet nudus, puerili specie, manu læua tenens duplicem Ityphallum, ruditer efformatum. Inter pedes obtinet foramen Infundibuli. Sed inferius habet orificium ardenti papyro præparatum. Con- C grue Bacchus puer nudus manu gerit informes Ityphallos, super quos olim dicitur insedisse, signans historiam gentilis huiusce Dei pridem ab Arnobio propositam, infra referendam. Et apte sedere Bacchus supra Puteum, qui Fons est opertus, constituitur; quia passim Bacchus apud antiquos Poetas audit enutritus a Nymphis. Hedera coronatur, vel vt cornua cælaret, frontem exasperantia, vel potius vt vini meracioris, & multi noxam procul arceret a capite; discussis eo sublatis meri vaporibus; capiti siquidem [a] opitulatur. Sa-

Explicantur figuræ Lucernæ.

[b] Diosc. l. 2. c. 175.

ne Bacchum plurimum effingi puerum, & nudum, ostendit [c] Mythologus eo quod [d] Ouidius hunc Deum semper iuuenem esse contendit; quum ita scribat de Baccho:

[c] l.5.c.13.
[d] 4.metam.

„ ---------- Tibi enim inconsumpta iuuenta est:
„ Tu Pater æternus: Tu formosissimus alto
„ Conspiceris cælo.-----

Et infra Natalis addit de Baccho: *Idem & nudus, & semper iuuenis habitus fuit, quia patefaciat secreta.* Cornutum vero fuisse, & hedera coronatum idem Mythologus, ait, cui Bacchus *vocatus fuit Dionysius, quia pupugerit Iouis femur; quum natus esset cornutus: vt asserit Stesimbrothus.* & mox: *Qui quum cornutus etiam fingeretur, ad huius imitationem Mimallones cornua suis capitibus alligare consueuerunt, vt ait Isacius.* Coronatur autem hedera Bacchus, quia eodem teste, *hic Deus quum aliquando in Naxum nauigare iuberet nautas, atque hi in alios locos illum asportarent; repente hederæ per ramos serpebant, ac nauis nulla vi remorum loco dimoueri poterat.* Et Homerus in Hymno de Baccho cecinit, versiculis Latio datis:

Bacchus cur nudus, cornutus, & hedera coronatus, & Dionysius.

„ Tum quoque paruus erat, siluisque errabat in altis
„ Ornatus lauro, atque hedera.

Vnde similiter innuit Bacchus, cui dicata est hedera, idem esse cum Sole, cui laurus. Orpheus etiam in hymno, Latinitate similiter donato:

„ Comptum hedera canimus Dionysum multa frementem
„ Et Iouis & Semeles claram de sanguine prolem.

[e] Dial.Deor. Memoriæ prodidit [e] Lucianus, Dionysium statim natum, fuisse deportatum a Mercurio in Nysam Arabiæ vrbem, Aegypto finitimam, ad Nymphas educandum: Quocirca Puteo recte superimponitur, quia fons omnis, adeoque Puteus est Nymphis dicatus. Membra vero virilia, quæ Phalli dicuntur, manu portare fingitur, eaque satis incondita, rudiaque, vel quia in eius honorem Phalli ferebantur cum pompa per vrbes, & compita, vt ait [f] Herodotus, & Suidas inquiens, *Phalli, virilia membra coriacea: vel lignum oblongum, habens in summo pudendum coriaceum. Phalli:*

Bacchus cur insideat Puteo.

Cur Phallos gerat.

[f] lib.2.c.48. 49.

A *Pudendum erat olim siculneum; postea vero factum ex pellibus rubris, virilis pudendi figuram habens. Hoc autem sibi circumponentes, & in ceruicibus, & in medijs femoribus, saltabant, honorem Baccho tribuentes in Bacchanalibus.* vel quia vinum libidinem geminat meracius, & copiosius hausтum, intra modum tamen; etenim vt sine Cerere & Baccho friget Venus; ita nimis ebrij sunt ad Venerem ignaui: vel potius quia putaretur Deus fecunditatis; vt obseruat ex

B Gentilitate [g] D. Augustinus: vel etiam vt signarentur incondita præsegmina ramorum fici, quæ sibi formauit Bacchus in speciem penis, vt propudioso Prosumno promissa rediens ab inferis adimpleret: quam facti seriem [h] Arnobius latissime describit aiens: *Quum inter homines, inquiunt, esset adhuc Nysius, & Semeleius Liber, nosse inferos expetiuit, & sub Tartari sedibus quidnam rerum ageretur, inquirere. Sed cupiditas*

C *hæc eius nonnullis difficultatibus impediebatur; quod qua iret, ac pergeret, inscitia itineris nesciebat. Prosumnus quidam exoritur ignominiosus amator Dei, atque in nefarias libidines satis pronus, qui se ianuam Ditis, atque Acherontis aditus pollicetur indicaturum, si sibi gereret morem Deus, atque vxorias voluptates pateretur ex se carpi. Deus facilis iurat potestatis futurum ac voluntatis se eius; sed quum primum ab inferis compos voti atque expe-*

D *titionis redisset. Viam comiter Prosumnus edisserit, atque in limine ipso prostitit inferorum. Interea dum Liber Stygem, Cerberum, Furias, atque alias res omnes curiosa inquisitione colluстrat, ex viuentium numero index ille decedit: Emergit ab inferis Euhyius, & recognoscit extinctum ducem. Qui vt fidem compleret pacti, & iurandi solueret religione se iuris, locum pergit ad funeris, & ficorum ex arbore ramum validissimum præsecans, dolat, runcinat, læuigat, & humani speciem fabricatur in pe-*

E *nis: figit super aggerem tumuli, & postica ex parte nudatus accedit, subdit, insidit: Lasciuia deinde luxuriantis assumpta, huc atque illuc clunes torquet, & meditatur ab ligno pati, quod iamdudum in veritate promiserat. Ac ne quis forte a nobis tam impias arbitretur confictas res esse, Heraclito testi non postulamus vt credat, nec mysterijs volumus quid super talibus senserit, ex ip-*

[g] 7.de ciu. c.21.

[h] l.5.adu. Gent.

sius

sius accipiat lectione; totam interroget Græciam, quid sibi velint Ityphalli, quos per rura, per oppida mos subrigit & veneratur antiquus, inueniet causas eas esse, quas dicimus: aut si fuerit puditum veritatem simpliciter explicare; quid obscurare, quid tegere causam ritus, atque originem prodederit? criminatio ipsa religionis in re sit. Hæc igitur causa fuit, ob quam Autor Lucerna posuerit in manu Bacchi pueri nudi duos rudes ityphallos. Neque vero ratione caret, quod Bacchus insideat antiquæ Lucernæ; quia comessationes; & compotationes a priscis, & cænæ maxime noctu fiebant ad lumen Lucernæ; quum interdiu negotijs vacarent, & leui ientaculo se reficerent: Qua de re late Mercurialis in sua [i] Gymnastica scribens: Quod enim maiores nostri mane exiguum quid comederent, quod prandium vocabant; & vespere tantum saturarentur, dum cœnare dicebantur (exceptis ijs, qui coitu vsuri erant, quibus a Medicis vespere cœnare interdictum fuisse [k] scripsit Aristoteles; & exceptis Syracusanis, quos bis in die cibis impleri, quasi res noua esset, tradit Plato) satis ab Horatio, Martiale, Plutarcho, atque Galeno (ne multos alios nominem comprobatum est. Plutarchus item ait, *Antiquitus quidem prandium vitio vertebatur; & ideo acratisma dictum aiunt, ab incontinentia ducto vocabulo:* & mox: *Fides adhibenda est ijs, qui vitæ rationem, qua prisci vsi sunt, memoriæ prodiderunt: Hi docent illos, quum & laboribus dediti & temperantes essent, mane panem ediisse mero instinctum, aliud nihil. Itaque hoc dictum fuit akratisma; quum akratismaton sit merum. Obson autem vocabatur cæna, quod ad eam sero (idest opse) negotijs iam defuncti se conferrent.* & infra: *Antiquitus seorsum solebant prandere Romani, cœnare cum amicis.* Itaque merito Bacchus veteri Lucernæ præfigitur, quia vino veteres, vt dicebam, indulgebant maxime Noctu; quo tempore cænam in longum inter pocula trahebant; vnde Martialis:

„ Nocte bibit tota, &c.

Rectèque pro Lucerna Delphica dudum Apollini consecrata, substituimus illam, cui Bacchus insidet cornutus, & manu gestans membra fecunditatis; quum Apollo radios habeat veluti cornua, & Sol præcipue statuatur [m] ab Aristotele generationis autor; & Gentiles pro eodem habuerint Apollinem atque Bacchum.

[i] l.1.c.11.
[k] 3.prob. 32. Ep. ad Dion.
8.symp.c.6.
[m] 2.de gen. t.58. 1.de gen. an. c.2.

De Lucerna semper ardente, Romæ inuenta tempore Caroli Magni. Cap. XLVI.

ALphonsus ille [a] Tostatus Abulensis, ex Helinando Chronographo, & Ioan. Aegidio Zamarrensi, proponit historiam de Lucerna semper ardente, quodam in sepulchro, dicens: *Sed & Romæ, tempore Caroli Magni, sepulchrum gentilis viri repertum est, intra quod candela ardens inuenta fuit, quæ a valde magnis temporibus ante Christi aduentum ibi fuerat, vt ex inscriptione sepulchri patuit. Post extracta Lucerna, nec vento, nec aqua extinguebatur: Sed perforato Lychno quodam terebro, subintrante aere extincta est, quæ prius aqua extingui non poterat; vt ait Helinandus in Chronicis, & Ioannes Aegidij.* Ego vero credidero potius Lucernam illam terebro perforatam, extinctam fuisse foras exeunte liquore, quam subintrante aere; quoniam aer, qui circumambiens forinsecus ellychnium ardens, illud extinguere nõ potuit vel ingrediens per ellychnij foramen vetus, idem aer nouo facto foramine per terebratum aut fundum, aut latus, Lucernam extinguere minime valuit. Ceterum quod eandem siue Tostatus, siue Helinandus, siue Ioannes Aegidij modo candelam, modo Lucernam nuncupet, contra vulgi sermonem, candelæ nomine diuersum quid a Lucerna significans; nimirum candelam existimans esse solidam ex cera, vel sæuo; Lucernam vero continere fluidum liquorem olei, fomitem igniculi; namque reuera synonyma sunt apud veteres Lucerna, & Candela, dicitur enim Lucerna, quod lucem ferat; & candela, quod candeat; candelabrumque vocatur non minus in quo sit, vel e quo pendeat olearia Lucerna, quoniam in quo positi sint ardentes cerei; namque legimus in sacra pagina: [b] *Facies & Lucernas septem, & pones eas super Candelabrum, vt luceant ex aduerso.* Videtur tamen Martialis vulgarem opinionem secutus, & candelam

[a] Num.p.2. in c.21.qu.19. f.

Candela num differat a Lucerna.

esse Lucerna vetustiorem indicare illo disticho:


„ Nomina Candelæ nobis antiqua dederunt:
„ Non norat parcos vncta Lucerna patres.

Quam sententiam coluit in Onomastico suo Gesnerus: cui: *Candela a candore luminis dicitur. Hinc Candelabrum* (λυχνεῖον, λυχνία, λυχνεῶν) *in quo candelæ figuntur. Sunt autem Candelæ, quæcumque constent materia, scirpis, tæda, sæuo, cera.* Sed tamen hanc opinionem eliminat sacra pagina Lucernas olearias in candelabro ponens. Etsi Martialis non rerum discrimina, sed vocum afferre videatur; asserens vetustiores vsos nomine Candelæ, Lucernæ vero nomen posterius apud Romanos habitum. Lucernas autem primos Aegyptios inuenisse, autor est Eusebius [c] Pamphilus in sua Præparatione Euangelica scribens: *Lucernæ vsum Aegyptios, qui annum in duodecim partes primi distinxerunt: primique lege non conuenire mulieribus in templis prohibuerunt: nec intrare in templa quemquam a muliere, nisi lotum sanxere.*

[c] l. 10 c. 2. Lucernarum inuentores Aegyptij.

De Lucerna Palladis Victricis. Cap. XLVII.

SEd nobilem Lucernam delineauit nobis Io: Baptista Casalius in opere suo *De vetustis Aegyptiorum ritibus* in hanc formam



Lu-

Lucerna pensilis est, bilychnis, cui stans A imminet sub arcu veluti triumphali, supra duas Columnas erecto, mulier amicta Senatorio vestimento; quam Palladem existimo a Romanis cultam; quum tres catenæ, quibus appenditur Lucerna, pendeant e superiore lamina, cui titulus inscriptus est:

PALLADI
VICTRICI

B

Nec inuerisimile censeo, Lucernæ præsentis Autorem respexisse ad vetustam Inscriptionem, quam ponit Petrus Appianus, haberi *Dianij in Templo in Baside*,

PALLADI. VICTRICI
SACRVM
HIC HOSTIVM RELIQVIAS
PROFLIGAVIT
CATO.
VBI ET SACELLVM C
MIRO ARTIFICIO
STRVCTVM ET ÆREAM
PALLADIS
EFFIGIEM RELIQVIT.
PAREANT ERGO
ET NOSCANT
OMNES
SENAT. ET PO. RO.
IMPERIVM
DEOR.
NVMINE ET MILIT. D
FORTITVDINE
ET TVERI ET REGI.

Superiorem vero Lucernam Casalius asserit, asseruari Romæ in Musæo Cl. Angeloni.

De Lucernis Beati Isidori, & Casalij; vbi multa de Christi Cap. X *mo veterum. XLVIII.*


A Bulensis [a] item ex Iacobo de Voragine, & alijs maioribus proponit alias duas Lucernas perpetua flamma nobiles in hæc verba: *Potest effici Lucerna inextinguibilis aquæ vel aere naturaliter; vt fecit Beatus Isidorus duas, naturaliter, quæ post mortem eius ad caput & pedes sepulchri ipsius permanserunt quasi per ducentos annos, ita quod nihil de eis videretur consumptum. Sed postea inde sublatæ sunt. Testantur hoc maiores: & ponit Iacobus de Voragine in historia Beati Isidori:* in historia, inquit, non in vita, quæ compendium est historiæ, multa præteriens eorum, quæ in historia leguntur; nam in vita Beati Isidori, a Voragine descripta; non obseruo mentionem fieri de duabus istiusmodi Lucernis. Quas quum ego non viderim, posse me reor illarum loco substituere duas illas, quarum icones proponit in opere de Veteribus Christianorum ritibus, Cl. Casalius inquiens: [b] *Quoniam prisci Fideles sæpissime Lucernis vtebantur; quarum inter alias, duas habeo penes me ex ære, cum signo* X, *quod* P *intersecat, vt in figura* X *; quibus literis Crucem, & Christ um fuisse denotatum, supra demonstrauimus; vt similiter hoc idem denotat signum* ☧ *in altera mea Lucerna fictili. Et hæc symbola congrue Lucernis fidelium apposita; quum ipse Christus testetur de se:* [c] Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris: *& in Psalmo:* [d] Lucerna pedibus meis verbum tuum. Habent autem illæ duæ Lucernæ Casalij hanc effigiem:

[a] Num. loc. cit.

[b] cap. 42. pag. 208.


[c] Ioan. 8.

[d] Ps. 118.




Jo. Georg. Sc.

Lib. VI. Cap. IL.
pag. 561. tergo



Jo. Georg. Sculp.

Verum enimvero, quod Cl. Casalius ait, in illa vetusta lucernarum nota signari Crucem, & Christi Domini nomen, id vt eius viri pietati facile dedero; sic opinor aliter antiquos ea nota significare voluisse, non Crucem; quæ facilius, apertius, & breuius absque superposito P Græcanico, simplici sui nota signatur ✣; at (si Christianorum veterum eæ lucernæ fuerint) indicare Christi nomen, duabus primis eius literis in vnum iunctis, & Alphabeto Græco desumptis, quæ sunt Chi, & Rho, duobus his elementis X, & P, indicata; & iuncta simul efformant illud signum  . Non absimili ratione D. Bernardinus, & ante illum fortasis Ecclesia vetustior, nomen, IESVS, primis tribus literis Græcanicis abbreuiauit, in hanc formam IHS. cui adornando superimposuit crucem ita,  : ne viderentur fideles adorare tres illas primas literas Græci nominis ΙΗΣΟΥΣ: nam Crux vere potest, atque debet adorari adoratione Latria, tum vt representans Christum Deum-hominem sibi confixum; tum vt respersa Christi Domini sanguine: qua de re latius [c] D. Thomas, & nos in opere nostro *De Secundo* [d] *Quæsitis per Epistolas Clarorum Virorum*. Ceterum quum videam signũ illud  in nummis antiquioribus ætate Christi sculptum; habere significationem prophanam, vt alia multa signa, de quibus vna cum eo tractat D. Isidorus in Originibus afferens notas sententiarum numero viginti sex, his characteribus, & explicationibus: *Præterea quædam sententiarum notæ apud celeberrimos autores fuerunt, quasque antiqui ad distinctionem scripturarum carminibus, & historijs apposuerunt. Nota, est figura propria in literæ modum posita, ad demonstrandam vnamquamque verbi sententiarumque ac versuum rationem. Notæ autem versibus apponuntur numero viginti sex, quæ sunt nominibus infrascriptis.*

Monogramma nominis Domini explicatur.

Cur adoratione Latria Crux adoretur.

[c] 3. par. q. 25.

[d] cap. 37. in f.

lib. 1. cap. 20.

Asteriscus apponitur in ijs, quæ omissa sunt, vt illucescant per eam notam, quæ deesse videntur. Stella enim ἀστὴρ Græco sermone dicitur, a quo Asteriscus stellula est deriuatus.

Obelus, id est virgula iacens apponitur in verbis vel sententijs superflue iteratis, siue in ijs locis vbi lectio aliqua falsitate notata est: vt quasi sagitta iugulet superuacua, atque falsa confodiat. Sagitta enim Græce ὀβελὸς dicitur.

Obelus superne appunctatus ponitur in ijs, de quibus dubitatur verum tolli debeant, nec ne.

Lemniscus, id est virgula inter geminos punctos iacens, apponitur in ijs locis, quæ sacræ scripturæ interpretes eodem sensu, sed diuersis sermonibns transtulerunt.

Antigraphus cum puncto apponitur, vbi in translationibus diuersus sensus habetur.

Asteriscus cum Obelo: hac proprie Aristarchus vtebatur in ijs versibus, qui non suo loco positi erant.

Paragraphus ponitur ad separandas res a rebus, quæ connexu concurrunt, quemadmodum in catalogo loca a locis, & regiones a regionibus, in agone præmia a præmijs, certamina a diuersis certaminibus separantur.

Positura est figura paragrapho contraria, ideo sic formata, quia sicut ille principia notat, ita ista fines a principijs separat.

Gryphia, circuli pars inferior cum puncto ponitur in ijs locis, vbi quæstio dubia & obscura aperiri vel solui non potuit.

Antisigma ponitur ad eos versus, quorum ordo permutandus est, sicut & in antiquis autoribus positum inuenitur.

Antisigma cum puncto ponitur in ijs locis, vbi in eodem sensu duplices versus sunt, & dubitatur qui potius eligendus sit.

Diple, hanc scriptores nostri apponunt in libris Ecclesiasticorum virorum ad separanda vel demonstranda testimonia sanctarum scripturarum.

Diple πλευτικὴ, vel περιεστικὴ, hanc primus Leogaras Siracusanus apposuit Homericis versibus ad separationem Olympi a cælo.

Diple περισιγμένη, id est cum geminis punctis, hanc antiqui in ijs apponebant, quæ Zenodotus Ephesius non recte adiecta, aut detraxerat, aut permutauerat: in ijs & nostri ea vsi sunt.

Diple ωβελισμένη interponitur ad separandas in Comœdijs, vel Tragœdijs periodos.

Versa obelismenæ quoties strophe & antistrophe infertur.

Ad-



„ *Aduersa cum obelo ad ea ponitur, quæ ad aliquid respiciunt, vt:*

„ *Nos ne tibi fluxas Frigiæ res vertere fundo*

„ *Conamur nos, an miseros qui Troas Achiuis*

„ *Obiecit* -----

Diple superne obelata ponitur ad conditiones locorum, ac temporum, personarumque mutatas.

Recta & aduersa superne obelata ponitur finita loco suo monade significante fundum sequentem quoque esse.



Ceraunium ponitur quoties multi versus improbantur, nec per singulos obelantur, κέραυνος enim fulmen dicitur.



Κρίσιμον *hæc sola ex voluntate vniuscuiusque ad aliquid notandum ponitur.*



PHIETRO, idest fortis, vel frontes: hæc vbi aliquid obscuritatis est ob sollicitudinem ponitur.

ANNOTAT.

„ *Emendo Phi & Pho. Nota enim ex hisce*
„ *duabus literis composita videtur: quumque*
„ *ipse Isidorus hanc notam dicat solere poni*
„ *ob solicitudinem; equidem crediderim per*
„ *hanc notam significari* φροντιον, *hoc est*
„ *obscurum esse locum, ideoque diligenter de*
„ *eo cogitandum esse.*



Anchora superior ponitur vbi aliqua res magna omnino est.

Anchora inferior vbi aliquid vilissime, aut inconuenientius denunciatum est.

Κορωτις *nota tandem in fine libri apponitur.*

Αλογον *nota quæ ad mendas adhibetur.*

Fuerunt & aliæ librorum notæ pro agnoscendis ijs, quæ per extremitates paginarum exponuntur: vt vbi lector in luminari huiusmodi signum inuenerit, ad textum recurrens eiusdem sermonis, vel versiculi, sciat esse expositionem, cuius similem superiacentem notam inuenerit. Ex his apertissime constat, apud Isidorum notam vigesimam secundam, quæ Chrisimon dicitur, & ita formatur



ex X & P græcanicis literis vna iunctis (ad omnium aliarum viginti quinque notarum discrimẽ, quarum singulæ significant singulares quasdam res determinatas) indicare aliquid indeterminate ad arbitrium cuiuslibet hominis ea vtentis; & quum voluntates hominum nobis ignotæ sint in vsu Chrisimi; plane certo determinare non possumus, quem significatum habeat in lucernis Casalij; quum earum institutores notos nõ habeamus; etenim si Christiani fuerint (vt ille S. Magus, vel qui fortassis ante imaginem Sancti Magi dudum propositam consecrauerunt, & accenderunt) vti potuerunt ea nota, qua significarent accendisse lucernas illas in honorem Christi. Si vero Gentiles extiterint, incertum est, quid ea nota significare voluerint, nomen ne proprium, aut artificis, Chremetis, Chrysanthi, Chrysaorijve, Chrysostomive; aut defuncti, qui fuerit accensa lucerna, consimili nomine præditi: vel aliquid aliud. Ac eo magis vbi nota Chrisimi fuerit insculpta numis Ethnicorum, & seruilibus fugitiuorum collaribus; ibi namque posita, non potest vlla ratione referri ad nomen Christi Redemptoris. Ceterum de huiusmodi notis recte nõnulla [g] Pignorius, dum castigat lectionem Cassiodori, sic infit: *Cassiodorus Senator ille non magis Regius, quam Literarius, in Libro de diuinis Lectionibus, de Origene loquens hæc habet,* Quapropter „ in operibus eiusdem Origenis, quantum transiens inuenire prævalui, loca, „ quæ contra regulas patrum dicta sunt, „ hæresim disputatione signaui. *ita habet postrema etiam editio, vbi in margine libri annotauit Editor,* Achresimi repudiatione. *al.* Achresimi disputatione. *Vtro modo legamus sunt mera monstra verborum, nata ex ignoratione Notarum, quibus studiosi, Auctorum loca signabant. habet illas Isidorus libro I. Originum Cap. XX. vbi inter cetera extat hæc*

[g] epist. 24.




Χρείσιμον: hæc sola ex voluntate vniuscuiusque ad aliud notandum ponitur.

Repono igitur ad Cassiodorum, loca, quæ „ cõtra regulas Patrum dicta sunt, Chresimi „ disputatione signaui. Equidem vt vocem *disputatione* libenter in dictionem *dispunctione* mutauero; quod facile fuerit erratum impressoris, aut amanuensis currenti calamo celerrimi; sic e contra retinuerim Cassiodori vocula[m] *hæresim:* nec illam in nomen *Chresimi* mutauerim: tum quia Χρήσιμον, Chresimon nulla vox est apud Isidorum, qui legit Χρίσιμον, Chrisimon: tum quia

Cassiodori locus notatus.

Χρή-

Χρήσιμον, Chresimon Iulio [h] Polluci vertitur *vtile*; quum Isidoro nullam habeat determinatam significationem, sed arbitrariam ad vniuscuiusque voluntatem: tum maxime quia planissimus est Cassiodori sensus, retinentibus particulam *hæresim*, significantem dicta contra regulas Patrum, prauosque sensus, & venenosa Origenis, quas expungendas censuit Cassiodorum ex libris Origenis, dum ait, [i] *Quapropter in operibus eiusdem Origenis, quantum transiens inuenire prævalui, loca, quæ contra regulas Patrum dicta sunt, hæresim dispunctione signaui, vt decipere non prævaleat, qui tali signo in prauis sensibus cauendus esse monstratur. Posteriores autem in toto dicunt fugiendum, propterea quia subtiliter decipit innocentes. Quod si adiutorio Domini adhibeatur cautela, nequeunt eius nocere venenosa:* quæ recte dicit *hæresim* Cassiodorus. Quare non habet hic locum Chrisimon Isidori, neque Chresimum, neque Achresimum in margine Cassiodori notata; cuius signum expunctorium potuit esse linea colorata sub, aut super hæreticalibus dogmatibus, vel ad oram marginalem ducta. Subdit autem de Isidoriano Chrisimo Pignorius noster: *Verum hæc nota apud nostros religiosa olim fuit & sacrosancta, vt quæ contineret duas priores litteras nominis Dominici. Vidimus illam in veteribus Nummis, in titulis Monumentorum, in vetere lucerna fictili, quæ extat apud me, cuius typum exhibuit Cl. Fortunius Licetus in libro De Lucernis.* Equidem [k] ibi Lucernam illam retuli ad Christianas, assumens Chrisimũ illud  pro primoribus literis nominis Christi: nunc tamen video potuisse Gentilium esse, cuius autor fuerit Chremes, vel alius artifex notatus primoribus illis nominis sui literis vna iunctis in eam notam.  Sed vetustæ notæ Gentilium ad sacrum vsum traducti onis ante Casalium, inquit ibidem Pignorius, [l] *Auctorem faciunt Constantinum Augustum; neque sane improbo: & opinor transtulisse eum ex veteri vsu ad hunc pium, & sacrum: ipse sane apparet galeatus in vetere Nummo, hastatus, & clypeatus: cum inscriptione, CONSTANTINVS AVG. in galea vero cõspicitur hæc nota; vt & in Labaro alterius Numi. At in plerisque Regum Ptolomæorum æreis Numismatibus non semel extat: vt ego vidi apud Lælium Paschalinum isthic. Quid tum? an non potuit Constantinus ex promiscuo Monetariorum vsu eximere hanc notam, quum infamiam abrogauerit supplicio Crucis? in monetis ante Christum percussis potuit significare compendiaria ratione Nomen alicuius, qui Monetam curaret, exempli gratia Christodori, Chrysaori, Chremetis, Chrysanty, Chrysippi. post Constantinum solum Nomen Domini Saluatoris: de quo Iulianus in Misopogone, & Historiæ Ecclesiasticæ scriptores. Num quæso nouitiũ est, multa in supellectilem Christianitatis, vt ita dicam, fuisse inuecta, quæ alias profanitatem suboluerant? Crux ipsa, quæ nunc exornat imperantium frontes, fuit olim ignominiæ theca, & seruilium suppliciorum periodus & epitome. Hæc ideo pluribus, Vir Illustrissime, quia memini, quum isthic essem, audire me Virum totius Antiquitatis bene peritum, qui in dubium reuocaret, fretus hac compẽdiaria nota, quæ cernitur in antiquissimis Numismatibus, quod de Constãtiniana omnes nostri promiscue tradunt.*  Ego vero non primum Constantinum fuisse reor, qui notam istam ad nomen Christi traduxerit, sed vnum e Magis Christum infantem adorãtibus in domo [m] Bethleem, de cuius Lucerna notam istam  habente, late superius egimus. Consentit Cl. Pignorio Fortunatus Scacchus eruditione pollens in suo priore sacrorum Eleochrismatum libro scribens istiusmodi notam vetustiorem esse Christi natalibus, at ab antiquiore gentilitatis vsu traductam fuisse primum a Magno Constantino ad vsum pium, & coarctata ad Christi nomen, cuius primores literas Græcas continet inter se complicatas. Quibus addere lubet in Christianorum Lucernis, clypeis, nummis, ceterisque monumẽtis, illam notam Chrisimi poni consueuisse inter duas literas extremas Alphabeti Græcanici A  Ω, quibus literis amplitudo significationis Isidoriani Chrisim i coarctatur apte ad nomen Christi, cuius & duæ primores literæ Græcæ sunt X P. & extat apud Ioannem in [o] Apocalypsi dictum: Ego Alpha & Omega. Sic Eu-

[h] l. 5. c. 30.

[i] de diu. lect. c. 1.

[k] l. 3. c. 11.

Notæ profanę translatio ad vsum pium.

[l] ep. 24.

[m] Matth. 2.

[o] l. 1. c. 25.

Euſebius agens de vita Conſtantini, notatu [p] Lipſij, ſic etiam Prudentius ad ipſam Romam:

[p] 3 de cru. c. 15. 16.

Agnoſcas Regina lubens mea ſigna neceſſe eſt,
In quibus effigies Crucis aut gemmata refulget,
Aut longis ſolido ex auro præfertur in haſtis.

„ Dupliciter Poeta notat Crucem inſitam ſignis, ſemel in vexillorum purpura, gemmis intextam & expreſſam: iterum in haſtarum vertice ſuperſtantem, ſolido auro formatam. Sed, vt dixi, in Labaro maxime ea conſpicua: de quo Prudentius:

Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat Labarum.

„ Quomodo Chriſtus? quia & nomen eius in ipſo velo expreſſum, & Crux nihilominus in haſta. Euſebius diffuſe: *Sublimis haſta auro circumueſtita, cornu tranſuerſum habebat effictum in forma Crucis. Supra vero, in ipſo culmine omnium, corona e lapidibus pretioſis & auro contexta infigebatur: iuxta quam ſalutaris appellationis ſymbolum, duæ literæ Chriſti nomen exprimentes, per primos dumtaxat Characteres, litera Græcanica* P *ſcilicet decuſſata & ſciſſa per medium* X. Neque Cruces modo ſignis inſeri voluit; ſed hoc amplius, ſolas: [q] *Et aurearum imaginum, cuiuſmodi antea ſolebant, nullas.* Intelligit aureas imagines vultusque Imperatorum. Forma ecce in Nummis id generis plures non apud Lipſium ſolum, ſed apud Choul, & alios: cuius imago ponetur paulo poſt, cum alijs. Addit autem Lipſius; Nec vero in ſignis ſolum Crux expreſſa; ſed etiam ipſorum militum armis. Euſebius, *Iam vero in armis ipſorum militum ſalutaris trophæi ſignum iuſſit exſtare.* Quibus armis? duplicibus, Clypeis, & Galeis; ſed ita, vt Chriſti quidem ipſum nomen (literis & notis, quibus in Labaro) Clypeis inſcriberent: Galeis autem imponeretur ſuperne Crux ipſa. Prudentius ſic diſcriminat:

[q] Euſe. de vi. con. l. 4. c. 21.

cap. 16.

--------- Clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat ſummis Crux addita criſtis.

„ Et merito Chriſtus in clypeis, eo ritu quo ſolent nomina Imperatorum. At- A que etiam hodie Conſtantinopoli ſunt Columnæ, a Conſtantino, vt putatur: in quarum baſibus clypei cum his notis: A Ω. Sed ante Lipſium ita [r] Choul agens de Religione antiquorum Romanorum ita: Quum ita reſtituiſſet Conſtantinus Imperium ſuæ dignitati, Chriſtianus eſſe voluit, vt ſecum omnes alios Chriſtum adorare; cui ædificauit multa templa: & poſtea ſemper tulit in ſuis expeditionibus Labarum pro inſigni, purpureum & aureum cum hoc inſigni B , quod non indicat aliud niſi nomen & virtutem Chriſti, ſimul appictis duabus literis A & Ω, hoc eſt, principium & finem omnium rerum eſſe Deum; nec non quia Græci ſcribentes nomen Chriſti, incipiunt per X primam illius literam. Vnde multi circa id errarunt, aientes hoc ſignum eſſe crucem auream, quam C Conſtantinus fieri iuſſerat e Gallia diſcedens in Italiam cum Maxentio pugnaturus. Vſi ſunt diu poſtea Conſtantini ſucceſſores hoc Inſigni, vt apparet in nummis Conſtantis, in quibus eſt Imperator armatus cum paludamento, & cum Victoria in manu, quæ ipſum coronare ſatagit Laurea; & in alio tenet Labarum cum dicto ſigno Conſtantini, ponens pedes ſupra roſtrum triremis; cuius temonem manu tenet Victoria, & literis iſtis: FELIX TEMPORVM D REPARATIO: *Decentius, Conſtantius, & alij Imperatores poſteriores vſque ad tempora Iuliani Apoſtatæ, vſi ſunt ſemper iſto inſigni, & ſigillo Conſtantini, cum huiuſmodi verbis: Salus Dominorum noſtrorum Auguſtorum lucet. Tale ſigillum fuiſſe ſignum Chriſti, oſtendit S. Ambroſius* v. *lib. & epiſt.* XXIX. *quam ſcribit Theodoſio Imperatori: & Prudentius in ſuis verſibus ita:*

[r] p. 145.

Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat Labarum, clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat ſummis Crux addita criſtis.

Erat id Inſigne textum ſerico purpureo, aureo circumdatum ornamento, gemmis pretioſis ditatum; in cuius medio erat Crux Chriſti ſculpta, & in medio ſui fictum erat ſignum Conſtantini: & ita poſitum in apice haſtæ deauratæ E fere-

ferebatur in omnibus expeditionibus ante Imperatorem, vt hodie feruntur vexilla dicata Sanctis proprijs a confraternitatibus. Verum & eiusmodi notam veteres appositisse rebus profanis, addit illico Pignorius inquiens: *Collaribus fugitiuorum eandem imprimi consueuisse, monstrauimus olim in nostro Commentario de Ministerijs Seruorum:* vbi scribitur, [r] loco literarum fronti fugitiuorum inustarum, eas mitius collaribus inscribi consueuisse; *Arbitror tamen, inquit, inscriptionem fugitiuorum fuisse conceptam illis verbis, quæ in eorundem collaria, & æreas lamellas incisa, Romæ ab hinc triennium vidi. Quum enim Constantinus Aug. ad normam eius humanitatis, quam profitebatur, vetuisset in facie noxiorum scribi; quod dedeceret faciem maculari, quæ ad similitudinem pulchritudinis cælestis esset figurata; non defuerunt lenes Domini, qui obsequerentur; & frontis contumeliam in ea, quæ diximus transferent. Collaria enim fuisse aptata fugitiuis, testatur &* [t] *Lucillius.*

[r] pag. 21.


l. 11. c. Th. de pœnis.

[t] Nonius ex lib. 29.

„ Cum manicis, Catulo, Collarique vt fugitiuum
„ Deportem --------

Collare vidi Romæ, vt dixi, apud Lælium Paschalinum, cum huiusmodi inscriptione: TENE ME QVIA FVGI ET REVOCA ME DOMINO MEO BONIFACIO LINARIO A ☧ Ω X. vbi certe Chrisimon, ☧ & Ω X, nihil ad Christi Domini nomen. Addit Pignorius: *Extat apud eundem ærea lamella vtrimque inscripta:*

Lib. VI. Cap. IL.



Sunt vero illæ, quæ in ipsa aduersa leguntur litteræ non prominentes, sed incisæ, & C *quidem non ineleganter; at quæ in eadem auersa conspiciuntur, in summa velut cute, cul-*

cultelli acumine videntur exaratæ negligentius. Et ex hoc demum capite famosa erat olim collaris ferrei gestatio, vt notat Metaphrastes in actis SS. Martyrum Carpi, Papyli, Agathodori, & Agathonicæ; vt quæ liberos homines dedeceret. Videt & Benedictus Aegius Romæ olim apud Maffæios laminam æneam, in qua legebatur, vt supra in figura orbiculari. *Neque vero non poterant tot verba in fronte commode imprimi, quum Theophilus Iconomachus, detestabili solertia* XI. *versus Theophanis & Theodori fratrum Martyrum frontibus inscripserit. Et hæ lamellæ, vt ego quidem sentio, clauis capitatis ad collaria affigebantur, vt indicio suo proderent fugitiuos. Et vt priora illa Christianorum sunt, e nota* ☧ *, quæ CHRISTI nomen indicat, & e mentione Acolythi & Dominici Clementis (Dominicum enim ædes sacra est) ita posterior hæc inscriptio habet nonnihil, de quo ambigamus. Basilica enim Pauli, & ad Titulum Pauli via Ostiensi (vt nominat Prudentius) potest referri & ad insignem illam Basilicam, quam L. Aemilius Paulus in medio foro extruxit. Ego tamen ad res nostras pertinere arbitror. Quod enim Constantinus damnatos in ludum, vel in metallum inscribi vetuerit, id homines nostri mites & innocentes, videntur in fugitiuis recepisse. At hæc non vt asseramus dicta sint, sed vt disseramus eruendæ studio veritatis.* Ingenue quidem; sed ego pariter ingenue dicam in priori lamina tam aduersa, quam auersa Chrismon repetitum in fine non fuisse notã nominis Christi; quia tessera nominis Dominici sumebatur semper a Christianis in honorem; ast ista collaria ponebantur hominibus ad infamiam seruilem: qua notabantur ab Ethnicis etiam Martyres nostri nobilissimi. Licet autem Victoris Acolythi ad ædes Dominici Clementis, adeoque si placet, Christiani viri fuerit ille seruus, cuius collari fuit inciſa nota ☧ dum est tamen credendum vilem vsum a viro Christiano, & Acolytho positum in collari seruili Sacrosanctum nomen Domini Redemptoris; ast arbitrandum est illud Chrismon fuisse signum velut asteriſci reum seruum indicantis, vt sex illi radij forẽt *asteriſca*, quod aiunt typographi, quorum radiorum superiori fuerit adiunctus latinus character *Pœna* prima literula vocis allata. Consimiliter accipio, quod in symbolis [u] addit Pignorius, *diuertit illa deinceps ad figuram rectam Crucis, ad illa vetere decussata, in hanc formam* ✠ *vt Nummi veteres præseferunt. Neque vero Crux ipsa non fuit in cultu ab ipso etiam æuo Constantiniano. Præfert ipsam clarissime Nummulus æreus meus in fronte Aræ data opera sculptam, adstante duplici Victoria, & Clypeo Aræ superposito. Est autem Ara Columellæ specie rotunda. Crux vero excisa, non inciſa, in fronte vt dixi, vbi serta & Lemniſci Aram redimiunt more antiquorum.* Profecto non mihi videtur hæc Ara rotunda Christianorum fuisse, sed antiquiorum gentilium, qualem vidimus in Lucerna Galuania mortuales ritus habente; nam Aræ Christianorum quadratæ semper fuerunt, vtpote Arcæ in quibus cadauera Martyrum conderentur: ita Emin. Bellarminus agens de [x] Cultu Sanctorum, *Vnus & idem lapis dicitur Altare, quatenus in eo sacrificatur Deo; & idem dicitur tumulus, vel sepulchrum, quatenus tegit ossa Martyris alicuius. Omnia enim altaria sunt sepulchra Sanctorum;* etenim, vt ait Durandus in suo [y] Rationali Diuinorum Christiani desumpserunt altarium figuram a veteti testamento; vbi Deus præcepit altaria fieri quadrata; siue quadrangula, in modum Arcæ; non autem rotunda, in speciem columellæ, vt Ethnicorum pleraque sunt: Ita sane Dominus [z] Mosi præcepit: *Facies & Altare de lignis Sethim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, ideſt quadrum: & tres cubitos in altitudine: cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt: & operies illud ære.* Vbi Lyranus ait, hoc altare fuisse factum *ad modum Arcæ quadratæ*; cuiusmodi sunt etiam nunc Altaria in Ecclesijs fidelium. Insuper mox eidem Mosi Deus [a] imperat: *Facies quoque Altare ad adolendum thymiama de lignis Sethim, habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id est quadrangulum, & duos cubitos in altitudine.* De qua figura quadrata, & quadrangula Altarium Domini, meminit itẽ Iosephus in Antiquitatibus Iudaicis aiens: [b] *Inter hos & Mensam, vt dixi, sita erat Arula suffumigatoria, & ipsa e li-*

Baron. in not. ad Martyrolog. 22. Dec.

[u] ep. 24.

[x] l. 2.

[y] l. 1. c. 2.

[z] Exod. 27.

[a] Exod. 30.

[b] l. 3. c. 7.

gno

gno imputribili, sed solida lamina circumquaque contecta, cubitali in quadrum latitudine, altitudine vero dupla: super qua stabat foculus, corona aurea circumquaque cinctus: cui anuli inerant cum suis vectibus, quo per viam a sacerdotibus deportari posset. Sed & pro foribus Tabernaculi erat Ara alia, hæc quoque lignea laminis æreis intecta: in quadrum quinque cubita patens, altitudine trium cubitorum, inaurata. Sic igitur Altaria vero Deo erecta, cum apud antiquos Hebræos ex præscripto Domini, tum in vniuersa Christianorum Ecclesia, semper habuere figuram quadrilateram, nunquam orbicularem in speciem columnæ; sed apud Ethnicos Altaria promiscue fiebant a Gentilibus, modo quadrata & angularia, modo rotunda & columnaria; qualem & Lucerna Galuania mortuorum ritibus insignita dudum vidimùs & in æreo Nummo suo Pignorius obseruauit. Quem propterea Nummum, non Imperatoris Christiani, sed Ethnici fuisse reor, ac eo magis, quo sculptam gerit geminum Victoriæ simulachrum, quam inter sua Numina gentiles adorabant potissimum Romani, & Athenienses, vt obseruat ex Pausania, & Heliodoro [e] Pierius & luculentissime Gyraldus, ex testimonio S. Epiphanij, & ex (d) Seruio: *Dei, inquit, communes sunt, vt alij dicunt, Mars, Bellona, Victoria, quod ij in bello vtrique parti possunt fauere.* & infra: [e] *Victoria pro dea culta fuit, quam Hesiodus in Theogonia Stygis & Pallantis filiam cecinit.* Addit Gyraldus. *Romæ quoque ædicula fuit Virginis Victoriæ; prope ædem Victoriæ, vt Liuius scribit. P. Victor in octaua regione: Fori Romani ædes inquit, Victoriæ, cum alia ædicula Victoriæ Virginis. D. D. a Portio Catone seniore fuit.* &c. multa huiusmodi. Quare iudicandum est huiusmodi numulum æreum Pignorij nostri cum duplici Victoria adstante, Clypeoque Araæ superposito vetustiorem esse Christi natalibus, & forsan ex eorum Victoriatorum numero, quos Drusus Tribunus plebis fieri curauit. de quibus ita [f] Pierius: *Hinc Victoriæ hieroglyphicum passim in numis & monumentis alatum; quia Victoriæ partæ fama se se statim humo tollit, amplexaque gloria per summum æthera late volat, perque immensos terrarum tractus expatiatur offensiones impedimentaque omnia agilitate sua declinans. Hinc ipsi numi victoriati dicti, quibus Drusus in Tribunatu plebis octauam partem æris argento miscuit.* Vnde numus Pignorianus Aræ Victoriam duplicem astantem habens, cum clypeo Aræ rotundæ superposito, non est æui Christiani; proindeque nota in eo signata ℔ Crucis dominicæ signum minime fuit. Quod autem de nummo Pignoriano dicitur, id ipsum dici debet de Lucerna [g] Casalij tale signum ℔ habente, nimirum ob eam notam Crucis non oportere necessario ipsam numerare inter Christianorum Lucernas. Ac eo minus, quo inter notas literarias, a Seneca, Tyroneque collectas, publicique iuris factas a Iano Grutero in fine suarum Inscriptionum, plurimæ visuntur literæ cum apposita nota Crucis, nulla omnino relationem ad Christum, aut Christianismum habentis; vt vnicuique constare potest illas notas percurrenti. Nonnulli tamen Imperatores Christiani victoriæ signum cum nomine posuisse videntur in nummis; sed tenentis Labarum cum Cruce, vt Anastasius: vel cum nota Chrismi sita inter Alpha & Omega, his notis contrahentes notam ad Christi nomen: quæ literæ non habentur in Lucerna Casalij, neque Pignorij: quare potuerunt esse gentilium. Ceterum huiusmodi notam Chrismi vetustiorem fuisse Christiana religione, positam in Ethnicorum militum vexillis ante Labarum Constantini, qui primus omnium Labaro nomen dedit, luculenter ostendit eruditiss. Maluenda tractans de Charactere Antichristi: [h] dicitque, Sciendum igitur est, quum multa a diuersis conscripta reperiantur de Labaro magnificentissimo apud Christianos Imperatores militari vexillo; illa iam certior ac exploratior apud eruditos sententia præfertur, Cantabris Hispanica gente validissima ab Augusto, multis prælijs, multoque Romano sanguine fuso, subiugatis, vt omnes produnt Autores: reportata inde fuisse insignia quædam signa militaria, quibus Cantabri vti solerent; eaque in Romanas legiones translata, ac deinceps in bello proferri consueuisse, quę a deuicta gente Cantabra sint deinceps, vt [i] alias dixi-

[e] hier. 21. Synt. 1 10.
[d] 12. Aen.
[e] synt. 10.
[f] Hier. 21. Victoria cur alata.
[g] cap. 42.
[h] l. 8. c 18.
[i] l. 7. c 4.

„ diximus, appellata. Extat in Codice A
„ Theodosiano l.v.de Signiferis, & Can-
„ tabrarijs, hoc est, qui Cantabra, & alia
„ signa in acie portabant. Porro Canta-
„ bra, multo ante Constantini tempora
„ vtcumque signum Crucis iam represen-
„ tasse, consentiunt omnes; nam vetus
„ illa Cantabrorum forma, ante Constan-
„ tini tempora, quæ vel in lapidibus scul-
„ pta, vel in numismatis excusa etiamnum
„ hodie cernitur, eiusmodi erat: Hastile
„ oblongum ac teres, cui in superiori par- B
„ te hastula transuersa affigiebatur; ex
„ qua velum rugis aliquibus contractum
„ dependebat. Prodit aliquot nummos
„ cum eiusmodi Cantabrorum forma Pa-
„ melius in notis ad Apologetic. Tertull.
„ cap.16. Hinc S.Iustinus Martyr ad An-
„ ton.Pium scribens hæc ait: [*Quin & si-*
„ *gna vestra figuræ huius* (nempe Crucis)
„ *vim præferunt, & declarant: vexillorum*
„ *signa dico, aliorumque insignium, & Tro-*
„ *phæorum, quæ per progressus a vobis in pu-*
„ *blicum quouis locorum fiunt, Imperij & po-* C
„ *testatis indicia in his ostendentibus; licet*
„ *hoc non intelligentes, faciatis. Et qui apud*
„ *vos moriuntur, Imperatorum imagines for-*
„ *ma ista consecratis.*] Ita ille. Tertullianus
Apol.c.10. „ etiam ita perscribit [*Sypara illa vexillo-*
„ *rum & Cantabrorum, stolæ crucum sunt:*
„ *laudo diligentiam; noluistis nudas & in-*
„ *cultas Cruces consecrare*] Hæc ipse, qui
„ stolas Crucum appellat vela, quæ in
„ Cantabris ex transuersa hastula, quæ
„ Crucem efformabat, pendentia Cru- D
„ cem ipsam vestire, & ornare videban-
„ tur. Et Minutius Felix in Dialogo Octa-
„ uio, ita inquit: [*Ipsa signa, & Cantabra,*
„ *& vexilla, castrorum quid aliud quam*
„ *inauratæ Cruces sunt, & ornatæ?*] Hæc
„ ipse. Porro tam in Tertulliano, quam
„ in Minutio legendum Cantabra, &
„ non Labara; quamvis variantibus exem-
„ plaribus, ex Pamelio, alijsque viris eru-
„ ditis facile intelligi potest. Ceterum E
„ Constantinum Magnum diuino illo pro-
„ digio radiantis in Cælo visæ Crucis, &
„ Elogij: *In hoc vince* permatum, simul-
„ que oraculo nocturno a Christo sibi ap-
„ parente admonitum, vexillum illud mi-
„ litare, quod Cantabrum dicebatur, in
„ omnimodam & absolutam Crucis figu-
„ ram, quam iam antea vtcumque deli-
„ neabat, penitus ttansformasse, atque
„ commutasse, expunctaque veteri ap-
pellatione, non amplius Cãtabrum, sed „
Labarum vocantem instituisse, est eru- „
ditorum assertio. Siquidem Constan- „
tinum primum eiusmodi vexillum La- „
barum nuncupasse; nec istud nomen „
ante Constantinum auditum aut cogni- „
tum fuisse, docti omnes consentiunt. „
De cuius vocis significato supersede- „
mus multa ab alijs collecta congerere, „
contenti etymo a S.Gregorio Nazian- „
zeno prodito, qui sic in Oratione pri- „
ma in Iulianum [*Quod soluendorum labo-* „
rum vim habeat, ab eoque apud Latinos „
nomen trahit.] Sic ipse: Labarum ergo, „
quasi soluens labores, vel laborum di- „
citur. Atque hæc omnium Ecclesiasti- „
corum consensu firmata, adhuc certio- „
ra reddentur, si quæ veteres de Labari „
forma atque effigie a Constantino com- „
posita prodiderunt, audiamus. Euse- „
bius Cæsariensis in vita Constantini l.1. „
c.22.&c. Quibus iam euidentissime con-
stat illam notam Christi, quam Con-
stantinus, & post eum alij fideles ad no-
men Christi signandum & Crucis ima-
ginem transtulerunt, antea multo ve-
tustiores Ethnicos vsurpasse pro diuer-
sis alijs indicandis; vt ex Isidoro vidi-
mus; propterea que Lucernas a Casa-
lio propositas, in se Christi notam
habẽtes non necessario referri ad Chri-
stianorum ritus. Quod autem de hoc
signo Christi spectato in antiquis Lu-
cernis dictum est, id ipsum asserimus de
nota eadem visa in anulis antiquis; qua
de re Baronius Eminentissimus religio-
ne pariter atque doctrina scribit: [*l*] *Ce-* [*l*] ann.57.
terum quod ad alios (annulos scilicet) *quos* Spond.n.17.
Fideles gestare solerent, pertinet: Christi
nomine duabus literis sic sculptum esse
consueuisse ☧ *ex his, quos e ruderi-*
bus refossos vidimus, plane didi-
cimus. Nã vt anuli refossi iam
e ruderibus, qui Christianorum homi-
num gestamina, fuere potuerunt eo si-
gno notasse Christi nomen; ita si qui
Christiano seculo fuerunt antiquiores,
quid aliud quam Christi nomen & no-
ta Christi denotarunt. Sed de Chri-
stimo iam plusquam satis.

De Lucernis perenni flamma coruscis Cas-siodori. Cap. XLIX.

PRæterea Tostatus idem in [*a*] Mat- [*a*] in c.25.
thæum, Lucernas perpetua flam- qu.515.
ma

ma flagrantes adducit in comprobationem physicam perennitatis ignium infernalium, absque noui fomitis adiectu; comprobans id experimento Cassiodori, scribens: *Dicunt alij, quod ignis inferni durat indeficienter propter materiam, in qua est, quæ semper ardens est, & tamen nunquam ardendo exuritur. Non est hoc valde admirandum; quum & nos similia videamus in Lucernis quibusdam metallinis, æreis, aut æneis, quas artificialiter faciunt; & tingendo illas quodam genere liquoris, manebit massa illa semper ardens, & lucens, & non consumitur. Et quod plus est, etiam posita in medio fluminis, semper ardebit: Nec est aliquid, quod eam extinguere valeat, nisi filtrum, vt dicunt, aceto madefactum. Et hoc quidem non nigromantice, sed pure naturaliter fit. Testatur enim se Cassiodorus fecisse vnam, & dedisse quibusdam Monachis in Monasterio quodam,* A *quod ipse construxerat, ad perpetuum vsum Monasterij, vt ipse refert in quodam libro De Institutione illorum Monachorum.* Verba sane Cassiodori leguntur in suo volumine, [b] *De Institutione Diuinarum scripturarum* inscripto, ipsissima: Parauimus etiam nocturnis vigilijs mechanicas Lucernas, conseruatrices illuminantium flammarum, ipsas sibi nutrientes incendium; quæ humano ministerio cessante, prolixe custodiant vberrimi luminis abundantissimam claritatem: vbi olei pinguedo non deficit, quamuis flammis ardentibus iugiter torreatur. Hæc ille vir omni fide dignissimus. Huiuscemodi Lucernas videre mihi non licuit: sed in earum locum substituere possumus geminas antiquorum Christianorum a Casalio delineatas; quarum vna est,

[b] cap. 30.

Lucerna perennis absque fomitis absūptione.

B

Flamma, non aquis, at solo filtro inextinguibilis.


Lib. VI. Cap. L.



Io. Georg. sculps.

De qua quidem Lucerna Casalius hæc habet. *In altera Lucerna, in qua est impressus Christus, portans in humeris ouem, eiusdem Charitas ardens præsefertur; quum ipse Christus testetur, quod pro ouibus suis* A *ponit animam suam.* Hæc autem Lucerna bilychnis est, cum manubrio, non pensilis. Altera vero Lucerna est, de qua proponit idem Casalius immediate figuram huiusmodi:

Lib. VI. Cap. L.



De proposita vero Lucerna Casalius B hæc habet illico: *Est alia* Lucerna *in Columbæ forma; quæ quum sit symbolum Spiritus Sancti, vt diximus, ignis consumens est; & vt inquit Chrysostomus Homil. in Matth.* Ideo a Spiritu Sancto Columbæ speciem susceptam, quoniam præ omnibus animalibus hæc cultrix est Charitatis. Ista Lucerna quoque bilychnis est: duoque veluti vascula gerit extra conditionem & naturam Columbæ, in alarum exordijs ad lactera pectoris. Et inter alarum fines ac initium caudæ sursum extollitur teres veluti bacillus in anulum desinens; quem esse manubrium, certissimum est. In qua quidem Lucerna construenda pietas autoris lõge superat artificium. At vero nos geminas istas pro Cassiodorianis e Casalio mutuati sumus, non vnicam; quoniam etiam si Tostatus asserat Cassiodorum testatum fuisse se vnam fecisse Lucernam perpetuo ardentem sine consumptione fomitis, eamque dedisse quibusdam monachis suis; attamen verba Cassiodori superius e suo contextu deducta semper loquuntur de perennibus Lucernis ab eo factis in numero multitudinis, non autem in singulari. Ex hoc autem adeo luculento testimonio Cas-

Columbæ species cur suscepta a Spiritu Sãcto.


C

siodori, viri præclarissimi tum nobilitate, tum vitæ sanctimonia, qui confitetur non quidem audiuisse Lucernas esse quæ sine fomitis consumptione semper arderent, neque tales Lucernas iugiter ardentes vidisse; sed semetipsum effeciisse, iam conuincitur aperte procul a vero philosophari, qui constantissime negant eiuscemodi Lucernas vsquam ac vspiam extitisse, ac existere posse. Verum de proposito latius in superiore libro apud eruditissimũ Aresium. Verum enim vero dubitare merito licet, an ista vere lucerna sit, an potius vas thymiamatum, e cuius tuberibus vtrinque prominentibus e radicibus alarum in pectore foras halarent odores ante diuinum altare; de cuius mysticis auibus vel ipse Casalius attulit ex antiquissimo libro Maguntinensis Ecclesiæ luculentum testimoniũ: de quo posterius commodiore loco.

De Lucerna Aegyptia nauium rostratarum. Cap. L.

PVlcherrima vero Lucerna videtur illa, cuius visendæ mihi copiam fecit nobilissimus Patricius Patauinus Vrsatus, tali figura:

Lib. VI. Cap. LI.



E Museo Sertorij Vrsati Nob. Patau. Jo. Georg. sculps.


Patauium aduexit istam Lucernam P. Franciscanus; ab eo nouimus dono traditam Cl. Viro, Sertorio Vrsatto, qui mihi videndam exhibuit; quadrangula est, e terra nigra, credo bituminosam; in qua duæ rostratæ naues cum remigibus effigiatæ spectantur. Huius historiam habui nuper ab eius delatore verbis ipsissimis. *Fidem facio Ego Fr. Sanctus a Plebe Sacci, Prouinciæ Sancti Antonij, & Lector generalis Minorum Obseruantium in S. Francisci Magni de Padua, qualiter anno MDCXXXIX. quum essem Cairi, in Aegypto, apud Illustrissimum Io: Antonium Iustinianum, Consulem pro Serenis. Rep. Veneta in illis partibus Orientis, inseruiens etiam Nationi Venetæ DD. Mercatorum: circa mensem Ianuarij, perrexi, cum eodem Illustrissimo, comitante magna Mercatorum caterua, procul a Cairo viginti fere millia passuum ad Locum Mumiarum appellatum, solitudinis arenosæ, in quo reperiuntur Pyramides Aegyptiæ, varijque putei: sub istis insunt cubicula, locaque concamerata, plena cadaueribus balsamo conditis, Mumiarum nomine vocatis: Quarum quum varias ab Arabibus eius regionis erui vidissemus; nobis illi venum exhibuerunt aliquot Idolorum parua simulacra, & vnam Lucernam,*

quam asserebant se comperisse intra sepulcrum quoddam Mumiarum. Istam emit Excellentiss. Medicus Io: Baptista Bonagente Vicentinus; qui mortem obijt Hierosolymæ Anno M DC XLI. Mense Iunio; & inuenta fuit prædicta Lucerna inter sua spolia in Vrbe Cairi, quam ego Lucernam sumpsi, detulique Patauium, donoque dedi Illustriss. D. Sertorio Vrsatto. Lucerna longitudinis est palmaris, cum duodecim foraminibus; plana est, extensa, latitudinis quatuor digitorum, altitudinis duorum, coloris obscuræ terræ, similis æreo. Hæc autem Lucerna duodecim lychnuchos, seu myxos habuit forte cum rostratis nauibus, & remigibus plurimis, velut in pugna aduersum se mutuo congredientibus hostiliter, quia posita fuerit in tumulo cuiuspiam famosi Piratę, Ducisve duodecim triremibus Præfecti, A maris Aegyptij vel oras infestantis, vel ab hostibus e contra sartas tectas tuentis; alioqui tot ellychnia simul ardentia, breui totum fomitem exiguæ Lucernæ consumpsissent: nisi fuisset oleo plena incombustibili; quod ego non ausim affirmare, neque negare.

De Lucerna octolychni. Cap. LI.

B Consimiliter polymixos alia Lucerna fuerit, octo Lychnuchos obtinens, quam nouissime Roma Patauium detulit egregius iuuenis Sigismundus Schul Norimbergensis, asserens eam inuentam a fossore subterraneæ Romæ prope circum Caracallæ. Fictilis est, subtilissimæ testæ, leuissimique proinde ponderis, hac figura quadrangulari expressa

Lib. VI. Cap. LII.



Io. Georg. sculps.

Superne gerit eminentem tubum, per quem infundebatur oleum in Lucernæ ventrem: in ambitu dispositi octo tubuli, perforati similiter, sunt e quibus totidem ellychnia flammarum exerta micare debuerant: in medio foramen exiguum est excipiendo iugiter aeri, qui concedere solet in locum olei assidue deficientis. Octonarius ellychniorum numerus circa nonum infundibuli tubum, forte designauit Autori numerum Musarum priscum, & Apollinem illis cantuum modos infundentem: vel etiam numerum octo sphærarum cælestium, quorum sidera sibi sugunt alimentum ex elementari mundo, quem circumambiunt; etenim, vt ait [a] Arnobius, Musas ponit octo Crates, ob octo sphæras cæleſtes, astris insignitas, ab antiquis cognitas; & ob octo musicos tonos, obseruatu Scaligeri senioris in Poetica dicentis: [b] *Verum argutari sapientem virum minime decet; nam quemadmodum tonis nouenarium accommodabunt? octo enim tantum sunt τὰ διαπασῶν, non nouem. Antiqui autem errarunt, qui a cælorum numero eum numerum* (nouenarium Musarum) *ductum voluerunt; nam octo tantum quum agnoscerent eo tempore, totidem faciebant Musas: nouem autem Matrem potius, aut nutricem arbitrabãtur, aut ad Apollinis referebant potestatem: Quare Mnimernus non male Musas cæli filias cecinerit in Elogijs.* Etsi non errauerint antiqui Musarum numerum nouenarium ad cælestes orbes referentes; nam præter octo sphæras æuo suo cognitas octo, Musam nouam præficiebant vniuerso sphærarum choro. Porro Solem, & astra, quibus antiqui dabant igneam naturam, ali humido de terra sursum attracto, sensisse veteres, late fatetur, & improbat in Meteorologicis [c] Aristoteles. Itaque non inuerisimile fuerit arbitrari, Lucernam istam fuisse poetæ vetusti, qui Musas ambientes Apollinem indicare voluerit per nouem tubos; vel antiqui Philosophi Platonici, qui cælestes orbitas æuo suo cognitas indicauit; qua de re luculentum habeo testimonium Ficini, scribentis hæc in Ionis argumento: *Quum Deum dicit* Plato, *Apollinem significat; quum Musas, sphærarum Mundi animas. Iupiter quidem mens Dei est; ab hac Apollo, mens animæ mundi, & anima totius mundi: octoque sphærarum cælestium animæ: quæ nouem animæ, nouem Musæ vocantur, quia dum cælos harmonice mouent, musicam pariunt melodiam; quæ in nouẽ distribuitur sonos, octo scilicet sphærarum tonos, & vnum omnium concentum, nouem Sirenes Deo canentes producit.* Vnde non bene Scaliger antiquos nouenarium Musarum numerum a sphæris cæli ducentes improbauit. In fundo propositæ Lucernæ leguntur hæ literæ C O T H, quæ quidem etsi non interpunctæ videantur, attamen mihi sunt capitales; etenim vel eo tempora condita Lucerna fuit, quo capitales literæ nondum interpungi consueuerant; vel puncta temporis diuturnioris vi fuerunt obliterata; nisi nominis barbari cuiusdam serui plastes initium fuerit, quod apte diuinare non possumus. At si legantur interpunctæ literæ capitales, hæ forsan hanc habuerint explicationem; *Cantorem Optimum Tegit Humus*, vel *Conditum Obseruo Tumuli Heroa*, vel, *Comprehenditur Octo Tonis Harmonia*. Ita Scaliger; verum argutari sapientem virum minime decet: nam quemadmodum tonis accommodabunt? octo enim tantum sunt τὰ διαπασῶν, non nouem.

[a] l. 3.

[b] l. 1. c. 2.

[c] l. 2. c. 2.


1. Poet. c. 2.

De Lucerna Bouis Alati, vel Pegasi.
Cap. LII.

VErum alia minor Lucerna, Patauium ab eodem viro delata, inuenta Romæ pariter, sed extra Vrbem in Via Appia, non longe a turri, qua itur ad D. Sebastiani propinquas ædes: hanc habet effigiem.

De

Lib. VI. Cap. LIII.



De qua nobilis ille Schul hæc ad me de-
„ dit; Minor Lucernarum, vt mihi narra-
„ uit fossor ille Romę subterraneæ, inuen-
„ ta fuit haud longe a turre, quam vocant
„ *Caput Bouis*, ad sinistram S. Sebastiani,
„ in via Appia, vbi Neapolim itur, sita:
„ quę non solum turris illa, sed & Circi,
„ quem Caracallæ esse puto, rudera ho-
„ die visuntur. Quæ quidem Lucerna si
eundem habuit autorem, herumque se-
pultum indicauit Poetam, vel illi con-
similem, certe quod in area superiore
continet effigiatum animal quadrupes
alatum, indicare potuit Pegasum ; lite-
ræ vero cælatæ subter in fundo TAELCH, potuerunt esse vel nomen barbari serui, plastisve; vel etiam veluti capitales, dictionem singulæ continere valent, ac ita interpretari: *Traxit Alatus Equus Latices Caute Hippocrenea*: vel *Tundens Alpem Eliconis Latices Cantoribus Hausit*. Nec obest, quod interpunctæ non habeantur in Lucerna literæ; tum quia puncta minutiora potuerunt obliterari nimia temporum antiquitate: tum quia plastes ille, vel autor lucernæ puncta non effigiauerit inter literas; nam apud antiquiores non erat vsus interpungendi literas capitales. Apte tamen pes posterior dexter visitur veluti scalpens orificium infundibuli Lucernę. Verum obesse videtur pes bisulcus non autem solidungulus, qualis equinus est: tollitur autem difficultas, vel asserendo Pegasum Hippogryphum extitisse fissis vngulis, auium more: vel causando ruditatem picturæ prisci seculi: de qua sic[a] Aelianus in sua varia historia, *Quum ars pingendi iam ortum duceret, & quodammodo in lacte fasciȳsque versaretur, adeo rudi & impolito stylo depinxerunt animantia, vt adscribere ad ea necesse esset:*

[a] l. 10. c. 10. Picturæ antiquissimæ quales.

Hoc

Hoc est bos, illud equus, hoc arbor. Quam ruditatem etiam [b] Plinius accusat, & Polydorus [c] Virgilius agens de rerum inuentoribus. Verum enimvero si Lucernam istam inter antiquitates Christianas enumerare liceat; nam & in Appia via quoque Christianorum antiquorum sepulchra comperiuntur: forte sculptus in area fuerit Bos alatus, insigne D. Lucæ Euangelistæ: literęque capitales illæ TAELCH interpretari poterunt: *Taurus Alatus Euangelistæ Lucæ Celebre Hieroglyphicum.* Nec obest isti coniecturæ, quod caput animalis efficti cornua non gerat vlla; siquidem plasmator vitulum effigiasse potuit, non adhuc ostentantem exerta cornua; vel ea breuicula temporis iniurijs exesa fuerunt: vel etiam omissa propter imperitiam artificis.

[b] l. 35. c. 3.
[c] l. 2. c. 24.

De Lucerna Sileni super vtre sedentis; vbi de Silenis. Cap. LIII.

COnsimilem habitæ primo libro, sed longe pulchriorem videre licet itidem metallicam Lucernam in effigiem nudi Sileni, senis, hederacea corona caput redimiti, super vtre sedentis, & illo innixi, & quoquomodo ad talos rustice calceati, nudis omnino pedibus, in hanc effigiem:

Lib. VI. Cap. LIV.



Jo. Georg. sculps.

Sed in huiusce modi Lucernis communis opinio Silenum pingit humana forma prorsus integra, quia nudum pingit; quum foret Silenus biformis semicaper, non natura, sed habitu tantum, & vestitu solo: de quo Silenorum genere pridem Aelianus [a] in suis varijs historijs; Vnde superius agentes de Lucerna Liberi Patris Aegoboli, Silenum asseruimus extitisse semicaprum biformem, Satyrorum natu grandiorem, vt ait Pausanias in Atticis, & eorumdem patrem, vt ait Ouidius in Fastis; quibus adiecimus Aelianum in sua varia Historia. Quorum dicta confirmat aperte

[a] l. 1. c. 40.

C Xenophon in Conuiuio Critobolum pulcherrimum, de pulchritudinis laude tractantem, introducens (vt etiam in suo Symposio Plato Alcibiadem) ipsissimis verbis: Quod si iucundum est, ab non inuitis impetrare posse quæ expetas; persuasum habeo, me nunc facilius vel tacendo huic puero & puellæ persuadere posse, vt me osculetur, quam te, Socrates: etiamsi admodum multa, eaque docta dixeris: Quid istud est? inquit Socrates; nam quasi me sis formosior hæc iactas. Certe, inquit Critobolus; alioqui omnibus Silenis Satyricorum longe essem deformior (siue, vt ver-

Socrates Sileno cõparatus.

„ vertit Adagiographus) Ita per Iouem, „ aut omnium Silenorum, qui ſunt inter „ Satyros turpiſſimus fuero. Quare Sileni fuerunt homines integri, ſed eo habitu veſtiti, ſemicapri videbantur, qui nudi ſolum humanam ſpeciem obtinebant; vt repetet Aelianus: [b] *Veſtitus autem erat Silenis, tunicæ vtrimq; villoſæ: Refert is veſtitus vitium a Baccho plantationem, & vinearum, palmitumque hirſutam denſitatem.* Vnde probe pariter in hac Lucerna Silenus homo nudus integer effingitur; at in illa Liberi Patris Aegoboli, veſtitus forma ſemicapri, propter hirſuta femoralia. Ceterum, vt antea vidimus, Aethiopici, ac Indici Satyri veri ſunt, Italici vero veſtitu, ſicut ait Aelianus, non reipſa. Verum & de Satyris veſtitu, non natura ſemicapris egit Rhodiginus inquiens: Qui „ cum Dionyſio per tripudia & feſtos luſus pleraque terrarum obiere, nunc Satyros nuncupant, quandoque & tityros, puto de cantuum laſciuia, quæ teretiſmata dicunt, quibus id genus duci „ magna parte, animaduertitur. Satyros autem ἀπὸ τῦ σκαρίζειν, vocitatos „ opinantur: nam Sillani appellantur, „ ἐκ τῦ σιλλαίνειν: Quod & alibi attigimus. „ Sillon autem morſum cum luſu vocant „ ingrato infeſtiuoque. Scribit Nicandri „ interpres: quos ipſi Satyros dicimus, „ ab antiquis Silenos nuncupari conſueſſe. De Satyro capto ad Apolloniam, qui „ ἐδὲν συνετῶς loqueretur, in Sylla Plu-

[b] l. 3. c. 40. Silenorum veſtitus eos ſemicapros reddebat adſpectui.

lib. 19. c. 25.

nihil intelligibile.

A tarchus. Silenis indumenta fuere „ ἀμφίμαλλοι χιτῶνες, id eſt vtrimque vil- „ loſæ tunicæ: quod tacitis velut ambagi- „ bus plantandi ex Dionyſio artem innuit, ac item palmitum conſtipationem. „ Hæc ille. Verum enimvero Syllanus ille Satyros non veſtitu, ſed natura biformis extitit, dicente Plutarcho: *Prope Dyrrachium eſt Apollonia, & in vicino Nymphæum, ſacer locus: qui ex virenti valle & pratis ignis venas diſperſas perpetuo manantis eructat. Ibi ſtratum ſomno Satyrum, qualem plaſtæ & pictores adumbrant, ferunt captum. Adductum ad Syllam percunctatos multos interpretes, quiſnam eſſet? Quum vocem tandem edidiſſet, non quidem humanam vel claram, ſed aſperam, & omnino ex hinnitu equi & hirci balatu confuſam, obſtupuiſſe Syllam, & monſtrum auerſatum.* Ad horum verorum imaginem alij veſtitu Satyri nuncupati ſunt, qui vere homines orgia Bacchi celebrabant antiquitus: quibus & tertij fuere iuncti, Dęmones ſub Satyrorum forma hominibus apparentes.

B

C

De Lucerna ſedentis Herculis. Cap. LIV.

D ALia Lucerna pulcherrima quoque, deſcripta viſitur in opere Fulvij Vrſini, Bibliothecam Vaticanam Romæ locupletante, ſub hac effigie, nuper ad me tranſmiſſa ab Inclyto Caſſiano a Puteo,



Refert hominem, lata prolixaque barba, humi ſedentem, erecto dorſo, Leonis pelle capite contecto ſimul & amicto dorſo, ad inſtar Herculis; cuius hanc effigiem non inepte dixeris, manu, brachioque dextro ſepulchralem Vrnam acuminati fundi tenet, ac amplectitur: A læuo latere ſupra caput extollitur columellæ caput, lunulis redimitum. Inter femora incumbens abdomini, pectorique maior Vrna rotunda ſpectatur cum ore patulo. Procedit inde Lucernæ naſus inter crura prominens vltra pedes, vbi viſitur extremum orificium ellychnio deſignatum. Fundus aream deſcribit, in cuius margine laterali leguntur hæ notæ: OPVS. DOLI. L. FABATI. Quæ ſic ab eruditiſſimo Caſſiano leguntur, *Opus Doliari L. Fabati*. Non abnuerem legere, *Opus Doli Liberti Fabati*. Vt Dolus nomen Artificis extiterit, qui Libertus eſſet heri *Fabati* nomine.

De Lucerna Amazonum. Cap. LV.

NObilis artificij quoque Lucerna teſtea, mihi nuperrime Roma delineata tranſmiſſa fuit ab eodem Cl. Caſſiano ſub hac effigie:



Refert Amazonem ex vulnere languentem, collo capiteque pendulo, capillis paſſis, atque ſparſis, manu dextera collo ſociæ innitentem: læua pendentem peltam adhuc retinente. Aſtat a dextris equus hinniens: a ſiniſtris galea iacet, atque pharetra humi deiecta. Inferius humi quoque ſpectatur iacere ſecuris anceps vtrimque, ſimul & alterius Amazonis galea: Quin & arcus etiamnum tenſus, cum duplici ſagitta

A ſuper eum iacente, Lucernam hodie Romæ poſſidet Philippus Ventura, Pictor hoc æuo celebrati nominis.

De Lucerna Ludionis. Cap. LVI.

VIſui iucunda Lucerna teſtea, ſub hac imagine ſpectatur: ad me tranſmiſſa Patauium ab Illuſtriſs. V. Caſſiano a Puteo.

Lib. VI. cap. LVII.



Repreſentat ioculatorem ſedentem; a cuius dextris etiam ſedere ſpectatur ſimius: A ſiniſtris lignea ſcala portatilis, quam conſcendit canis, luſibus aſſuefactus, ad ſummum iam elatus. Inter caput canis in apice ſcalæ, ludionisq. circulatoris collum, anuli duo maior & minor inſerti, quorum vſus eſt ad pręſtigia ludicra. Inter pedem ſcalæ ac læuam ludionis circulatoris vaſculum ineſt, ad luſus etiam præſtigioſos vſurC pari ſolitum. Hanc Lucernam habet Monſieur Meneſticer Gallus.

De Lucerna Epicteti ſiue Larium, vbi de Oleaſtri & Agrippi prouerbio multa. Cap. LVII.

ALia Lucerna vetus eſt, quam Io: Baptiſta Caſalius in opere ſuo *De Veteribus Aegyptiorum ritibus* propoſuit in hanc effigiem:

Pen-

Lib. VI. Cap. LVIII.



Jo. Georg. sculps.

Lucernæ structura.

Pensilis est Lucerna, rotunda; cui nudus homo, capillis barbaque squalidus insidet, in formam Epicteti, vel Iri pauperrimi, manibus ambabus apprehensum, appensumque tenens infundibulum, cuius acuminatus fundus pertusus imminet orificio Lucernæ, ad excipiendum oleum constructo. Retro prominẽs exoritur e Lucerna manubrium: ab anteriori vero parte nasus, tubulusve; cuius in apice foramen patet ellychnio flammifero. Dependet autem Lucerna tribus e catenulis; quarum duæ longiores laterales inseruntur, vna quidem manubrij medio, sed altera nasi tubulive medio similiter: harum vero media tertia, longe breuior illis, bifurcata infigitur summis clauiculis humerorum hominis Lychnucho insidentis. Superne tres omnes istæ catenæ dependent e laterculo, sic inscripto:

LARIBVS
SACRVM
PFROA MOEN

Cuius quidem inscriptionis tertia linea literis constat, ignorabilem plane constructionem, nedum ignotam significationem habentibus. Profecto si forent literæ capitales interpunctæ, sicuti sunt in tertia linea consimilis inscriptionis; quam proposuit [a] Gruterus, habitam ex Clusij schedis, descriptam in Sabaria Hungariæ, prope arcem, in Cippo:

[a] pag. 12.

LARIBVS
DOMEST
SAC
V. S. L. M.

Quæ sic explicari posse videtur: LARIBVS DOMESTICIS SACRAVI VT SERVENT LAETVM ME: vel etiam, LAETOS MEOS: possent aliquam explicationem admittere; qua Lychnus introducatur per tropum Prosopopæiæ de se loquens huiusce modi sententiam: *LARIBVS SACRVM Pater Familias Religiosus Oleo Assidue Me Ornat Etiam Noctu*, nam ornare Lucernam, est in eam oleum infundere; vt constat apud [b] Euangelistam: Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt Lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia Lampades nostræ extinguuntur. Nudus verò ponitur in Lucerna Paterfamilias, vel vt significaretur, eum noctu celeriter nudum a lecto surrexisse ad ornandam Lampadem suis Laribus ex summæ religionis suæ cultu: vel vt indicaretur, a cultu Deorum immunes non esse pauperrimos; quales extiterunt olim Irus, & Epictetus: de quo scribit hæc in suis Noctibus Atticis Aulus Gellius: [c] *De Epicteto autem Philosopho nobili, quod is quoque seruus fuit recentior & memoria, quam vt scribi quasi obliteratum debuerit. Eius Epictetiet iam de se scripti duo versus feruntur; ex quibus latenter intelligas, non omnes modo Dijs exosos esse, qui in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur; sed esse arcanas causas, ad quas paucorum potuit peruenire curiositas.* Versus autem Epicteti proponit istos:

„ Seruus Epictetus fueram, qui corpore mancus,
„ Paupertie pressus, charus erã superis.

Sed magis ad verbũ [d] Græcanicorum Volaterranus in Antropologia vertit·

„ Seruus Epictetus genitus sum, corpore claudus:
„ Paupertate Irus, Dijs at amicus eram.

Quos versus aliter paulo transtulit e Græco Sabæus, vt supra vidimus. Irus autem publicus mendicus Ithacensis, omnium bonorum fortunæ expers, vna cum Epicteto poterat audire Paroemiam, Ἀχαρπότερος Ἀγρίππου. *Sterilior Agrippo; Laconicum enim adagium est, de ijs qui extremæ sunt paupertatis, neque quicquam facultatum possident. Quadrat & in ignauos, nulliusque industriæ homines,* (qualis fuit Irus apud [e] Homerum) *Lacones oleam syluestrem aggrippum vocant. Tantum* [f] *Zenodotus, & Suidas.* Hæc ad verbum Erasmus. Zenodoti verba sunt: *Infructuosior oleastro. De pauperrimis: Lacones enim oleam siluestrem Agrippon nominant.* Suida vero similiter ait: *Infructuosior. i. sterilior agrippo. Prouerbium, quod dicitur de prorsus pauperibus, de pauperrimis. Lacones enim agrestem oleam, oleastrum, agrippum vocant.* His consentit [g] Diogenianus aiens: *Oleastro infructuosior. De Inutilibus. Oleaster enim arbor siluestris fructus est expers.* Quam quidem adagij explicationem recipere non possum, audiens Theophrastum, Dioscoridem, Plinium, Portam, & experimentum; quibus apertissime constat, Oleastrum fructus edere, de quibus oleum exprimatur, & quidem tenuius, quam ex oleis domesticis; quin & vberiorem fructum copiam ferre, quam olea satiua: verba quidem [h] Theophrasti sunt: *Item bonitas, & prauitas fructuum. Quippe quum plura syluestres ferre videantur; vt pyraster & oleaster.* Dioscorides ait: [i] *Syluestris oleæ, quam aliqui cotinon, ideſt Oleastrum appellant, oliua flaua & recens stomacho vtilior est, ventri difficilis; nigra autem & matura, corruptioni oportuna est.* & mox: *oleum syluestris olim o gingrais patri vligine laborantibus colluitur.* Plinius infit: [k] *Oleastri oleum tamen folijs acrius atque efficacius: & os quoque colluitur illo ad dentium infirmitatem.* Io: Baptista Porta in sua Villa scribit ad [l] verbum: *Theophrastus ita describit: Oleaster satiua fœcundior est, quod fere syluestres omnes habent, ceu cura fertilitatem minuente.* Consentit his etiam Ouidius, in suis Transformationibus accinens,

„ Arbor enim est, succoque licet cognoscere mores:
„ Quippe notam linguæ baccis Oleaster amaris
„ Exhibet, asperitas verborum cessit in illas.

Quin & [m] Virgilius ait,

„ Indicio est tractu surgens Oleaster eodem
„ Plurimus, & strati baccis syluestribus agri.

Ruel-

Ornare Lucernam quid sit.

[b] Matt. 25.

Cur nudus in Lucerna.

[c] l. 2. c. 18. Epictetus quis.

Ærumnis affligi bonos ob arcanas causas.

[d] l. 15.

l. 4. c. 41.

[e] 18. Odyss.

[f] chil. 2. cẽt. 5. ad. 83. prou. centu. 1.

[g] cent. 2. nu. 63.

[h] 1. hist. c. 7.

[i] l. mc. 118. f.

[k] l. 23. c. 4.

[l] l. 6. c. 9.

[m] 2. Georg.

[n] l.1.c.104. Ruellius [n] agens de natura stirpium, tantum abest vt Oleastro sterilitatem tribuat, quod potius non solum fecundiorem esse dicat, quam sit olea satiua; sed & huic, si qua ratione sterilescat, fecunditatem afferre; scribit enim: *Oleaster, Græcis Cotinon; dicitur syluestris olea, fœcundior satiua, quod fere syluestres habent, ceu cum fertilitatem minuente.* & mox: *Caudici medulla tenus pertuso impressa oleastri talea sterilem oleam fecundat.* Vnde plane constat, Oleastrum absolute non esse sterilem, & infructuosam arborem omnino, vt supponit Adagium vetus, Ἀκαρπότερος Ἀγρίαττα: *Sterilior Oleastro:* & innixus Adagio censuit Isi-
l.17.orig. c.7. dorus aiens, *Oleaster dictus quod sit foliis oliuæ similibus, sed latioribus: arbor inculta atque siluestris: amara, atque infructuosa.* Cuius opinionem sequitur Anglicus. Contra quos non solum tot alij longe maioris autoritatis decernunt oleastrum arborem esse fructiferam, vt vidimus; verum etiam ego Rechi meo in rure vidi pluribus annis inter alias oleas oleastrum fructificare. Quo circa pro Paroemiæ tutela, vel dicendum est, oleastrum forsitan infecundum dici, quod oleum ex illius baccis eductum dulce non sit, sed amarum, vt obseruat
2.de arbor. c.35. Cæsalpinus his notis: *Oleaster, idest syluestris olea: Cotinus etiam vocatur apud Dioscoridem & Plinium, foliis breuioribus constans, & fructu minori, qui oleum reddit amarum.* Vel, si fas est ponere duas Oleastri species, quarum vna fructificet, quæ communi nomine generis Oleaster appelletur: altera vero sterilis, nullos omnino fructus edat, quæ proprio nomine nuncupetur Agrippus; de quo in Adagio, & Isidorus, siue sterilis ex accidenti fuerit, nimirum ex admorsu capræ, vel hirci, vt obseruat M.
1.de re rust. c. Varro dicens, *Mineruæ caprini generis nihil immolari, propter oleam, quod eam, quam læserit, fieri dicunt sterilem; eius enim saliuam esse fructuis venenũ.* Quem locum antea latius expendimus: siue potius Agrippus sit sterilis natura sua in Oleastri genere; de quo forte Pausanias in Corinthiacis, *Ad Psiphæum mare progressis, offert se Oleaster, quem Rhachum intortum vocant. Rhachum certe, quamuis oleæ plantam fructus expertem: Cotinon etiam, Phylliam, & Elæum Trœzenij* A *appellant.* De qua sane planta sterili, siue casu, siue natura sit infecunda, proprie formatum est Adagium, *Sterilior Agrippo.* Quod quidem Adagium verificari potest tum de Iro, tanquam de pauperrimo, & inerti: tum etiam de Epicteto, tanquam de pauperrimo solum. Sed in Lucerna, si sermo sit de Iro, locum habere potest epigraphe: LARIBVS SACRVM *Pro Familia Religiosus Oleo Assidue Me Ornet Etiam Nudus:* quia nemo penitus, ne quidem pau- B perrimus Irus, nudus atque publicus mendicus, exemptus, ac exceptus est a cultu Larium; sique pro illis oleum infundere nequeat in Lucernam: saltem potest infundibulum tenere, & alios ditiores orare, vt Laribus hunc honorem ardentis Lucernę oleo infuso exhibeant. At si sermo sit de Epicteto, maxime congruit eius icon isti Lucernæ; quum etsi pauperrimus, homo tamen extitit erga Numen religiosissimus, & C summa pietate claruit inter homines; vt ex ipsius Enchiridio nobili constat apertissime. Rectaque ratione sedens effictus est, vt occultaretur eius deformitas corporea, qui claudus extitit: de quo Suidas ante Volaterranum ita: *Epictetus ex Hierapoli, Phrygiæ Vrbe, Philosophus: seruus autem Epaphrodici, vnius de satellitibus Imperatoris Neronis. Ob defluxionem autem altero crure mutilatus, in nouæ Epiri Vrbe Nicopoli habitauit. Et vi-* D *ta producta vsque ad M. Antoninum, multa scripsit. Theosebius autem Philosophus multa ex Epicteti scholis desumpta dixit.* Equidem iurarem, ab autore Lucernæ, non Irum, sed Epictetum insidentem Lychnucho, manibus infundibulum tenere voluisse; quod frugi virum nebuloni præferendum censuerit; & ad Lucernam habueris Epictetus maximam habitudinem; quum eius Lucerna fictilis tribus drachmarum millibus empta celebretur. Vnde titulus legi posset etiã, E

Epictetus cur in Lucerna fictus.

Lucerna fictilis tribus drachmarum millibus empta.

LARIBVS
SACRVM
Pater Familias Replet Oleo Assidue
Me Ornans Epicteto Nudo,

vel etiam,

LARIBVS
SACRVM
Pro Familiæ Regimine Oleo Agrippi Me
Ornat Epictetus Nauiter.

Vt enim ſummam religionem erga *La-* A
res, familię ſuæ gubernatores atque rectores oſtenderet autor Lucernæ, dicit ſe in ea ponere, non oleum commune ſatiuarum oliuarum; quod pinguius & craſſius exiſtens, multo fumo ſcatet exardens, & odore tetro: ſed oleum Agrippi, nimirum oleaſtri; quod tenuius, quum ſit, & amarum, adeoque calidius; flammam rutilam valde magis edit, minoremque fumum; & odorem halat non ita tetrum, & inſuauem. B

Oleum oleaſtri melius vt ſit ſatiuarum oleo in Lucernis.

Inſcriptionis literæ non interpunctæ, vt legi queant.

Quod ſi libeat iſtas vltimæ lineæ literas in epigraphe non interpunctas legere, tanquam duas dictiones, PFROA MOEN: vti priores alias duas voces LARIBVS SACRVM; profecto recurrere neceſſum erit ad antiquitatem illam, & ruditatem infimæ plebeculæ Romanæ priſcæ, qua ſcriptum fuit olim Elogium Lucij Scipionis in hæc verba:

HONC. OINO. PLOIRVME.
CONSENTIONT. R. DVONO- C
RO. OPTVMO
FVISSE. VIRO. LVCIOM.
SCIPIONE. FILIOS. BARBA-
TI. CONSOL
CENSOR. AIDILIS. HIC. FVET.
A. HIC. CEPIT. CORSICA
ALERIAQVE. VRBE. DEDET.
TEMPESTATEBVS. AIDE. ME-
RETO

Quas explicauit ita, ſiue reduxit ad politiorem ſcripturam, & ſignificationem eruditiſſimus P. Sirmondus e Soc. Ieſu: D

„ Hunc vnum plurimi conſentiunt Romæ Bonorum Optimum
„ Fuiſſe Virum Lucium Scipionem: Filius Barbati Conſul
„ Cenſor Aedilis hic fuit, hic cepit Corſicam
„ Aleriamque Vrbem: Dedit Tempeſtatibus Aedem merito.

De quo quidem Elogio nos [o]vberius [o] lib. 5.
antea commodiore loco: Profecto ſi nobis ad hanc normam interpretari liceat illas Lucernæ literas

PFROA MOEN.

non aliter legam niſi PEROAE MVNVS; vel PERSAE MVNVS; vel PERVAE MVNVS: nam & in Elogio propoſito Lucij Scipionis O legitur pro V, & ſuppletur literula M: pro OINO, legentes VNVM: & pro CORSICA, CORSICAM: pro ALERIAQVE, ALERIAMQVE: pro AIDE, AEDEM: & mutatur litera D in B: & litera V tollitur e medio, pro DVONORO, legentes BONORVM: & E litera vertitur in I, legente pro DEDET, DEDIT: pro TEMPESTATEBVS, TEMPESTATIBVS: pro MERETO, MERITO: Quid ni ergo pro PFROA MOEN legere valeamus PEROAE, vel PERVAE, vel PERSAE MVNVS? vt epigraphe plana ſic legatur, & intelligatur

LARIBVS
SACRVM
PERSAE MVNVS

Eſt autem *Perſa* nomen proprium hominis apud antiquos, vti conſtat apud Heſiodum in *Operibus & Diebus* ab ſe volumine celebratis. *Peroa* vero, vel *Peruas*, niſi ſit nomen quodpiam barbarum, aut obſoletum, non proſtat apud Autores, quos ego viderim. Hactenus de Lucerna, quam Caſalius ait inueniri Romæ, penes Dom. Franciſcum Angelonum.

Perſa quid nominis ſit.

De Lucerna Aquilæ ſtantis apertis alis. Cap. LVIII.

ALia pulchra Lucerna vetus ponitur ab eodem Caſalio ſub hac imagine:

Lib. VI. Cap. LIX.



Jo. Georg. sculps.

Lucerna pensilis est, bilychnis, in cuius medio Concha marina spectatur. Non habet foramen oleo suscipiendo distinctum; quod non leui est argumento fuisse Lucernam ex illarum genere, quæ semel impletæ, ac accensæ, non indigerent vlteriori fomitis adiectu. In culmine manubrij gestat Aquilam veluti stantem, & alas extendentem. Dependet autem e tribus catenulis, quę superne sunt infixæ laterculo, cui talis Epigraphe legitur incisa:

ETEITIVS
ALYPVS
IOVI DD

Istiusmodi vero Lucernam inueniri Romæ in Cl. Angeloni nobili Musæo scribit Casalius.

De Lucerna caput equi gerente ad manubrium. Cap. LIX.

ALia similiter Lucerna nobilis, Casalij quoque relatu, comperitur in gazophilacio eiusdem antiquarum rerum viri studiosissimi, D. Angeloni, sub hac effigie spectabilis:

Lib. VI. Cap. LX.



Jo. Georg. sculps.

Lucerna pensilis est item, sed vnilychnis; habet etiam in superiori superficie Concham marinam: caretque foramine fomitis iterum adiungendi receptaculo. Quare fuerit & ipsa non indiga noui liquoris adijciendi. Pro manubrio habet caput Equi cum collo corona redimito. Quocirca iudicare possumus eam vel arsisse in tumulo nobilis Equitis: vel consecratam fuisse Neptuno, qui cum Minerua certans de productione rei vtilioris Vrbi iam conditæ, ad eam denominandam, Tridente tellurem percutiens, inde prosilire fecit Equum, ad bella pro defensione ciuitatum oportunum. Quinimo quum in ea contentione Minerua deducens oleam e terra symbolum pacis, quæ ciuitatibus est vtilior, Neptunum vicerit: dubio procul ista Lucerna, in qua primas oleo debemus, potius Palladi, quam Neptuno dicata fuisse censenda est; manubrium enim oleo concedit. Nisi dicamus, in eodem fano vtrique Numini sacratam fuisse lampadem. Dependet lychnuchus ex vna catena bifurcata in medio; cuius altera pars ad equini capitis apicem inter auriculas infigitur: & altera prope finem conchæ marinæ, sicuti videtur.

Neptuno an Mineruæ dicata Lucerna vt noscatur.

De Lucerna, seu focali thymiamatum, Anatiformi. Cap. LX.

ANatiformis Lucerna proponitur etiam ab eodem Cl. Casalio, sic effigiata:

Re-

Lib. VI. Cap. LXI.



I. Georg. sculps.

Repreſentat hęc imago Anatem auem, ſtantem : in cuius capitis vertice foramen eſt patens: & alter hiatus eſt in ſummitate dorſi. Non ita conſtat, an ambo foramina ſint e quibus emergerent duæ papyri exardentis flammulæ coruſcantes ; an vnum fuerit ardenti myxo continendo deſtinatum, & alterum oleo recipiendo ad flammulæ fomitem ſuggerendum. Verum enimvero mihi non ita facile Lucerna fuerit iſta, ſed Auis ad thymiamatum odorem in Eccleſia ſuffiendum, olim poni ſolita; de quo priſco more, vt & alijs, vel relatu Caſalij, ſic in ſcholijs ad Tertullianum Beatus Rhenanus inquit: *Non poſſum celare ſtudioſos antiquitatis Chriſtianæ, Laicos olim canna ſolitos haurire Dominicum ſanguinem e calice; quod pridem mihi indicauit P. Volcus Abbas Augoniani Cœnobij, erutum ex libro ſignorum, qui frequens extat apud Benedictinos. Idem nuper reperit in primis Carthuſianorum conſtitutionibus Corradus Pellicanus, vbi prohibetur, ne quidquam pretioſum poſſideant præter calicem argenteum, & fiſtulam qua Laici Dominicum exorbeant ſanguinem. Præterea libellus de veteribus theſauris Eccleſiæ Maguntienſis ab hinc annos quadringentos & amplius conſcriptus, inter aureos calices ingentis ponderis anſatos, cruces aureas, grues argenteas, odores impoſitorum in cauo ventre thymiamatum per roſtra, ac collum mira arte exhalantes, iuxta Aram maximam.* Ac ſane dorſi foramen valde ſatis amplum, non oleo, ſed thymiamatibus, & ignibus excipiendis hiare videtur; oleo ſiquidem excipiendo ſufficeret anguſtius. Itaque lubens accepero, non Lucernam extitiſſe figuratum Anſerem, ſed vas ſacri thymiamatis.

Aues thymiamatum ſacræ priſcorum.

Laici priſci vt biberent ſanguinem Domini.

De

De Lucernis varijs Casalij, Canem, Bouem, Sphingem, Mutinum, Lunam, Heliotropium, & Cucumam referentibus. Cap. LXI.


POst allatas, plerasq; recenset alias Lucernas antiquas Casalius, de quibus ita scribit: [*] *Effigiandas curaui plures ex meis Lucernis æreis, quæ varia continent symbola: nempe Canem, Bouem, Sphingem, Mutinum, seu virile membrum, ac etiam Lunam, quæ est signum Dianæ.* Profecto singulas breuiter explicare lubet.

[*] de ant. rit. Ægyp. c. 25.

De Lucerna Canis.

Quam ille primo loco symbolum Canis continere scribit, in hanc faciem videndam exhibuit cum solo capite Canis in apice manubrij.

Lib. VI. Cap. LXI. fig.ª I.



Jo. Georg. sculps.

Recte sane Canis Lucernæ apponitur; quod obseruatu[a] Pierij, ac ex D. Ambrosij sententia, Canis ad excubias pro salute dominorum refertur; debereque nos promptuarium tenere verbum, ne quasi muræ canes commissam nobis fidei custodiam, quodam præuaricationis silentio deseruisse videamur. Potissimumque Canis in Lucernis sepulchralibus locum habet, quod id animal

[a] l. 4. hier.

C Vespillonis hieroglyphicum est; nam eidem Valeriano, factum ex his est vt Aegyptij Vespillonem, sacrorumque tutelarem, ædituumque libitinarium per Canis effigiem indicarent; obseruato firmo illo immobilique obtutu, quo animal id ad ipsa Deorum, hominumque simulachra custodiæ suæ credita contemplatur. Nam quum apud Aegyptios cadauera vitro condita, non adi-

„ adipe ſuillo, vt nonnulli ſunt inter-
„ pretando decepti, ob longum tempus
„ aſſeruarentur; erantque & libitinarij,
„ quibus curæ erat ea cuſtodire. Eo ſpe-
„ ctare crediderim canem apud Maffæos
„ Romæ, in pulcherrimi operis cippo
„ humi iacentem, ſurrecto vero capite
„ inſcriptionem, quæ huiuſmodi eſt, in-
„ tuentem

C. IVLIO VRBANO
ET IVLIAE OPTA-
TAE CONTVBERNA-
LI, ET C. IVLIO VR-
BANO PECVLIARI
FILIO
POT. SVIS

Quod autem ait Valerianus, apud Aegyptios cadauera vitro condita longo tempore ſeruari, putauimus aliquando mendum eſſe typographi, qui pro *nitro*, ſubſtituerit ipſe *vitro*; quum reuera veteres Ægyptij cadauera ſale, proindeque nitro condirent ad longam præſeruationem a putredine. Sed tamen retineri poteſt dictio, *vitro*, quia cadauera vitreis loculis incluſa, reconditaque, diu ſeruantur imputria, quod per vitrum imperuium aer non penetret ad ea colliquanda, & ad putrorem alteranda. Sed & hoc alibi quoque notamus in hoc opere.

De Lucerna Bouis.

Quæ vero ſecundo loco memoratur a Caſalio Lucerna Bouis, ea pingitur in hanc effigiem:

Lib. VI. Cap. LXII.
fig.ª 2.



Jo. Georg. sculps.

Dicerem, iſtam Lucernam eſſe ſepulchralem, & hieroglyphice deſignare cadauer; quod per mortem homo reſoluatur in terram, ex qua primitus eius corpus a Deo plaſmatum eſt, iuxta ſacrum Oraculum, [b] *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es; quia puluis es, & in pul-*

[b] Gen. 3. 19.

puluerem reuerteris. Terræ vero symbolum esse Bouem, luculente demonstrat Valerianus [c] ex eo quod apud Persas barbara cerimonia Bos, fronte in Leoninam faciem conformata, ex antro cornibus arreptus educebatur ad sacrificium: de quo Papinius:

[c] l. 3. hier.

Bos vt sit terræ symbolum.

„ Indignata sequi torquentem cornua mitram.

quippe quum taurus plurimum terrenum animal sit, terræ, & inferis potestatibus damnatum, Soli tamen ab ea gente dedicatus, vim eam ostendere videbatur, quam Sol in vniuersam terram exercet. Quod autem extraheretur ex antro, delitescere vim eius in terræ visceribus indicabat, quam vt euocarent, & frugum feracitati consulerent, sacrificij genus id instituerunt. Neque quidem alia de causa bouem quandam ab Argo tot luminibus prædito custoditam fabulantur, nisi vt Terram ipsam ostenderent noctu ab ipso cælo, tot stellarum A luminibus insignito, non indiligenter obseruari, donec a Mercurio, quippe a Sole conficiatur, cuius oriente iubare stellarũ lumina passim extingui videantur. Quid autem aliud portendere visus est bos ille arator, qui decusso iugo triclinium, in quo cœnabat Vespasianus, irrupit; ac fugatis ministris, quasi repente defessus, procidit ad ipsos accumbentis pedes, ceruicemque summisit, nisi terrarum Orbem amarissimo Vitellianæ dominationis iugo pressum, B opem a gente Flauia deposcere, quæ iam rerum esset potitura? Terram itaque bos eo ostento præ se tulit. Itaque recte Lucerna, Bouis caput referens, sepulchralis fuit, humatum hominem designans, in cuius honorem exarsit in tumulo.

Argi bouem custodientis mythologia.

Bouis portentum.

De Lucerna Sphingis.

Sed quæ tertio loco Lucerna contiC net in area superiore cælatam Sphingem alatam, ita

niſi dicamus iſtam extitiſſe fabri purum pùtum inſigne; non ab re fuerit aſſerere fuiſſe Lucernam in ſepulchro viri docti reconditam, per Sphingis imaginem repreſentati, cuius dicta fuerint ænigmatica; præſertimque nobilis Poetæ; namque Poetarum proprium eſt, ſub fabularum inuolucris arcana rerum diuinarum myſteria, latentesque ſenſus humanarum actionum honeſtarum, imitandarum oculere; proptereaque Chij, qui de Homeri vatis habitatione, ſepulchroque gloriantur, in proprijs Numiſmatibus cuſam eſſe Sphingem voluerunt, & Homeri ſimulachrum; vt lucu-

Chiorum Sphinx quid indicaret.

lenter oſtendit Cl. Allatius noſter in eruditiſſimo ſuo De Patria Homeri volumine; nosque ſimiliter in opere de


A Schematibus antiquis anularium Gemmarum, propediem inuulgando. Sphinx enim apud Ægyptios arcanæ ſapientiæ ſymbolum eſt, etſi Cl. Alciatus, cum alijs nonnullis exiſtimarit [d] eam eſſe hieroglyphicum ignorantiæ. Sed quomodo proponere poteſt ænigmata de rebus arduis Ignorantia? & quomodo noſſe poteſt an ænigmatum a ſapiente Oedipo ſolutio venerit, an a Dauo reſpondente perperam ſoluta non fuerint? verum hac de re latius alibi commodiore loco.

[d] embl. 188. Alciatus notatus.

B

De Lucerna Membri Virilitatis.

Lucerna vero, cuius in area ſuperiore porrectum viſitur Faſcinum cum coleis in hanc imaginem



vel fuit viri diuitis, vel militis. Diuitis quidem, quia diuites antiqui plurimum delectabantur obſcœnis figuris in omni ſua ſupellectili, luxu diffluentes, & libidinibus obnoxij. Militis vero, tum

C quia Milites, vt ait Ariſtoteles [e] libidine plurimum aguntur venerea: verba Philoſophi ſunt: *Præſertim quum viri ſint mulieribus obnoxij; quod accidit omnibus ferme militaribus, bellicoſisque gentibus; præ-*

[e] 2. polit. c. 7.

Militares & bellicosi cur salaces.

præterquam Celtis, aut si qui alij coitum masculorum palam receperunt. Videtur autem qui primus fabulatus est, non irrationabiliter Venerem Marti coniunxisse; quoniam omnes huiuscemodi homines proni sunt ad venerea aut masculorum, aut mulierum, illisque obnoxij. Quod scilicet multo sanguine feruidiorique præditi sunt, ac temperamento calidiore; quo multam copiam generant calidioris feminis, eos ad coitum passim ac nimium extimulantis: tum etiam quia viri bellicosi ratione concupiscibilem appetitum compescentes, pudendo virili citra libidinem indicant masculum, & fortem, atq; bellicosum animum; quum e contra muliebri pudendo signarent imbelles, ac timidos homines; nam & apud Virgilium Numanus Rutulus ille Troianos imbelles arguens, quasi feminas inclamabat [*f*] vociferans:

[*f*] 9. Aen.

„ O vere Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta
„ Dindyma, vbi assuetis biforem dat tibia cantum.
„ Tympana vos, buxusque vocat Berecynthia matris
„ Idææ: sinite arma viris, & cedite ferro.

[*g*] lib. 34.

Et apud Valerianum [*g*] Vetustas illa vt minus vitiosa fuit, ita simplicius apertiusque de vnaquaque re philosophata est: neque erat tunc temporis in humano corpore quicquam, quod vel visu, vel nuncupatione sua, turpe iudicaretur. Prauis vero moribus succrescentibus, multa decernenda fuere tam facto esse, quam dicto turpia, vt qui rebus suis modum præscribere nescirent, ipsius saltem turpitudinis infamia absterrerentur. De antiquissima igitur disciplina dicturus, quæ ad significationem figuræ illius, quæ tam visu, quam dicto obscœna iudicatur, pertineant, veniam mihi dari postulo, ac in eam hæc accipi partem cupio, propter quam & prius excogitata a veteribus illis fuerunt, & a me nunc in communem vsum propalata, eo quidem consilio, vt hæc illis scriberentur, qui sanctius instituti, rerum viscera & intimas medullas, non verborum superficiem, examinarent. Immo vero si Naturali Philosopho pariter & Anatomico licet absque venia partes omnes humani corporis & proA prijs nuncupare nominibus, & earum vsus, actionesque tractare physice; cur non liceat item Philologo, & erudito moraliter agere de partibus ijsdem, illasque proprijs vocibus appellare? Esto igitur prima pudendi virilis significatio, quæ tot columnis incisa, tot obeliscis notata, tot alijs veterum monumentis insculpta, magnum, & erectum viri fortis animum ostentarint. Extant adhuc columnarum frusta aliquot in Sesostreos memoriam erectarum, quæ literis Ægyptiacis inciſæ sunt, in quibus vtriusque sexus naturæ insculptæ conspiciuntur. Sesostrem enim hunc Theopompus [*h*] appellat, quem Sesonechosin aliqui nominarunt, qui scilicet Ægypto regnauit vniuersæ, imperiumque in Europam protulit, de quo apud Herodotum multa. Vbi igitur in columnis, aut obeliscis ab eo positis virilia pudenda conspexeris, bellicosos, strenuos, & magnanimos viros armis ab eo superatos intelligas. Nam & coniectores mulierem, quæ virum & liberos habeat, si commutatam se in marem somniauerit, viduam breui futuram conijciunt, atque ita viri muneribus functuram: quæ virgo sit, futurum vt primo quoque matrimonio elocetur. Ita semper ea humani corporis pars aliquid indicat, quod ad negotia virilia pertineat. Vbi vero in monumentis ijsdem muliebria videris incisa, argumentum est, imbelles, molles, & inertes homines ab eo subiugatos, cuius nomen, vel nota superposita fuerit. Nam & apud Homerum vxori suadenti, ne maritus Hector ad pugnã egrederetur, vir bellicosus ait: [*i*]

[*h*] l. 3.

[*i*] 6. Iliad.

„ Sed in domum vadens, tua ipsius opera cura,
„ Telamque, columque: & ancillis iube
„ Opus accedere: bellum autem viris curæ erit,
„ Omnibus (mihi vero maxime) qui in Ilio nati sunt.

Itaque Lucernam, in qua sit effigiatum virile membrum, arsisse dudum in tumulo viri bellicosi, cur dicere non possim? Sed quid ni statuere valeamus eam exarsisse in sepulchro viri sapientis? enimvero Plotinus inquit [*k*] antiquos effinxisse Mercurium cum porrecta virilitate, significantes virum sapientem, qui

Virile membrum tessera magnanimitatis.

Somnium viduitatem portendens, aut nuptias.

Virile membrum hieroglyphicum viri docti.

[k] Ien. 3. l. 6. cap. 19.

qui semper scientiæ fętus generare posset in animis auditorum. Inde Valerianus etiam addit[l] sermonis efficaciam, persuadendique vim ostentare veteres si voluissent, Mercurij simulachrum grandiori iam ætate, barbatum, & effœto propemodum corpore, natura tamen obscænius excitata, eoque tantum parte validissimum faciebant: cuiusmodi signum Cyllenis fuisse Pausanias tradit, asserens [m] in Eliacis posterioribus: *Cyllenæ duo sunt deorum delubra, Aesculapij vnum, Veneris alterum. Mercurij quidem signum, quem egregie incolæ eorum finium venerantur, arrecto est super basi fascino.* Non igitur ab re fuerit opinari, Lucernam istam cum insculpto virili membro, fuisse vel viri Mercurialis literarum cultoris, vel Martialis bellicosi, vel opulenti. Ceterum & eam non inepte dixeris apud Ethnicos arsisse in honorem aut Bacchi, cui Phallus in pompa præferebatur: aut Isidis, quæ tamdiu, tam anxie, tantisque lachrymis, & eiulatibus conquisiuit interempti, discerptique sui fratris vna maritique Osiridis genitale membrum; de quo talem habemus historiam apud Plutarchum, in opusculo suo De Iside & Osiride: *A Typhone per fraudem Osirim in arcam coniectum, vbi obierit, vt eius regno potiretur; quod cadauer cum arca deiecit in Nili fluenta, quo perferretur ad mare. Tum Typhonis arca reperta, cadauer agnitũ, in partes quatuordecim discerpsisse, easque disiecisse. Itidem re comperta, paludes papyreo lembo pernauigasse, & frusta conquisiuisse. Hinc esse, quod qui papyrinis nauigijs vehuntur, a Crocodilis non infestantur, aut metuentibus, aut venerantibus eos. Atque hanc esse causam, quod multa sunt in Aegypto simulachra Osiridis, quia Isis frustum quodque, ita vt inciderat, humauerit. Alij negant: simulachra aiunt Isidem fecisse, & singulis singula vrbibus dedisse, simulantem cadauer se dare, vt is a quampluribus coleretur: Et, si Typhon præualeret, verumque Osiridis sepulchrum quæreret, multis commonstratis, de inueniendo desperaret. De omnibus membris solum Penem Osiridis non fuisse ab Iside repertum: Hunc enim statim fuisse in Nilum abiectum, gustatumque a Lepidoso, siue Squameo, Phagro, & Oxyrincho piscibus; quos præ alijs piscibus execrantur Aegyptij. Isidem autem eius loco Phallum, idest veretrum eius imitatione confeciisse: quo hodie in sacris vtuntur Aegyptij.* Vt propterea censere valeamus, huiusce modi Lucernam olim arsisse in honorem Isidis, aut Osiridis. Quin etiam dicere possumus id luminis in aliquo Lupanari veterum emicuisse, vt fuerit Lucerna proportionata prorsus obscœno loco.

Qui non infestentur a Crocodilis nauigantes in Nilo.

Osiridis simulachra, & sepulchra cur multa sint in Ægypto.

Phallo cur in sacris vtantur Ægyptij.

Lucerna Lupanaris.

Bacchi, & Isidis Lucerna cur cum veretro.


[l] l. 34.

[m] l. 6. f.

De Lucerna Lunæ, siue Dianæ.

Quæ deinde Lucerna pensilis pariter & sessilis, bilychnis habet in extremitate fere manubrij simulachrum Lunæ in cornua curuatæ, vel nascentis, vel cum Sole mox congredientis, in hanc effigiem:

Lib. VI. Cap. LXII.



Io. Georg. sculps.

propriam & ipſa poſtulat explicationem: Profecto Luna quum multarum rerum hieroglyphicum ſit, imprimis tamen ſymbolum eſt nobilitatis ex antiquitate proſapiæ. Nam, vt ait Valerianus [n] peruulgatum eſt, Lunæ geſtamen apud Arcadas nobilitatis teſſeram extitiſſe; qui propterea Proſelenes appellati fuere, quod poſt Deucalionis diluuium primi ipſi Lunam inſpexiſſe naſcentem ſe credidere: quodque putarent vniuerſum humanũ genus aquis obrutum periſſe, & a ſe rurſus originem propagationis emanaſſe. Erat vero geſtamen id, quo vti ſoliti Arcades, fibula in Lunæ cornua porrigentis ſpeciem, qua calceamenta connectabantur: de qua ſcommaticum dictum Herodis fertur in Bradeam vxoris fratrem, qui quum generis ſui nobilitatem æquo

Luna ſymbolum nobilitatis vt ſit.

Arcades vt primis hominum ſe putarent.

[n] l. 44.

A verboſius apud Romanos oſtentaret? Næ tu, inquit Herodes, generis tui nobilitatem in aſtragalis geſtitas. Quin & Romanis, qui nobilitate præſtarent geſtandi lunulas morem fuiſſe Plutarchus tradit in Quæſtionibus Romanis aſſerens, [o] Cur qui nobilitate generis alijs præſtare videbantur lunulas in calceis geſtabant? An, vt Caſtor ait, ſignum hoc eſt habitationis ſupra Lunam quæ B fertur, & quod poſt mortem rurſus animæ Lunam ſub pedibus habebunt? An hoc priſci habuerunt eximium, qui erant Arcades cum Euandro, & ante Lunam nati dicebantur? Aut, vt multa alia, hoc quoque inſtitutum erat, vt rebus ſecundis elati ac ſuperbientes, mutationis Fortunæ in alteram partem admonerentur? exemplo videlicet Lunæ, quæ

Romani nobiles cur lunulas in calceis haberent.

[o] qu. 76.

Pri-

» *Primum recens exiſtit e caligine:*
» *Fulgore dehinc ſubinde faciem ſplendido*
» *Augeſcit illuſtrans: & quum pulcher-*
» *rima*
» *Renidet orbe pleno, rurſus exuit*
» *Lumen ſuum paulatim, & ad nihilum*
» *redit.*

4 » Aut obedientiæ ſic adſueſcere diſce-
» bant, Lunæ exemplo, præſtantiori pa-
» rere non recuſantes? & quemadmodum
» illa ſecundas obit partes
» *Phœbei ſemper radijs intenta nitoris,*
» vt canit Parmenides; ita ipſi quoque
» contenti eſſe ſecundo loco, magiſtra-
» tibusque obtemperare, ab ijsque po-
» tentiæ & honorum fructu aliquo im-
pertiri. Ceterum prima ratio commu-
nior & celebrior eſt; ita de Quintiliano Iuuenalis [p]

[p] Sat. 7.

Quintilianus habet ſaltus? exempla
nouorum
Fatorum tranſi, felix, & pulcher, & acer:
Felix, & ſapiens, & nobilis, & gene-
roſus
Appoſitam nigræ Lunam ſubtexit alutæ.

Latius de nobilitate Criſpini Papinius in Siluis, ita [q]

[q] l. 5.

» Nec mirum: non te ſeries inhonora
parentum
» Obſcurum proauis, & priſcæ lucis
egentem,
» Plebeia de ſtirpe tulit: non ſanguine
cretus
» Turmali, trabeque ac remis, & pau-
pere clauo
» Auguſtam ſedem, & Latij penetrale
Senatus
» Aduena pulſaſti: ſed præcedente
tuorum
» Agmine, Romulei qualis per iugera
Circi,
» Quum pulcher viſu, titulis generoſus auitis
» Expectatur equus, cuius de ſtemmate longo
» Felix demeritos habet admiſſura parentes:
» Illum omnes acuunt plauſus, illum
ipſe volantem
» Puluis, & incuruæ gaudent agnoſcere metæ:
» Sic te clare puer, genitum ſibi Curia ſenſit,
» Primaque Patricia clauſit veſtigia Luna.

A Nimirum Patriciorũ tantummodo calcei ligabantur fibula in figuram Lunæ diminutæ curuata. Martialis item abigit a rure, genteque prorſus ignobili, lunatos calceos concinens de ruſticis Hiſpaniæ [r] ſuæ:

[r] l. 1. epig. 50.

» Vicina in ipſum ſylua deſcendet fo-
cum
» Infante cinctum ſordido.
» Vocabitur venator, & veniet tibi
» Conuiua clamatus prope.
» Lunata nuſquam pellis, & nuſquam
B toga,
» Olidæque veſtes murice.

Scilicet nuſquam videbis nobiles; nam hi calceis Lunatis vtebantur: licet hic malit Colerus legere Lanatam pellem pro Lunata; namque Lanatæ pelles inquit fuere geſtamina nobilum delicatiorum, & aulicorum: auditque Sidonium [ſ] cui: *Circumſiſtit ſellam comes armiger, pellitorum turba ſatellitum, ne obſit, admittitur.* Vlpianus ſub lanæ appellatione contineri lanatam pellem docet. [t] Et hinc quoque ſatis apparet ſolennem vſum fuiſſet pellis lanatę. Ceterum non poſſum huic erudito viro ſubſcribere, videns lanata pelle paſſim contegi ruſticos opiliones, atque caprarios; aulici quidem diuites amiciuntur lanata pelle pretioſa Lyncis, murisque Pontici, quem armellinum, ſiue Zebellinum vocitant; attamen nihilominus lanata pellis eſt ouis, & capræ, quam induunt opiliones, caprariique ruſtici ſordidi. Quare Martialis a ruſticis Hiſpaniæ lunatam pellem abigit, non lanatam; per illam intelligens calceos nobilium Lunæ ſchemate inſignes. Non omittendum eſt, Alutam nigram Lunatam Iuuenalis indicare Romanos nobiles vſos fuiſſe calceis nigris e ſubtili, & molli pelle, non e craſſo corio; quod aluta ſic a corio diſtinguitur per mollitiem atque tenuitatem, Cæſari. [u] Quin & antiquos Romanos nobiles Lunæ ſigno condecoraſſe non ſolum calceos, qui pedes imos contegunt, ſed etiam ocreas, & cothurnos, qui crura veſtiunt altiora, vulgoque dicuntur a noſtris, *Borzacchini, & Stiualetti*; qua de re legimus Horatium ita ſcribentem [x]

[ſ] l. 1. ep. 2.

[t] ff. de leg. & fideic. §. 8.

Colerus notatus.

Nobiles vſos olim calceis nigris.

[u] 1. de bell. Gall.

Aluta vt a corio differat.

[x] 1. ſerm. Sat. 6.

» Nam vt quisque inſanus nigris me-
dium impedijt crus


„ Pellibus, & latum demisit pectore clauum:
„ Audit continuo: quis homo hic; aut quo patre natus?

Itaque Lunæ signum apud antiquos in calceis, inditium fuit nobilitatis; ponebatur autem in fibula. Sed nostris temporibus cornuta Luna ponitur in ipsa calcei summitate, penes vltimos digitos, non tessera nobilitatis, sed purum putum symbolum iuuentutis. Ad Lucernam Lunatam quod attinet, verisimile satis est, eam arsisse dudum in tumulo viri nobilis, vel etiam extra sepulchrum vsui fuisse viro nobili, qui sui generis claritudinem non in calceis tantum, sed etiam in Lucerna refulgere voluerit, dum ad eam ardentem cœnaret.

De Lucerna cum Heliotropij flore inuerso.

Sexto loco nobis consideranda Lucerna, cui a manubrio velut exertus incumbit inuersus super areæ supernæ planum flos magnus Heliotropij, in hanc effigiem.

Lib. VI. Cap. LXII. fig.a 7.



Jo. Georg. sculps

Non equidem inficias iuero Valeriano [y] Solisequam plantam, quam Græco nomine nuncupamus Heliotropium, Aegyptijs indicare potuisse cognationem, consensumve, aut temperaturam, quam inferioris naturæ istius res cum cælestibus habent; infimis nempe suprema, & supremis infima, occultis quibusdam viribus colligata esse; quum ad Solis motum assidue flos iste versus Solem moueatur, vt mane Solem ad orientem conuertatur, sensim cum iu-

[y] l. 58 hier.

ba-

bare ſurſum ſe ſe extollens in meridie; veſpereque declinet ad occaſum cum occidente Sole; noctuque verſus terram inclinatus ſub terra degentem Solem velut inquirat. Fateatur enim quum Ariſtoteles inanimata quoque, ventos, & aquas circuitum cæleſtem ſequi; cur negare quis audet Heliotropij florem ad amuſſim imitari, ſequique Solis circulationem, & Selinotropij florem ſimiliter imitari Lunæ circuitum, & ad eam aſſidue reſpicere? ſane ſententia Philoſophi legitur euidentiſſima, tum vbi ſcribit, [z] omne tempus & vitam vniuſcuiusque rei menſurari circuitu: tum alibi [a] virtutem omnem inferioris mundi gubernari ſupernis lationibus: tum luculentius vbi dicit, [b] Ratione autem optima tempora omnium & grauiditatum & generationum, & vitarum dimenſionem circuitibus ſibi expetunt recipere. Circuitum appello diem, noctem, menſem, annum, & tempora, quæ ijs deſcribuntur, atque etiam Lunæ traiectiones; ſunt enim Lunæ circuitus complementa, & ſilentia, & interpoſitorum temporum ſectiones; ita enim coit cum Sole; menſis namque communis amborum circuitus eſt. Luna autem principium eſt propter Solis ſocietatem, receptumque lucis, fit enim quaſi alter Sol minor; quamobrem conducit ad omnes generationes, perfectionesque. Calores enim & refrigerationes cum moderatione quadam generationes, ſine moderatione corruptiones efficiunt. Terminum autem tum principij, tum finis qualitatum earum motus horum ſiderum obtinet; vt enim & mare, & omnem humorum naturam ſubſiſtere, mutarive pro flatuum motu, & quiete videmus; aerem vero & flatus pro Solis, Lunæque circuitu affici; ſic ea, quæ ex ijs, aut in ijs oriuntur, ſequi neceſſe eſt. Nam vt rerum minus principalium circuitus ſequantur magis principalium rerum circuitum, ratio eſt. Vitam enim quandam, & ortum, & interitum vel flatuum eſſe fateor. Conuerſionis vero eorum ſiderum alia fortaſſe principia ſunt. Natura igitur ita ſibi vult, vt eorum numeris generationes & obitus numeret. Ceterum inter alia cuncta noſtratia, quæ motum circuitumque Solis atque Lunæ ſequuntur & adamuſſim æmulantur, duæ ſtirpes habentur, quæ propterea Soliſequæ, & Luniſequæ nuncupantur a Valeriano. [c] Cæſalpinus Heliotropij motum cum iubare deſcribit [d] ſed ante illum Plinius, inquiens [e] *Miretur hoc, qui non obſeruet quotidiano experimento, herbam vnam, quæ vocatur Heliotropium, abeuntem Solem intueri ſemper, omnibusq; horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante.* & infra villicum alloquens infit [f] *Dedit tibi herbas horarum indices: & vt ne Sole quidem oculos tuos a terra auoces, heliotropium ac lupinum circumaguntur cum Sole.* ac denique [g] *Heliotropij miraculum ſæpius diximus, cum Sole ſe circumagentis, etiam nubilo die: tantus ſideris amor eſt. Noctu velut deſiderio contrahi cæruleum florem.* Profecto qui florem hunc deorſum verſum pinxit in lucerna ſepulchrali, mirifice ſignificaſſe videtur noctem mortis, quã habent ſub terra cadauera: fortaſſis indicans, ex antiquiorum ſententia, ſimul cum cadaueribus morari ſub terra defunctorum animas; qua de re nos abunde ſuperius [h] egimus. Duas alias penſiles, tresque præterea ſeſſiles attulit in eodem abaco deſcriptas Lucernas Caſalius; quas omittimus, vt pote nullius participes eruditionis, & quarum aliæ conſimiles explicantur in iſto volumine.

[z] 2. de gen. 2.57.

[a] 1. mete. c. 2.

[b] 4. de gen. an. cap. 10.

Luna vt cõducat ad omnes generationes

[c] l. 58.

[d] q. de plant. c 20.

[e] l. 2. c. 41.

[f] l. 18. c. 27.

[g] l. 22. c. 21. Lupinum circum agi cum Sole, vt Heliotropium.

[h] l. 3. cap. 7.

De Cucuma pro Lucerna poſita Caſalio.

Inter effigiatas vero ſimul a Caſalio Lucernas, antea memoratas, vereor ne penultima, ventricoſa, manubriata, tripode nixa, in hanc formam:

Lib. VI. pag. LXII.
fig.a 8.



Jo. Georg. sculps.

Vereor, inquam, ne Cucuma sit potius, & vas aquæ calefaciendæ fabrefactum, quam Lucerna vere, ac proprie dicta; de quo quidem vase Petronius ille purissimus impuritatum scriptor ita:

[i] cap. 95. [i] *Mox incincta quadrato pallio Cucumam ingentem foco adposuit*. & infra

[k] cap. 96. [k] *Frangitur ceruix Cucumulæ, ignemque valescentem restinguit*. Lepide Martialis appellat Cucumam fornaculum, quod vix Cucumam vas excederet [l]

[l] l. 10. ep. 79.

„ Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum:

„ Ad quartum breue rus emit Otacilius.

„ Torquatus nitidas vario de marmore thermas

„ Extruxit: Cucumam fecit Otacilius.

Neque mirum est, inter Lucernas veterum, tam gentilium, quam Christianorum inuentam etiam fuisse Cucumam, siue Cucumellam, Cucumellumve; quoniam vt obseruat Cl. Vossius, agens

agens de vitijs sermonis [m] *Cucumellum erat inter sacra Christianorum vasa. Acta Proconsularia sub Munacio Felice:* » Calices duo argentei: Cucumellum ar- » genteum Lucernæ argenteæ septem. *Adducit Baronius ad annum* 303. [n] *Diminutiuum est a* Cucuma, *vasis genere ex eo nomen sortito, quod ventrem haberet magnum, vti cucumis.* Hæc ille rectissime. Quare propositum a Cl. Casalio vas inter antiquas Lucernas, Lucerna vere non est, sed Cucumellum, siue Cucuma, vas ahenum aquæ calefaciendæ constructum.


[m] l. 3. c. 7.

[n] to. 2. pag. 230. edit. Mor.

De Lucerna Palmarum. Cap. LXII.

ADijcit his postea Casalius aliam sacram Lucernam huiusmodi: quæ nobis erit quadragesima.

Lib. VI. Cap. LXIII.



Jo. Georg. sculps.

De qua sic infert: *Demum altera, in qua Palmæ sunt expressæ: & hæc ad Martyrum sepulchra consueuerat apponi: vt in* [a] *Apocalypsi: Palmæ in manibus eorum.* Etiamsi non de solis Martyribus, ac forte non de Martyribus ibi loquatur Euangelista; nam illis attribuit stolas albas; scribit etenim ibi Ioannes de Palmas gerẽtibus: *Stantes ante thronum, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum.* Vbi Lyranus dicuntur omnes beati, non solum Martyres, in empireo amicti stolis albis, per gloriam animæ, quæ quidem gloria per stolam albam designatur; Palmæ vero datæ sunt omnibus beatis in signum victoriæ, quam habuerunt, etiam citra martyrium, de Mundo, carne, ac Diabolo,

[a] cap. 7.

Palma symbolum est, nedum Martyrũ, sed omnium beatorum, & cur.

bolo, tribus hominum aduerſarijs: quæ palma victoriæ, vt idem Lyranus habet, non habetur in præſenti ſeculo, in quo homines, quantumvis Sancti, ſunt ſemper in pugna. Licet autem communiter palmæ ponantur in manibus Martyrum per quandam appropriationem, & excellentiam; tamen omnibus beatis debentur, quorum vita fuit militia ſuper terram, de qua morientes exierunt cum victoria, qua ſuperarunt A hoſtes inuiſibiles, atque viſibiles, Dæmonem, Mundum, Carnem. Et Eucherius apud [b] Pierium oſtendit Palmam eſſe ſymbolum, nedum Martyrum, ſed omnium Piorum. [b] Hier. 50.

De Lucerna Cerui. Cap. LXIII.

SVbiungit vltimo loco Caſalius aliam imaginem Lucernæ:

Lib. VI. Cap. LXIV.



Dicit autem: *Altera, in qua Ceruus eſt effigiatus, denotat ſitim animæ Fidelis ad Chriſtum: vt per Pſalmiſtam: Quemadmodum deſiderat Ceruus ad fontem aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus:* Ceterum qüum in iſta Lucerna videam Ceruum manere prorſus intra ſuperiorem aream, ſerto circumdatum, exiſtimo Lucernam extitiſſe vel alicuius Cæ- B nobij, vel viri religione præſtantis; etenim obſeruatu [a] Pierij, Ceruus eſt ſymbolum viri vndecumque perfecti; quum ſit animal vngulas bifidas habens, atque ruminans; quale ſacra pagina prophanum non eſſe decernit, iſto velamento ſubinnuens, eum, qui ſacris initiaturus, pietatis meditatione, nec non doctrina, iudicioque præſtare opor-

Pſ. 41.

[a] 7. Hieroglic Ceruus eſt viri vndiq; perfecti ſymbolū, & cur.

oportere. Bifida siquidem vngula discernendi doctrinam, & singulorum indicat examinationem, quam per ipsas rerum distinctiones assequimur, vt rectum ab indirecto, lepram a non lepra discernere possimus. Ruminatio vero pietatem, & diuinarum rerum meditationem ostendit: Horum qui altero careat, tanquam ineptus reijciendus: Alterius siquidem altera poscit opem res, & coniurat amice, vt diceret Horatius. Eoque forsitan spectat dictum illud [b] Prophetæ, vt apud Græcos est, Φωνὴ κυρίου καταρτιζομένη ἐλαφους: Vox Domini quæ Ceruos perficit, vt alij, præparat. Significat vero καταρτίζειν, instruere aliquem ad negotium, quod exequendum susceperit. Vox igitur Domini, quæ Ceruos, hoc est, viros non indignos, qui admittantur ad sacra, instruit, & ad certam vitæ rationem inducit, ea est, quæ per Prophetarum vaticinia, per Euangelicam institutionem, per Apostolorum prædicationes, per Doctorum optimorum interpretationes nobis innotuit. Adamantius, cuius sententiam Euthymius mihi sequi videtur, eo rem trahit, vt

[b] Psal 29.

Vox Domini præparantis Ceruos, quæ sit.


A eos viros Dominus ad profectum sapientiæ ducat, qui serpentes sint assidue persecuturi (qui sermo mere est hieroglyphicus) hoc est, bellum cum hæreticis, & falsorum dogmatum autoribus gesturi: Diabolique tentamenta, conatusque eius omnes exuperaturi. Profecto Lucernæ, Ceruum intra serti coronam in area comprehensum habentis, Autor virum istum perfe- B ctum aut sibi, aut Religiosis, quibus fortasse præerat, imitandum proposuit nobili symbolo. Reliquit autem Casalius octauam in ea tabella delineatam imaginem Lucernæ, sine descriptione, quia nihil in ea notabile viderat. Est vnilychnis, cum foramine duplici, altero myxi, altero fomitis excipiendi gratia.

De Lucerna Sacerdotis Antiquæ. *Cap. LXIV.*

C

NOuissime vero Illustriss. & Reuerendiss. Iacobus Philippus Tomasinus, Episcopus Aemonienſis mihi duas alias ostendit antiquas Lucernas; quarum vna numerum implens quadragesimum secundum est huiusmodi:

Lib. I. Cap. LXV.



Lucerna fictilis est, vnilychnis, cum duplici foramine; alterum est, per quod infunditur oleum, ac situm habet in areę superioris orbicularis imo, sub mento capitis: alterum est, e quo papyrus ardens emergere solebat, situm in vltimo


D tubulo protuberante ex anteriori parte vltra peripheriam areæ. Caput autẽ in areæ medioxumo delineatũ cum tenijs, atq; thiara conspicitur, pulcherrimæ iuuenis; adeoque representat antiquam sacerdotem, fortasse Mineruæ.

De

De Lucerna militaribus ornamentis insignita. Cap. LXV.

AID ipsum arguere videtur altera Lucerna, in hanc effigiem elaborata.

Lib. VI. Cap. LXVI.



Lucerna fictilis est item, vnilychnis, consimiliter duo gerens foramina; quorum alterum ardenti papyro datum, eminet procul a corpore globoso Lucernæ, in eius prominente veluti naso; sed alterum est, excipiendo fomiti paratum, habetque locum in centro areæ rotundæ lychnuchi. Circum id foramen circulus est ellipticus, contentus in altero maiore circumferentiam Lucernæ describentis: Inter hos autem duos circulos coronam veluti faciunt intercepta pleraque militaria insignia, galea, clypei, peltæ, pharetra, securis, lorica, pectoris, atque dorsi arma, siue mauis trophæum; & id generis; vnde conijcere licet, ambas huiusmodi Lucernas olim positas in delubro quopiam Bellonæ; cuius illa Sacerdos mitrata, & vittis redimita fuerit: Quæ vero militaria sunt in area secundę Lucernæ, representant varia militum donaria, quæ tholo templi Palladis, in quo Lucernæ coruscabant, appensa fuere.

De Lucerna manubrio anguineo. Cap. LXVI.

SPectabilis est & illa Lucerna, quam possidet Don Iouita Venetus Monachus Cassinensis, sub hac effigie;

Lib. VI. Cap. LXVII.



Lu

Lucerna eſtærea, quæ pro manubrio duos angues ad inuicem complicatos, & contortos obtinet. Porro ſerpens apud antiquos vigilantiæ ſymbolum eſt, quæ maxime decet Monachos; eaque gemina; tum qua vitent aſſidue cacodæmonis tentatoris inſidias; ad quam religioſos maxime [a] D. Petrus adhortatur inquiens: Sobrij eſtote, & vigilate; quia aduerſarius veſter diabolus tanquam Leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eandem paſſionem ei, quæ in mundo eſt, veſtræ fraternitati fieri: tum qua iugiter operam nauent lucubrationi, diuinarumque ſcripturarum lectioni, meditationique: proindeque geminus anguis inuicem complicatus, ita manubrium Lucernæ format, vt vterque caput & oculos vertat ad lucem ardentis ellychnij. Sane, Pierij [b] notatu, vulgatiſſimum eſt, Lucernam pro Lucubrationibus ponere; vnde Demoſthenis illæ, ac Ariſtophanis Grammatici, & Cleantis Lucernæ celebratiſſimæ, atque illa Epicteti tam frequenter a noſtris, & a Græcis autoribus decantatæ, vt nulla apud omnes celebrior, nulla pretioſior habeatur. Sane quidem a Pythea obiectum Demoſtheni, quod eius enthymemata Lucernam olerent: quippe quod is nihil ex tempore diceret, ſed meditatione & vigilijs ſingula elucubraret: neque ſeguis in reſpondendo Demoſthenes, qui non eodem pretio ſibi & illi conſtare Lucernam ſubiecerit: nocturna ſcilicet illi conuiuia exprobrans, quibus ille plus indulgeret, quam Demoſthenes ſtudio. Aeſchines quoque nimiam hanc hominis diligentiam inceſſens, λογογράφους eum appellat, ſiue quod ſemper, vti dictum, ex ſcripto diceret: ſiue quod, vt nonnulli aiunt, in vtriuſque partis fauorem aliquando ſcripti-

Vigilantia duplex Monacho neceſſaria.

[a] 1. can. 5.

[b] lib. 45. Lucubrationis hieroglyphicum.

Lucernæ priſcorum quæ celebratiſſimę

Enthymemata Lucernam olentia quæ.

Demoſthenis apta reſponſio dicterio Pytheæ.

tarit. Vnde iocus ille apud Ariſtophanem, Erine, de Lucernarum fabro, & quod omnia iam conſilia ſint ad Lucernam conſultaturi. Sed vt ad Lucernam redeamus, Plato quum ſummi boni qua poterat cognitionem peruſtigaret, id minime explicare poſſe contendit, ſed ex diutino contubernio, tanquam ex igne ſtatim proſiliente, ſuccenſum ait lumen animam irrepere. Sed longe ante Platonem magnus dixerat Propheta: [c] Lucerna pedibus meis lex tua, & lumen ſemitis meis. &: [d] Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. &: [e] In lumine tuo videbimus lumen. Hinc illa Eſaiæ [f] celebris adhortatio: Illuminare, illuminare Hieruſalem, quia venit lumen tuum. & pleraque huiuſmodi de aduentu Ieſu, qui verum & vnicum eſt lumen. Paſſim vero apud hos ignis Fidei ſymbolum eſt, Lucerna ſcientiæ, quas in manibus habendas diuina inſtitutione commonemur. Et Pſalmo XVIII. illuminandam a Deo Lucernam prædicitur: vbi nonnulli interpretes per Lucernam Intellectum, per tenebras Corpus exponunt: cedunt vero tenebræ, vbi veræ ſcientiæ lumen effulſerit. Quod vero pro lucubratione Lucerna accipiatur, in cauſa ſunt nocturnæ vigiliæ, quæ meditationi maxime commodæ ſunt, & ad excogitandum propter ſilentium aptiſſimæ. Vnde illud, plus olei, quam vini quoſdam abſumpſiſſe. Qua de cauſa Poetæ Noctem *Μουσολύχνιον*, a meditationis promptitudine vocant. Epicharmi dictum eſt, *Si quid ſcitu dignum quæras, nocte meditandum*: &, vt ſemel dicam, Nihil ad ſtudia nocte commodius. Quare non incongruum lucubrationis ſymbolum eſt Lucerna; quum præcipue frequens Ægyptiorum mos fuerit, per inſtrumenta ſæpius eorum vſum ſignificare. Ita Valerianus. Itaque Lucerna duos angues contortos in manubrio gerens, vt maioris eſt myſterij, quam artificij; ſic geminam vigilantiam, Monacho potiſſimum neceſſariam ſignificat.

[c] Pſ. 118.

[d] Pſ. 4.

[e] Pſ. 35.

[f] cap. 60

Lucerna ſymbolum Fidei, & ſcientiæ.

Lucerna cur teſſera lucubrationis.

Nocturnæ vigiliæ cur ad meditandum aptiſſimæ.

Ægyptiorum mos in hieroglyphicis frequens.

De Lucerna Serpentes, & Aquilam habente. Cap. LXVII.

ERuditionem & illa continet, cuius e Cioffiano Muſæo figuram iſtam habuimus:

Lu-

Lib. VI. Cap. LXVIII.



Lucerna quatuor obtinet foramina; quorum maius in medio situm est excipiendo fomiti constitutum; alia vero tria in angulis areæ condita triplici flammifero deseruierunt ellychnio. Ex alto Lucernæ surgit Aquila ventre tenus expansis alis. Immum vero Lucernæ pedem ambiunt angues bini. Aquila certe, quæ visu perspicaciſſima iubar Solis inconniuentibus oculis intuetur, luminis vtcumque perennis indicium esse valet; quod clarius etiam indicant angues, qui passim æternitatis hieroglyphicum sunt apud antiquos. Habere potest ista Lucerna significationem eandem cum superiore, quod Aquila hieroglyphicum sit, etiam [a] Pierio, cogitationis altæ; vnde tum Ethnici finxerunt Aquilam Promethei cor abrodentem, qui fuit hominis alta sapientis imago: tum Nostri D. Ioanni Euangelistæ symbolum tradidere. Sane Aquilam (vt nomen etiam interpretemur) ab acute videndo dictam nonnulli ex veteribus asserunt, vt pote qui Aquilam, quasi aculam, ab acumine dictam velint.

[a] lib. 15.

Aquilæ nominis etymologia.

lint. Quamuis alij ab aquilo colore vocem ducant: est enim aquilus color fuscus & subniger, ab Aqua denominatur. Vtcunque autem, acutissimi visus Aquila est mystice D. Ioannes, qui oculi acie in altissimæ diuinitatis recessum directa, præ omnibus maxime superioris naturæ secreta reuelauit: Cuius facies Ezechieli visa supremum ex quatuor locum obtinere: qui ad abolendam Abionitarum Hæresim, quæ Christum hominem tantum, non Deum etiam asseuerabat, ad altissima remotissimaque rerum principia præpetibus euolauit pennis, deque penitissimo diuinitatis nido nitidissimas ac maxime pellucidas illas gemmas surripuit, quæ postmodum intuentium oculis, quantumlibet conniuentibus, hallucinantibusque micantissimi luminis claritatem attulere. Quare Lucerna hæc, vt Aquilæ stegmate signat elucubrandum esse perspicaciter in Diuinarum Scripturarum alta meditatione; sic ex ea per serpentes ad calcem Lucernæ positos, innuitur calcandas esse Dæmonum suggestiones, qui semper insidiantur [b] calcaneo mulieris, hoc est, humanæ fragilitati; cuius Eua symbolum extitit; nunquam enim Adam a Serpente persuasus fuisset edere prohibitum pomum, atque transgredi mandatum Domini; namque suasu mulieris coniugis id præstitit. Philo [c] vero per Adamum interpretatur hominem superiorem, ac intellectum; per Euam autem sensum, & portionem inferiorem, atque concupiscibilem animæ partem.

[b] Gen. 3. Dæmon vt insidietur calcaneo mulieris.

[c] Leg. Alleg.

De Lucerna Satyrorum Lupanari assistentium. Cap. LXVIII.

ABditioris eruditionis Lucernam Cioffiana sub hac effigie recens ad me transmissa fuit:



Lucerna ex Orichalco, quatuor itidem est pertusa foraminibus; quorum eminentius in tubulo residens, infundendo fomiti paratum fuit; alia terna in area Lucernæ sita, flammiferis papyris dicata fuere. Duobus vtrimque Satyris iuuenili, decoraque facie complectitur; qui tamen cornicula gerunt, & auriculas hircinas, acutas, & prælongas: veretris erectis turpiter procaces videntur. Quin & manibus Iryphallos prætendunt. Vniuersum Lucernæ corpus infra nudis imaginibus hominum deformatur: A sinistra sedere videntur quatuor mulieres, quasi meretrices prostitutæ quibuslibet aduentantibus; a dextris tres ad eas accedentes homines nudi fornicatores velut ad publica scortilla. Quare censuerim istam fuisse Lucernam publici Lupanaris antiqui. Verum enimvero, sicuti nuper ad me Neapoli perscripsit Cl. Seuerinus, *in huiusmodi Lucerna duum Satyrorum custodum depingendis personis ventri circumpositis, nullum est pictoris explicate non exprimentis vitium existimatum; quando ventricosum ea parte vas tum suamet rubigine, tum edacis æui longinquitate prærosum, grauia suæ formæ sensit detrimenta.* Quod autem addit, *Eas imagunculas creditum esse Deorum in vnum conuenientium personas representare:* id ego refellere non ausim aperte. Sed quod nudos homines ibi mihi videre videor ad seminudas, & linteo tenuissimo parum opertas, tantum non apertas vna sedentes aduentare; iam hoc nobis coniecturam facit de lupanari; nã eo loci meretrices qua seminudæ, qua tenuissimo velamento non velatæ prostitutæ sedere consueuerunt expectantes eo sub habitu meretricio viros fornicarios ad cõcubitum; quod & in sacra pagina constat meretrices vel in publica via sedentes, indutasque tenui linteo præstolari fornicatores; Sic enim de Thamar & Iuda legimus: [a] Nunciatumque est Thamar, quod socer illius ascẽderet ad tondendas oues: Quæ depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrium, & mutato habitu sedit in biuio itineris, quod ducit Thamnam, eo quod creuisset Sela, & non eum accepisset maritum. Quam quum vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem; operuerat

Lupanaris Lucerna.

[a] Gen. 38.

A enim vultum suum, ne agnosceretur. Ingressusque ad eam, ait: Dimitte me, vt coeam tecum: nesciebat enim quod nurus sua esset. Qua respondente, quid dabis mihi, vt fruaris concubitu meo? Dixit: Mittam tibi hædum de gregibus. Rursumque illa dicente: Patiar quod vis, si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris. Ait Iudas: Quid vis tibi pro arrhabone dari? Respondet: Anulum tuum, & armillam, & baculum, quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier concepit. Et surgens abijt, depositoque habitu, quem sumpserat, induta est viduitatis vestibus. Misit autem Iudas hædum per pastorem suum Odollamiten, vt reciperet pignus, qui quum non inuenisset eam, Interrogauit homines loci illius: vbi est mulier, quæ sedebat in biuio? Respondentibus cunctis: Non fuit in loco isto meretrix. Reuersus est ad Iudam, & dixit ei: Non inueni eam: Sed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquam ibi sediisse scortum &c. Ex quibus apertissime patet, olim consueuisse meretrices vel fornice ad biuium sito, vel in publico lupanari sedentes, linteoque tenuissimo parum velatas, vt aspectu teneri corporis, & pulchrarum carnium allicerentur homines ad libidinem, expectare viros prætereuntes, & accedentes ad concubitum. Vnde namque Iudas nurum suam, quam operta facie non agnouit (operuit enim vultum larua, personave seu ex densiore panni materia, seu potius e læuigata pelle subtiliori, mascaram Italice nuncupamus) nisi quia sedebat in biuio sola, & amiciebatur theristrio, quod vestis erat linea subtilissima, per cuius tenuitatem summam transparebant eius membra pulcherrima, quæ subito Iudam ad concupiscentiam & libidinem impulerunt, & attraxerunt? Porro de Thamar ista Philo [b] tractans *de Congressu quærendæ eruditionis gratia*, scribit ad verbum: *Sed velata facie sicut Thamar, sedet in triuio, pro meretrice se ostentans prætereuntibus*. De theristrio vero Cælius ex D. Hieronymo dicit in suis Antiquis lectionibus: *Nam & Hieronymus de puella Christo destinata: Nunquam exeat (inquit) foras, ne inueniant eam, qui ciuitatem circumeunt, ne percutiant, & vulnerent, auferant-*

Thamar, & Iudæ historia explicata.

[b] l. 13. c. 6.

Theristrium quid sit late declaratur.

rantque pudicitiæ theriſtrum, & nudam in ſanguine derelinquant. Vbi conſtat appellari theriſtrum id genus veſtis, quod ſuper nudo corpore geſtatur; & vulgo ſubuculam dicimus, Italice *Camiſcia*; quæ linea eſt: dicitur autem pudicitiæ veſtis, tum quia pudoris eſt proprium velamentum; nam pudica mulier ne ſe marito viſendam præbet illa prorſus exutam: & ea ſola contectas omnibus aſpiciendas offerunt atque proſtituunt ſeſe meretrices impudicæ. Quapropter ille non inepte, mulieres fatuas ait vna cum ſubucula ſimul pudorem exuere. Pergit autem ibidem Rhodiginus: *Vt vero Hieronymi verbum intelligas, multis incognitum, dicitur æſtiua veſtis theriſtrum: de qua in veſtium generibus dicitur quoque. Sed aduertenda tamen Hieronymi ſententia in libro Hebraicarum traditionum in Geneſim: Theriſtrum, inquit, pallium dicitur, genus etiam nunc Arabici veſtimenti, quo mulieres prouinciæ illius velantur.* & inferius addit Rhodiginus: [c] *Poſtremo æſtiuam veſtem theriſtron dicimus, & theriſtrion; ſicut hiemalem chimaſtrum: Homerus alaxamenon appellauit. Cocco tingi ſolita, theriſtra, ſcribunt eruditi, tenuiſſima adeo, vti diaphana forent plane. Meminit capite tertio Eſaias: Auferet, inquit, Dominus diſcriminalia, periſcelidas, murenulas, & olfactoriola, mutatoria, vittas, & theriſtria.* Quamobrem theriſtria veſtis eſt linea, tenuiſſima, quæ præ raritate tranſparet, linea, vel ſerica, tincta cocco, quæ pudicis a mulieribus ſuperinduebatur alijs veſtibus, at a meretricibus ſuper nudo geſtabatur, quo carnes oſtentarent nitidas ad aucupandos homines in ſui libidinem; fuitque figuræ, qua nunc apud nos vtuntur Cingaræ nuncupatæ, ſub nomine pallij: Talem vt ſe ſe meretricem Iudæ ſocero mentiretur induit ſuper nudo Thamar, interim ſepoſitis viduitatis veſtibus: Iſtum vero habitum eſſe meretricium in mulieribus, dum ſine veſtibus alijs aſſumitur, clare teſtatur [d] Pererius ad hunc locum Geneſeos inquiens: *Ac Thamar quidem primo non leuiter peccauit, ſimulans ſe meretricem, & libidini tranſeuntium expoſitam; tali namque ſpecie atque ornatu, Iudam vehementer ad peccandum incitauit: Meretricius quippe habitus, locique ipſius, atque temporis oportunitas, magnam ad excitandam libidinem, patrandumque flagitium illecebram habuerunt.*

[c] l. 16. c. 10.

[d] In Gen. c. 38. diſp. 4. v. 19. n. 20.

At vero nullus alius habitus, aut ornatus, præter theriſtrium ibi Thamar habuiſſe dicitur in litera; quocirca theriſtrium abſque veſtibus alijs habitus & ornatus eſt meretricius in muliere, quæ velato vultu ne dignoſcatur, ſedeat in biuio prætereuntium libidini ſe proſtituens, ac eos ad ſui cupidinem alliciens tenuiſſimo velamine corpus proprium vna tantum excepta facie cunctorum obtutui quaſi non velatum exponens. Lyranus etenim eo loci dicit: *Aſſumpſit theriſtrum: veſtis eſt linea, qua mulieres vtebantur æſtate, & dicitur Græce* τέριστρον, *veſtimentum meſſoris æſtiuum.* Geſnerus item in Onomaſtico ſuo dicit, *Theriſtrum, velamen, vel veſtis tenuis, qua vtebantur mulieres Paleſtinæ.* Conſtantinus, & Portus in ſuo lexicographo pariter, *Theriſtrion, & theriſtron, veſtis ſubtilis & æſtiua, veſtimentum Meſſoris. Bud. in epiſt. poſt. Theriſtron nos poſſumus appellare, palliola, quibus obuoluta erat Rebecca: & hodie quoque Arabiæ, & Meſopotamiæ operiuntur feminæ: ab eo quod* Θέροι, *id eſt æſtate & caumate corpora protegant feminarum. Hæc Hieron. in cap. Eſaiæ.* Sed iſtiuſmodi theriſtia, ſicut in calidiſſimis Arabiæ regionibus ob ſubtilitatem ſatis erant ad corpora mulierum defendenda ne nigreſcerent æſtiui Solis ardore, maxime ſuperimpoſita palliola tunicis interioribus; ita ſine veſtibus alijs immediate ſuper nudo poſita tranſparentia meretricum carnes oſtentabant, & aliarum, quibus conſilium erat viros in ſui deſiderium allicere, atq; voluptate delinire; de tali certe theriſtrio loquitur Boccacius in ſuo [f] Decamerone ſcribens: *Et eran veſtite di vn veſtimento di lino ſottiliſſimo, e bianco, come neue, in ſu le carni.* & mox: *eſſendoſi tutto il bianco veſtimento, e ſottile loro appiccato alle carni, ne quaſi coſa alcuna del dilicato lor corpo celando, vſciron del viuaio.* & infra: Regi ad eas rapiendas accenſo comes Vidus ait: *deliberato hauete di torre le due figliuole al pouero Caualiere, il quale in caſa ſua oltre al poter ſuo v'ha tanto onorato, e per più onorarui, quelle quaſi ignude vi ha dimoſtrate.* &c. hoc eſt: *& erant indu-*

[f] Gior. 10. nou. 6.

tæ veſtimento lineo ſubtiliſſimo, & albo, veluti nix, ſuper carnibus. & quum vniuerſum album veſtimentum & ſubtile carnibus earum applicatum eſſet, nec fere rem vllam delicati corporis earum cæleret, exierunt e viuario. & mox, *decreuiſti auferre duas natas pauperi equiti, qui ſua in domo vltra ſuas vires te tantum honorauit, & vt magis honoraret, illas quaſi nudas tibi monſtrauit.* Ceterum meretricium veſtitum olim apud antiquos extitiſſe linteum ſubtiliſſimum, quo nihil fere velarentur mulierum corpora, teſtis eſt [g] Petronius ille, puriſſimus impuritatum ſcriptor in ſuo Satyrico verſiculos accinens huiuſmodi,

[g]cap.37.

„ Aequum eſt induere nuptam ventum textilem:
„ Palam proſtare nudam nebula linea.

Vbi Scholiaſtes ait apte, *id meretricium eſſe*. cui alludit [h] Horatius in Satyris:

[h]l.1.Sat.2.

„ Matronæ, præter faciem, nil cernere poſſis,
„ Cetera, ni Latia eſt, demiſſa veſte tegentis.
„ Si interdicta petes, vallo circumdata (nam te
„ Hoc facit inſanum) multæ tibi tum officient res:
„ Cuſtodes, lectica, ciniflones, paraſitæ,
„ Ad talos ſtola demiſſa, & circumdata palla:
„ Plurima, quæ inuideant pure apparere tibi rem.
„ Altera nil obſtat: Cois tibi pene videre eſt
„ Vt nudam: ne crure malo, ne ſit pede turpi:
„ Metiri poſſis oculo latus: an tibi mauis
„ Inſidias fieri, pretiumque auellier, ante
„ Quam mercem oſtendi? leporem venator vt alta
„ In niue ſectatur, potitum ſic tangere nolit.

Propertius [i] item ad hanc rem cecinit, de Vertumno

[i]eleg.2.

„ Indue me Cois, fiam non dura puella.
„ Atque virum ſumpta quis neget eſſe toga?

Ventum vero pro tenui veſte [k] Tibullus etiam accepit, inquiens

[k]l.3.eleg.2.

„ Poſt hæc Carbaſeis humorem tollere ventis.

Ventum textilem Petronius appellat veſtem ventoſam, & tenuiſſimã, æquantemque propemodum [l] ſubtilitate ventos. Turnebus in Aduerſarijs; quod ſequens verſus dicit, *nebulam lineam*, id eſt, linum, ſeu linteum tenuiſſimum. Irenæus etiam Periander diſſertatione de Lingua Latina, *ventum* ea notione extulit quoque non ſolum Tibullus allatus, ſed etiam [m] Propertius inquiens,

[l] l.1.c.15.

[m] l.1.el.6.

„ Oſculaque oppoſito dicat ſibi debita vento,
„ Et nihil infido durius eſſe viro.

vbi I.S. [n] Pontanus, *vento*, id eſt, veſte, ſiue velamine tenui. Sic ergo meretricius eſt habitus lineus tenuiſſimus, per quem tranſparet muliebre corpus incitans viros ad libidinem. Itaque veriſimile ſatis eſt, quatuor illas imagines feminarum, ſeminudarum, lineisque velaminibus tenuiſſimis ſuper nudo amictarum, & in eodem veluti fornicato conclaui ſedentium, repreſentare meretrices in Lupanari, ad quas introeuntium trium duo priores iam intra ianuam Lupanaris ingreſſi, depoſitis veſtibus ad fornicationis actum parati eas adeunt; poſtremus ille tertius adhuc in limine ſtans, & introgrediens, nondum veſtibus exutus amictus, & veluti galeatus aſpicitur, quod militiam colentes, maxime ſalaces eſſe ſolent, atque mulierum amatores; vnde iam notauimus antea penes [o] Ariſtotelem, non inepte fabulatos fuiſſe veteres, dum Venerem Marti coniunxerunt; quoniam omnes huiuſcemodi homines qui militares atque martiales exiſtunt, proni ſunt ad venerea. Quam quidem coniecturam noſtram de Lucerna iſta pridem ardente in publico meretricum ſcortatorumque Lupanari confirmare videntur illi duo Satyri iuuenes, qui pudendis proprijs petulanter erectis, obſcœniſſimos in manibus tenent, ac oſtentat humanos penes, atque tantum non porrigere videntur Ityphallos, congruum ſtegma, ſymbolumque fædiſſimi proſtribuli; namque Phallorum, Satyrorumque proterue laſciuientium inſignia, maxime decent Lupanaria. Ceterum Satyros iſtos,

[n]analect.c.9

[o] 2.polit.c.7.

istos, quod facie ferina minime sint, sed humana, eademque speciosa, putandum est representare, non illos feros, agrestesque natura vere monstrosa biformes; at vestitu solummodo Satyros, qui sibi cornua vel ex proprijs capillis, vel ex alia materia quapiam ex arbitrio confinxerint, itidem & auriculas acutas, & hirsuta rotunda breuiaque femoralia & lignea calopodia bifida sub hircini pedis figura, veretrumque semper erectum e medijs femoralibus extuberans, ac velut emergens; etenim sibi formant apud nos etiam nunc Heluetij milites, atque Germani prominens e medijs coxis ad inguem laneam, aut sericam veluti thecam humani penis erecti. Quin & antiquitus in Italia quoque viri principes, vt ostendunt antiquæ picturæ, coxales rotundos, atque breues habebant femoralia, e quibus brachetta nuncupata prosiliebat; & infra totum fere femur cum tibia oblonga desinebat in pedem angustum, proxime referentes imaginem Satyrorum; nempe referunt, hi qui delineati sunt in Lucerna Satyros, qui natura fuerunt homines petulantes, obscæna loquentes, lasciuiam spirantes, habitu, moribusque Satyros petulantissimos; de quibus antea sæpe notauimus [p] Aelianum in sua varia historia luculenter egisse: verum & nunc adnotare lubet etiam a [q] Theocrito in Bucolicis proponi petulantissimum colloquium amatorium bubulci Daphnis, & puellæ, quam post oscula, & papillarum lasciuas contrectationes, denique non repugnantem vitians defloratur; a qua bubulcus ille nomine Satyricus appellatur, ob mores petulcos & habitum

[p] l. 3. c. 40.

[q] Idyll. 27.

A certe, non ob naturam: Versus autem hi sunt

Daphnis, Puella.

„ Prudentem Helenam Paris rapuit bubulcus alius:
„ Magis (prudens) hæc Helena est, quæ me bubulcum osculatur.

Puella.

„ Ne gloriare, Satyrisce: inane osculum esse dicunt.

Daphnis.

B „ Est etiam in inanibus osculis dulcis voluptas.

Puella.

„ Lauo os meum, & osculum despuo.

Daphnis.

„ Lauas ne labra tua? da mihi iterum vt osculer.

Puella.

„ Decet te vaccas osculari, non innuptam puellam.

& reliqua; ex quibus apparet, apud antiquiores appellari nomine Satyri, C non solum qui natura biformes essent, sed etiam qui vel habitu, vel moribus procacibus ac petulantibus, vel vtraque ratione natiuos Satyros imitarentur; cuiusmodi fuit iste bubulcus Daphnis apud Theocritum, & illi duo in Lucerna Cioffiana delineati, proprios pudendos, & alienos Ityphallos offerentes, & hominum quemlibet ad Lupanaris illa scortilla velut inuitantes.

D

De Lucerna Leonis mystici. *Cap. LXIX.*

MEmorabilis alia Lucerna pariter ex instructo Cl. Cioffij Gazophylacio recens ad me transmissa talis est:

Lib. VI. Cap. LXX.



Jo. Georg. sculps.

Lucerna diuyennis, vigilem Leonem cubantem habet ad fundum, Zona medio ventre, dorsoque præcinctum. Profecto Leonem esse parcissimi somni, ac fere nullius, quod oculos apertos habeat semper, etiam dum dormire dicitur, eosque micantes, assidue que tunc etiam caudam agitet, plerisque putatum est antiquorum cum Aegyptio Manethone penitus insomnem esse: propterea Sacerdotes Aegyptij Leone vigilantiam, & custodiam maxime rerum sacrarum significabant, eamque perennem; vt late notauit Valerianus initio suorum [a] Hieroglyphicorum. Zona vero significat apud eundem autorem virginitatem pariter atque fortitudinem; proindeque flammam, quæ

Leonum insomnis.

Leonis Hieroglyphicum.

[a] l. 1. Zona quid mystice signet


A Virgo sterilis est, & indomita. Quo circa Leo Zona cinctus in Lucerna signat flammam indomitam, perennemque. *Virginitatem*, inquit, *per Zonam significari tam Græcorum & Latinorum, quam etiam Hebræorum assertio est.* & mox: *Denique plerisque locis Diuinæ literæ Zonam pro Fortitudinis hieroglyphico ponunt. Cinctus ipse apud Romanos strenuum significat, vti discinctus imbellem,*
B *& ignauum, ac nihili hominem notat.*

De Lucerna laruata & lemniscata. Cap. LXX.

LVcerna ex eodem Musæo habita faciem obtinet huiusmodi:

Ter-

Lib. VI. Cap. LXXI.




Terno foramine gaudet; quorum medium amplius hauriendo fomiti datum; duo lateralia angustiora efferendis ardentibus ellychnijs, hexagonam figuram habet, sed oblongam, in duo acumina desinentem ad latera, longitudinem terminantia; ex vtroque latere prominet facies humana, veluti larua; e cuius ore dependet vtrimque lemniscatæ coronæ, quas vulgus Italicum appellat *Festoni*.

De Lucerna Crucis Columbam habentis. Cap. LXXI.

ALia vetusta Lucerna spectatur in libro De Roma subterranea in hanc effigiem:

Con-

Lib. VI. Cap. LXXII.




Jo. Georg. sculps

Constructa est ex ære: pensilis est e tribus catenulis: vnilychnis est: habet in medio foramen, in quod oleum infundebatur; cui foramini deest operculum; adsunt attamen ansulæ duplices, in quod inserebatur: A postica parte Crucis oblongæ signum prominet. Crucis extremo superiori pectore tenus exurgens adhærere videtur auicula, puto Columbam, hieroglyphicum Spiritus Sancti. Surgit e dextro Crucis brachio, siue potius ex inferiori brachij latioris apice, manubrium Lucernæ tortius arcuatum; e quo longior catena protenditur; quæ tandem inseritur anulo magno, e quo duæ breuiores aliæ catenulæ dependere videntur, quarum altera inseritur ansulæ de centro Crucis exurgenti: & altera pariter inseritur ansulæ de Lucernæ vmbilico prominenti. Fuit dubio procul antiqua primitiuæ Ecclesiæ, Tyrannorum a facie se persequentium fugientis, & in subterranea Roma degentis.

De Lucerna Auis rapacis. *Cap. LXXII.*

ALia vetus Lucerna spectatur in eodem libro sub ista figura:

Lych-



Lychnuchus pensilis est item; bilychnis: habet in medio foramen, oleo excipiendo, cui non deest operculum eleuatum ad ansulas insertum: Manubrium habet ad partem posticam protuberans; quod ad instar colli cuiusdam terminatur in caput auis adunco rostro, quo tenet granum vuæ, vel cerasi fructum, vel quidpiam aliud huiusmodi rotundum. Consimilis structuræ, sed vni-

A lychnem habet D. Gilbertus. Nec vllius est capax eruditionis.

De Lucerna continente symbolum Romanæ fortitudinis, & eloquentiæ in lingua, & pene. Cap. LXXIII.

POst has quinquagesima prima reponenda videtur alia pulchra Lucerna Cioffiana talem habens effigiem:

Lib. VI. Cap. LXXIV



Lucerna hæc metallicam materiam habet ex Orichalco: vnilychnis est: foramine lychni flammiferi sedem habente in eius veluti naso, rostrove. In vmbilico sui, medium areæ supernæ ventrem obtinente, spectatur imago pudendi virilis cum testiculis, in foramen oblongum perspiratui dicatum, effigiata. E regione flammigeri myxi surgit in arcum ansula manubrij, desinens in caput Anseris, ore aperto veluti vociferantis, & linguam exerentis. Desinit autem manubriolum hocce sui parte postica in faciem humanam, e cuius ore pendere lingua conspicitur. Porro sunt ista tria, facies hominis linguam pendulam habentis, caput Anseris vociferantis, & virile pudendum, effi-

A gratis, & animi causa, sine peculiari significatione ab opifice, sicut etiam quæ capiti subsunt ornamenta quædam. Verum enimvero si quis a me postulet aliquam horum mysticam significationem, reconditamque velit his ornamentis allegoriam; in mentem venit expatianti per eruditionum floridarum campum, hanc esse potuisse Lucernam olim ardentem in sepulchro cuiuspiam
B Romani, tum sago, tum etiam toga præcellentis: vel a quopiam tali viro donarium positum fuisse Deorum alicui; potissimumque Marti, sub cuius tutela Romani fuerunt, & a quo priscam originem duxisse gloriantur, Martem prædicantes Romuli patrem. Certe Romani duabus potissimum dotibus præ-

præcelluere; Fortitudine militari, & Eloquentia; quum illa totum pene terrarum orbem domuerint: ista mirifice quoque nationes exteras quamplures sibi conciliauerint. Profecto facies humana decora linguam exerens, eloquentiæ Romanæ symbolum est aptissimum; ac eo magis, quo Romanorum eloquentissimus M. ille Tullius, non immerito Pater eloquentiæ salutatus ab omnibus; vt viuens linguam exercuit eloquentissime; sic etiam mortuus misere coactus fuit exerere linguam cruciandam, acuque perforandam vt ait [a] Crinitus, post Valerium [b] Maximum, ab immanitate coniugis Antonij, aduersus quem Philippicas conscripserat; qui caput eius Romæ cum amputatis manibus delatum affigi iussit pro rostris in tribunali, dum agerentur comitia, spectaculum horrendum populo, vt ait in eius vita [c] Plutarchus. Et certe caput humanum, a busto seiunctum, ex ore aperto linguam exerens, esse sermonis & eloquentiæ symbolum aperte proponit Valerianus in suis [c] Hieroglyphicis ita proponenens ac explicans figuram, quam ponit humani capitis cum exerta lingua dicens:

[a] l. 1. de hon. discipl. c. 8.
[b] l. 5. c. 1.
[c] l. 35. p. 255. f.

SERMO.

» Porro autem orationem vnamquamque tradunt ex manu significari, quamuis alio loco prensam manu linguam id facere dixerimus. Ea tamen differentia habetur, quod species illa non orationem tantum, sed eloquentiam indicabat. Manus vero vnumquemque sermonem per se ipsa significat, quod vna cum sermone manuum etiam motum expetimus, vt ait Artemidorus: histriones enim vel celebres inuenias solœcismi redargutos, quod gestu manuum aliquando peccassent: de quo alibi. Contra vero erant Hermea signa, quadrata sine manibus & brachijs, solo quippe insignita capite, eaque præcipue apud Athenienses: sed in quorum medio virilia etiã adsculpebantur. Sermonis hæc erant indicia, vt in pudendis etiam ostensum, Mercurij quippe ipsius vim ostendebant. Nam is & Cyllenius vocatur, quod κύλλας Græci vocant eos, qui sine manibus sunt. Ostendit vero hoc, sermonem suapte vi pollere, & sine manibus omnia confi- »
cere. Hæc ille: vt hinc aperte constet, apud antiques, caput humanum exerta lingua ex ore patulo hieroglyphicum esse sermonis, & eloquentiæ; qua plurimum vt & militari fortitudine, Romani pridem excelluere. Sed & antea de Lingua tractans ex professo Pierius asseruerat. Sane quidem He- l. 33.
bræi per Lason, quæ Lingua est, ser- »
monem intelligunt, vnde forte λαλεῖν »
Græcis. A Dico verbo nimirum Latini »
Dinguam olim appellauere: inde D »
litera in L mutata, Aeolum more, Lin- »
guam fecimus: Vt etiam Sellam, quæ »
prius a Sedeo, Sedda dicebatur. Aiunt »
tamen Grammatici veteres, Pompeium »
Magnum Dinguam semper scribere »
solitum. Esto igitur sermo lingua. (& »
mox) Sed non improprio quorundam »
inuento excogitatum est, hanc dicendi vim (eloquentiam scilicet) per lin- »
guam perforatam a qua catenulę quam- »
plurimæ religatæ ad aures subsequentis multitudinis applicarentur significare. Nam Herculem Galli senem ad- »
modum, corpore tamen perualido, cru- »
do, viridique faciebant Leonis spolio, »
claua, pharetra, & arcu intento præditum, armatumque eo gestu vt ingredi videretur, facie tamen in humerum »
conuersa ad numerosam multitudi- »
nem, quæ gressum eius subsequeretur, »
ad quorum omnium aures catenæ sin- »
gulæ aureæ adiunctæ essent, quæ mox »
in vnum quasi nodum collectæ, in per- »
foratam Herculis linguam immittebantur. Contemplari vero erat in ea pictura vultum Herois blando mansueto- »
toque gestu hilarem, ipsosque cætus »
hominum ita catenis tractos sponte »
properare, quasi alius alium præuenire »
concertarent. Quod quidem siue Gal- »
lorum fuit inuentus, siue Lucianus ip- »
se, qui rem conscripsit; qua erat ingenij »
felicitate fabulam ex se commentus »
est, nihil meo iudicio ad eloquentię vim »
exprimendam significantius excogitari potuit, neque magis hieroglyphicum. »
Nam quod ad Gallicanum figmentum »
spectat, Cornelius Tacitus Gallos ait »
duas semper artes studiosius exercuisse, militarem quippe, & disceptandi ratione m. Reliqua ad hanc rem perti- »
nentia, quid singula sibi velint, apud »

Manibus vt solœcismi fiant in sermone.

Mercurij statuæ cur sine brachijs.

Lu-

» Lucianum ipsum inspicienda. Et quo-
» niam eloquentia tam boni, quam mali
» causa fuit, estque quotidie, merito Ana-
» charsis quid esset in homine pessimum,
» quidque optimum interrogatus, Lin-
» gua respondit. Lingua porro Mercurio
» sacra, quam ab eo regi sidere Mathe-
» matici tradunt. (& mox) Aiunt vero
» Aegyptij Mercurium primum omnium
» verba in ordinem redegisse, multisque
» rebus incidisse nomina: literas eius in-
» uentum fuisse, Deorumque cultum in-
» stituisse; quæ sine magna vi eloquentiæ
» mortalium mentibus insinuari minime
» potuerint. Ceterum virile membrum
» hieroglyphicum apud antiquos fuisse
» fortitudinis militaris, roborisque cor-
» poris apertissime testatur [e] Valerianus
» in Hieroglyphicis inquiens: Pudendo-
» rum significata his adiungere necessa-
» riũ est. Nam vetustas illa vt minus vitio-
» sa fuit, ita simplicius apertiusq. de vna-
» quaque re philosophata est: neque erat
» tunc temporis in humano corpore quic-
» quam, quod vel visu, vel nuncupatione
» sua turpe iudicaretur. Prauis vero mo-
» ribus subcrescentibus, multa decernen-
» da fuere tam factu esse, quam dictu tur-
» pia, vt qui rebus suis modum præscribe-
» re nescirent, ipsius saltem turpitudinis
» infamia absterrerentur. De antiquissi-
» ma igitur disciplina dicturus, quæ ad si-
» gnificationem figuræ illius, quæ tam
» visu quam dictu obscæna iudicatur, per-
» tineant, veniam mihi dari postulo, ac in
» eam hæc accipi partem cupio, propter
» quam & prius excogitata a veteribus
» illis fuerunt, & a me nunc in commu-
» nem vsum prolata, eo quidem consilio,
» vt hæc illis scriberentur, qui sanctius in-
» stituti, rerum viscera, & intimas medul-
» las, non verborum superficiem, examin-
» arent.

Penis nota militaris fortitudinis.

[e] lib. 34.

MAGNANIMITAS.

» Esto igitur prima pudendi virilis signi-
» ficatio, quæ tot columnis incisa, tot
» obeliscis notata, tot alijs veterum mo-
» numentis insculpta, magnum, & ere-
» ctum viri fortis animum ostentarint.
» Extant adhuc columnarum frusta ali-
» quod in Sesostreos memoriam erecta-
» rum, quæ literis Aegyptiacis inciſę sunt,
» in quibus vtriusque sexus naturæ in-
» sculptæ conspiciuntur. Sesostrem enim
» hunc Theopompus libro III. appellat,
» A quem Sesonchosim aliqui nominarunt,
» qui scilicet Aegypto regnauit vniuer-
» sæ, imperiumque in Europam protulit,
» de quo apud Herodotum multa. Vbi
» igitur in columnis, aut obeliscis ab eo
» positis virilia pudenda conspexeris;
» bellicosos, strenuos, & magnanimos vi-
» ros armis ab eo superatos intelligas.
» Nam & coniectores mulierem, quæ vi-
» rum, & liberos habeat, si commutatam
» se in marem somniauerit, viduam bre-
» ui futuram conijciunt, atq; ita viri mu-
» neribus functuram: quæ vero liberos
» non habeat, mares parituram: quæ vir-
» go sit, futurum vt primo quoque tem-
» pore matrimonio elocetur. Ita semper
» ea humani corporis pars aliquid sem-
» per indicat, quod ad negotia virilia
» pertineat.

Somnium viduitatẽ mulieri p̃nuncians, aut masculà in prolem, aut nuptias.

FORMIDOLOSVS, ET IMBELLIS.

» Vbi vero in monumentis ijsdem mulie-
» bria videris incisa, argumentum est, im-
» belles, molles, & inertes homines ab
» eo subiugatos, cuius nomen vel nota
» superposita fuerit. Ad quod dubio
» procul respexit [f] Homerus, quum
» Thersitem Græcorum pusillanimita-
» tem increpantem his verbis inducit,
» κακ' ἔλεγχε ἀχαιάδες, ἀχέτ' ἀχαιοι. Id
» quod ad Numanũ se se & sua glorioso
» iactantem non inuenuste transtulit Ma-
» ro, [g] dum eum, o Phrygie (neque
» enim Phryges) in obsessa Troiano-
» rum castra dicentem inducit. Alibi vi-
» rorum negotia ita [h] præscribit, vt hi
» bella pacemque gerere deberent. Et
» Horatius virilem Cleopatræ animum
» obstupescit, quæ generosius perire
» quærens, ensem haudquaquam mulie-
» briter minus expauerit. Apud eun-
» dem Tyrteus Poeta non mulieres, sed
» mares potius animos in Martia bella
» versibus exacuit. Ouidius quoque in
» Eunuchum, quum militem virum esse
» debere assereret, Ista mares tractant,
» dixit, tu spes depone viriles: Ad hæc,
» Onirocritæ dicunt, si princeps quispiam
» in feminam se degenerasse per noctur-
» nam sit imaginem arbitratus, futurum
» vt loco deijciatur, propterea quod
» mulieres plurimum imperijs virorum
» subijciuntur: vt propterea recte citari
» debuisset integer [i] Homeri versi-
» culus:

[f] 2. Iliad.

.i. mala, pbra Achaicæ, nonitẽ Achiui.

[g] 9. Aen.

[h] 7. Aen.

[i] 2. Iliad.

Ωπέ-

Ω πέπονες: κακ' ἔλεγχε, Ἀχαιάδες, οὐκέτ' Ἀχαιοί: hoc est

» O imbelles, mala vituperia, Achaicæ, non item Achiui.

Ita ergo virile pudendum hieroglyphicum est fortitudinis militaris in obeliſco Seſoſtridis Aegypti Regis; adeoque poteſt eſſe conſimile ſymbolum in Lucerna militis Romani. Verum enimvero nedum fortitudinis animi, ſed etiam corporei roboris indicium eſt hominis membrum illud, quod milites corporeo robore pollere debeant, & eo pollentes ad venerea maxime procliues, & potentes exiſtant; de procliuitate quidem iam olim [k] Ariſtotelem audiuimus aſſerentem: *Videtur autem qui primus fabulatus eſt, non irrationabiliter Venerem Marti coniunxiſſe; quoniam omnes huiuſcemodi homines proni ſunt ad Venerea, aut maſculorum, aut mulierum, illisque obnoxij.* De poteſtate vero, Natalis [l] Comes e Pauſania, & alijs antiquis infit, in ſua Mythologia: *Quum Theſpius Rex Bœotiæ famā rerum ab Hercule geſtarum percepiſſet, putauit ſuis rebus optime fore conſultum, ſi quum quinquaginta filias haberet, totidem præſtantes robore corporis, & animi ſententia filios ex illo ſuſciperet: Quare Herculem ad conuiuium inuitauit; & perbenigne magnificeque exceptum, ita demum ebrium fecit, vt omnes quinquaginta filias eadem nocte vitiaret, præter vnam, quæ, vt teſtatur Pauſanias in Bœoticis, perpetuum ſibi ſacerdotium prius indixit. Ferunt ſingulas earum mares filios peperiſſe, præter maioris & minoris ætatis duas, quæ geminos pepererunt.* Verba Pauſanię [m] ſunt:

» Habent Herculis etiam Theſpienſes templum: ſacerdotio fungitur *puella*, ad extremum vſque vitæ tempus virginitatem retinens. Eius rei cauſam talem aſſerunt: Herculem tradunt Theſtij filias quinquaginta (tot enim erant) eadem nocte conſtupraſſe, vna excepta: eam, quum ſola obſequi recuſaſſet, ſacerdotem ſibi, perpetuæ virginitatis lege data, legiſſe. Audiui tamen alios, qui omnes *plane* Theſtij *quinquaginta* filias ab Hercule eadem *vna* nocte vitiatus, & ei ſingulas mares filios peperiſſe narrarent. & quidem geminos, natu maximam, & minimam. Etiamſi ab illa ſententia de condemnatione recuſantis coitum vnius ad perpetuum ſacerdotium, perpetuamque virginitatem, non immerito diſcedere videatur Pauſanias immediate ſubnectens: Ego vero adduci nunquam poſſim vt credam, Herculem in amici hominis filiam ira tam acri incitari potuiſſe: quandoquidem Virginitas apud antiquos erat malum quid, ac opprobrium euitabile; quapropter etiam legimus in diuina [n] pagina filiam Iephtæ non horruiſſe a patre ſacrificari Domino, ſed tantum ab eo petijſſe tempus, quo ſuam virginitatem lugeret: ſcribitur enim: *Reuertenti autem Iephte in Maſpha domum ſuam, occurrit ei vnigenita filia ſua cum tympanis, & choris. Non enim habebat alios liberos. Quæ viſa ſcidit veſtimenta ſua & ait: Heu me filia mi, decepiſti me, & ipſa decepta es: Aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero. Cui illa reſpondit: Pater mi, ſi aperuiſti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcunque pollicitus es, conceſſa tibi vltione, atque victoria de hoſtibus tuis. Dixitque ad patrem: Hoc ſolum mihi præſta, quod deprecor. Dimitte me vt duabus menſibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum ſodalibus meis. Cui ille reſpondit: Vade: & dimiſit eam duobus menſibus. Quumque abiiſſet cum ſocijs, ac ſodalibus ſuis, flebat virginitatem ſuam in montibus. Expletisque duobus menſibus reuerſa eſt ad patrem ſuum, & fecit ei ſicut vouerat. Quæ ignorabat virum.* Vbi Lyranus, defleuiſſe ſuam virginitatem ait illam, *quia tunc temporis opprobrium erat mori ſine prole:* Quare maximam pœnam infligiſſet Hercules filiæ amici, ſuũ concubitum recuſanti, dum eam ad perpetuam virginitatem damnaſſet, & ad perpetuum ſacerdotium elegiſſet. At vero de mirabili robore ac fecunditate Herculis in rebus Venereis antiquum placitum accipere viſus eſt etiam Ariſtoteles alicubi ſcribens: [o] *Sunt & viri, qui non niſi feminam procreent: & mulieres, quæ non niſi marem: & contra, vt de Hercule fabulantur, qui inter duos & ſeptuaginta liberos feminam vnam tantummodo genuit.* Quum itaque fecunditas, & robur maſculorum & Venereis actibus exercendis fortitudinem animi ſimul & corporis indicet, maximeque ſpectetur in viris martialibus; & viciſſim

[k] 2. polit. c. 7

[l] l. 7. c. 1.

[m] l. 9.

[n] Iudic. 11.

[o] 7. hiſt. c. 6.

indicetur hieroglyphice per eam partem corporis, per quam exercetur; quid mirum similes Romanus in ea Lucerna, quam vel ipse Deo cuipiam suo consecrauit, vel intra sui sepulchrum ponendam reliquit imaginem posuit membris virilis? Quin & eodem hieroglyphico significare potuit Romanam eloquentiam; etenim vt obseruat paulo post idem [p] Valerianus in suis hieroglyphicis: *Sermonis efficaciam persuadendique vim ostentare veteres si voluissent, Mercurij simulachrum grandiori iam ætate, barbatum, & effæto propemodum corpore, natura tamen obscœnius excitata, eaque tantum parte validissimum faciebant; cuiusmodi signum Cyllenis fuisse Pausanias tradit: atque ego sigillum ea specie æneum apud Fabium Caluum Rauennatem Romæ vidi: cui quidem signo, præter hæc, vestis erat suffarcinata; in cuius sinum poma, fœturæ scilicet indicium condebantur; nempe quod sermo, cuius omnino symbolum est Mercurius, in grandiori, prouectioque ætate vim quandam propemodum generandi, transigendique aliquid habeat, vt quod in consultatione propositum est, deliberet, persuadeat, ac omnino conficiat. Artemidorus Onirocrita scribit, se quoque Cyllenis vidisse Mercurij simulachrum, cuius species non alia erat, quam pudendi virilis effigies: eaque de causa coniectores super sermone differunt, quæ quis per eius partis imaginem somniauerit.* Pierius autem ibi Mercurij proponit imaginem. Sed ante Pierium non semel obseruauimus Plotinum, insignem illum Philosophum Platonicum, admonuisse veteres per Mercurij simulachrum habentis veretrum semper paratum ad effectum generationis, indicare consueuisse nostrum intellectum, qui produceret in sensibus, hoc est auditoribus, sapientiam; ait enim: [q] *Hinc prisci, vt arbitror, sapientes in sacris mysterijs id subobscure significantes, antiquum Mercurium introducunt instrumentum generationis ad operis effectum semper habentem; generantem vero in sensu declarantes esse intelligibilem rationem.* Ita sane membri virilis imagine formata in Lychnucho miles Romanus eloquentia præstans, æque significare potuit Romanam fortitudinem militarem, ac eloquentiam; qua mentem excultam gerens audientium in animos quicquid vellet cum persuasione sereret. Denique vero nec minus abest a Romano hieroglyphico caput anseris aperta bucca vociferantis; nota siquidem historia satis est apud [r] Liuium asserentem: Dum hæc Veijs agebantur, interim arx Romæ Capitoliumque in ingenti periculo fuit. namque Galli, seu vestigio notato humano, qua nuncius a Veijs peruenerat, seu sua sponte animaduerso ad Carmentis saxum descensu æquo, nocte sublustri quum primo inermem, qui tentaret viam, præmisissent: tradentes inde arma, vbi quid iniqui esset, alterni innixi, subleuantesque inuicem, & trahentes alij alios, prout postularet locus, tanto silentio in summum euasere, vt non custodes solum fallerent, sed ne canes quidem, sollicitum animal ad nocturnos strepitus, excitarent: Anseres non fefellere; quibus sacris Iunoni in summa inopia cibi tamen abstinebatur: Quæ res saluti fuit; namque clangore eorum, alarumque crepitu excitus M. Manlius, qui triennio ante Consul fuerat, vt bello egregius, armis arreptis simul ad arma ceteros ciens vadit; &, dum ceteri trepidant, Gallum, qui iam in summo constiterat, vmbone ictum deturbat. Cuius casus prolapsi quum ceteros sterneret, trepidantes alios, armisque omissis, saxa; quibus adhærebant, manibus amplexos trucidat. Iamque & alij congregati telis missilibusque saxis proturbare hostes, ruinaque tota prolapsa acies in præceps deferri. Sedato deinde tumultu, reliquum noctis, quantum in turbatis mentibus poterat, quieti datum est. Plinio [s] consimiliter: *Est & Anseri vigil cura, Capitolio testata defenso, per id tempus Canũ silentio proditis rebus: quam ob rem Cibaria Anserum Censores in primis locant.* M. Tull. pro Roscio Amerino dicit: *Anseribus Cibaria publice locãtur.* Aelianus [t] eadem, quæ Liuius, habet in Animalium historia. Lucretius item [u] hoc factum memorat, canibusque præfert anseres in olfactu,

„ ---------- ideoque per auras
„ Mellis apes quamuis longe ducuntur odore;
„ Vulturijque cadaueribus: tum fissa ferarum

Vn-

[p] l. 34.

[q] en, 3. l. 6. c. 19.

[r] l. 5.

[s] l. 10. c. 22.

[t] l. 12. c. 30.

[u] lib. 4. Bruta quæ olfactu a longe polleant.

» Vngula quo tulerit greſſum, promiſ-
ſa canum vis
» Ducit: & humanum longe præſen-
tit odorem
» Romulidarum arcis ſeruator, Can-
didus Anſer.

Iure merito igitur Miles Romanus in iſta Lucerna poſuit etiam caput anſeris ore aperto, & lingua clangentis, tum vt amicum animal peculiari ratione cultum & altum publice a Romanis; tum A ob vigilantiam, & cuſtodiam nocturnam, quæ maximopere militem decet.

De Lucerna ludicra, ſeu obſcæna Pighettiana. Cap. LXXIV.

ADijciendam hic eam Lucernam voluit amicus, qui ſimulachrum ridiculum eius ad me detulit, cum ipſamet ærea Lucerna e Muſeo Cl. Viri Iacobi Pighetti, Patricij Bergomenſis, in hanc effigiem;



Lucerna est ex ære, nudum corpus humanum refert, caput capillis crispis præditum inter duo crura sursum elata constringens, pedibus ambobus in altum supra caluariam sublatis: incuruatur & summo nixu fæces alui deponere videtur in vasculum prominens, ellychnij flammulam habere solitum in Lucerna, quasi non excrementorum amurcam, sed oleum homo podice deponeret in Lucernæ caueam, magnum egerendi conatum exprimens bucca, velut in clamore, nimis hiante. In vtriusque pedis planta supina media foramen apertum viscitur in tibiam tendens, non quidem per quod oleum in Lucernæ cauitatem infunderetur; quia nullum eorum foraminum vltra mediam tibiam protenditur; sed, arbitror, in quod vtrumque ferrei, vel ærei emunctorij crus infigeretur. At oleum infundebatur in Lucernam per oris hiantis valde patentem meatum. Incertum, an imago virum Aethiopem referat, an mulierem; non enim ostentat vlla sexus alicuius indicia, non apparentibus virilibus organis, neque muliebris pudendi myrto. Capillorum crisporum breuitas non arguit necessario masculum, quia feminæ Mauræ capillitio similiter crispo breuique sunt, vt viri regionis torridæ. Pudenda virilia possunt abesse, propterea quod castrati sic apud barbaros deformari sæpissime soleant, virilibus totis amputatis ab radice; quũ eos eunuchos ad custodiam vxorum suarum ponere consueuerint, nolunt quid in eunuchis relinquere, quod eas ad stuprum pellicere, solicitareque valeat. Sexus autem muliebris delitescere facile potest, versus ac imminens inferne prominenti vasculo e clunibus. Huiuscemodi figuram quum adspexisset nuperrime Cl. Vesslingius noster Anatomicus, ipsi valde placuit ridiculum ac elegans Lucernæ schema; memoriamque subiecit hominis ex spasmo emprosthotono Græce nuncupato, prompte figuram illam antrorsum incuruato corpore citra lusum violente representantis. Adiecit insuper, obseruasse se pridem apud Aegyptios Alexandriæ (vbi quinquennium Medicus egit in iuuenta Illustrissimo Consuli Veneto) Aethiopes homines ob mi-

Eunuchi barbarorum quales.

A ram ligamentorum laxitatem, reiecto in ceruicem vtroque crure, eodem penitus modo carinam e dorso, atque e reliquo corpore cymbam efformasse. Quin & mulierculas ex eadem natione, vt libidinem virorum incenderent, tenuissimo velo tectis pudendis (quod mirifice facere videtur ad confirmationem antea dictorum in superiore Lucerna Neapolitana, duum Satyrorum custodijs munita) ad musicæ sonum atque concentum corpus ita figuratum, B per orbem in triclinijs permouere consueuisse. Vt iam ista figura deprauatæ Naturæ leges in conuulsione, vel Artis etiam Mimicæ, meretriciæque lusus non transcendat, indicetque penitus artificis ludibundam imaginationem.

Secunda Lucernæ declaratio.

Sed quid ni dixero, Lucerna fædiore representari pœnam mœchorum antiquam, & pueros turpiter inclinantium, quam referunt Aristophanes, Catullus, Iuuenalis, & alij veteres poetæ Sa- C tyrici? testantur omnes hi, pœderastas pariter atque mœchos, id perpeti consueuisse, vt sublatis pedibus violentam admitterent in depilatos vulsella podices raphanorum, & mugilum, & ligneorum contorum impulsionem. Sane primus omnium Aristophanis in Nubibus Iustum & Iniustum altercantes inducit ita [a]

Pœna mœchorum vetus, & pæderastarum.

[a] Act. 3. Sce. 3. f.

INIVS. *Si mecum versari optas, natura vtere, lude, ride,*
Nihil pro turpe ducito. Nam si fueris adulter
Comprehensus: ea contra aduersarium tuum loqueris,
Quibus demonstres te nullam iniuriam cuiquam intulisse:
Sed & culpam in Iouem reijcies: quod item amore victus
Inierit feminas; & quomodo tu, qui homuncio sis,
Plus possis, quam Deus, qui summa cæli templa fulcit?
IVST. *Quid autem, si tibi obsequendo vulsuram patiatur,*
Et raphano in anum immisso, pœnam exoluat: cinisque
In loca vulsa inspergatur: quas tum rationes habebit,
Quibus probet sibi non esse ampliatum podicem? dic.

Multo postea Catullus [b] ad Aurelium scribit,

[b] epigr. 15.

Com-

„ Commendo tibi me, ac meos amo- A
res,
„ Aureli, veniam peto pudentem:
„ Vt si quicquam animo tuo cupisti,
„ Quod castum cuperes & integellum,
„ Conserues puerum mihi pudice:
„ Non dico a populo: nihil veremur
„ Istos, qui in platea modo huc, mo-
do illuc
„ In re prætereunt sua occupati:
„ Verum a te metuo, tuoque pene
„ Infesto pueris bonis malisque: B
„ Quem tu qua lubet, & quo lubet,
moueto
„ Quantumvis, vbi erit foris, paratum.
„ Hunc vnum excipio, vt puto, pu-
denter.
„ Quod si te mala mens, furorque ve-
cors
„ In tantam impulerit, sceleste, cul-
pam:
„ Ah tum te miserum, malique fati,
„ Quem attractis pedibus, patente
porta,
„ Percurrent raphanique, mugiles-
que.

[c] Sat. 10. f. Iuuenalis itidem in proposito [c] cecinit:

-Nunc ergo Iuuenis specie lætare tui,
quem
Maiora expectant discrimina: fiet adul-
ter
Publicus; & pœnas metuet quascumque
mariti
Exigere irati: nec erit felicior astro D
Martis, vt in laqueos nusquam incidat:
exigit autem
Interdum iste dolor, plusquam lex vlla
dolori
Concessit: necat hic ferro: secat ille
cruentis
Verberibus: quosdam mœchos mugilis
intrat.

Sed & Didymus apud Homerum in Iliade, in verbo ὦλα ἁλσὰ: Latine lo- E
qui sic e Græco doctus: *De Adulteris legitur. Tribus enim Atticæ, Laciadæ: in qua multi raphani, quibus vtuntur ad irrisionem eorum, qui in adulterio deprehensi. Vtuntur vero manubrijs quoque securis in altum intromissis, deficientibus eis,* raphanis videlicet. In hanc ferme sententiam tum obscœni carminis autor, ab Achille Statio citatus apud Catullum,

„ Traiectus conto sic extendere pe-
dali,
„ Vt culum rugas non habuisse pu-
tes.

tum etiam Stephanus de Vrbibus, quem sic exposuit Carolus Stephanus in Dictionario Historico: *Lacia, vel Laciade: vicus in Oeneide tribu: Tribulis, Laciades: Stephanus:* Hi abundabant raphanis, quibus vetebantur in deprehensos in adulterio, ludibrij causa: tum quoque Suidas: *Et raphanis in podicem iectis puniri: euulsis pilis podicis, cinere* calido *aspergi, apud Aristophanem de impudicis dicitur. Sic enim mœchos in adulterio deprehensos fede tractabant. Raphanos capiebant, quos in eorum podices immittebant, & eos pilis euulsis nudabant, & calidos cineres aspergebant, eos abunde sic excruciantes.* Horatius tamen obscœniorem pœnam per calonum nephariam venerem adulteris, inter alias multas, irrogari notat [d] illis versiculis. [d] Sat. 7.

C „ Audire est operæ pretium, procede-
re recte
„ Qui mœchis non vultis, vt omni par-
te laborent:
„ Vtque illis multo corrupta dolore
voluptas,
„ Atque hæc rara cadat dura inter sæ-
pe pericla.
„ Hic se præcipitem tecto dedit, ille
flagellis
„ Ad mortem cæsus: fugiens hic deci-
dit aerem
„ Prædonum in turbam: dedit hic pro
corpore nummos:
„ Hunc perminxerunt calones: quin
etiam illud
„ Accidit, vt cuidam testes, caudam-
que salacem
„ Demeteret ferrum. Iure, omnes
Galba negabat.

Quem locum eruditissimus Chabotius ita declarat: *Locus est* inquit, *e distributione Mœchorum, eaque partim e factis, partim ex adiunctis periculis:* quod ex „
his alij se se de tectis præcipitent; alij „
flagellis ad mortem vsque torreantur: „
alij fuga languidi in prędones decidant: „
alij corporis integritatem pecunia re- „
dimant: alij turpiter ac fæde muliebria „
patiantur a calonibus: alijs testes & pe- „
nis secentur. Quam pœnam penultimam a marito irrogatam adolescenti

mœcho narrat vel ipſe Boccacius [e] in Decamerone. Vnde conſtat huiuſcemodi pœna puniri conſueuiſſe quoque mulierum adulteros, ne dum maſculorum corruptores. Sed ad Catulli verſiculos quod attinet, primum quidem Antonius Parthenius, *porta patente*, ſignari putat ianuam domus apertam, extra quam, aut ante quam in maius dedecus pertrahi ſolebant adulteri, raphanorum, mugilumque pœnam propudioſam perpeſſuri. Sed Palladius Fuſcus metaphorice vult indicari podicem apertum; afferens ad ſuæ ſententiæ confirmationem Ouidij carmen obſcænum:

„ Ad portam veniet ſalax Aſellus,

Conſentit & Achilles Statius, afferens alia carmina ſcriptoris obſcœni de conto pedali, ſuperius exarata. Similiter adſtipulatur huic ſenſui M. Ant. Muretus, cui Catullus *Portam* dicit, vt indicet pathicum fuiſſe Aurelium; & vt Ariſtophanes ὑρύπρωτον. & in Priapeijs,

„ Iam primum ſtato hic libidinoſus,
„ Alternis & eundo, & redeundo
„ Porta te faciet patentiorem.

Quin podicem, quem Portam Catullus hic appellat metaphorice, Iuuenalis ipſe [f] nuncupat *Foſſam*, diſtantiore forte metaphora. Deinde vero Parthenio Catullus *tangit rem impudicam. Contra adulteros, atque puerorum ſectatores, hoc vltionis genus antiqui excogitarunt: deprehenſos enim quadrupedes conſtituebant, ac violenter partibus poſterioribus expilatis, per podicem ſummo cum cruciatu grandiores raphanos, aut mugiles immittebant.* Contra Muretus, *attractis pedibus*, explicat, *diductis, diuaricatis*; nos *in altum tractis*; certe melius: nam qui quadrupedes conſtituuntur, non neceſſario pedibus attractis conſiſtunt. Vnde potius intelligerem, ſicut in Lucerna ſpectatur, attractis ſurſum pedibus, & interpoſito capite clunibus diuaricatis ad vulſuram violentam pilorum ani non ſolum, at ex totis etiam inguinibus; quæ foret prima pœna ſontium; quam ſequebatur atrocior ſecunda, raphanorum magnorum, ſeu mugilum, ſeu deficientibus his, vt ait ipſe Stephanus manubriorū ligneorum ſecuris, contorumque pedalium in podicem immiſſio: tertia demum, vt ex Ariſtophane conſtat, cinerum calidorum, ac propemodum vrentium inſperſio ſuper depilatas, & diffractas ani partes; fortaſſis ad remedium, ſiſtens quidem ſanguinem, & vulnera curans; at cum ingenti cruciatu; quo remedij genere dolorifico Turcæ verbera curare ſolent, contuſas partes aceto ſaleque perfricantes acerbe: ſic reſoluentes humorem verberibus attractum ad partem læſam, & illuc fluentem repercutientes. Noſtræ vero Lucernæ typus repreſentat adulterum, ſeu mœchum vel ante primam pœnam, ſibi metuentem vulſuras pilorum, adeoque manibus conſtringentem clunes, atque quoquomodo ſubterfugientem exponere partes obſcœnas ad ſupplicium: vel etiam ſtatim poſt omnes pœnas dolentia membra conſtringentem, ad atrocitatem doloris vtcumque temperandam. Notat autem Muretus, olim hoc ſupplicij genere Athenis affici conſueuiſſe pauperes in adulterio deprehenſos: *quibus primum*, ait ipſe, *depilabant nates cinere calido: deinde raphanos prægrandes in podicem immittebant.* At vero contra conſtat ex Ariſtophane cineres calidos inſpergi conſueuiſſe poſt vulſuram pilorum, & poſt immiſſionem raphanorum. Conſtat item cineres calidos inſperſos vim non habere depilandi partem hirſutam: & vulſuræ nomen inſperſioni cineris calidi non conuenire; propterea que cineres calidos inſpergi remedium atrox compeſcens cruorem ex diſrupto podice fluentem, vulnere facto a raphanis grandioribus; etenim Plinio [g] Raphanus *frigore adeo gaudet, vt in Germania infantum puerorum magnitudinem æquet.* Recte vero monet Muretus *ad hanc pœnam etiam mugiles adhiberi ſolitos*, vice raphanorum. Hoc autem genus piſcis, quod abſcondito capite ſolo, ſtultus occultaſſe totum ſe putet, appellatur etiã Cephalus: Profecto *Cephas* caput indicat Græce, ac *Olos* totum. Sane veteres, præſertimque ditiores, luxu perditi, apud quos obſcœna ſpectacula ſolebant in delitijs eſſe, vt plurimum inſtrumenta quotidianum ad vſum ſibi parabant formæ prorſus obſcœnæ. Vbi non ita pridem Lucernam fictilem iſta multo obſcœnio-

[e] Gior. 5. nou. 10.

[f] Sat. 10.

[g] l. 19. c. 5. Raphani vbi proueniant ingentes.

Mugil cur Cephalus dictus.

Veterum luxus in forma rerum vtenſilium.

niorem, apud Patricium Vicetinum (NN) quæ ſuperiore in area fictum haberet pęderaſten cum pathico nequam in actu nefario propudioſæ libidinis; quam noluiſchemate repreſentare. Verum enimvero potuit & iſta Lucerna Pighettiana referre pathicum cinædum in olei calentis intra podicem infuſi pœna; ſiquidem Cl. Rhodius mihi fatetur, audiuiſſe ſe dudũ ab egregio Viro Ioanne Hallenio Legum perito, ipſum, dum Neapoli degeret, publicum aſpexiſſe ſpectaculum multati cinædi; cui carnifex, elatis in altum pedibus miſero, cochleari feruidum oleum, ingenti cum cruciatu ſontis, intra podicem infunderet coram populo, qua ridente, qua culpam nefario turpiter improperante; quemadmodum apud Iuuenalem, [b]

Tertia Lucernæ declaratio.

Neapoli qua pœna catamitos publice puniant.

[b] Saty. 2.

„ Fronti nulla fides: quis enim non vicus abundat
„ Triſtibus obſcœnis? caſtigas turpia, quum ſis
„ Inter Socraticos notiſſima foſſa cinædos.
„ Hiſpida membra quidem, & duræ per brachia ſetæ
„ Promittunt atrocem animum: ſed podice leui
„ Cæduntur tumidæ medico ridente mariſcæ.

Ceterum de Raphanis adulterorum Luciano in dialogo ſuo de Morte Peregrini ſcriptum reliquit: *Etenim hoc naturæ figmentum & opificium, Polycleti canon, vbi firmata iam ætate in virum adoleſcere incepiſſet, multis in Armenia vitiatis per adulterium mulierculis, non parum multa ſuſcepit verbera. Denique vero per tectum exiliens & elapſus, fuga ſalutem redemit, Raphano oppletas nates auferens. Exin puero quopiam formoſo per vim conſtuprato, tribus nummorum millibus a pueri parentibus, quum tenuis eſſent fortunæ, fœditatis impunitatem mercatus eſt, ne ad Præfectum Aſiæ duceretur.* De propoſito pariter Heſychius, editionis Aldinæ plurimis in locis corruptus, ita vertendus videtur: *Laciadæ: Atticæ Tribus raphanos ferens, quem inuocant* [ſiue cum clamore obteſtantur] *Immitte.* Phauorinus, qui priorum obſeruationes diligenter congeſſit, *Laciadæ, vicus* [ſeu Tribus] *Atticæ.* Cetera dubio procul ſtudio prætermiſit ob fœditatem, quod Epiſcopus eſſet valde pudicis non moribus tantum, ſed & verbis, atque ſermonibus. Iacobus autem Menochius, celeberrimus Iurecõſultus, multas alias legales pœnas [i] adulterorum proponit, in varijs regionibus irrogari conſuetas. Ceterum non inepte poterit forte quiſpiam ſuſpicari, propoſito ſchemate non haberi Lucernam vllam, ſed vas atramentarium ludicrum; cuius foramina pedum inſeruirent excipiendis, continendisque calamo ſcriptorio, gladioloque calamis apparandis apto; ſiquidem omnino ligula conſpicitur, ellychnio flammulæ recipiendo retinendoque deſtinata, in prominente vaſculo e clunibus humanæ figuræ peruerſę; quamuis huius atramentarij ludicra, vel potius obſcœna turpiter imago nihilo ſecius obtutui repreſentet adulteri, ſeu mœchi, pathicive ſupplicium. Nam & aliquando conſpeximus atramẽtarium vaſculum in ludicri Sileni formam mire deformatum, qui tibias inflaret.

[i] 2. de arb. iud. con. 5.

Quartæ explicatio vaſis.

Sed pluſquam nimium indulgentes eruditioni profanæ luſimus de Lucerna nimium obſcœna.

De Lucerna referente caput humanum, barba monſtroſe-folioſa. Cap. LXXV.

E Muſeo Viri in omni eruditione genere Clariſs. Bartoli Bartholini in Academia Hafnienſi Profeſſoris Regij nuper habui duas veterum Lucernarum imagines, altera ex ære caput hominis repreſentat criſpis capillorum veluti flocculis belle crinitum, ſed barbam monſtroſe velut in frondes Acanti degenerantem habuit; cuius etiam ſpecimen frontem tegere videtur, ex aperta bucca parum exerta lingua locum ellychnio dediſſe videtur in hanc effigiem:



Por-

Lib. Cap. LXXVI.



Porro non inepte ſelegiſſe videtur ad ornatum Lucernæ pro barba capitis frondes Acanthi faber induſtrius; quum ea planta paſſim ad ornatum rerum artificioſarum apud veteres vſurpata videatur: namque Damœtas apud Virgilium in Palemone canebat:

Ecl. 3.

„ Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
„ Et molli circum eſt anſas complexus acantho,
„ Orpheaq. in medio poſuit, ſiluasq. ſequentes:
„ Nec dum illis labra admoui, ſed condita ſeruo.

[a] 1. Aen.

& alibi [a] Virgilius idem:


„ Munera præterea Iliacis erepta ruinis
„ Ferre iubet, pallam ſignis auroque rigentem,
„ Et circumtextum croceo velamen Acantho:
„ Ornatus Argiuæ Helenæ, quos illa Mycenis,
„ Pergama quum peteret, inconceſſosque Hymenæos,
„ Extulerat, matris Ledæ mirabile donum.

Huic vtcumque ſimilis eſſe mihi videtur alia Lucerna, de qua ſcribit Cl. Smith. ad Erud. Nicol. Heinſium dicens, *Eſt apud me amici vna, quæ rude & deforme viri caput barbatum, ſupra frontem filicatum exhibet, cuius oculi perforati oleo excipiendo, extremum mentum ellychnio emittendo deſtinatum.*

De Lucerna Bartholinia. Cap. LXXVI.

ALtera vero Lucerna Cl. Bartholini fictilis eſt ex terra nigri coloris, in hanc effigiem efformata, ſuperne pariter & inferne:


Lib. VI. Cap. LXXVII.



In cuius fundo sculpti Characteres illi Maiores LAEO quid sibi velint, incertum; nisi nomen sit plastæ, seruorum e genere.

De Lucerna sex ellychniorum. Cap. LXXVII.


ANtiquarius insignis, nomine Gilbertus, genere Gallus, qui Venetijs artificiosas margaritas, gemmasque, mirifice similes naturalibus efformare nouit; in Museo multa præclara retinet, ac inter cetera lapideum illum infantem Agendici dudum e muliere natum, de quo latius egimus in opere de monstris: communicauit mihi plusculas Lucernarum veterum ærearum imagines; vna pensilis sex est ellychniorum huiusmodi:



De Lucernis e terra Lemnia communi.
Cap. LXXVIII.

POst has duas alias habui conſtructas Lucernas e terra Lemnia; in quarum maioris fundo inſcriptum eſt COMMVNIS; in Minoris COMMVNI; cacographia plaſtes; in has effigies:

Lib. VI. Cap. LXXIX.



Istas Lucernas arbitratur esse plasmatas e terra sigillata communi Adm. R. P. M. Fr. Hieronymus Fabri Dominicanus, qui eas habuisse scribit a quondam P. M. Gotino Magno Oratore, qui suas res omnes mirum in modum amplificabat. Ceterum apud Galenum video tres esse differentias terræ Lemniæ, prima sigillata non erat communis, nec ex ea fiebant ab artifice Lucernæ, vel alia vasa generis eiusdem, sed solum in pastillos efformabantur certis ceremonijs a sacerdote, signabanturque capræ A signo, & seruabantur ad vsum medicamenti: secunda, & tertia differentia terræ minus elaboratæ, ac non sacræ, nullo sigillo muniebatur, sed ad communem vsum fabrorum, & aliorum concedebat, pro conformandis Lucernis, alijsque vasis, & pro abluenda rerum sorditie; vt ait [b] Galenus in opere suo simplicium medicamentorum agens de differentijs nominatæ passim terræ: *Tale quiddam & in Lemnia terra visitur, quam cognominant quidam Milton Lemniam, id est Rubricam Lemniam;* [b] l. 9.

B

& alij

& alij quidam Sphragida Lemniam, hoc est sigillum Lemnium, ob impressum videlicet illi sigillum Dianæ sacrum. Si quidem hanc terram sacerdos cum patrio quodam honore sumens, haud mactatis animalibus, sed tritico atque hordeo piamenti gratia terræ redditis, in vrbem comportat: quam deinde aqua maceratam, atque in lutum redactam, vbi valenter conturbauit, paulumque ibi quiescere siuit, aquam quæ supernatat, primum aufert, & mox quod sub ea est pingue terræ tollit; ac reliquum dumtaxat, quod ad imum subsedit, lapidosum scilicet & arenosum relinquit, vt inutile, ac superuacaneum. Porro lutum illud pingue vsque eo desiccat dum mollis ceræ consistentiam accipiat; huiusque exiguis acceptis particulis, sacrum Dianæ signum imprimit. Ac postea rursum in vmbra siccandum reponit, donec omnem plane humiditatem mittat, fiatque illud medicis omnibus cognitum Medicamen Lemnia Sphragis, siue sigillum. Sic enim quidam illam cognominant, ob impressam illi Sphragida, hoc est sigillum: ceu etiam nonnulli ob colorem Lemniam Milton, siue Rubricam appellitant. Eundem ergo, quem Rubrica, colorem obtinet, verum ab ea differt, quod contactu non contaminet, atque illa: & secundum collem in Lemno, qui totus colore fuluo est; & in quo neque arbor, neque saxum, neque planta nascitur, tantum huiusmodi terra visitur. Porro tres eius signantur differentiæ: vna, quam posuimus terræ sacræ, quam alij nemini, præter vnam sacerdotem contigere fas est; altera vero eius, quæ reuera milios est, siue rubrica; vtuntur autem ea potissimum fabri: demum tertia eius quæ extergit, qua vtuntur, qui lintea & vestes lauant; quibus vtique collibitum est. Vnde iam constat apertissime Lucernas, vt & alia vasa Lemnia fictilia, quorum multa fabri conficiunt ad vsus hominum arte sua, non esse plasmatas e terra sigillata, quæ primi generis est, apud solam sacerdotem residens, capræ, Dianæ sacratæ, sigillo munitæ; sed ex rubrica, secundi generis terra Lemnia, nullo sigillo penitus impressa, quæ communis est vsui fabrorum omnium. Quinimmo de primæ differentiæ terræ, quæ capræ sigillum habet impressum, & colore rubeo visitur, tollenda quædam est opinio vulgaris, quam secutus esse videtur Dioscorides ex imagine capræ caprino sanguine terram illam colorem rubrum induisse suspicatus; ait enim: [c] *Lemnia terra cuniculoso in specu nata, e Lemno insula palustri loco defertur, inibi electa, & caprino sanguini permista. quam incolæ cogunt in pastillos, & imagine capræ signant: vnde & sphragida ægos, hoc est sigillum capræ appellauere.* Hunc quidem errorem hausit Dioscorides, qui nunquam Lemnum appulit, hausit a delatoribus, aut ab imagine capræ in sigillo sculptæ; sed Galenus aperte coarguit, qui ad ea loca se contulit videndi gratia terræ Lemnæ naturam & conditiones; ait enim post allata superius. [d] *Ceterum quum & apud Dioscoridem & alios quosdam scriptum legissem, Lemniæ terræ hircinum misceri sanguinem, atque ex luto quod ea mistione conficiebatur, sacerdotem Lemnias quas vocant sphragidas tum conformare, tum consignare; cupiebam profecto & ipse mistionis modum inspicere, atque symmetriam.* & mox: *In hunc itaque collem sacerdos; quo tempore ego ad insulam accesseram, egressa certo quodam tritici hordeique numero in terram coniecto, alijsque quibusdam pro religione patria perpetratis, plaustram totum terræ impleuit. Atque vbi in vrbem conuexisset, quo dixi modo, illas fama hominum adeo celebratas Lemnias sphragidas præparabat. Visum ergo mihi erat percontari, nunquid vnquam antea hircinum, aut caprinum sanguinem huic misceri solitum memoriæ proditum accepisset. Quo audito omnes in risum soluti sunt, nec ij sane quiuis ex vulgo, sed viri oppido quam eruditi cum alijs, tum præcipue in vniuersa patriæ historia. Quin & a quodam librum accepi quondam ab incolarum quopiam conscriptum, qui omnem Lemniæ terræ vsum edocebat. Quamobrem nec me quoque piguit huius medicamenti periculum facere, acceptis sphragidum viginti millibus.* Ex his Lucernis inscriptis COMMVNIS, apparet aperte, non omnes inscriptiones indicare nomen figuli, sed aliquas etiam materiam; quod argumentum requirere videtur Cl. Smith, agens de Lucernis antiquis, apud N. Heinsium; COMMVNIS enim opificis nomen non est, sed materiæ Lucernæ, vel si placet defuncti quod istiusmodi Lucernæ promiscue ponerentur in sepulchris quo-

[c] l. 5. c. 73.


Terra sigillata nõ habet permistum capræ sanguinem.

[d] 9. simpl.

quorumlibet vulgarium adeoque communium defunctorum. Fictiles enim paruo pretio constabant, vt cuique vel pauperi possent in sepulchro accendi.

De quatuor Lucernis Imperatoris Heraclij triumphantis. Cap. LXXIX.

INter antiquorum Lucernas apte reponuntur quaternæ lampades illæ, quæ visuntur in æreo nummo grandi perpulchro, triumphantem Heraclium Imperatorem representante; cuius iconem faberrimam nobis in opere [a] De Cruce Lipsius obtulit huiusmodi: [a] l. 3. c. 16.



HERACLII IMP. NVMMVS AEREVS.

Jo. Georg. sculp.

Ista cusa fuit Antuerpiæ 1637. apud Plantinos. consimilis edita fuit antea Lugduni 1613. sumptibus Horatij Cardon. alia primæ similis 1606. ex eadem officina Plantiniana apud Moretum. Sed emendatior adhuc antea Roma 1595. ex Typographia Dominici Basæ. In prima nummi facie titulus est Græcanicus, & Oratio Latina: titulus obscurissimus, partim ob inciforis errata, partim ob dictionum mutilationem, & abbreuiationem, sic habet.

B A C I. K A I. A V T O. P Ψ. B NIKITHC. KAI. ΛOΛOΘE-
THC. AEI. AVΓOVCTOC.
HRAKΛEIOC. EN. XΨ. TΨΘΨ.
ΠICTOC. ΑΠOΛINIC.

Quæ sic explicanda, & legenda sunt

BACIΛEVC. KAI. AVTOKRA-
TOR. PΩMHC. NIKITHC. KAI.
ΛOΓOΘETHC. AEI. AVΓOVC-
TOC. HRAKΛEIOC. EN. Χῷ Τῷ
ΘEῷ. ΠICTOC. ΑΠO. NIKIC.

Quæ sic Latine vertuntur.

C REX. ET. IMPERATOR. ROMÆ.
VICTOR. ET. LOGOTHETA.

SEMPER. AVGVSTVS. HERACLIVS. IN. CHRISTO. DEO. FIDELIS. POST. VICTORIAM. post hunc titulum Oratio Latina sic habetur ILLVMINA. VVLTVM. TVVM. DEVS. SVPRA. TENEBRAS. NOSTRAS. MILITABOR. IN. GENTIBVS. alia lectio Romana, MILITABO, melior. al. lectio Casalij. MILITABIT: potest accipi. Desunt in nummo Casalij tum illa verba Latina: ILLVMINA VVLTVM TVVM DEVS: tum illa Græca: ΑΠΟ ΝΙΚΗ C. tum etiam illi radij splendorum ex alto veluti descendentes in faciem Imperatoris. Sensus est orationis, qua Heraclius orat Deum vt illuminet animam suam, partemque superiorem hominis, quæ dicitur apte vultus Dei, quod non solum homo quilibet factus est ad imaginem, & [d] similitudinem Dei; qua ratione [e] Psaltes ait (ex Ayguano, & Lyrano, & alijs, interpretantibus vultum Dei rationalem animam hominis, qua distinguimur a brutis) *signatum est super nos lumen vultus tui Domine*. Quare Deus, dum nos illuminat, vultum suum illuminare dicitur: quoniam anima nostra est Dei vultus, nimirum Dei similitudo, & imago scilicet hæc & similitudo Dei maxime reperitur in Principibus; quos nomine [f] Deorum passim appellat sacra pagina; sicuti notauimus agentes de Pietate [g] Aristoteles erga Deum & homines: Vnde Princeps Imperator vicem Dei gerens in terris est Dei vultus possessiue peculiari ratione: rectèque precatur Heraclius Deum, vt illuminet in se homine vultum diuinum. Quæ quidem illuminatio nihil est aliud quam participatio luminis diuinæ gratiæ, quæ tollat ex anima Regis omnes tenebras peccati, quibus incutitur homini debilitas, ac infirmitas omnium virtutum, tam naturalium, quam moralium, & supernaturalem. Qua luce diuinæ gratiæ perfusus ac roboratus Heraclius confidit, & pollicetur se militaturum feliciter in gentibus super humanas tenebras, hoc est supra vires imbecillitatis humanæ; quas apte tenebras appellat, ob tetram peccati labem a primo parente transfusam in omnes fere posteros, vno dempto Christo, qui propter

[d] Gen. 2.
[e] Ps. 4.
Vultus Dei in nobis.
[f] Exo. 21. 22. Ps. 81. 83. 94. 135.
[g] l. 1. c. 2.

A vnionem ineffabilem cum Verbo Diuino per naturam immunis fuit ab omni peccato: & si placet, eius matre Virgine, quæ per gratiam peccatum non contraxit, vel etiam legitur: *Illumina vultum tuum Deus super tenebras nostras, militabo in gentibus*: orans vt Deus illuminet animam hominis rationalem super tenebras corporeæ naturæ terrestris adeoque tenebrosæ, quo lumine suffultus virtutem acquiret feliciter dimicandi contra Christiani nominis hostes in gentilitate. Lunæ vero corniculatę figura, cui videtur Heraclius insistens insidere, Romam significat, cuius Heraclius erat Imperator: etenim Gulielmus Choul agens de Religione antiqua Romanorum, inquit: *Mentre che io scriueuo queste cose, mi fu donato vna medaglia di bronzo, nella quale da vn lato è la testa del Sole, & dall'altra vna Luna con vn globo, & due stelle di sopra, con lettere sotto, che dicono* ROMA: *significando che le vittorie, & fatti de Romani risplendeuano, come il Sole per tutto il mondo, & erano saliti sino al Cielo*. Verum mihi potius Luna significat varias Romanorum bellorum vicissitudines, modo vincentium, modo victoribus cedentium, vt ad Cannas, Trasymenum & alibi. Ceterum & Luna speciatim Heraclij mutationes ingentes designare potest, quas ipse subijt vt mox apparebit. In altera vero nummi facie resident Heraclius iam deuictis Persis in curru triumphans: Qua de re gloriam Deo tribuit Epigraphe, Græcanica, simul & suam victoriam enarrat versiculis Latinis. Epigraphe sane Græca male sculpta legitur in Plantiniano, Cardonianoque Codice, nec absolute bene in Romano: scribentibus illis: XOIA. EN. ΥΨICTIC. $\overline{X}$Ψ. IOOΨ. OTI. XIEPPIΞE. CIXIPAC. ΠIΛAC. KAI. EΛEVOCPΨCE. ✣ ΑΠΑΝ. BACI. HRAKΛE. Quæ sic legi debent, in Romano & Casalij codice bene posita.
ΔOΞA. EN. ΥΨICTOIS. XPICTῳ. Tῳ. ΘEῳ. OTI. ΔIEPPIΞE. CIΔHPAC. ΠIΛAC. KAI. HΛEVΘERΩCE. ✣ ΑΠΑΝTAC. BACIΛEVC. HRAKΛEIOC. Quæ sic Latine vertas.
GLORIA. IN. EXCELSIS. CHRI-

pag. 141.

CHRISTO.DEO. QVIA.FREGIT. A FERREAS. PORTAS. ET. LIBERAVIT. OMNES. (Patres nimirum ſanctos ab exordio mundi ad mortem Chriſti detentos in carcere tartareo. Hic terminatur oratio Diuinæ laudis. duæ poſtremæ notæ græcanicæ ſunt initium hiſtoriæ Latinis Literis expreſſę: vt ſenſus ſit) REX HERACLIVS (de quo ſtatim ponitur Epigraphe Latina) SVPER.ASPIDEM.ET.BASILISCVM. AMBVLAVIT. ET. CONCVLCAVIT. LEONEM. ET. DRACONEM. quia prælio ſubegit Perſarum Regem Coſdroa cum immani ac feroci exercitu ſuo; recuperans ab eo ſanctam Domini crucem, quam ille prius abſtulerat ab Hieruſalem, & Heraclius reportauit ad priſtinum locum Hieroſolymitanum: vel etiam vniuerſam nummi inſcriptionem ad ſubditos Heraclij referre poſſumus, qui Deum orent pro conſeruatione ſua, & glorificent Deum, ac laudent Imperatorem: POST VICTORIAM de Perſis habitam: ILLVMINA VVLTVM TVVM DEVS SVPER TENEBRAS NOSTRAS: quia Princeps eſt [b] vultus Dei, cuius vicem gerit in terris, & populi reſpectu Principis tenebræ ſunt, ſuper quas lucere debet virtus [i] eius a Deo illuminata: & ſemper iterum victrici pugna MILITABIT IN GENTIBVS REX ET IMPERATOR ROMÆ VICTOR ET LOGOTHETA SEMPER AVGVSTVS HERACLIVS IN CHRISTO DEO FIDELIS, SVPER ASPIDEM ET BASILISCVM AMBVLAVIT, ET CONCVLCAVIT LEONEM ET DRACONEM ſuperato Coſdroa Perſarum Rege cum toto exercitu ſuo feroci ac immani: GLORIA IN EXCELSIS CHRISTO DEO QVIA FREGIT FERREAS PORTAS ET LIBERAVIT CRVCE VNIVERSVM genus humanum a ſeruitute diaboli: & FREGIT armatos ferro milites Perſas, ET LIBERAVIT CRVCEM ET OMNES fideles a captiuitate Coſdroæ, REX HERACLIVS. Ceterum vt in prima nummi facie Lunæ cornutæ ſymbolum indicat humanæ naturæ, vel etiam in Principe, debilitatem, & obſcuritatem; quia Luna perfuſa lumine Solis gubernat, quaſi Sol alter, vt ait [k] Ariſtoteles omnia ſubcæleſtia; quum Imperator itidem Diuinæ gratiæ lumine ſuffultus populos ſibi ſubditos valeat recte gubernare: ſic in ſecunda nummi facie quid indicent proprie quaternæ lampades illæ de trabe pendentes ante faciem triumphantis Imperatoris, non ita liquet: Porro, notatu quoque [l] Caſalij, & [m] Gretſeri, [n] Curopalata monet præferri ſolitas Imperatori Lampades, propter illud Chriſti dictum: [o] *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt*. Extat etiam Theodori Balſamonis diſceptatio de hoc more præferendi Lampadem Imperatori, vt Imperatrici, & quinque Patriarchis, Romano, Conſtantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hieroſolymitano: inepte ſupponens ille Imperatori duplicem ob cauſam deferri Lampades, tum quia humana, tum quia Diuina curat; tamque ea, quæ ad corpus, quam quæ ad animam pertinent: (huius enim geminæ poteſtatis conceſſione blandiebantur recentiores Græci ſuis Imperatoribus) eaque de cauſa Lampades Imperatoris duplicibus aureis Coronis cinctas eſſe: Patriarcharum vero Lampades, vt & Imperatricis, vna tantum; eo quod Patriarchæ ſpiritualium tantummodo curam habeant: mulieribus temporalia dumtaxat ſpectent; quippe quibus in Eccleſia docere interdictum ſit. Ceterum ego putauerim quatuor iſtas in Heraclij nummo Lampades etiam peculiarem habere rationem, & habitudinem ad lumen Diuinum antedictum; quum enim orauerit Heraclius Deum vt illuminaret vultum ſuum ſignatum in anima propria, quo ſuper tenebras partis inferioris apte militaret in gentibus: quumque bona militia hominis ſuper tenebras vitiorum, & in gentibus, quæ terram incolunt, ſit exercitium virtutum omniũ, quæ ad quatuor Cardinales redigũtur, Prudentiam, Temperantiam, Fortitudinem, atque Iuſtitiam; Quas quatuor virtutes diuina bona, nimirum a Deo mortalibus concedi ſolita illorum animas illuminante, docet apertiſſime

[b] Gen. 33.
[i] Matt. 5.
[k] 4. de gen. an. c. 10.
[l] de ver. Chr. rit. c. 100
[m] l. 3. c. 10. n. 7
[n] c. 6. nu. 37.
[o] Matt. 5.

[n] l.6. curat. aff. Græc.

[n] Theodoretus, in libro suo de Dei Prouidentia inscripto : sicuti gentes, quibus Imperator dominatur, quatuor Mundi plagas habitant, Orientalem, Occidentalem, Australem, Septemtrionalem: ideo triumphanti Heraclio præferuntur accensæ quaternæ Lampades, quibus eius lux a Deo sibi communicata lucere visa est coram omnibus hominibus ab initio Imperij sui vsque ad triumphum de victoria Persarum, & recuperatione Sanctæ Crucis de manu Cosdroæ Regis, & eiusdem collocatione in proprio Caluariæ loco: quum eius opera bona; fructus omnium virtutum, ab vniuersis in orbe toto suspicerentur. Sed extincta mox Lampade tum Prudentiæ, dum accessit ad Hæresim Monothelitarum, relicta Catholica fide: tum Temperantiæ, ducens in vxorem incestuose neptem Martinã: tum Fortitudinis cedens orientalem ditionem Arabibus Mahumethem sectantibus: tum demum Iustitiæ iura sanguinis & alia cuncta conculcans, in tenebris ignauiæ diem Imperij simul ac vitæ clausit obscurissimum: qua de re late Baronius in annalibus Ecclesiasticis. Ceterum

A nummos istos varios extitisse, variorum fabrorum opera constat ex diuersitate tum magnitudinis, tum inscriptionis tam græcæ, quam Latinæ; tum malæ, ac bonæ orthographiæ; tum errorum in vnis, quam in alijs literis maiorum: nam editio Basæ Romana prior, emendatior est alijs, etsi nec ipsa sphalmate careat in literis Græcanicis: quum ea sic legat in prima facie: HPAKΛEIOC EN ☧ Ω ΘΩ ΠICTOC BA-

B CIΛEVC KAI AV-TOKP. KAI NIKETHC KAI ΛΟΛΟΘETHC, pro ΛΟΓΟΘETHC: KAI AVΓOVCTOC AΠO NIKHC.

De Lucerna vetusta Veneris nudæ, iacentis in circulo cucurbitarum, ad Rotam, in Lupanari. Cap. LXXX.

PVlchra Lucerna vetus est illa, cum effigie nudæ mulieris, iacentis in-

C ter cucubitas; de qua [a] Scacchus, & [b] Casalius; ille quidem in suo Myrothecio Sacrorum Eleochrismaton, iste vero suis in veterum ritibus Sacrophanis; eius hanc imaginem afferentes:

[a] l.1.c.7. & 54.
[b] c.25.p.79.

Sane

Lib. VI. Cap. LXXXI.



Jo. Georg. sculps.

Sane Fortunati Scacchi verba sunt: A
„ Alia eiusdem omnino formæ prophana
„ Lucerna bilychnis testatur, quæ de
„ prophanis diximus Lucernis; iacen-
„ tem Venerem a tergo, e regione el-
„ lychniorum habet; vt vel Veneri dica-
„ ta Lucerna dicenda sit; vel etiam (quod
„ verius existimo) Lucerna hæc vna ex
„ his fuerit, quarum vsus erat penes pro-
„ stitutas in lupanaribus. Mos enim fuit
„ apud Romanos, Lucernas in lupana-
„ ribus accensas, ad lupanaris notam in B
„ fornice suspendere. Cuius prophani
„ & lasciuientis sæculi vsus testem habe-
„ mus antiquissimum, Tertullianum lib. 2.
„ ad vxorem: vbi de Christiana muliere
„ a pessimis Idololatris pertentata, & ad
„ libidines prouocata, ait, *Procedit de ia-*
„ *nua lacerata, & lucernata, vt de nouo*
„ *Consistorio libidinum publicarum*. Qui-
„ bus Tertullianus innuit, quantis irrita-
„ mentis sanctas Christi famulas impij
„ gentiles prostituere conarentur. Lu-
„ cernarum in lupanaribus rationem eru- C
„ ditissimus Lipsius lib. 1. elect. cap. 3. eam
„ affert; quod sub vespera, & non ante,
„ hora diei nona, & vltra, copiam sui fa-
„ cere prostitutis mulieribus liceret. Ar-
„ gumento ex his consuetudinibus sum-
„ pto in Apologet. Tertul. Idololatra-
„ rum superstitionē in sacris redarguens,
„ vsum lucernarum accendendarum die-
„ bus festis in proprijs domibus irridens,
„ *Honesta res*, inquit, *solemnitate publica*
„ *exigente, inducere domui tuæ habitum ali-* D
„ *cuius noui lupanaris*. Hoc autem incla-
„ mabat Tertullianus, quia diebus festi-
„ uis, non solum in pompa lucernis, lam-
„ padibus, tædis, ac facibus vtebantur
„ Idololatræ, vt ex Apuleio vidimus; ve-
„ rum etiam singuli ianuas, ac ædes, pen-
„ silibus lucernis ornabant. Hinc a lu-
„ cernis argumentatur Tertullianus, &
„ ex illorum institutis instituta eorum-
„ dem reprehendit. Illarum lupanarium E
„ lucernarum vnam hanc fuisse, a Vene-
„ re iacente, ac lasciuiente, sumpta
„ coniectura, existimo. In his enim, quæ
„ Idolis sacrabantur, Lucernis, stans
„ Idolum conspiciebatur, Venerem stan-
„ tem, lucerna Veneri ad vsum altaris, ac
„ templi dicata monstrasset, colendam
„ ac venerandam Venerem exhibuisset;
„ non vero nudam, non lasciuientem;
„ non iacentem ad luxuriæ libidinisque
incitamentum Veneris simulacrum
conspiceretur. Quum igitur in hac no-
stra lucerna lasciuiens Venus exhibea-
tur; propterea ad lupanaris vsum hanc
constitutam Lucernam censuimus, quā
hic delineatam exhibemus. De qua
Io: Bapt. Casalius infit: *Est quoque alte-* „
ra insignis Lucerna, ex celebri Museo „
D. Francisci Gualdi Arimin. Eq. S. Steph. „
quæ creditur inseruisse alicui Lupanari: su- „
pra quam est femina nuda, quasi prostituta: „
penes quam adest Rota, quam cucurbitæ „
pendentes circundant. Ceterum est, Ro- „
tam vitæ nostræ progressum significare, vn- „
de a die natiuitatis ad extremum vsque „
hospites & peregrini dicimur, vt pote qui „
solum hoc extra Patriam incolimus, vbi „
nulla consistendi firmitas, perpetua vero „
semper est agitatio animi; sicuti quoque im- „
peritorum præcipitium per Rotam significa- „
tur. Posteriora sunt bona fortunæ, quæ quia „
nostra non sunt, ea nobiscum transportare „
non possumus: Anteriora vero sunt æter- „
na; quæ nos assidue comitantur. Impurus „
igitur, & imperitus rerum (vt effigiata „
femina sensus delicijs dedita) cum fortunæ „
bonis augetur, dum quæ reuera sunt, auer- „
sus respicit; obliuiscitur quoque quæ æter- „
na sunt, in anteriori parte posita, & in „
præceps mergitur, vt inquit Iob: Ducunt „
in bonis dies suos, & in puncto ad inferna „
descendunt. Vt propterea exclamet Psal- „
mog. Deus meus pone illos vt Rotam: re- „
fert Pierius. [c] *Simile etiam constat ex ef-* „
figiata cucurbita; quæ, vt inquit Pierius, „ [c] l. 35
inanes spes præsagit, vt pote quæ quum „
ventricosam admodum speciem præseferat, „
multumque item nutrimenti polliceri vi- „
deatur; illud tamen tenue, & siue condi- „
mento omnino fatuum, ac cito simul putre- „
fit, & exsiccatur; quia cito nata, cito pe- „
rit: symbolum præfatæ feminæ, innixæ va- „
næ, & transeunti corporis pulchritudini. „
Hæc ille.

Propositæ Lucernæ declaratio nostra.
Cap. LXXXI.

CEterum ego non negauero talem lucernam in lupanari suspensam esse potuisse; tamen & in phano Veneris potuisse quoque suspendi censendum est; etenim non alia ratione procul arcet pueros, & mulieres Aristoteles a sacris Deorum, quibus mos lasciuiam

tri-

tribuit, ne videant in eorum phanis imagines obscœnas, & idola representantia turpes actiones; permittique vult ingressum ad ea sacra viris maturis, qui tali labe per habitum virtutis coinquinari nequeant; ait enim in Politicis perspicuis [g] verbis: Prouidendum est ab his, quibus puerorum cura publice commissa est, circa huiusmodi educationem, & alia: & vt quam minime cum seruis versentur; hæc enim ætas vsque ad annos septem, necessarium est vt domi alatur. Rationabile est ergo præcipue in hac ætate, vt ab auditu & visu seruilium rerum absint. Omnino igitur obscœnitas verborum, vt & quicquam aliud, per legislatorem exterminandum est de ciuitate; ex turpiter enim loquendi licentia sequitur & turpiter facere. Potissimum igitur statim a pueris, neque dicant, neque audiant quicquam turpe. Si quis vero dicere, aut facere quicquam prohibitorum deprehensus fuerit, is si liber sit, sed nondum in conuentum commessatorum dignatus assumi, honore prohibeatur & verberibus castigetur: sed si sit maioris ætatis, seruili infamia afficiatur, admissi seruilis officij gratia. Quum vero dicere quicquam interdixerimus, clarum est quod & aspicere aut picturas, aut actus deformes prohibemus. Sit igitur cura magistratibus, nullam neque picturam, neque statuam esse talium rerum imitatricem, nisi apud Deos quosdam, quibus etiam lasciuiam mos tribuit; apud hos permittet lex iam homines factos pro se, & filijs, & vxoribus sacra facere. Iuniores autem neque iamborum spectatores esse sinat, nisi quum ad eam peruenerunt ætatem, vt in commessationibus vna cum alijs sedere, & potus etiam participes esse possunt, & ab ebrietate & huiusmodi labe insontes disciplina omnes præstabit. Itaque vel Aristotelis aperto testimonio Lucerna sculptam habens nudam feminam impudicam in Veneris delubro veteres habere potuerunt; quum Venus apud illos extiterit Dea lasciuiæ. Sed vbicumque fuerit appensa, siue in lupanari, siue in fano Veneris, ista lucerna duo continet obseruatu digna, Rotam, sub qua lasciuiens nuda femina recumbens, nullo pudore veluti prostituta iacet: atque cucurbitæ plures oblongæ tum efformantes orbem maiorem, intra quem iacet illa nudata meretrix: tum dependentes ex illo, & ex orbe minori Rotam constituente: tum etiam orbiculum Rotæ compaginantes. Profecto Rota hæc in lucerna, sex tantum radijs distincta, rerum humanarum, speciatimque voluptatum Venerearum fluxilitatem, ac instabilitatem designat, ad Rotæ tum deorum, tum inferorum discrimen: quarum illa distinguitur octo radijs, ista quatuor; vt optime refert [h] Valerianus aiens: *Sciendum Rotas plurifariam a radiorum numero distinctas esse; nam quæ Dijs attribuuntur, octo radijs insignes figurantur; propterea quod rerum cœlestium motus in octauam vsque sphæram, quantum humani oculi vis porrigi potest, obseruantur. Hominum vero Rotæ sex tantum radijs compingi debent; tot enim humanæ naturæ motus: in anticam, in posticam ingredi, vel retrocedere, in dexteram, aut in læuam ferri, sursum aut deorsum ascendere, vel descendere. Quæ vero Ixionis Rota fertur, quatuor tantum radijs compacta fingitur; vnde Pindarus dixerit,* τετραπνάμον ἐὸν ὄλεθρον. *In ea vero ita districtus fingitur Ixion, vt manus singulæ singulis radijs affixæ essent, totidemque alijs pedes singuli. Qua de re apud Pindarum legas in Pythijs, Ode ad Hieronem altera.* Cucurbitæ vero non solum in hac icone spes inanes amantium lasciuorum designant, qui sibi pollicentur ex venerijs felicitatem, atque voluptatem solidam; quum e contra breuissimam inde dulcedinem acquirant cum amaritudine multa, pœnitentia, debilitate, multiplicique morborum tædio; verum etiam pendulæ cucurbitæ longiusculæ formam humani penis ostentant, inter quas turpitudines tota meretricum vita versatur assidue. Petrus Martyr ait [i] apud Ramusium: Homines prouinciæ Curianæ nudos incedere, ferreque penem in cucurbita. Mulieres alias Indas legi ferre consueuisse adornatum membra virilia hostium interemptorum collo suspensa, monilium instar. Istam explicationem aperte comprobare videtur natura cucurbitæ, quæ cito crescens, & citius aresens, arctioreque com-

[g] 7. polit. c. 17.

Educatio puerorum qualis ab Aristotele proponatur.

[h] hierogl. 39 Radiorum numerus cur varius in Rotis.

Cucurbitæ in Lucerna quid indicent.

[i] to. 3. Nauig. pag. 12.

Rota quid indicet in Lucerna.

complexu pariter & implicatione Venereas voluptates indicat, quæ momentaneæ sunt, & intemperantibus hominibus habentur pro gaudio felicitatis. Vnde non inscite lusit Alciatus hoc emblemate contra momentaneam felicitatem, cuiusmodi Venerea est inter alias,

„ Aeriam propter creuisse cucurbita Pinum
„ Dicitur, & grandi luxuriasse coma:
„ Quum ramos complexa, ipsumque egressa cacumen,
„ Se præstare alijs credidit arboribus.
„ Cui Pinus: Nimium breuis est hæc gloria; nam te
„ Protinus aduenier, quæ male perdet, hiems.

Ita sane luxuriæ deditus, vbi patitur optatis amoribus, felicem se prædicat inter ceteros homines; at breui tempore nimijs voluptatibus eneruatus elanguet, extincto calore violentia tum morborum, tum senectutis, ad quam citissime salaces properant, atque perueniunt ante debitum ætatis terminum; quod ait [k] Aristoteles. Non esse tamen istam Lucernam ex earum censu, quæ profanæ micarent in prostibulis, nec habere simulachrum lasciuientis Veneris nudæ, sed potius in cæmeterijs Fidelium Sanctorum olim arsisse Romæ, continereque figuram Ionæ nudi, sub vmbraculo cucurbitæ strati, censet Fr. Io: Antonius Liceus Dominicanus, mihi ex fratre nepos. Vere quidem frequentior in antiquis cęmeterij Martyrum Romæ sub terra conditis inspicitur inter ceteras imago Ionæ; quia Propheta typus extitit singularis Dominicæ passionis, mortis, sepulturæ, atque resurrectionis; quæ mysteria maxime colebantur, & recolebantur in Ecclesia primitiua; namque Ionas in maris tempestate sæuissima dormiens, quid aliud indicat, quam Dominum in atrocissima passione sua silentio summos cruciatus tolerantem patientissime? Ionas in mare proiectus non ne Dominum indicat? certe respiciens huc Lyranus interpretatur illud Psalmistæ: [l] *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me*. scribit enim Glossographus ille: *Ionas in ventre Ceti quid aliud indicat, quam Christum Dominum in sepulchro?* dicit enim apertissime Dominus: [m] *Signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus & tribus noctibus. Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.* Denique [n] Ionas ex aperto piscis ore, iussu Domini surrexit in aridam; ita Dominus e sepulchro virtute propria resurrexit. Quæ nepotis opinionem firmare posse videntur; quam ipse niti putat iconibus multis, quas in sua Roma subterranea [o] Bosius delineauit, atque speciatim ex illo simulachro, quo conspicitur Ionas primum e nauì proiectus in mare deglutitus a cete: deinde a pisce vomente deiectus in terram: deinceps nudus iacens sub vmbraculo cucurbitæ fertilis, e qua dependent oblongi fructus, vt in cucurbita Lucernæ. Quæ figura Ionæ nudi sub eiusmodi cucurbitarum vmbraculo iacentis reperta passim intra SS. Martyrum cœmeteria visitur frequens a Bosio delineata eo volumine, nimirum in sarcophago Vaticani non vnico: in cœmeterio S. Callisti Papæ, & aliorum Martyrum in via Appia, & Ardeatina: Lucinę: SS. Marcellini & Petri in via Labicana, inter duas Lauros, ad S. Helenam. S. Agnetis in via Nomentana: Priscillæ, & aliorum, in Via Salaria noua. Frequentia quidem figurarum Ionæ sub vmbraculo cucurbitarum iacentis nudi semper in cœmeterijs Romanis antiquorum Martyrum, satis probabilem reddere videtur coniecturam de Lucerna Casalis, atque Scacchi, figuram humanam nudam habente, reperta Romæ, non referenda inter profanas ardentes in Lupanaribus, ast inter sacras accensas in Sanctorum cœmeterijs. Verum enimvero quemadmodum inter antiquos non conuenit, vtrū planta Ionæ faciens vmbram extiterit hædera, sicuti D. Hieronymus accepisse videtur ab Aquila, Symmacho, ac Theodotione: quin & Bosius [p] vidisse in sarcophago Vaticani sine fructibus an potius cucurbita, sicuti D. Augustino, & alijs pluribus, antiquioribusque persuaserunt septuaginta Interpretes, Syrus, atque Pagninus, & alij: Quorum sententia secuti sunt, qui Ionæ figuram potuerunt in alijs cæmeterijs viæ Appiæ, Ardeatinæ, Labicanæ, Sa-

[k] de long. & brc. vi. c. 3.

[l] Ps 68.

[m] Matth. 12.

[n] Ion. 2.

[o] l. 3. c. 23. p. 225.

[p] pag. 103. p. 93. 103 157 225 369 449 459 463 473 521 523

Salariæ, Nomentanæ, memoratis a Bosio: Ita Lucerna Casalis, & Scacchi, duo mihi videtur habere, vel tria; quorum singulum ipsam procul arcet a sacris, Ionæ figuram habentibus, & omnino redigit ad profanas accensas in Lupanaribus; primum quidem est effigiatum corpus nudum muliebre, molle, pinguiusculum, iacens in situ lasciuiæ, quo spectandum obtuentibus offert muliebre pudendum; quod nulla ratione Ionæ conuenire potest, cuius corpus in aliquibus iconibus cæmeteriorum spectatur cum virili parte operta, in aliquibus aperta, in omnibus fere virile, ac musculosum, non autem molliculum. Aliud autem est, quod in omnibus illis Ionæ simulachris, tam iacentis, quam etiam sedentis nudi sub vmbraculo cucurbitæ, planta illa de terra surgit, & vltra fructus pendulos, habet frondes, quibus maxime faciebat vmbram iacenti, sedentique Ionæ; quum in Lucerna nostra nullæ frondes habeantur vmbram facere valentes; at solum cucurbitæ fructus ad inuicem connexi, circulo quodam ex eis arte confecto; nec vllum est plantæ vestigium de terra surgentis; at soli fructus aspiciantur, nulli plantę adhærentes, nullaque terra sit, e qua planta cucurbitæ surgat in lucerna. Tertium vero est Rota sex radiorum intra circulum quatuor cucurbitarum longarum supra caput iacentis collocata, dependens a summitate circuli, de qua dependent aliquæ minores cucurbitæ; quæ Rota nullam omnino relationem habet ad Ionam sub cucurbitæ planta iacentem, vti maximam & euidentem obtinet ad Venerem, quod antea satis explicatum est: Quum igitur vniuersa relatio cucurbitæ ad Ionam nitatur plantę, cuius tum frondes vmbram illi faciebant; tum radix de terra pullulans plantam vnica nocte grandem protulit, a verme corrosa stirpis etiam subditam ariditatem attulit; Iam cucurbitæ sine frondibus, nam innixe penitus vlla planta de terra surgente, in lucerna spectatæ nihil attinent ad Ionam, etenim legimus:

pag. 93. 157. 463. 473. 521. 523.

pag. 103. 225. 369. 449. 455.

[q] Ion. 4.

[q] *Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra orientem ciuitatis: & fecit sibimet vmbraculum ibi* (pergulam scilicet, ac velut tabulatum ex ramentis tumularie collectis; cuiusmodi videtur in omnibus iconibus Ionæ delineatis in Roma subterranea; nec vllatenus aspicitur in Lucerna nostra) *Et sedebat subter illud in vmbra, donec videret quid acciderit ciuitati.* (Quod quidem cucurbitæ non conuenit, quæ nondum nata erat; nisi dicas id indicari per eam Rotam sex Radiorum; sed quum hæc e cucurbitis maioribus pendeat, nec absque fulcimento de se consistere valeat in aere, iam ante cucurbitæ productionem a Iona facta non fuit) *Et præparauit Dominus Deus hederam* (dicas tu) *cucurbitam: & ascendit super caput Ionæ:* (sed fructus cucurbitæ, qui solus in Lucerna spectatur, sine stirpes stipiteve, non potest ascendere de terra, quæ pariter non apparet in Lucerna) *vt esset vmbra super caput eius, & protegeret eum* (quod multo magis folijs competit cucurbitæ, quam fructibus ex ea pẽdentibus, ob frondium multitudinem atque luxuriem, & fructuum raritatem; quum tamen in lucerna nullæ frondes omnino cucurbitæ sint) *Laborauerat enim; & lætatus est Ionas super hedera, cucurbitaue lætitia magna* (scilicet in pangenda tumultuaria pergula laborauerat; & lętatus est valde super ea stirpe, quæ suis frondibus obsidens foramina pergulæ ab se conditæ maius facere posset vmbraculum, ac magis ex vsu) *Et parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum: & percussit hederam* (alij dicunt) *cucurbitam, & exaruit:* (vbi Lyranus ait: *& percussit corrodendo eius radicem:* sed in Lucerna non est vlla cucurbitæ radix, quam vermis vllus corrodere potuerit, & inde stirpis ariditatem promouere.) *Et quum ortus fuisset Sol, præcepit Dominus vento calido & vrenti; & percussit Sol super caput Ionæ, & æstuabat: & petiuit animæ suæ, vt moreretur, & dixit: Melius est mihi mori, quam viuere. Et dixit Deus ad Ionam: Putasne bene iratus sceris tu super hederam*, vel *cucurbitam? Et dixit, Bene, irascor ego vsque ad mortem. Et dixit Dominus: tu doles super hederam*, vel *cucurbitam, in qua non laborasti, neque feciſti vt cresceret, quæ sub vna nocte nata est, & sub vna nocte perijt* (certe nata est illa planta de terra ex radice, cum caudice suo, ramis & frondibus; at in lucerna ne quidem hilum de terra, radice,


dice, frondibus,& planta, ſtirpeve; ſed ſoli viſuntur fructus oblongi cucurbitarum, non natura, verum arte ſolum humana colligati connexique ſimul in ſpeciem coronæ; quæ proinde nullo pacto poteſt ad Ionam adaptari; cui recte obijcit Dominus illico) *Et ego non parcā Niniuæ ciuitati magnæ, in qua ſunt pluſquam cētum viginti millia hominum, qui neſciunt quid ſit inter dexteram, & ſiniſtram ſuam, & iumenta multa*. Itaque recte Caſalius Lucernam nudæ mulieris in circulo cucurbitarum cum rota ſex radiorum exiſtimauit eſſe laſciuientis Veneris accenſam in Lupanari; nos-

A que cenſemus non poſſe ſub Ionæ titulo inter ſacras lampades vllo pacto collocari.

De Lucerna ſerui phalerati curſoris apud Muſellos Nob. Veronenſes. Cap. LXXXII.

IN Muſeo Nobilium de Muſellis Veronenſibus, inter alia cimelia reperitur lucerna fictilis, olim a fodientibus B cellam quandam vinariam inuenta, ſimul cum aliquot vrnis: vnde conijcere licet eam extitiſſe lucernam ſepulchralem. Habet autem ſarcinatum peditem curſorem in hanc effigiem:

L. b. VI. Cap. LXXXII.



Nimirum in Area Lucernæ ſuperiore ſimulachrum Iuuenis iter agentis, curſorisve viſitur effigiatum, capite veluti galea contecto, manu dextera ſupra caput elata, qua ſuſpicor habuiſſe tintinabulum, aut ſiſtrum crepitaculis refertum, quo procul tabellarius audiretur: dependentem a collo per tergum C ad lumbos gerit ille ſarcinulam, cuius loramentum ad pectus manu læua continet, veluti peræ manubrium: peram namque viatoriam appellamus, Italice *Zaino*, pariter atque *Bolzetta*; qua non ſolum panem, & aliquid obſonij, poculumque viatorium peditis itinerantes geſtare conſueuere; ſed etiam munuſcula

ſcula peregre ad amicos, & dominos: quin & ſerui curſores tabellarij literas vltro citroque mitti ſolitas amicis, dominis, & cuiuſque generis hominum per epiſtolas procul ad inuicem ſuæ ſenſa communicantium. In fundo Lucernæ leguntur hi characteres TITIńI; quibus puto ſignari nomen figuli, Lucernas eiuſmodi venales habentis in taberna ſub iſto ſigno phalerati, ſarcinatique curſoris; quod forte ſeruus eſſet ortum ducens ab inſigni quopiã Tabellario: vel potius animi cauſa. De quorum dictorum ſingulis antiqua legere teſtimonia licet; nam de curſoribus

[a] cap. 28. phaleratis ita Petronius: [a] *Hinc inuolutus coccina gauſapa, lecticæ impoſitus eſt, præcedentibus phaleratis curſoribus quatuor.* Suetonius item in vita Neronis: [b] *Nunquam carrucis minus mille iter feciſſe traditur, ſoleis mularum argenteis, canuſiatis mulieribus, armillata & phalerata cum Mazacum turba atque curſorum.* Phaleræ certe fuerunt equo-

[c] lib. 20. c. 16. rum ornamenta, vt ait [c] Iſidorus; Conſtantino vero *ſcutella parua ſplendida in pectoribus equorum: item petra eminens in mari.* Sed & eidem φάλος *apex, & conus galeæ, vbi* λόφος, *ideſt criſta ligatur*, vnde phaleræ dicta ſunt ornamenta equitum galeis imponi ſolita, plumarum præcipue volitantium; de quibus phaleris Liuius agit, dum nobiles illos abieciſſe monet, ob Libertinorum filios ad anuli aurei dignitatem euectos;

[d] lib. 9. f. ait enim: [d] *Flauium dixerat Aedilem Forenſis factio, Appij Claudij cenſura vires nacta, qui Senatum primus Libertinorum filijs lectis inquinauerat: & poſtea quam eam lectionem nemo ratam habuit: nec in Curia adeptus erat, quas petierat, opes vrbanas; humilibus per omnes tribus diuiſis, Forum, & Campum corrupit: Tantumque Flauij Comitia indignationis habuerunt, vt plerique nobilium anulos aureos, & phaleras deponerent.* & Plinius in eandē ſen-

[e] l. 33. c. 1. tentiam: [e] *Additum Flauio, vt ſimul & Tribunus plebis eſſet: Quo facto, tanta Senatus indignatione exarſit, vt anulos ab eo abiectos fuiſſe, in antiquiſſimis reperiatur annalibus. Fallit plerosque, qui tum & equeſtrem ordinem id feciſſe arbitrantur. Eſt enim adiectum hoc quoque: ſed & phalera poſita, propter quæ nomen Equitum adiectum eſt.* Vnde conſtat phaleras

A non tam equorum ornamenta fuiſſe, quam equitum, & hominum in culmine galearum eminentia; cuiuſmodi viſitur in apice galeæ ſerui curſoris in Lucerna depicti. Ceterum ad ornatum non ſolum iſta phalera curſoribus data fuit; ſed quod plumata foret, ad eorum celeritatem indicandam; quo nomine Mercurio Deorum nuncio velociſſimo Gentilitas ad pileum alas appoſuit. Hanc autem curſorum, maxime Tabel-

B lariorum velocitatem in curſu, phalera veteres indicare voluerunt, equorum ornamento proprio; quod equus ad curſum a natura dicatur inſtitutus celeritatis hieroglyphicum eſt [f] Vale- [f] l. 4.
riano. Quin & ad eandem Tabellariorum, Curſorumque celeritatem vtcumque ſignandam antiqui nomina Ventorum illis imponere conſueuere: Ci-

[g] 9. famil. ep. 11. cerone dicente: [g] *Duabus tuis epiſtolis reſpondebo: vni, quam triduo ante acceperam a Zetho: alteri, quam attuletat Philerus tabellarius.* Zethi namque no-

C men ex Aelij Cæſaris inſtituto Curſori conuenit aptiſſime, quod inter Ventos Zethus, & Calais numerentur. Ait enim Spartianus Aelium Cæſarem curſoribus ſuis exemplo Cupidinum alas frequenter appoſuiſſe; illosque ventorum nominibus ſæpe vocaſſe, Boream alium, alium Notum, item Aquilonem, aut Circium, ceterisque nominibus appellantem, vt indefeſſe at-

D que inhumaniter curſitarent. Currentius ille, cuius meminit [h] D. Hieronymus, ad hanc normam nactus nomen eſt: Tabellarij videlicet laus eſt curſus, & feſtinatio. Ad quam indicandam aptius galeæ tegminique capitis Curſoris, in Lucerna figurati, ſuperimpoſitæ plumæ viſuntur, quam ab Aelio ſuis curſoribus ad humeros alæ confixæ, quæ poſſent iter vtcumque morari. Sed &

[h] epiſt. 6. ad Marcellum. ad celeritatem curſus non remorandam adiecta ſunt in apice phaleræ plu-

E mariæ duo tintinabula, quibus auditis a longe præpareretur ad curſum non intermittendum curſor priori ſucceda-
neus. Qua de re nobile teſtimonium M. Poli legimus, aſſeuerantis in Scythia pedites curſores ad cingulum ea ratione ferre tintinabula, verbis Italicis vtentis ipſiſſimis: [i] *Item fra il ſpatio di ciaſcuna delle ſopradette poſte è ordi-*

[i] lib. 2. c. 20.

nato

nato vn casale ogni tre miglia, nel qual possono essere circa quaranta case, & più, & manco, secondo che i casali sono grandi. Doue stanno corrieri a piedi; i quali similmente sono nuntij del gran Can: Costoro portano intorno cinture piene di sonagli, acciochè siano uditi dalla lunga; poiche corrono solamente tre miglia, cioè, dalla sua posta ad vn' altra: odendosi il strepito de' sonagli, subitamente s' apparecchia vn' altro, & giunto piglia le lettere, & corre fino all' altra posta, & così di luogo in luogo, di sorte, che il gran Can in due giorni ha nouue di lontano per dieci giornate. Nostri vero cursores, tam equites, quam pedites, vice tintinabulorum ad eundem vsum vtuntur qua cornibus, qua paruis tubis; quas inflant non adeo distantes a loco, vbi vel equum mutare debent iam cursu lassatum in alium vegetum, vel succedaneo pediti cursori sarcinulam, epistolamve deferendam adsignent, eadem celeritate functuro. Sed ab his tintinabulis tinnientibus fundo Lucernæ sculptum est vocabulum TITIñI, si diuinare liceat. In pera viatoria cursores portare consueuere vel epistolas tabellis exaratas, papyrove descriptas: vel munera: quique non ita festinanti cursu vacabant, & longius iter conficere tenebantur, obsonia, panem, & poculum viatorium. De codicillis quidem epistolarum ita Tranquillus in Nerone: [k] *Inter moras perlatos a Cursore Phaontis codicillos præripuit, legitque.* & Martialis: [l]

[k] cap. 49.

[l] 3. 58.

„ Cursorem sexta tibi, Ruffe, remisimus hora,
„ Carmina quem madidum nostra tulisse reor.
„ Imbribus immodicis cælum nam forte ruebat:
„ Non aliter mitti debuit iste liber.

De munusculis item Martialis: [m]

[m] l. 5. 94.

„ Nec feriatus ibat ante carrucam,
„ Sed tuta fœno Cursor oua portabat.

in pera scilicet apte composita, ne frangerentur inter currendum. De pera, qua ferebantur obsonia, Martialis idem: [n]

[n] l. 14. 81.

„ Ne mendica ferat barbati prandia nudi,
„ Dormiat & tetrico cum cane pera, rogat.

A Ceterum cursores istos pedites antiqui maxime sibi desumebant e Mazycum, siue Mazacum gente; quorum velocitatem passim concelebrant Autores; nam apud [o] Lucanum legas [o] lib. 4.

---------- *tum concolor Indo*
Maurus, inops Nasamon, misti Garamante perusto
Marmaridæ volucres, æquaturumque sagittas
Medorum, tremulum quum torsit missile, Mazyx.

B & apud [p] Nemesianum: & [q] Oppianum, & [r] Claudianum, mentio Mazygum habetur. Ptolemeo Mazatila Marmaricæ ciuitas est. Autore Stephano [s] Mazyces Numidæ sunt, quos apertissimum est præcursores fuisse. Ceterum vndecunque Cursores extiterint, olim consueuisse gestare Lucernas, euidentissime testatur Corippus, [t] cui

[p] Cyneget. [q] 1. de Venat. [r] in l. Stilic. [s] de Vrbib. [t] lib. 2.

---------- *prænuncius ante*
C *Signa dedit Cursor, posita de more Lucerna.*

vt proinde Cursores in Lucernis affabre fingi solitos esse videamus; e quarum numero Mosellanam istam extitisse, non temere quis arbitretur. Non defuere, qui censuerint, hunc referre rusticum seminantem; quibus non assentior, tum quia seminantes e calatho, non e sacculo serunt: & manu spargunt semina, non supra caput elata, sed ad D latus iactata: tum quia nomen Titiñi, tinnientis cursoris artem denotat, non autem serentis agricolæ. Ista iam exaraueram, quando venit ad manus Fului Vrsini volumen Familiarum Romanarum; in quo legere licuit: TITINIA „
gens familias habuit patricias & ple- „
beias. Patriciæ meminit Liuius lib. v. „ An. 355.
quum inquit: *Non tamen vltra processum* „
est, quam vt vnus ex plebe vsurpandi iuris „
causa P. Licinius Caluus Tr. militum Con- „
sulari potestate crearetur: ceteri patricij „
E *creati, P. Maenius, L. Titinius, P. Melius,* „
Sp. Furius Medullinus, L. Publilius Vul- „
sus, &c. Plebeiæ idem Liuius lib. III. „
facit mentionem, in quo M. Titinium „
nominat Tribunum plebis: creatum „
anno CCCIIII. quo tempore plebs in „
Auentinũ ob facinus Ap. Claudij Cras- „
sini XVIRI secesserat. C. autem Titinius, „
qui in huius tabellae denario notatus „
est,

» est, vt ex numero XVI. in eius altera
» parte adiecto colligitur, denariorum
» flandorum curator fuit, anno Vrbis
» DXXXVI. quo vt Plinij verbis vtar
» ex lib. XXXIII. cap. III. *Q. Fabio Maxi-*
» *mo Dictatore, Annibale vrgente, asses vn-*
» *ciales facti sunt, placuitque denarium sex-*
» *decim assibus permutari, quinarium octo-*
» *nis, sextertium quaternis.* Hinc autem
» factum esse opinor, vt quum in alijs de-
» narijs X nota apponi soleat, quod de-
» nos asses valerent, in hoc XVI. apposi-
» ta sit, qua scilicet significaretur, dena-
» rium non vt antea decem asses, sed sex-
» decim valere. Verisimile etiam est Po-
» pulum Romanum ære alieno pressum
» in sequentibus quoque annis monetae
» pondus minuisse, denariumque huius-
» modi a C. Titinio eo, qui tunc tempo-
» ris monetae cudendae præfuerit, si-
» gnatum fuisse. Multi enim a scriptori-
» bus ex Titinia gente nominantur, qui-
» bus denarius tribui possit. Valerius
» Max. lib. III. cap. II. meminit C. Titinij
» Minturnensis, qui vxori a C. Mario do-
» tem reddere coactus fuit, quod eam
» impudicam de industria duxerat, vt do-
» te spoliaret, Plutarchus in Mario. Ap-
» pianus lib. IV. bell. ciu. & Plutarchus in
» Bruto faciunt mentionem Titinij eius,
» qui bello Philippensi a Cassio de Bruti
» victoria sciscitatum missus, quod tar-
» dius reuersus Cassio mortis causa fuis-
» set, seipsum interfecit. Idem Appia-
» nus lib. V. Titinij facit mentionem, qui
» in bello nauali contra Sex. Pompeium
» Caesarianae classi præfuit. Sed lon-
» gum esset Titinios omnes colligere, qui
» ab antiquis scriptoribus nominantur;
» quibus proferendis eo libentius super-
» sedeo, quod ad denarij huius intelli-
» gentiam nihil, vel parum faciunt. Cer-
te suspicari posset aliquis, huiuscemo-
di Lucernam arsisse dudum in sepulchro
Romani cuiuspiam e Titiniorum gente,
vel Patricia, vel etiam Plebeia; sche-
ma vero cursoris extitisse proprium in-
signe tabernæ figuli, qui Lucernas pro-
prias isto signo distingueret ab aliorum
artificum Lucernis. Ceterum ad hunc
finem inscribi debuisset Lucerna TITI-
NII. vnico N, & geminato II, postre-
mo, non autem, vt in schemate legitur
TITIńI, geminato quomodocumque
ń, & vnico I postremo: quamuis id es-
se potuerit mendum fabrile frequentis-
simum in antiquis inscriptionibus. At
vero parum refert, vtram quis accipiat
explicationem.

De Lucerna Vestalis manu mutila, & alijs duobus integris. Cap. LXXXIII.

INter alia quamplura cimelia Ioan-
nes Galuanus Pat. I. C. in suo Gazo-
philacio pulcherrimam habet, etsi ne-
scio qua de causa manu truncam, ima-
ginem, pedalis ferme longitudinis, ęreã,
peruetustam, qua Virgo Vestalis matu-
rioris ætui faberrime representatur, vul-
tu non adeo formoso, sed ferme rusti-
cano, hilari tamen, ac plane ridente:
vestitu pulcherrimo, integro prorsus
habitu: nimirum indusio, subuculave
super nudo, podere scilicet, vt ait Eu-
cherius; qui poderem describit esse li-
neam sacerdotalem, adstrictam omni-
no corpori, talaremque. Habet ista
Virgo tunicam super indutam poderi,
longiorem ad pedes, anterius apertam,
& incinctam, cum integra Reca, siue
Ricino, vel si placet Maforio, Mafor-
teve, seu antiquo Bardocucullo nun-
cupato. Manus illa trunca forte gesta-
bat Lucernam Vestę dicatam ignis ęter-
ni; siquidem Valerius Maximus [a] isti [a] l. 4. c. 4. f.
veritati fidem facit inquiens: *Namque*
per Romuli casam, perque veteris Capitolij
humilia tecta, & æternos Vestæ focos, fictì-
libus etiamnum vasis contentos, (erant
autem ista fictilia vasa mea coniectura
Lucernæ testeæ) *iuro nullas diuitias pau-*
pertati talium virorum posse præferri. Ve-
stalis autem altera manu truncæ typus
is est, antiquo satis opere:

Lib. VI. cap. LXXXIII.
Col. 1011.



Ex Museo Cl. V. Ioan. Galuani I.C. Pat.

Ic. Georg. sculps.

Vestalis ista Virgo manu læua deorsum porrecta, tunicam podere longiorem veluti sustinet, aliquantisper attollens ad femur, ne gressum impediat eleuati pedis: Quod vestimenti genus a Iulio[f] Polluce nuncupatur *Tunica-Consistens*, quæ non accingitur: *Orchostadia* dicitur ab Aristophane: vtrimque manicata, longioribus manicis, arctis, ad pedes vsque descendentibus. Brachium vero dextrum elatum gerit, flexo cubito, versus caput, veluti manu quidpiam ferret: at iniuria temporis diuturnioris, vel alio quopiam casu, manus huic iconi tota deest; vnde certo non constat, quid manu dextera portauerit Vestalis hæc in isto simulachro. Cl. Vir N.a cuius hæredibus Galuanus hoc cimelium peruestutum obtinuit, arbitrabatur extitisse simulachrum Tuciæ Virginis Vestalis, de qua [g] Plinius ita: *Extat Tuciæ Vestalis incestæ precatio* (vel potius, *incesti deprecatio*) *qua vsa aquam in cribro tulit, anno Vrbis centesimo nono*. Sed ante Plinium Valerius[h] Maximus paulo distinctus ait: *De Tucia Virgine Vestali: Eodem auxilij genere Tuciæ, Virginis Vestalis, incesti criminis reæ, Castitas, infamie nube obscurata, emersit: quæ conscia certæ sinceritatis suæ, spem salutis ancipiti argumento ausa petere est. Arrepto enim cribro*, Vesta, *inquit*, si sacris tuis
» castas semper admoui manus, effice vt
» hoc hauriam e Tiberi aquam, & in ædē
» tuam perferam. *Audacter, & temere iactis votis sacerdotis, rerum ipsa natura cessit*. His vtrisque Dionysius[i] Halicarnassæus antiquior, etiam planius historiam attulit agens de Romanis Antiquitatibus in hæc verba: *Sed mirabilius etiam est, quod dicam, & simile fabulæ: Aiunt vnam sacrarum Virginem, nomine Tuciam, iniuste a quodam accusatam, non quod ignem extingui siuisset, sed quod alijs probabilibus indicijs in suspicionem venisset* amissæ virginitatis. *Testimonijs etiam, licet falsis, eodem accedentibus. Itaque iussa pro se dicere, promisisse re, non verbis, diluturam se eam calumniam; simulque inuocata Dea Vesta, vt sibi Dux viæ esse dignaretur, petijsse Tiberim Pontificum permissu, & prosequente vniuerso Populo: Quumque ad flumen accessisset, contra vulgatum illud Adagium, ausam haurire aquam cribro vacuo, eam vsque in forum perlatam, ad Pontificum pedes effudisse. Addunt, accusatorem eius postea multum diuque perquisitum, nec viuum vsquam comparuisse, nec mortuum*. Cui narrationi postremus omnium ausus non est fidem negare D. Augustinus, asserēs in sua[k] ciuitate Dei: *Quod Virgo Vestalis, de cuius corruptione Quæstio vertebatur, aquam impleto cribro de Tiberi neque profluente, abstulit controuersiam. Hæc ego, atque alia huiusce modi, nequaquam illis, quæ in Populo Dei facta legimus, virtute ac magnitudine conferenda quanto minus ea, quæ illorum quoque populorum, qui tales Deos coluerunt, legibus iudicata sunt prohibenda, magica scilicet, vel theurgica?* Qua de re latius in opere nostro de Prouidentia & Quinto-Quæsitis. Huius itaque Tuciæ Vestalis imagunculam esse Cl. Vir N. prior illius possessor, adeo constanter opinabatur, vt plane de re persuasus, inuento perito artifice, rerum antiquarum adamussim imitatore, manum cum cribro statuæ substituerit, additaque manu cribrum tenente, simulachrum integrum reddere, statuamque numeris omnibus absolutam perficere conatus fuerit. Galuanus autem illa postea potitus, vt assidue fuit antiquitatis intemeratæ cultor eximius, agnito nouo additamento, manū adscititiam cum aduēticio cribro sustulit e statua, & quæ fluminis aquam in pertuso cribro contra naturæ leges portasse fingebatur antiquitus, vna cum mentito cribro deiecit in Patauina fluenta, cum quo demersa manus protinus exinde delituit. Perstat autem adhuc in iconis imo cubito foramen, adscititiæ manus indicium, & argumentum euidentissimum. Ego vero simulachrum istud, allatum superius, non esse Tuciæ cribro pertuso dudum Tiberis aquam admirabiliter portantis, pluribus coniecturis confirmatum habeo. Primum, quod hæc imago referat Vestalem facie non decora, sed potius deformi, quæ viros omnes ab incestu procul arceret. Deinde, quod figura est Virginis hilari vultu, ferme ridentis; quum Tuciam tunc oportuerit esse vultu graui, seuero, mœsto, valdeque tristi, propter adeo turpem accusationem infamiæ. Deinceps, quod cribrum, non vnica manu, veluti despi-

[f] l. 7. c. 13. Tunica consistens quæ priscis.

[g] l. 28. c. 2. Censuit V. Cl. hanc extitisse Tuciam, quæ cribro pertuso portauerit aquam.

[h] l. 8. c. 1.

[i] l. 2.

Tuciæ mirabile facinus.

[k] l. 10. c. 16.

D. Augustinus non negat facinus Tuciæ.

Non esse simulachrum Tuciæ probatur.

ciens, ac ludibunda, sed vtraque manu tenuisse, cum maxima cautione Tuciam existimandum est. Denique potissimum, quod hæc imago referat Vestalem non ita iuuenculam, sed adultioris ætatis; quam etiam deformem verisimile non est ab vllo sollicitatam ad incestum; nec ipsam ætate graui sic in Venerem extitisse concitatam libidinis oestro, vt vllum rogauerit de stupro, vel nutibus ad concubitum illexerit; etenim adolescentulæ sunt, quæ stimulis Veneris acriter incitantur, ac veluti furiosæ redduntur ad coitum; vt obseruat M. [b] Albertus, inquiens: *& hoc est causa quod quædam puellæ circa annum quartum decimum non possunt de coitu satiari: & si tunc non habent virum, tamen mente pertractant coitum virilem, & sæpe imaginantur veretrum virorum.* Quinimmo licet ista statua cribrum in manu gestasset, non proinde Tuciam repræsentaret, quæ Tiberis aquam ad suæ pudicitiæ confirmationem in cribro pertuso portauit; sed aliam potuit indicare, quæ cribro perferret ignem nouum in locum extincti; qua de re [m] Gyraldus ante [n] Rhodiginum ita: *Illud etiam apud scriptores proditum obseruaui, extincto igne Vestales a Pontifice verberari solitas; quibus mos erat, tabulam felicis materiæ tamdiu verberare, donec ignis conciperetur: qui crebro aheneo in ædem a Virgine deferebatur.* Sed quæ cribro sic ignem deferebat, quum vapulasset ob extinctum ignem, deferens nouum hilaris non erat, vt ista per iconem repræsentata. Quæ propterea non cribrum, sed Lucernam pertulisse manu dicenda est. Quamobrem existimandum potius est hanc peruetustam atque pulcherrimam imaguncula esse Virginis Vestalis prouectæ, manu dextera portantis accensam Lucernam ignis æterni, suæ curæ commissi; quum iuniores illæ primis decem annis sacerdotij solum erudirentur in sacris, non autem adhuc igni custodiendo præficerentur; sed custodirent ignem solum in annorum decade secunda post suam electionem; qua de re Plutarchus in Numa: *His Vestalibus Virginitas a rege tricennalis præscripta. Eius primo decennio, quæ ad ceremonias pertinent, discunt: medio, funguntur sacerdotio; tertio alias instituunt. Quo exacto spacio liberum ijs est nubere, & relicto sacerdotio aliam instituere vitam. Quam facultatem paucas aiunt amplexas, neque fuisse secutis lætam: sed pœnitentiæ & mœrori per reliquum vitæ implicatas ceteris religionem incussisse, vt ad senectutem vsque & mortem in virginitate persisterent.* Ingredi vero religionem, capive non consueuisse minorem annorum sex, neque maiorem natu annis decem, autor est ex Labeone suis in Noctibus Atticis Aulus [o] Gellius inquiens: *Qui de Vestali Virgine capienda scripserunt (quorum diligentissime scripsit Labeo Antistius) minorem quam annos sex, maiorem quam annos decem natam, negauerunt capi fas esse.* Vnde quæ custodiendi iam ignis curam habebat in secundo decennio procul a pubertatis æstuosa libidine degebat intra decimum sextum & vigesimum sextum ætatis annum, in quem inclinatam proxime videmus illam, quam representat imaguncula nostra; virginem enim refert annorum viginti quinque circiter. Pierius quidem Vestalibus in actu sacrificandi suffibulum fuisse testatur, aiens: [p] *Quæ vero suffibulo amictæ sacrificabant, Virgines Vestales erant. Fuit vero suffibulum vestimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod illæ in capite sacrificantes habebant, idque sub mento fibulis comprehendi solebat; vnde nomen. Eadem pene specie, qua suffibulum erat, Romanæ matronæ nunc vtuntur, quum domo exeunt, pudicitiæ simul & pietatis, quæ duo in illis egregie vigent, indicia & vera & manifesta.* Quum igitur hæc imago referat Virginem Vestalem, non actu sacrificantem, sed Lucernam manu gestantem, suffibulum non habet, sed bardocucullum, poderem, & supra poderem vestem exteriorem: De podere vero Valerianus idem paulo antea pulchram descriptionem attulerat his plane verbis. *Est autem poderes, vt Eucherius, sacerdotalis lintea corpori penitus adstricta, eademque talaris, ἀπὸ τῶν ποδῶν, a pedibus appellata ποδήρης, poderes: quæ & subucula dicitur. Per hanc igitur, quippe quæ vestimentis alijs subijcebatur, doctrinam sacratiorem intelligi veteres theologi tradiderunt: Exodo: Et fecerunt vestimentum poderem sub vmbone, opus textile, totum hyacinth.* D. Hieronymus in-

[l] 9. d' animal. tr. 1. c. 1.

[m] Synt. 4.

[n] lib. 15. lect. ant. c. 14.

[o] l. 1. c. 12.

[p] lib. 40. hierogl.

in Leuiticum: [q] *Tunica secunda est ex lino, ποδήρης, ideſt, talaris duplici ſyndone, quam Ioſephus vocat byſſinam; hæc adhæret corpori ita arcta, & ſtrictis manicis, vt nulla in veſte ruga ſit, & vſque ad crura deſcendat. Tales ſolent habere milites lineas, quas camiſias vocant, aptas membris, & aſtrictas, vt ad omnia expediti ſint. Hac ſacerdotes vtuntur tunica, habentes veſtitorum pulchritudinem, & nudorum celeritatem, quæ dicitur linea.* & in Apocalypſi [r] Ioannis ea verba, *Vidi ſimilem filio hominis veſtitum podere*: Lyranus interpretatus ait: *Eſt autem poderis veſtis ſacerdotalis linea, quæ communiter dicitur alba; & dicitur a pos, quod eſt pes, & hæreo hæres, quaſi pedibus hærens; nam attingit vſque ad pedes. Rabanus ad illa verba* [ſ] *Sapientiæ. In veſte enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum:* inquit: *Byſſum, terræ deputant Hebræi, quia eſt terra gignitur*, & mox: *vnde primum veſtimentum lineum eſt, quod terram ſignificat.* & de illa verba [t] Eccleſiaſtici: *Si ſequaris iuſtitiam, apprehendes illam, & indues quaſi poderem honoris.* Interlinearis ait: [u] *Tunicam ſcilicet talarem.* Iſidorus inquit in Originibus: *Poderis eſt tunica ſacerdotalis linea, corpori aſtricta vſque ad pedes deſcendens, vnde & nuncupatur; πόδας enim Græci pedes dicunt: Hæc vulgo camiſia vocatur.* De Bardocucullo vero, cui Ricinum etiam & Reca, ſeu Maforium nomen eſt, ex Antiquioribus cum Cl. Gerardo Ioanni Voſſio dicendum: Maforium eſt muliebre tegumentum capitis, colli, ac humerorũ: velum puta de capite in humeros defluens. Accepta vox a Græcis Iunioribus, qui itidem dicunt *μαφόριον*: vt Paladius Lauſiacis, Cantacuzenus, Achmes, Suidas, alij. Ac a plurali *μαφόρια*: vel per enallagen generis, Latini *Mafora* pro *Maforia* dixere: vt Hubertus in vita [x] S. Gudilæ. Eſt vero *μαφόριον* corruptum ex *ὠμοφόριον*, quaſi dicas, *ſuperhumerale*, vel *humerorum* geſtamen, ab *ὦμος*, *humerus*, & *φέρειν*, *ferre*. Sed Latini pro *Maforium* corruptius extulere Mafortium, vel *Mauortium*. Item *Maſortis*, vel *Mauortis*. Quæ res occaſionem præbuit Iſidoro coniectandi eſſe a *Mauors*, hoc eſt, *Mars*. Aliquid diceret, ſi tegumentum hoc eſſet *Martiale*, ideſt, militare. Nunc non mi-

[b] cap. 8.

[r] cap. 1.

[ſ] cap. 18.

[t] cap. 27.

[u] l. 19. c. 21.

3. de vitijs ſerm.

[x] cap. 6.

litum eſt, ſed mulierum, ac monachorum. Ita quidem, eruditiſſime vir, ſed tamen Iſidorus addit rationem cur id muliebre tegmen a Marte dicatur Mauortium, quia ſcilicet dignitatem, ac poteſtatem virilem indicat, eo quod ſupra caput mulieris ponatur; poteſtas autem & dignitas virilis ſupra mulieres imbelles eſt Martis conditio; nam apud Homerum Hector Andromacham vxorem, retrahere geſtientem ipſum a congreſſu martiali cum Achille, ſic alloquitur: [y]

[y] Il. 6. v. 490.

Sed in domum vadens, tua ipſius opera cura,
Telamque collumque, & ancillis iube
Opus curare: bellum autem viris curæ erit
Omnibus (mihi vero omnium maxime) qui in Ilio nati ſunt.
Sic fatus galeam recepit illuſtris Hector
Ex-equina-cauda-criſtatam, vxor autem dilecta in domum iuit,
Reſpectans, humidam lacrymam fundens,

Verba quidem Iſidori ſunt: [z] *Eadem & Ricinium Latino nomine appellatur, eo quod dimidia eius parte retro eiicitur, quod vulgo Mauortem dicunt. Vocatam autem dicunt Mauortem, quaſi Martem. Signum enim Maritalis dignitatis & poteſtatis in eo eſt. Caput enim mulieris vir eſt: inde & ſuper caput mulieris eſt.* Verum & Monachi, ſacerdotesque, quo in cenſu Veſtales habebantur, huiuſmodi tegmen veluti galeam militarem capiti conſueuerunt imponere; qui mos antiquiorum ſacerdotum nunc etiam viget in Eccleſia noſtra; namque ſe parans ad celebrandum ſacerdos imponit capiti ſuo tegmen ad humeros in modum pallioli deſcendens, quod *Amictus* vulgo nuncupatur; de quo Durandus in ſuo Rationali Diuinorum officiorum ita:

[z] l. 19. c. 25.

[a] *Lotis itaque manibus Epiſcopus, ſeu Sacerdos celebraturus aſſumit Amictum, quo caput tegitur, quem Pontifex loco* [b] *Epho, ſiue ſuperhumeralis, & rationalis habet, & nunc etiam ſuperhumerale vocari poteſt, ſignificans ſalutem, quæ per fidem tribuitur. De hoc Apoſtolus ad Epheſios* VI. *Galeam ſalutis aſſumite.* Quem quidem Amictum dum imponit capiti ſuo ſacerdos hanc orationem Deo dicit: *Impone Dñe capiti meo galeam ſalutis, ad expugnandos*

[a] lib. 3. c. 2.

[b] Exod. 28.

diabolicos incursus. Sic igitur non inepte Mauortem, a Marte denominatum vulgo dicit Isidorus muliebre capitis tegumentum ad humeros defluens, quod in eis viri dignitatem ac potestatem indicet: & in Monachis etiam martialem galeam militiæ spiritualis contra Dæmones representet. Addit autem Eruditissimus Vossius: De Mulieribus clare docet Nonius Marcellus: *Ricinium, quod nunc Mafurtium dicitur, femineum palliolum breue*. Sane ricinium fuisse feminarum, liquido comprobant duo Varronis loca, quæ subiungit. (Ne pigeat autem ea referre, Nonio subdente: *Varro taφῆ μειότητα: Nihilo magis dicere muliebre, quam de muliebri ricinio, palliolum simplex. Idem de vita Pop. Rom. libro primo:* [*[*Et quo mulieres in aduersis rebus, ac luctibus, quum omnem vestitum delicatiorem, ac luxuriosum postea institutum ponunt, ricinia sumunt.*) Est & Isidori in Glossis: *Mafortes*, operimentum capitum mulierum: & lib. XIX. Originum, cap. XXV. quum dixisset, stolam esse matronale operimentum, Latinoque nomine *ricinium* appellari, addit: vulgo *Mauortem* dicunt. Atque id e Seruio expressit in 1. Aen (Ego certe non video Seruium ab Isidoro citari, nec in proposito memorari) Clare autem de muliebri Maforte in Bedæ Martyrologio XX. Sept. *Iussit Faustam nudam, & sine Maforte, flagellatam, incarceratam, caput terebrari.* (Sed tantum non reprobans hanc phrasim vir erud. in nota Marginali posuit cum asterismo:) Sic more seculi posuit, pro *Faustæ nudæ, flagellatæ, incarceratæ*, nisi placet Græca locutione dici *caput terebrari*, intellecto *κατα*, de quo egi in arte Grammatica. (Suscipi quidem ista nota potest, sed adeo frequens est apud elegantes autores huiusmodi phrasis, *doleo pedes, doleo caput, doleo ventrem*, vt vitio verti non debeat Bedæ, qui dixerit, *Faustam nudam, flagellatam, & incarceratam, iussu Tyranni, caput terebrari.*) De Monachorum vero Mafortibus adstruimus illo in Glossis Arabico latinis: *Mafortis, fascialis, idest augustum* (lege angustum) *pallium, quo vtuntur Monachi, collum pariter, atque humeros tegens.* (Ego, pace viri Cl. non mutarem augustum, respiciens potius ad dignitatem significati, A potestatemque Mafortij, propositam ab Isidoro; galea nanque spiritualis militiæ genus augustum armorum est, ad expugnandos diabolicos incursus: & apud Homerum Hectoris epitheton dignitatis atque potentiæ desumitur semper a galea: quare retinerem *augustum*, non mutarem in *angustum*, omissa breuitate ac exiguitate materiæ pallioli, quam respicere voluit vir eximius, abdicata prorsus illustri significatione Mafortis) vbi Meursius pro *fascialis*, legit, B *facialis*: vti Græci dicunt Φακιαλιος: Id Ludouicus de la Cerda in Aduersarijs sacris probat cap. XXII. improbat vero cap. CXLI. sed immerito. (Equidem legimus apud Suidam, Φάκελλος: τὸ τῆς κεφαλῆς φόρεμα. ὅ καὶ φακιόλιον λέγεται. Quæ Latine sonant, *Facellus, capitis gestamen, quod & Faciolium dicitur.* Non tamen ideo Glossarum lectio *Fascialis* mihi mutanda videtur in *Facialis*; quia Latini Græcanicæ voci literulam ς C addunt in proposito: sic idem Suidas, & immediate subdit: λέγεται δὲ καὶ ὁ δεσμὸς τῶν καλάμων. idest, *dicitur autem & Φάκελλος fasciculus calamorum.* & paulo antea: Φάκελλον: Φορτίον. hoc est: *Facellum: Fasciculum*. Quare lubens retineo Glossarum Arabico-latinarum vocem *Fascialis* Latinam, relicta Græcanica *Facialis*.) De eodem Maforte ita Cassianus lib. I. de Habitu Monachi cap. VII. *Post hæc, angusto pallio, tam* D *amictus humilitatem, quam vilitatem pretij, compendiumque sectantes, colla pariter, atque humeros tegunt: quod Mafortes tam ipsorum, quam nostro nuncupatur eloquio.* Sed Isidorus, vt originem vocabuli inueniret, fingit idem esse *Mauortem*, ac *Maritum*, *Maforte*, ac *Maritale*. Sic enim ille in originum loco ante memorato: *Vocatum autem* (ricinium) *dicunt Mauortem, quasi Martem. Signum enim maritalis dignitatis, & potestatis in* E *eo est. Caput enim mulieris vir est: inde & super caput mulieris est.* Quantopere de etymo fallatur, ostendunt ea, quæ diximus. Verum cogitet vir erud. Isidorum etymologiam Mafortis, & Mauortis non deduxisse a cortice nominis Mariti, ac Maritalis; sed, vti constat ex allatis eius verbis, a dignitate, ac potestate viri, maritique supra vxorem; icti Deus dixit ab initio: [ſ] *Sub viri potestate* [ſ] Gen.

* Ex

teſtate eris; & ipſe dominabitur tui: quæ poteſtas & dignitas erga coniugem mulierem apte refertur ad Martem; vti nuper ex Homero collegimus: nec exiſtimabit Iſidorum, virum ſanctitate pariter atque doctrina clariſſimum, adeo bardum fuiſſe, vt idem eſſe putarit *Martem*, ſiue *Mauortem*, & *Maritum*: *Maſorte*, ac *Maritale*; quod ne rudis puer vnquam putaret. Addit autem Vir Cl. Vſus hac voce etiam Linus, vel alius potius de paſſione Apoſtoli: *Et interrogarunt eum cum irriſione, cur caput ſuum non operiret de maſorte, quam præſtiterat Paulo*. Præceſſerat autem: *Plautilla, commoda mihi pannum, quo caput tegis*. Habes & in actis Proconſularibus ſub Munatio Felice, apud [t] Baronium ad An. CCCIII. *Tunicæ muliebres* LXXXII. *Maſortes* XXXVIII. *tunicæ viriles* XVI. *&c.* Fortunatus de Vita S. Radegundis reginæ: *Maſortem nouum linteum, auro, vel gemmis ornatum*. Hæc de Maforte ſorte pluſquam ſatis; ſat enim forte fuerat obſeruaſſe, tegmen eſſe muliebre, prorſus idem cum Ricinio, & Bardocucullo, quo feminæ, præſertimque moniales, ac Deo ſacrę, propterea que Veſtales Virgines caput & humeros ſibi tegebant. Nec tamen omittendum eſt idem tegumenti genus Cucullum, & Cucullam, & Bardocucullum appellari. De Cuculla & Cucullo, ſic vir erud. agens item de vitijs [u] ſermonis ſequitur, agamus de Latinis nominibus eo vitioſis, quia in terminatione aberretur. Horum alia in vocalem, in conſonam alia exeunt. Prioris generis eſt *Cuculla*. *Cucullus* enim eſt apud Martialem atque alios: *Cuculla* apud neminem antiquum. (etiam infra.) [x] *Cuculla*, veſtis monaſtica, pro *Cucullus*. Forſan placuit veſtem monachalem terminatione diſtinguere a ceteris Cucullis. Vſus Hieronymus in Vita Hilarionis: Caſſianus lib. 1. Inſtitut. cap. IV. B. Benedictus in Regula ſua cap. LV I. *Sufficere credimus Cucullam, & tunicam: Cucullam in hieme villoſam, in æſtate puram.* &c. Item Cæſarius lib. 1. Miracul. cap. III. vita Deiculi cap. II. §. IX. Beda [y] in vita Ottonis II. Epiſcopi XXXIV. &c. (Verum ad Bardacucullum ea pertinere videntur, quæ vir eximius alibi [z] ſcribit) *Bardiaci* Cuculli perpetram vocantur, qui dicendi ſunt *Bardaici*. Nam Græce eſt βαρδαῖοι vel Ptolemæo Ουαρδαῖοι. Bardæi; Illyridos populi fuere: quorum Cuculli iſti geſtamen. Ceterum Hieronymi lingua puritatem Latinam habere poteſt apud me, licet ſit Martiali longe recentior. Apud [a] Iuuenalem Britannicus: *Bardiacus, & calceus, & grandes ſuræ datur tibi Iudex volenti punire hæc: vt per tria hæc deſcribat ipſum Centurionem, qui geſtare ſolet in caſtris Cucullum bardiacum, calceum clauatum, & qui magnus procerusque eſt. Nam ex Gallia mittebatur veſtis, quæ Bardocucullus, ſiue Cucullus Bardiacus appellatur: eratque veſtis vilis, & apta militibus, in qua etiam cubarent in caſtris, quaſi & ſimijs ob breuitatem & craſſitudinem conueniret: vnde Martialis in diſtichis:*

„ Gallia ſantonico veſtit te Bardocucullo

„ Cercopithecorũ penula nuper erat.

& in primo:

„ Vrbica lingonicus tyrianthina bardocucullus.

alibi poeta:

„ Tempora ſantonico velas adoperta Cucullo.

De ea ſic & Iulius Capitolinus in P. Heluio Pertinace: *Auctio ſane rerum Commodi in his inſignior fuit veſtis ſub tegmine ſerico aureis filis inſignior, per tunicas, penulasque lacernas, & chirodytas Dalmatarum, & Cuculli Bardiaci. Ergo per Bardiacum intelliges Cucullum craſſioris lanæ, quo maxime Galli vtuntur. Nam Bardi natio eſt Gallorum, quæ maxime, vt docet* [b] *Strabo, laudationibus, rebusque poeticis ſtudet: de quibus Lucanus.*

„ Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Ex Bardo igitur & Cucullo fit Bardocucullus, ſiue Bardiacus Cucullus. &c. Iam vero tandem ad Antiquorum Lucernas redeamus.

[t] to. 2. pa. 303. edit. Moret.

[u] l. 1. c. 14. p. 59.

[x] l. 3. c. 7. pag. 401.

[y] in vitis SS. ad 12. Ian. apud Bolland.

[z] lib. 2. c. 2.

[a] Sat. 16.

[b] lib. 4.

De Lucerna caput Aethiopis referente.
Cap. LXXXIV.

SEd aliam lucernam, aſpectui pulchram, quæ refert affabre caput Aethiopis, ore patulo, velut alte gementis cum eiulatu magno, triſtique fronte, recens habui, nullius capacem eruditionis. Niſi forte velis, eſſe lucernam ſepulchralem: effigiem ſerui Nigri-

gritæ, cui munus incumberet eam singulis vel alterius diebus accendere intra tumulum Heri dilecti. Vel fabrum ludibundum, animi causa sic eam efformasse.

Lib. VI. Cap. LXXXIV.



Io. Georg. sculps.

De Luceana gibbi tibias inflantis. Cap. LXXXV.

NOuissime vero lepidam habui lucernam: quæ gerit in area superiore nudum homunculum, gibbum, inflantem geminas tibias, elato crure dextro, medias inter coxas turpiter exerentem obscœnum granditate fascinum cum coleis. In cuius fundo descri-

ſcriptum legitur intra circularem ſigi-
L CAECSAE quod ego lego L. interpunctum. L.CAECSAE: Quam non inepte quiſpiam meretricem opinetur, ex inuerecundi ludionis imagine, ſculpta in ſua ſepulchrali Lucerna. Ceterum nec eruditione caret illa tibicinis imago gibba cum extento mutino: ſiquidem ex arte tibias inflantes, nimium contento ſpiritu, genitalia vehementer implentur, vt quandoque diſrumpantur: quamobrem ea gens vti conſueuit faſcia ſtrictiore ad virilia, Italice *brachiero*, ne diſrumpatur e contento nimium anhelitu peritoneum. Eadem anhelitus contentione ſimul & inclinatione ad tibias inflandas quodammodo gibbi fiunt; & etiam curuantur qui vitam contemplatiuam agentes aſſidue ſcribunt inclinati. Propter iſtam anhelitus contentionem in inflatione tibiarum, tibicinum vultus mirum in modum deformatur; vnde fingitur Pallas ab ſe tibias inuentas abieciſſe: ſcite Plutarchus agens de ira cohibenda: *Iocus fertur, Mineruam quum fiſtula caneret, Satyro*

A *his verbis caſtiganti,*

„ Non te decet forma iſthæc, pone fiſtulas,

„ Et arma capeſſe componens recte genas.


non obtemperaſſe: quum autem in flumine faciem ſuam eſſet contuita, indignatam fuiſſe, ac miſſas feciſſe fiſtulas. Quanquam ars deformitatem cantus ſuauitate hic quidem compenſabat. Et Marſyas, vt aiunt, capiſtro quodam atque orificio violentiam flatus intercepit, ac faciei inæqualitatem occultauit atque compoſuit.

B

„ Aurum tunc ſplendens malis circumdedit hirtis

„ Os patulum loris ſtrinxit, retroque ligauit.

Sed ad ſanitatem, ne diſrupto peritoneo deſcendat omentum cum inteſtinis in ſcrotum, apte faſcia ſibi ligant imum ventrem arcte tibicines. Quo vinculo carens iſte tibiam biforem inflans in Lucerna delineatus, non ab re fingitur & C gibbus, & inflato veretro, coleisque tumidis in hanc effigiem:



Iſtiuſmodi Lucernam perantiqui operis, vna cum duabus alijs, Illuſtriſſimus Commendator & Abbas, Caſſianus a Puteo, Romanæ decus Aulæ, cultor eximius antiquitatis, & omnium viuentium literatorum, donauit anno 1646. Eruditiſſimo Viro Ioanni Rhodio noſtro. Sane Morio gibbus iſte Lucernæ, D geminatam, biforemque fiſtulam inflans, efformatus eſt nudus, vt deformitas ipſius conſpectior eſſet; miraque fabrilis ingenij libidine confictus. Cuius generis plura diuitibus in pretio frequēti numero vendebantur antiquitus: vnde illud:

„ Stultitiam patiuntur opes.


Hanc

Hanc autem Lucernã etiamnũ in pinacotheca ſua ſeruat ipſe Rhodius noſter.

De duplici Lucerna capitis humani veluti plorantis aut cachinno effuſo ridentis, effigiem habente. Cap. LXXXVI.

A Alia vero Lucerna non vnica gerit in areæ ſuæ ſupernæ medio caput humanum inſculptum forte, ſub plorantis effigie; prima quidem huiuſmodi; cum inſcriptione LICINCOS in exteriore fundo:

Lib. VI. Cap. LXXXVI.



continet, vt vides, hominis barbati caput, aperto nimium ore, an eiulatum proferat, an cachinnum, quiſpiam dubitauerit. Quid ſibi velint in extremo fundo exteriore grammata LICINCOS, non ita planum. Si forment vnicam dictionem, incertum an indicent nomen fabri, an defuncti, an ferui ſepulchralis. At ſi fuerint litteræ capitales plurium dictionum; Delio natatore dubio procul opus eſt ad illarum germanum ſenſum expiſcandum. An dites, fuiſſe lucernam ex earum numero, quæ ſemper arderent inextinguibi-

B les intra ſepulchra? tunc ſane legas: *Lucerna Ignem Conſeruans In Nobili Conditorio Omni Seculo*. An volueris eſſe non æterni luminis, at quæ prorſus egeret olei ſtatis temporibus adiectu? ſic interpretabere grammata: *Lumen Illuſtrans Conditorium Indicat Nobilitatem Cultorum Oſſium Sacrorum:* quandoquidem apud omnes propemodum nationes veteres opinati per mortem homines tranſire in Deos Manes, Mortuorum Oſſa, quin & defunctorum ratione ſepulchra tanquam ſacras res habebant, & venerabantur. Sed arbitraria mul-

Oſſa mortuorum cur haberentur ſacra, & colerentur accenſo lumine.

multiplex esse potest huiuscemodi literarum capitaliū interpretatio; nihilque firmi, certique de proposito potest afferri. Ceterum alia Lucerna dissimilis parum huic est in structura, sed habet omnino consimilem iconem barbati capitis in area superna; quare praetereo figuram opponere. Non omitto tamen in exteriori fundo descriptum haberi tres intra circulares lineas nomen FORTIS; quod esse proprium nomen Fabri, constat ex ea certissima coniectura, quoniam id nomen passim habetur in plurimis Lucernis; quae ab vno Fabro Lucernario factae fuerunt necessario. Sin autem in hisce Lucernis caput illud barbatum, ore monstrose hiante, dicatur effictum ad indicandam Laruam sepulchralem, cuiusmodi frequens antiqui circa sepulchra spectabant, atque ponebant, non abnuo. Inuenitur autem ista Lucerna fictilis apud D. Alexandrum Estensem, Nob. Patauinum: Quae dissidet a proposita, quod non habet a tergo manubriolum vllum, vt ista: & in area duo continet orificia, veluti spiracula, inter quae caput humanum effictum est, non vnicum spiraculum, vt ista: & laterales obtinet prope foramina duas tanquam ansulas; quum istae non habeantur in allata, sed a tergo tantum manubriolum anulari forma perforatum. Haec in fundo intra duos circulos aequidistantes, quaternis lineis effigiatos, obtinet nomen FORTIS. ista vero simplicem intra lineam circulare continet huiuscemodi literas, LICINCOS: quas capitales, praeter allatam nuperrime geminam explicationem, tertio loco possumus interpretari: *Lychnus Igne Coruſco Illuminans Nobilem Conditum Obſcuro Sepulchro*. Nam, vt antea notaui[*] Lucernae solum accendebantur in Nobilium, Diuitumque sepulchris; quod satis indicatur Lege *Maenia*.

[*] l. 3. c. 6.

De Lucerna, in effigiem capitis Aegyptij Sacerdotis rasi efformata. *Cap. LXXXVII.*

POstea sequitur, quam recens habuimus ab Antiquario, & gemmarum eximio cultore D. Gilberto, Lucerna pensilis, mire se tota referens caput abrasum Aegyptij sacerdotis, coronatum velut intorto funiculo; quae gerit in fundo florem mirabilem ad instar Crucis; e cuius angulis frondes veluti Trinitatis herbae nuncupatae, prodeunt in hanc effigiem:

Non

Lib. VI. Cap. LXXXVII.



Non ab re coniectari libuit istam lucernam referre caput rasum sacerdotis Aegyptij, tum quod eius regionis accolæ, sacerdotes haberent raso capite: tum quod apud Aegyptios celebraretur festum Lucernarum. De primo præclarum habemus in Hieroglyphicis [a] Pierij testimonium, vbi legimus: *Quod vero Sacerdotes Aegyptij quotidie rasitabant, neque vllum vestigium capillorum toto capite cerni patiebantur, hieroglyphice significare volebant, superflua omnia submouenda: cuiusmodi significatum habetur* XXI. *Deuteronomij: vbi si mulierem quis ex hostico viderit, approbaueritque, ita vt eam vxorem ducere concupiscat; iubetur inter alia, caput eius detondere, vnguesque præcidere: hoc est, vt Cyrillus interpretatur si quid in profanis disciplinis deprehenderimus, quod approbemus, idque in vsum nostrum transferre cupiamus, dandam operam vt ex his, quæ superflua fuerint, amputentur.* In hanc eandem sententiam Polidorus Virgilius agens de rerum inuentoribus infit: [*] *Commune initiatis omnibus insigne est, vertex rasus, præcipuum sacri prophanique capitis discrimen, quod admonet sacerdotes, spretis omnibus humanis voluptatibus, oportere cælestia tantum meditari.* Herodotus in Euterpe scribit: [*] *Deorum sacerdotes alibi comati sunt, in Aegypto derasi.* Plinius itidem ait: [*] *Bos in Aegypto etiam numinis vice colitur, Apin vocant. Insigne ei in dextro latere candicans macula, cornibus Lunæ crescere incipientis: Nodus sub lingua, quem Cantharum appellant. Non est fas eum certos vitæ excedere annos, mersumque in sacerdotum fonte enecant: Quæsituri luctu alium, quem substituant: & donec*

[a] lib. 32.

[*] l. 4. c. 8.

[*] c. 36.

[*] l. 8. c. 46.

nec inuenerint mœrent, deraſis etiam capitibus. Vbi non videtur perpetuo caput abraſum geſtare, ſicut ait Herodotus, & Pierius, at ſolum tempore luctus, antequam reperiant Apim ſubſtituendum in locum demortui. Præterea de propoſito ſcribit [*] Apuleius: *Zachles adeſt Aegyptius, propheta primarius, qui mecum iamdudum grandi præmio pepigit reducere ab inferis ſpiritum, corpusque iſtud poſtliminio mortis animare. Et cum dicto Iuuenem quempiam linteis amiculis intectum, pedesque palmeis baxeis indutum, & aduſque deraſo capite, producit in medium. cuius diu manus deoſculatus, & ipſa genua contingens, Miſerere, ait, ſacerdos, miſerere*. De ſecundo ſic Herodotus in Euterpe: [b] *Vbi vero in Sain vrbem ſacrificatum conuenerunt, noctu ſub dio vniuerſi circum domos frequentes lucernas accendunt, imbutas ſale, & oleo plenas cum multo lychno, quod tota ardet nocte. Cui feſto nomen impoſitum eſt, Accenſio Lucernarum. Ad hunc conuentum quicumque Aegyptiorum non ierint, obſeruantes ſacrificij noctem, & ipſi vniuerſi Lucernas accendunt: atque ita accenduntur Lucernæ non in Sai modo, ſed etiam per vniuerſam Aegyptum. Qua vero gratia nox hæc lumen & honorem ſortita ſit, ſacra quædam ratio commemoratur*. Quam rationem ſacram non affert Herodotus: Innuit, agens de falſa religione, Lactantius ita: [c] *Iſidis Aegyptiæ ſacra ſunt, quatenus filium paruulum vel perdiderit, vel inuenerit. Nam primo ſacerdotes eius deglabrato corpore ſua pectora tundunt, lamentantur, ſicut ipſa, quum perdidit, fecerat. Deinde puer producitur quaſi inuentus, & in lætitiam luctus ille mutatur: & ideo Lucanus:*

„ Nunquamque ſatis quæſitus Oſiris.

Semper enim perdunt, & ſemper inueniunt. Refertur ergo in ſacris inuentus, quæ vera geſta eſt. Pauſanias in Phocicis, refert ad Nili decrementum, quod lugeant, & augmentum, de quo quotannis lætentur Aegyptij; quodque lacrymis Iſidis augeri cenſeant, dicantque myſtice; ſignantes Oſiridis nomen Nilum, & Iſidis Aegyptum; cuius Nilum alij filium, quod eum veluti pariat antea ſub terras conditum non ſemel, vt obſeruat inter alios ipſe Plinius inquiens de Nilo: [d] *Ex hoc lacu profuſus indignatur fluere per harenoſa & ſqualentia, conditque ſe aliquot dierum itinere. Mox alio lacu maiore in Cæſarienſis Mauritaniæ gente Maſſeſylum erumpit, & hominum cœtus veluti circunſpicit, ijſdem animalium argumentis. Iterum harenis receptus conditur rurſus viginti dierum deſertis ad proximos Aethiopas. Atque vbi iterum ſenſerit hominem, proſilit fonte (vt veriſimile eſt) illo, quem Nigrin vocauere. Inde Africam ab Aethiopia diſpeſcens, etiamſi non protinus populis, feris tamen & belluis frequens, ſyluarumque opifex, medios Aethiopas ſecat, cognominatus Aſtapus, quod illarum gentium lingua ſignificat aquam e tenebris profluentem*. Hinc fabulæ commentum de Oſiride (quo nomine ſacerdotes Aegyptios Nilum appellare conſueuiſſe Plutarchus aſſeuerat agens *De Iſide & Oſiride*) principium habuit; quia Nilus ſe ſe condens eſt Oſiris interemptus, latenterque tranſductus ab hominum conſpectu. Qui dum rurſus e terra ſurſum erumpit, dicitur Iſidis filius, quæ pro Aegypto poſita Nilum de ſe veluti naſcentem parere videtur. Idemque fluuius iterum harenis conditus, interfectus dicitur: & rurſus emergens e tellure, partu reddi ab Iſide. Quæ pro terræ Aegypti ponitur. Vnde Nilus Iſidis filius cognominatur, toties terris hauſtus, toties emergens e telluris altiſſimo ventre. Sed alij ponunt Oſirim Iſidis, adeoque Nilum Aegyptiæ terræ coniugem, quod Aegyptia tellus a Nilo mirifice fecundetur. Quod optime luculenterque Seneca docet, cui: [e] *Mira aquæ natura fluminis, quod quum ceteri amnes abluant terras, & euiſcerent, Nilus tanto ceteris maior, adeo nihil exedit, nec abradit, vt contra adjiciat vires, minimumque in eo ſit quod ſolum temperet. Illato enim limo arenas ſaturat, ac iungit. Debetque illi Aegyptus non tantum fertilitatem terrarum, ſed ipſas. Illa facies pulcherrima eſt, quum iam ſe in agros Nilus ingeſſit. Latent campi, opertæque ſunt valles: oppida inſularum modo extant. Nullum in mediterraneis, niſi per nauigia commercium eſt. Maiorque eſt lætitia gentibus, quo minus terrarum ſuarum vident*. Hinc fabulantur Iſidem inuento tandem Oſiride lætitia geſture, poſt luctum inquiſitio-

[*] l. 2. metam.

[b] cap. 62.

[c] l. 1. cap. 21.

[d] l. 5 cap. 9.

[e] 4. nat. quæſt. cap. 1.

tionis mariti sui: de quo luctu, lætitiaque Pausanias in Phocicis antea citatus, infit ipsissima: [f] *His consimilia de Phœnice quodam homine audiui Aegyptios Isidi festos dies agitare, qua anni parte lugeri ab ea Osirin ducunt: ac per illos sane dies incipere Nilum* anniuersario auctu *excrescere. Quo fit, vt incolarum turba dictitet, augeri Nilum, atque impleri, lareque arua irrigari, Isidis lacrymis.* Recte quoque festum hoc Aegyptiorum luctuosum nocturnum ob necem Osiridis, institutum esse potuit in memoriam noctis illius calamitosæ, qua Deus interfecit omnes primogenitos Aegyptios, inter quos fuit etiam Osiris, filius regis Isidis frater, & coniux; quod haberi potest etiam ex diuina scriptura, in qua legitur: [g] *Et transibo per terram Aegypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in terra Aegypti, ab homine vsque ad pecus: & in cunctis Dijs Aegypti faciam iudicia, ego Dominus.* & mox: [h] *Factum est autem in noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti, a primogenito Pharaonis, qui in solio eius sedebat* (quem primogenitum regis Aepypti forte vocabant Osirim) *vsque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere, & ad primogenitum iumentorum. Surrexitque Pharao nocte, & omnes serui eius, cunctaque Aegyptus, & ortus est clamor magnus in Aegypto: neque enim erat domus, in qua non iaceret mortuus. Vocatisque Pharao, Moyse & Aaron nocte, ait: surgite, & egredimini e populo meo, & vos, & filij Israel. Ite, & immolate Domino, sicut dicitis. Oues vestras, & armenta assumite, vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi. Vrgebantque Aegyptij populum de terra exire velociter, dicentes, Omnes moriemur.* Hanc itaque veram historiam de nocturno planctu gentis Aegyptiæ super mortuo primogenito quisque suo: deque lætitia ob liberationem a metu mortis ceterorum filiorum in exitu populi Dei de terra sua; quot annis postea celebrarunt Aegyptij per festum lucernarum ab Herodoto descriptum; & a sacerdotibus Aegyptijs, qui cuncta sua mysteria sub hieroglyphicis fabularum tegebant ex more, contigit indicari nocturno planctu Isidis Osirim interfectum mire miserequeque lugentis. Et quemadmodum exitus Hebræorum ex Aegypto contigit in nocte plenilunij: nimirum, vt ait sacra [i] pagina, *nox decima quarta primi mensis*; & quum apud Hebræos numerarentur menses a Luna, scilicet ex motu Lunæ; qui viginti & octo diebus fere completur; decima quarta mensis est nox plenilunij; qua nocte fieri consueuisse quotannis apud Aegyptios festum Lucernarum, satis aperte constat ex Herodoto, superius allato, quin & ex ipso Lucano, cui,

Nunquam est satis quæsitus Osiris.

At vero Sole eum die mox oriente, tanquam inuentum Osirim tripudijs exultantes Aegyptij venerabantur. Ac vt iam festum Lucernarum nocturnum cum lamentationibus apte descriptum vidimus apud Herodotum; ita videre licet apud [k] Apuleium luculenter explicatum festum lætitiæ diurnum, post exactam noctem plenilunij; quam ita scitissime proponit: *Circa primam ferme noctis vigiliam experrectus pauore subito, video præmicantis Lunæ candore completum orbem, commodum marinis emergentem fluctibus*, ab oriente scilicet, dum Sol occasu videri desijt. Quin & in manu præcipui sacerdotis, diurnum festum hilaritatis Osiridi iam inuento concelebrantis, Apuleius lucernam adspexit accensam, ceu Solis præsentis hieroglyphicum, postea subiungens: *Et Antistites sacrorum proceres illi, qui candido linteamine cinctum pectoralem aduscque vestigia strictim iniecti, potentissimorum domini proferebant insigneis exuuias. Quorum primus Lucernam præmicantem porrigebat lumen, non adeo nostris illis consimilem, quæ vespertinas illuminant epulas: sed aureum Cymbium in medio sui patore flammulam suscitat largiorem. Secundus vestitu quidem similis, sed manibus ambabus gerebat altaria.* Quoniam vero primus Antistes sacrorũ apud Aegyptios, idem (vt ex Hecatæo testatur [l] Pierius) erat Princeps vniuersi regni, simul & omnium sapientissimus; vnde Trismegisti cognomine venerabatur. Mercurius enim Aegyptius ille dictus est ideo Trismegistus, Latine Termaximus, quod & Philosophus maximus, & sacerdos maximus, & maximus denique rex fuerit. Consueuerunt enim Aegyptij ex omni Philosophorũ numero

[f] lib. 5. c. 9.

[g] Exod. 12. 12

[h] ver. 20. & seqq.

[i] Exod. 12. 6. 12.

[k] l. 11. metã. init.

[l] l. 53. hieroglyph.

ro ſacerdotes, ac rurſus ex ſacerdotibus regem eligere. Hic autem vt Philoſophos ſapientia, ita religione ſacerdotes excelluit, ac mox in imperio adminiſtrando iuſtitia ſuperiores omnes reges ſuperauit. Hic primus a phyſicis ad diuinorũ ſpeculationem erexit. Primus de Maieſtate Dei, de dæmonum ordine, animarumque mutationibus ſapientiſſime diſputauit. Scripſit multa volumina, quibus arcana myſteria, & oracula panduntur, non enim vt Philoſophus ſolum, ſed vt propheta, futura ſæpe prædicit. Ita C. Stephanus e claſſicis. Huncce Mercurium Triſmegiſtum Diodorus [k] Siculus ait Oſiridis, & Iſidis fuiſſe veluti magiſtrum, & conſiliarium. At vero Suidas aliter explicare videtur etymologiam Triſmegiſti, ſcribens nobis interpretationibus illuſtrata, & tantum non comprobata. *Mercurius Termaximus. Hic erat ſapiens Aegyptius. Floruit autem ante Pharaonem. Vocatus autem fuit Termaximus, quod de Trinitate locutus fuerit, dicens in Trinitate vnam eſſe Deitatem. Sic fuit lumen intelligens ante lumen intelligens* (etenim lumen Filius de lumine Patre generatur, priore ſecundum relationem habitudinis) *& fuit ſemper mens mentis lucida* (nam Verbum ſapientia Paternæ mentis Patri coæternum eſt) *Et nihil aliud fuit huius vnitas* (quia pluralitas perſonarum non eſt alia quædam ſubſiſtentia realis ab vnitate diuinæ eſſentiæ) *Et ſpiritus omnia continens* (Quoniam [l] ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis.) *Extra hunc non eſt Deus, non Angelus, non vlla alia eſſentia eſt* (quia Deus eſt in vniuerſo, & viciſſim cuncta in illo; omniaque mouentur ab inexiſtente in nobis Numine, vt ait [m] Ariſtoteles: & [n] Apoſtolus: In ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus) *Omniũ enim eſt Dominus, & Pater, & Deus, & omnia ſub ipſo, & in ipſo ſunt. Nam ipſius ſermo, qui eſt vndiq; perfectus, fecundus, & opifex, in fecunda natura præexiſtens, & fecundam, aquam fecundam fecit* (quando dixit etiam Deus: [o] Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cæli. &c. *His autem dictis* (Mercurius Triſmegiſtus) *hæc precatus eſt. Obteſtor te cælum magni Dei ſapiens opus. Obteſtor te Vocem Patris, quam locutus eſt primam, quum omnem mundum firmauit. Obteſtor te per vnigenitum Sermonem, & Patrem omnia continentem:* Obteſtor, inquam, te cælum per hæc omnia *propitium, propitium eſto* mihi. Quocunque modo Mercurius Aegyptius appellatus fuerit olim Triſmegiſtus, ſiue quod extiterit Maximus Philoſophus, maximus ſacerdos, & maximus Dynaſta, ſicuti communis eſt Claſſicorum conſenſus; ſiue (vt habet Suidas) quod maxima de Trinitate fuderit oracula (propter quam rationem Vecchiettus ille magnus Etruſcus, qui diu commoratus in Aegypto dynaſtias omnes eorum euoluere ſedulo potuit ac diligenter, animaduertit ab Aegyptijs veram religionem non accipientibus, eius nomen e Dynaſtarum catalogo deletum fuiſſe) recte redimitum caput habere debuit intorto funiculo duplici, qualis inſpicitur in noſtra Lucerna: quã ideo & antiquam, & antiquario habitam: & Aegyptiam arbitror, ex icone capitis Aegyptij ſacerdotis, duplici contorto funiculo coronati; nam etiamſi ſacerdos ille fuerit, vna princeps, & Philoſophus; attamen corona, quæ regimen indicat, & duplici virga in funiculi ſpeciem non e triplici contorqueri debuit; etenim ſacerdos eſt paſtor animarum, princeps autem eſt paſtor populorum, quantum ad corporalia. Sapiens autem non regit vllos, niſi quatenus vel cum ſacerdote vel cum principe coincidit; ſed ex ſe tantummodo docet: Porro de virga & funiculo Paſtoris, atque Rectoris, habemus Oraculum Zachariæ, dicentis: [p] *Et paſcam pecus occiſionis propter hoc, o pauperes gregis. Et aſſumpſi mihi duas virgas vnam vocaui decorem* (quæ decet ſacerdotem, paſtorem animarum) *& alteram vocaui funiculum* (quæ principem decet) *& paui gregem* (humanum mihi ſacerdoti principi commiſſum, quantum ad animam, & quantum ad corpus.) Quæ quidem duæ virgæ contorquentur in coronã capitis Aegyptij ſacerdotis hieroglyphice, poteſtatem habẽtis regiam in funiculo, & ſacerdotalem in decore. De virga vero funiculi regiæ poteſtatis ait illico Propheta: *Et ſuccidi tres paſtores*

[k] l. 1. cap. 2.

Mercurij Triſmegiſti mira de Trinitate ſententia explicatur.

[l] Sap. 1. 7.

[m] Ariſ. 7. eud. cap. 18.

[n] Act. 17. 28.

[o] Gen. 1. & ſeqq.

[p] cap. 11. 7. & ſeqq.

in mense vno: & contracta est anima mea in eis. Siquidem & anima eorum variauit in me. & dixi: non pascam vos. Quod moritur moriatur: & quod succiditur succidatur: & reliqui deuorent vnusquisq; carnem proximi sui. Nempe Deus succidit exterminans tres pastores, qui sunt Principes Idololatræ cũ suis sacerdotibus: Principes Hebræorum cum suis sacerdotibus, qui filium suum audire, recipereque noluerunt; a quibus ob mortem illatam Christo suo Dominus abstulit principatum, & sacerdotium: nec non & Principem Angelorum, qui præuaricati sunt; vel si placet Principes Christianos malos, tyrannidem exercentes, prauosque nouæ legis sacerdotes præscitos, & reprobatos a Deo: etenim funiculus in sacra pagina tribuitur æque [*] principibus, & [*]sacerdotibus. Quos tres ordines Pastorum Deus ait se succidisse *mense vno*, nomine mensis hieroglyphice designans iustitiam, victoriam, & palmam de ipsis habitam; vt constat ex Valeriano, dicente: [q] *Palmæ significata plurima traduntur; quorum præcipue quatuor ex grauissimis autoribus seligere visum est: quippe annum, mensem, iustitiam siue æqualitatem, atque victoriam. Causa vero cur annum Palma significaret, prima est, quod sola omnium arborum per ortus Lunæ singulos, ramos singulos progenerat. Atque ita etiam significatum mensis obseruarunt, vt per singulos palmæ surculos menses totidem adnumerarent. Per itaque vt si annus exprimi debeat, Palma duodecim ramis prædita figuretur. Sed enim, etiamsi hæc non adfuerit curiositas, annum omnino significabit, vel quantum ad mensem attinet, quod in ossiculis eius ea maxime figura expeteretur, quæ Lunata esset; quam contra fascinationes pollere plurimum arbitrabantur. Lunam autem maxime cauam, qualis est quum octo & viginti dierum numerum expleuit, cornibus scilicet inferne dejectis, mensis indicium esse in cælestibus loco suo dictum. Dianaque ipsa apud Homerum Apollinis hymno, mensis & anni arbitros paritura, Palmam amplexata describitur.* AEQVALITAS. *Aequalitatem vero ea de causa significabat, quod quum initio Soli dicata fuerit ante laurum, grauissimi autores asserunt, & Phœbum, & victores hac, non alia quapiam arbore coronari solitos. Quæ quum æquale esset victorum omnium præmium, æqualitatis id symbolum assecuta est. Sane Plutarchus & Pausanias autores sunt, Palmæ pretium, qua multis in certaminibus victores æque coronarentur, a Theseo primum institutum, quum a Creta primum reuersus in Delum applicuisset, & Apollini ludos edidisset, siue ea de causa sit excogitatum, quod arbor ea foliis sit maxime æqualibus, ideoque victoribus conueniret, quod æqua eorum laus atque præmium esset.* IVSTITIA. *Fructus, præterea reddit pari cum foliis æquilibrio, atque hinc Iustitiam significari voluerunt. Præter hæc incorrupta est Palmæ materies, ac propemodum senij nescia, perinde ac decet incorruptos esse, neque vnquam temere flecti aliorum quorumcumque arbitrio, iustitiæ administratores. Folia demum, nisi vi tollantur, nunquam amittit; quare illam congruenti epitheto ἀείφυλλον, atque etiam ἐμπεδόφυλλον appellauerunt; quum & laurus, & oliua, & myrtus, ac aliæ quædam, quibus est perennis foliorum viror, succrescentibus aliis priora decutiant: Eademque immobilitas expetitur in Iustitia. Quod vero ponderibus resistat, & in aduersum incuruetur, facere idem Iudices debent, atque reluctabundi, seductores pellacesque omnes detrectare, neque muneribus, neque violentiæ cedere. In hanc sententiam Leuitico celebrandis feriis XV. mensis septimi, Palmarum surculos, quos Græci spathalas a gladij forma vocant, legislator sumendos præcipit. Theologi per eos iuuenescentia Iustitiæ germina interpretantur: Iustus enim, ait Psalmographus, sicut Palma germinabit, propterea quod nihil est in vniuersa Palma quod respui debeat, ita tota ab intima medulla ad extremum vsque folium humanæ necessitatis vsibus est commoda, idque multipliciter; perinde ac in iis, qui iuste viuunt, nihil reperias, quod non vndecumque vtile sit ac commendabile.* VICTORIA. *Victoriæ demum in Palma significatum, ex numis, picturis, sculpturisque omnibus vniuersæ iam plebeculæ manifestum est, &c.* Quæ cuncta referenda fuerunt ad abditioris oraculi declarationem. Quum itaque Palma mystice significet Mensem, Victoriam, atque Iustitiam; prophetica iam obscuritate tropologice Mensis per Palmam significatus æque signare poterit Victoriam pariter, ac Iu-

[*]Isai. 33. per tot.
[*] Hierem. 10 20.

[q] lib. 50 hier. Mensis vt ad Palmam, victoriam, & iustitiam referatur hieroglyphice.

Palma cur Iustitiæ symbolum.

Palma cur æqualitatis tessera.

Palma vt Victoriæ symbolum sit.

Iustitiam. Deus ergo tres malos pastores vno mense succidens, tres iniquorum principum, & Sacerdotum species iuste vicisse, destruxisseque ponitur. *Et reliqui* sub iniquorum principum imperio male viuentes ad exemplum sui regis, *deuorent vnusquisque carnem proximi sui*, tanquam incorrigibiles, atque præsciti, relinquantur in manu peruersi consilij sui nocendi proximo (quem sicuti seipsos amare deberent) æterna pœna post obitum puniendi. Quod additur. *Et tuli virgam meam, quæ vocatur decus, & abscidi eam, vt irritum facerem fœdus meum, quod percussi cum omnibus populis: & in irritum deductum est in die illa. Et cognouerunt sic pauperes gregis, qui custodiunt mihi, quia verbum Domini est.* scilicet decoris virga fœdera Domini respiciens, in sacra pagina manet æqualiter apud principes, & sacerdotes; nam Abram, cum quo pepigit Dominus [*l*] fœdus in sempiternum, fuit [*m*] princeps, atque [*n*] sacerdos, Isaacum filium immolare iussus. Vnde rectissime duæ virgæ, funiculus, & decor, contortę, complicatæque simul sunt in vnam coronam, circundantem caput Aegyptij sacerdotis, qui & princeps erat, vt visum est, in nostra Lucerna. Deus autem abscidit Sacerdotium, & Principatum Hebræorum, vt irritum faceret fœdus, quod percusserat cum omnibus populis descendentibus ex domo [*o*] Noe post diluuium, & speciatim cum omnibus populis tribuum filiorum Israel, quibus promiserat omnem benedictionem, & assistentiam, & gratiam, si seruassent mandata sua; & in die illa, qua transgressi sunt præceptum Domini, Deus in irritum deduxit pactum suum benedictionis cum eis percussum. Qui vero descriptus est in fundo Lucernæ flos in imaginem crucis cum folijs triangularibus, in effigiem persimilem flori, folijsque Trinitatis herbæ, nisi fuerit aliqua species Aegyptiarum, Niloticarumque stirpium, alludere forte voluit Aegyptius Autor Lucernæ ad signum Crucis, & ad mysterium altissimum Trinitatis; etenim de Trinitatis almo mysterio Mercurium Trismegistum Aegypti Regem, ac sacerdotem alte locutum, antea vidimus apud Suidam: Quin & obseruatu Baronij ad an. 389. & Spondani n. 16. in horum confirmationem hæc afferre lubet circa Serapidis templum & idolum: De cuius origine diuersa fertur opinio Paganorum: Alij Iouem putant, cuius capiti modius superimponitur, vel quia eum mensura modoque cuncta indicet moderari: vel vitam mortalibus frugum largitate præberi. Alij virtutem Nili fluminis, cuius Aegyptus opibus, & fecunditate pascatur. Quidam Paganorum in honorem nostri Ioseph formatum perhibent simulachrum ob diuisionem frumenti, qua famis tempore subuenit Aegyptijs: (& mox) Sed quod ad Iosephum Iacob filium attinet, haud quidem spernenda ea est sententia; nam ex diuinis [*p*] literis proditum est, mutasse Pharaonem Regem Aegypti nomen Ioseph; ait enim diuina Scriptura de ipso Rege, *vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca, Saluatorem mundi*: hæc ibi. Scimus antiquos Scriptores ipsum nomen Serapis ex Græcis deducere vocibus, quum dicant ferme omnes σορὸν ἄπις, Sepulchrum Serapis. Sed Iulius Maternus, haud ignobilis Scriptor, qui claruit temporibus Constantini, significatione nominis aliter expressa habet: (*q*) *Discite etiam Sacrosancti Imperatores, venerandum Alexandriæ numen, vnde sumpserunt exordium*: & post recitatam de saluata a penuria eius prudentia atque industria Aegypto, ista subdit: *Huic post mortem Aegyptij, patrio gentis suæ instituto, templa fecerunt: & vt iustam dispensationis gratiam posteritas disceret, quo modo esurientibus, & ementibus frumenta diuisserat, capite is superimpositus est. Nomen etiam vt sanctius coleretur, ex primo autore generis accepit. Nam quia Saræ pronepos fuerat, ex qua [r] nonagenaria Abraham, indulgentia Dei susceperat filium. Serapis dictus est Græco sermone, hoc est* Σαραϛ: *sed hoc inuito Ioseph accidit, immo mortuo*. ita ipse. Verum haud facile mihi persuadeo, Aegyptium populum Deos patrios peregrinis vocibus nuncupasse, & non potius Aegyptio vocabulo, quem tanti facerent Deum, appellare voluisse: vnde tota vis in eo posita esse videtur ad dignoscendam originem eius, quidnam apud Aegyptios vox, *Serapis*, significaret; nam si apud eos idem erat

Signum Crucis in Templo Serapidis.

[*l*] Gen. 14. 13. & seq.
[*m*] 11. Gen. 14. 14. & seqq.
[*n*] Gen. 22. 20 & seqq.
[*o*] Gen. 9. per tot.
[*p*] Gen. 41. 45.
[*q*] cap. 14.
[*r*] Gen. 21. 2. 3.

» *Serapis*, quod *Mundi-Saluator*; non alium certe, quam Iosephum ipsos significare voluisse, certum redditur. Fertur ab antiquis Serapidis illud Oraculum, Iosepho Patriarcha dignissimum, a nostris etiam decantatum, quo verę Theologiæ pronunciatur elogium, sic Latine redditum:

» *Principio Deus est, tum Verbum, his Spiritus vnus est.*

» *Congenita hæc tria sunt, cuncta hæc tendentia in vnum.*

» Quod sane Oraculum, ex eo quod eundem cum Plutone esse Serapidem Heraclides Ponticus tradidit (quæ fuit plurimorum antiquorum sententia) idcirco Plutoni illud ipse tribuit. Certe quidem non frumentum tantum, sed veram Dei cognitionem Iosephum tradidisse Aegyptijs, testificatione Diuinæ scripturæ comprobatur, vbi [*f*] dicitur: *Constituit eum Rex Pharao, vt erudiret principes, sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret.* Tradunt insuper a Serapide inuenta esse symbola quædam, quibus ab obsessis dæmones pellerentur, quod Hebræorum sapientiæ conuenit. Vt iure dici possit, eam de Deo recitatam sententiam fuisse Iosephi. Quæ maxime declarant illa folia Trinitatis herbæ, fundo Lucernæ, caput Aegyptij sacerdotis habentis insculpta: nam Aegyptij cuncta fere hieroglyphicis indicabant. De Flore vero similiter ibidem in effigiem Crucis insculpto, parem habemus rationem ex eodem Baronio, vere Eminentissimo, dum paulo post adiungit, ex eodem Ruffino: *Signum hoc nostrum Dominicæ Crucis inter illas, quas dicunt ἱερατικὰς, ideſt sacerdotales literas, habere Aegyptij dicuntur, velut vnum ex ceteris literarum, quæ apud illos sunt, elementis: cuius literæ, seu vocabuli, hanc esse asserunt interpretationem:* VITA VENTVRA: *dicebant ergo hi, qui tunc admiratione rerum gestarum conuertebantur ad fidem, ita sibi ab antiquis traditum, quod hæc, quæ nunc coluntur, tandiu starent, quandiu viderent signum illud venisse, in quo esset Vita: vnde accidit, vt magis hi, qui erant ex sacerdotibus vel ministris templorum, ad fidem conuerterentur, quam illi, quos errorum præstigiæ, & deceptionum machinæ delectabant.* Addit Socrates: [*t*] *Immo diruti delubri lapides eiusmodi signo ✝ Crucis incisos esse repertos, adeo vt Gentiles dicerent, aliquid esse Serapidi commune cum Christo:* Quod non negandum, si de eius origine ex Iosepho filio Iacob, quod dictum est, omnino constare posset. Hanc eandem figuram Crucis inuentam fuisse dudum in lapidibus ruderum in euersione templi Serapidis apud Aegyptios, testantur Nicephorus [*u*] Calistus, [*x*] Sozomenus, & alij [*y*] scriptores Ecclesiasticę historię. Quinimmo Cœlius Rhodiginus ait [*z*] in suis Antiquis Lectionibus. *Propterea esse Crucem veteres dicebant, tum stellarum fortitudine factam, tum earundem fortitudinis susceptaculum: Ideoque habere summam in imaginibus potestatem, ac vires & spiritus suscipere planetarum. Quæ opinio ab Aegyptijs initia duxit, confirmataque vel præcipue est, inter quorum characteres Crux erat insignis, vitam eorum more futuram significãs. Proinde figuram eiusmodi Serapidis pectori insculpebant.* Sed Alexandrinum Serapidis templũ, & Memphiticum ab Aegyptijs Iosepho Patriarchę dicata fuisse, iam planiore plenioreque coniectura confirmare lubet, ad maiorem nostræ Lucernæ dilucidationem. Sane de proposito Plutarchus ita in Atticis. *Serapidis fanum se ostendit: cuius religionem a Ptolemæo Athenienses acceperunt. Apud Aegyptios autem* complura sunt *eius Dei templa, sed omnium clarissimum habent Alexandrini, antiquissimum Memphitici; quo neque exteris hominibus, neque sacerdotibus ipsis aditus patet, prius quam Apim bouem humarint.* Ista ceremonia forte significantes, Iosepho templa, statuasque non erexisse gentes Aegypti, neque sacra feciſſe, nisi post eius obitum; quod ille vetaret ex lege patria diuinis honoribus venerari nisi Deum verum. At vero bouis nomine, ac Apis Iosephum cognominabant Aegyptij, quod ex interpretatione somnij Pharaonis de septem bobus pulchris & obæsis, totidemque deformibus & macilentis; ex qua consuluit mire mirificeque famitum Aegypto, tum finitimis regionibus postea superuenturæ. Consueuerunt etenim antiqui mortales illos inter Deos referre, diuinoque cultu venerari, a quibus ingentia beneficia recepissent;

[*f*] ps. 104. 21. 22. 23.

[*t*] l. 5. c. 17 hist. Eccl.

[*u*] l. 12. c. 26.
[*x*] l. 7. cap. 15.
[*y*] Trip. l. 9. c. 29.
[*z*] l. 10.

Iosephum Patriarcham, vt mirifice coluerint Aegyptij, etiam vita defunctum.

Gen. 41. 18. & seqq.

ſent ; at illis mutare nomina vel in ipſa conſecratione : ſic olim Romani Romulum inter Deos ab ſe relatum poſtea vocauere Quirinum : Ita ſane Cœlius : *Solent, inquit, Diuinarum Inſtitutionum primo Lactantius, mortuis conſecratis nomina immutari : credo, ne quis putet homines fuiſſe. Nam & Romulus poſt mortem Quirinus dictus eſt, & Leda Nemeſis, & Circe Marica, & Ino poſteaquam ſe præcipitauit, Leucothea, matergue Matuta : & Melicertes filius eius Palæmon, atque Portunus.* Ad hunc morem Aegyptij mortuo Ioſepho templa conſtruxerunt, & ſimulachrum erexerunt, nomenque Serapis indiderunt. Quod idem fatetur etiam Cœlius Rhodiginus ex antiquis lectionibus habet primum: [b] *Principes Dei, inquit Varro, cælum, & terra : hos Aegyptus Serapin dicit :* nimirum ex cælo, & terra totum conſurgere, ſignificariq. Mundum, ſatis innuit hiſtoria ſacra dicens, [c] *In principio creauit Deus cælum, & terram:* his connotans alia in eis contenta, proindeque totum mundum ſignificans : Quum autem Pharao Ioſephum [d] *vocauit lingua Aegyptiaca Saluatorem Mundi;* quod omnes illas gentes a fame liberauerit, inſigni ſua prudẽtia, ſummaq. prouidentia. Deinde vero : [e] *Eſt autem apud Aegyptios Serapis, qui apud Græcos Pluto.* quam Heracliti Pontici ſententiam fuiſſe ſupra vidimus apud Eminent. Baronium: nimirum Græci Plutonem faciunt Deũ diuitiarum, earumque diſtributorem: & apud Aegyptios Ioſeph primo diſtribuit omnem pecuniam regiam emens quintam partem frumenti ſingulis annis abundantiæ ſeptuennis: deinde congeſſit innumeras pecunias in theſauros Regis, vendens frumenta condita populis eſurientibus integro ſeptennio ſequente. Quare poſt Cælium recte Pierius idem affirmat inquiens [g] in ſuis Hieroglyphicis : *Ea autem potiſſimum de cauſa Serapis in cultu erat, quod perſuaſum mortalibus fuit, inde locupletiores diuitias obuenire.* & mox. *Nam omnino, qui apud Aegyptios Serapis, apud Græcos Pluto eſt : & Pluto idem, qui diuitiarum Deus.* & paulo antea : *Et quod illi ſimulachrum in templo Alexandriæ ita vaſtum erectum eſt, vt dextra vnum parietem, alterum læua perſtringeret, ex omnibus metallorum li-*

[b] l.1.c.4.
[c] Geneſ. 1.
[d] Gen.41.45
[e] l.2.c.13.
Gen.41.47.& ſeqq.
[g] l.32.

gnorumque generibus compoſitum ferebatur, vt nihil non complecteretur, quod terra vel proferat, vel intra viſcera abditum occultarit. Quæ mirifice Ioſephum Patriarcham declarant myſtice ; tum qui venditione frumentorum tempore tam longę penurię congregauit eorum pretium apud ſe cunctas pecunias, adeoque cuncta metallorum genera ; cunctaque ligna pretioſiora. tum quod manu dextera ſui templi vaſtiſſimi parietem vnum perſtringeret, & alterum illi oppoſitum diſtantiſſimum læua ; neceſſarium fuit id ſimulachrum in effigiem hominis crucifixi vel crucem referentis efformari ; quod antea Rhodiginum vidimus innuiſſe, dum ait Aegyptios inſculpſiſſe figuram Crucis pectori Serapidis : Ioſeph autem huiuſmodi figura tum prophetice Chriſtum per Crucem ſuam Saluatorem Mundi ſignauit apte : tum poteſtatem ſupra regionem omnem Aegypti, ſibi a Pharaone [i] traditam, pertingentem a fine vſque ad terminum oppoſitum vniuerſi regni, totiusque regionis illius ampliſſimæ : Denique vero nomen Serapis apud Aegyptios aperte ſignificare Ioſephum Patriarcham, illud oſtendit, quod eiuſmodi nomen compoſitum eſt ex duplici vocabulo *Sera* & *Api*. Sane Sera propria fuit veſtis Ioſephi polymita ; qua de re Cœlius in Antiquis (k) lectionibus ita : [l] *Polymitam intelligit Hieronymus veſtem diuerſi coloris contextam filis : qua, inquit, veſte polymita, & multarum virtutum diuerſitate contexta indutus fuit & Ioſeph, & Regum quondam vtebantur filiæ. Apud Seras, hoc eſt* σῆρας, *ſunt proprij generis veſtes ex animali, quod* σῆρα *vocent Græci, indigenæ aliter omnino ; magnitudine dupla quam cantharus maximus.* Iſtam Ioſephi tunicam [m] Lyranus ait extitiſſe ſericam, dicens : *In Hebræo habet tunicam ſericam: Ille enim pannus ſericus, de quo erat tunica, erat pluribus coloribus decoratus : & ideo dicitur illa tunica polymita ; nam* πολύμιτον *dicitur a* πολύ *multum, &* μίτος *filum, ſeu licium, quia erat pluribus licijs contexta.* Talis autem veſtis ſericæ polymitæ tunica proprium erat indumentum Ioſeph, indicium amoris, quo Iacob pater eum diligebat ſuper omnes [n] alios filios ; quorum nulli dicitur feciſſe tunicam eiuſmodi

[i] Gen.41.41. 43.
[k] l.16. c.30.
[l] Gen.37.3.
[m] loc.cit.
[n] Gen.37.3.

eſ-

fericam. Quod ex Gregorio colligitur, ordinario huius loci Gloſſographo :

[o] Gen. 37.

[o] *Quia Ioſeph inter fratres vſque ad finem vitæ iuſtus perſeueraſſe deſcribitur, ſolus talarem tunicam habuiſſe perhibetur. Quid eſt talaris tunica, niſi actio conſummata? Quaſi enim protenſa tunica talum corporis operit; quum bona actio ante oculos Dei vſque ad terminos vitæ nos regit. Vnde Moyſes caudam hoſtiæ offerri præcepit, vt opus bonum, quod incipimus perſeueranti fine compleamus.* Itaq; ſerica tunica talaris polymita, index amoris paterni ſuper alios filios, diſpeſcuit Ioſephum a ceteris fratribus; vnde proprio quodam vocabulo dictus eſt ab Aegyptijs *Serapis*, quod ſerica veſte fuerit vſus ab adoleſcentia ſua apud Patrem, & bonum ſomnium apte diuinitus interpretatus fuerit apud Pharaonem; quum Aegyptijs Apis bos appellaretur. Quã ſententiam apprime confirmare videtur in ſuis Hieroglyphicis Valerianus, inquiens, [p] *Qua ratione, quove modo bouillum pecus annonæ feracitatem, atque itidem penuriam ſignificet, ex* [q] *diuinis noſtrorum literis hiſtoriam repetere, minime fuerit importunum. Satis enim conſtat, quemadmodum Ioſippus ille ſomniatur Iacobi filius, ob inuidiam fuerit a fratribus venundatus, atque in Aegyptum adductus, vbi longam ſeruierit ſeruitutem; vtque poſtmodum primas apud Regem obtinuerit, poſteaquam nocturnam eam imaginem, quæ ſe ſe Pharaoni altius dormienti obtulerat, interpretatus eſt. Imaginatus enim erat ille ſeptem boues, pulchro, hilari, & pingui aſpectu ab ripa Nili ad paludem aberrantes, quas ſeptem aliæ deformi macie paluſtri eo in loco emergentes exceptas conficerent: mox vero exiſtimabat ſeptenas ſe ſpicas cernere multa fruge conſpicuas, & quæ iam ſecari poterant: eas totidem numero ſpicæ ſteritate inſigni ex proximo occupare videbantur (hoc vero viſum ſecundo loco, quod ex Hetruſca diſciplina in oſtentis expetitur, primo additum, atteſtatum facit, vt etiam in Gedeonis vellere diximus.) Hic iuuenis rerum prudentiſſimus, eximiam quandam ſeptem annorum feracitatem ex eo portendi pollicitus eſt, quam optimæ illæ boues cum frugiferis ſpicis inſpectæ denunciarent; quippe quod ſit animal agrorum cultui præcipue idoneum, telluris felicitatem* (forte, fertilitatem, le-

[p] lib. 3.

[q] Gen. 37. & ſeqq.

A gere debemus) *per eas interpretari oportere: cuius lætitiæ cauſa futura eſſet Nili inundatio, vnde viſæ eſſent illæ boues emergere.* (Sed ego per boues illas pingues exiſtimarim potius Ioſephum interpretatum Nili ſeptem annuas exuberantias & inundationes, quibus ex alueo geſtiens atque laſciuiens per totam Aegyptum ſe ſe diffundere debebat, eam mirifice fecundaturus; & per ſeptem boues extenuatas ac macilentes, totidem

B Nili fluminis penurias, tenuiaque nimium incrementa; nam apud antiquos, bouem eſſe hieroglyphicum fluuiorum, quibus ideo paſſim taurina cornua, capitaque dabant, & notiſſimum eſt vnicuique, lateque paulo antea notauerat ipſe Pierius: cui & fluuios ipſos cornigeros, vel tauricipites, & taurituos, vt luculentam apud Græcos locutionem interpretemur, paſſim effingunt. Hinc Tybris Maroni, [r]

[r] Aen. 8.

Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarum,
Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus

C Vt apud Ouidium in Metamor. *Granico nata bicorni*, non vt vulgata habent exemplaria, *Gracili cognata Granico*. Sic Tauriformis Aufidus Horatio. Nam & taurum a Perilao Phalaridi dono datum, Gelonis fluuij fuiſſe imaginem, apud Pindarum in Pythijs legas. Et Timæus taurum eum quamvis ita dicatum, ab Agrigentinis in mare proiectum

D aſſerit, ne qua tam ſæui tyranni memoria ſupereſſet. Compluribusque demum in locis flumina taurina ſpecie fingi ſolita comperimus, vt Eurotas apud Lacedæmonias, Cephiſus apud Argiuos, Aſopis apud Sicyonios & Phliaſios fuere: quem tamen Athenienſes humana facie figurabant, cornibus tantum a fronte prominentibus: ſiue pro-

E pter mugitum, quem vti dictum, ciere flumina taurorum inſtar videntur, & taurorum inſtar atrocia ſunt, vt Feſtus ait: ſiue quod cornua fluminibus ab flexuoſis eorum lapſibus attribuuntur. Quare per boues illas in Aegypto ſeptenas pingues, ac totidem macie confectas interpretatus eſt ſeptem abundantes Nili inundationes, totidemque fluminis eiuſdem tenues excreſcentias, non autem immediate ſoli fertilitatem,

at-

atque ſterilitatem, ad inundationem Nili vel vberem, vel parcam, conſecuturam. Recte tamen de ſpicis Ioſephi Pierius addit) *Idque per ſpicas, quæ hilari eſſent aſpectu, manifeſtius ſignificari, annorum quippe ſeptem lætiſſimum prouentum: Cetera, quæ his auerſa apparuiſſent, totidem annorum famem demonſtrare, quæ vbertatem illam e veſtigio ſubſecutura eſſet. Eſt nimirum palus ſterilitatis indicium, ſterilisque paſſim tum a poetis, tum ab oratoribus appellatur. Quum autem interpretationem huiuſmodi euentus approbaſſet Rex Ioſippi conſilio fretus non modo famem ab Aegypto depulit, ſed finitimos etiam populus abunde ſaturauit. Aiunt itaque Aegyptij, eius beneficij memores, homini gratiam relatam ita voluiſſe, vt ſimulachrum Serapidis cum modio in capite, huius rei monumentum eſſe decreuerint. Sed enim alibi de Serapide.* Satis hinc apparere poteſt, Aegyptios Ioſephum Patriarcham in ſuo Serapide coluiſſe: quod & *Serica* talari polymita ſolus inter fratres veſtitus a patre fuiſſet iunior: & *Apin* bouem Aegyptijs oſtendiſſet famis depulſorem. Quin eodem Valeriano teſte, mox, *In ſacris literis Iudæi* (ſeu potius Hebræi, quos inter annumeratur Ioſephus) *vt ſæpe dictum, hieroglyphice per bouem* (qui dicitur Apis ab Aegyptijs) *intelliguntur. Nam Hieroſolymitanus Heſychius bouem eum accipit, qui mandata tantum legis ſimpliciter obſeruat, vt pote quod bos ſit laboris ſignum. Eucherius ſignificationem ad omnes trahit, qui vitam laboribus exercent*; & *Moſaicum illud*, Non alligabis os boui trituranti; *Interpretatur, vt neminem mercede ſua fraudandum intelligat.* Sed hoc etiam ſenſu bos, & *apis* apud Aegyptios Ioſeph audire merito debet, cuius vita fuit omnis laboribus exercita, non ſolum ante ſui præfecturam Aegyptijs, at etiam in ea prouincia ſedulo prudenterque gubernanda, cunctisque regni neceſſitatibus, & finitimorum etiam prudentiſſime prouidendo. Quin etiam quum Aegyptij Nilum fluuium appellarent *Oſirim*, vt ait [*f*] Plutarchus, &, ablata prima literula, quæ Græcanicum articulum ſignat, *Sirim*; vt apparet cum ex Plinio ſcribente: *Nec ante Nilus* dicitur, *quam ſe totum aquis concordibus rurſus iunxit: ſic quoque etiamnum Siris, vt ante, nominatus per aliquot millia:* tum etiam ex Afro Dionyſio canente:

„ Hinc fluuij pinguis deſcendunt flumina Nili
„ Partibus a Libycis, qui currens Solis ad ortus
„ Siris ab Aethiopum populis cognomine fertur
„ Verſum cultores Nilum dixere Syenes,
„ Hinc Boreæ currens ad partes flumine pingui
„ Fertilis Aegypti terras fecundat opimas.

Et forte Nilus, qui quotannis incipit excreſcere in ortu caniculæ, quæ ſtella nomine proprio dicitur Sirius, inde nomen aſſumpſit *Siris*, & addito Græcorum more articulo maſculi generis, *Oſiris*; præſtat autem a Sirio ſidere cæleſti Nilum Siris nomen aſſumere, quam viciſſim a Nilo Siri Sidus Sirium denominare; tum quod cæleſtia ſunt antiquiora ſimul & digniora ſubcæleſtibus; tum quod canis ille Sirius vim obtinet promouendi Nilum, aut ſaltem eius excreſcentias indicandi. Denominatio ſiquidem a dignioribus fieri conſueuit, & a manifeſtioribus. Quod autem Oſiris nomen compoſitum ſit, Siris vero ſimplex, apte demonſtrare dicit Eruditiſs. [*u*] Seldenus, alia nomina Aegyptiaca, Buſiris, Petoſiris, Calaſiris. Itaque Siris Aegyptijs erat Nili proprium nomen. Apis autem apud eoſdem Bos Deus cultus fuit, quem & eundem cum Nilo putarunt, adeoque fluuium illum Deum nomine Serapidis ex Siri, & Api compoſito coluerunt, inſignibus & multis illi templis extructis. Porro Sirin, & Apin apud Aegyptios idem fuiſſe cum Nilo, & Serapide, conſtat ex Plutarcho dicente: *Plerique Sacerdotum in idem aiunt recidere Oſirin & Apin; enarrantque, & docent nos, Apin eſſe intelligendum formoſam animæ Oſiridis imaginem.* & mox: *Sed ſacerdotum ſapientiores, non Nilum dumtaxat Oſiridis, mare Typhonem accipiunt; ſed Oſiridem in vniuerſum cenſent omne principium facultate humectandi præditum, vt pote cauſam ortus & ſubſtantiam ſeminis.* & adhuc infra: *Sicut autem Nilum Oſiridis defluxum, ita corpus Iſidis terram putant, non vniuerſam, ſed quam Nilus inuadens ac coiens fæ-*

Nilus fluuius dictus etiam Siris, & cur.

Canicula Sirius appellatur non a Nilo, ſed viciſſim, & cur.

[*t*] Synt. 1. de Dijs Syris c. 4.

Apis bos idem cum Nilo, & cur.

Seraois quid Aegyptijs.

De Iſi. & Oſir.

[*f*] de Iſid. & Oſir.

lib. 5. cap. 9.

fœtam reddit: hoc ex coitu Orum nasci perhibent. & inferius: *Quod enim inclusus in arcam dicitur Osiris, eo nihil aliud significatur, quam aquæ occultatio, & defectus. Itaque mense Athyr perijsse Osiridem dicunt, quando Etesijs omnino deficientibus Nilus recedit, & solum nudatur. Quando autem nox fit longior, tenebræ crescunt, lucisque superatur & tabescit vis: tum sacerdotes cum alios tetricos ritus exercent: tum bouem auratum nigro bissino amictu ostentant in luctu deæ (bouem enim Osiridis ducunt imaginem)* nimirum bos arator pinguis Nilum exundantem indicauit, & macie deformis Nilum deficientem, ac Aegyptiæ terræ sterilitatem ostensam in somnio Pharaonis ex [y] interpretatione Ioſephi significauit. & inferius addit Plutarchus: *Porro Apin animatam dicunt Osiridis esse imaginem.* Vnde constat aperte nomen Siris, & Apis, idem significare; proindeque compositum ex his nomen Serapis: vt & Busiris, præposito boue ipsi Siri: sic enim idem nomen est Andronicus, & Nicander: idem Theophilus, & Philotheus: idem Demonicus, & Nicodemus. Busiris enim nomen est Nili, qui & Serapis dicitur; quod nomen fluuij Dei Aegyptiorum impositum olim fuit eius ditionis Regi, qui Busiris appellatus, tyrannum agens ab Hercule fuerit interfectus. *Busiris enim Neptuni filius*, Boccatio [z] Genealogiam Deorum explicanti, *Ex Libya Epaphi filia susceptus, vt in libro* [a] *temporum ait Eusebius. Hic autem, vt ait Augustinus in libro de Ciuitate Dei, regnante Danao Argiuis, vel rex, vel potius tyrannus suis Dijs hospites immolabat, quem Seruius ab Hercule occisum dicit, eo quod quum apud illum diuertisset, vt alios sic & eum voluisset occidere: & idem Seruius asserit huius Busiridis laudes ab Isocrate descriptas.* Et Boccacij [b] Scholiastes ex Pherecide refert, *Herculem venisse ad Nilum, & apud Memphim Busiridem Neptuni filium vna cum Amphidamante filio, & præcone Chalbe, & ministris aræ, in qua ille hospites mactabat, interemisse.* Porro Nilus exundans dicitur Neptuni filius ex eorum sententia, qui cum Plutarcho censent Etesijs ex aduerso flantibus ad ostia fluminis, mare prohibere ne labatur aqua, quæ retro fere acta, quasi remeans Aegyptum inundat fecundatura; sic aperte Plinius de Nilo: [c] *Multis quamuis faucibus in Aegyptium mare se euomit. Certis tamen diebus auctu magno per totam spatiatus Aegyptum, fecundus innatat terræ. Causas huius incrementi varias prodidere, sed maxime probabiles, Etesiarum eo tempore ex aduerso flantium repercussum, vltra in ora acto mari.* Constat ex his, Nilum fluuium tum varijs nominibus appellari, Sirim, Osirim, Apin, Serapim, Busirim: tum sua nomina dare magnis hominibus: tum Bouis, & Apis nomine maxime nuncupari, quod non solum cum alijs fluminibus flexuosus incedat, & mugitum edat concitato cursu, maxime cadens de catadupis, & incolas insurdans, vt ita loquar; sed etiam fecundet Aegyptum; vnde sacra [d] pagina Nili fluminis incrementa septem annorum magna, fertilitatem vberem indicatura, signauit per septem boues pingues exeuntes e ripa fluminis: & per pululantes in vno culmo septem spicas plenas, atque pulcherrimas: Nilique vicissim tenuia incrementa septem annorum allatura sterilitatem, annonæque penuriam septem annorum sequentium indicauit per septē boues macie deformes ex eodem amne conscendentes; & per septem spicas tenues, & vredine percussas, exorientes e stipula. Quod somnium Regis, interpretatione Ioſephi redditum vniuerso Regno, finitimisque regionibus apprime beneficum & salutare, causam præbuit vt Ioſephus a Rege Saluator-Mundi acclamaretur, & ab Aegyptijs Osiris, & Serapis appellaretur; *est enim*, vt ait [e] Plutarchus, *Osiris beneficus: & nomen hoc multa significans, præcipue vim efficacem, & beneficam designat*; vnde competit æque Nilo, & Ioſepho. Quin & Plutarchus idem paulo ante dixerat, *Præstat autem Osirim cum Baccho eundem facere, & cum Osiride Sarapin: sic dictum post quam naturam mutauit* (etenim Aegyptij Ioſepho iam mortuo statuam sub nomine Serapidis ac templum dicauere; quum viuens ipsis id non permiserit) *quia omnibus communis est Sarapis: Quomodo autem Osiris sit appellatus, norunt qui sacrorum sunt facti participes.* (& mox) *Ceterum Sarapin esse nomen eius qui vniuersum ordinat, atque*

Osiris in arcā inclusus est Nilus occultatus & deficiens.

Busiris, seu Nilus cur dictus Neptuni filius

[y] Gen. 41.

[z] l. 10. c. 27.

[a] 2. to. 25. 6. 82. c.

[b] l. 4. ad c. 30.

[c] l. 5. c. 9.


[d] Gen. 41. 18 & seqq.

[e] de Isid. & Osi.

que ornat; quod voce Seren quidam exprimunt. Quæ mire conueniunt Iosepho, qui vocatus fuit Aegyptiaca lingua Saluator-Mundi, constitutusque gubernator vniuersi regni Aegypti. Quamobrem euidenti probabilitate non caret, in Aegypto delubrum, & simulachrum ingens erectum Serapidi, constructum fuisse pridem ab ea gente Iosepho Patriarchæ, suo summo benefactori. Sic igitur verisimile mihi visum est, Lucernam efformatam in effigiem capitis abrasi sacerdotis, funiculo coronati, continentem in fundo florem, A Crucis imaginem representantem, & folia trinitatis herbæ, vetustam, & inter Aegyptias annumerari, quæ pridem arserint in templo Serapidis, in honorem Iosephi Patriarchæ.

De Lucernis Vercellinÿs. Cap. LXXXVIII.

B INsuper e Gazophilacio Marchionis Illustrissimi Vercellini Mariæ Vicecomitis tres habui Lucernas antiquas; vnam quidem trilychnem sub hac effigie:




Quæ quidem nullius esse videtur particeps eruditionis. multitudo siquidem ellychniorum vulgaris est. In medio patens inspicitur orificium; in quod oleum infundebatur ad flammulam assidue producendam. Tubulus eminens e regione trium ellychniorum etsi perC foratus existat, illius tamen cauitas mihi non videtur oleo excipiendo facta, sed potius ad grauitatem adimendam, leuitatemque Lucernæ conciliandam.

Aliam itidem habuimus: in cuius fundo exteriori sculptum legitur APRIO F.

L. VI. Cap. LXXXVIII.

Fig. 2



Jo. Georg sculp.

Profecto Lucernæ huius Inſcriptio, APRIO FECIT; aperte ſatis oſtendit, in fundo Lucernarum inciſa nomina, ſculptave, non ſemper indicare defunctos, in quorum ſepulchris effulſerint; at etiam frequenter eſſe nomina fabrorum, qui Lucernas efformauerint, ſeu ex luto plaſtes, ſeu e metallica, ſeu ex alia quacunque materia. Hic obſeruare lubet, inſcriptiones in exteriori fundo Lucernarum aliquando nomin bus ignorabilibus inciſas eſſe; qualem nuper ad nos effigiatam tranſmiſit Cl. Vir Thomas Bartholinus Danus Caſp. F. doctrina pollens & eruditione multa, dicens eam apud ſe lutcæ terræ reperiri, cum literis inciſis in fundo CIVNBIT. Quod nomen eſt plane barbarum, aut ſerui ſepulchralis, aut defuncti, aut plaſtis, aut forte loci, ſeu regionis. Niſi quis voluerit huiuſcemodi literas, etſi non interpunctas, eſſe capitales ſeptem dictionum, quas non niſi quiſpiam hariolus diuinare poterit. Quoniam vero ſuperius [a] oſtenſum eſt, lucernas apud antiquos ardere conſueuiſſe maxime in ſepulchris hominum nobilium, aut ditiorum; quæ forte fiebant ex argilla, materiaque puriore; in quarum fundo deſcriptum haberetur hoc ipſum, nimirum quæ lucernæ plaſmatæ forent conſeruando lumini intra ditiorum, nobiliorumque ſepulchra, verſimili coniectura legere poterimus in Lucerna Bartholina literas illas capitales CIVNBIT ita explicatas

Colendum Igniculo Viri Nobilis Buſtum Intra Tumulum.

vel *Claudendus Igniculus Viri Nobilis Buſto Intra Tumulum.*


[a] l. 3. cap. 6.

vel

vel *Cluet Igniculus Viri Nobilis Busto In Tumulo.*

ab Illustrissimi Marchionis eiusdem Museo tertiam Lucernam pulchrio-

A rem allatis habere licuit, eruditionis vtcumque capacem, cum vasculo sculpto in area superiore, sub hac effigie:



Jo. Georg. sculps.

Porro vas illud, quod effigiatum affabre conspicitur in ista Lucerna, de cuius vasis ore videntur exire stirpis aliquot ramusculi, vas ipsum hinc inde veluti sepientes, forte signat Lucernam sepulchralem dilectæ, cui superstes amator flores, & herbas odoriferas in tumulo posuerit: iuxta illud Maronianum in funere dilectissimi pueri (a)

(a) Ecl. 5.

„ Spargite humum foliis, inducite frondibus vmbras

„ Pastores: mandat sibi fieri talia Daphnis.

„ Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen:

„ Daphnis ego in siluis hinc vsque ad sidera notus,

„ Formosi pecoris custos, formosior ipse.

Quibus Amator inuitat pastores, ad sepulturam mollem Daphnidi Amasio suo construendam, eandenque odoratam. Putabant enim Gentiles eorum animas, qui moriebantur in iuuentute, (*) quasi violenta morte defuncti, diu morari circa sepulchra (saltem vsque ad tempus vltimi senii, quo mors naturalis obrepere tandem debuisset in fatali vitæ termino) delectarique mollibus herbis, & odoratis floribus: vnde Iuuenalis etiam (b)

(*) Virgil. 4. Aen. Plat. in Phædone. Porphy. de abstinen. & esu carn.

(b) Sat. 7.

„ Dii maiorum vmbris tenuem, &

sine pondere terram,
„ Spirantesque crocos, & in vrna perpetuum ver.
„ Qui præceptorum sancti voluere parentis
„ Esse loco.

Quare significaturus, in Vrna continente dilectui sui cineres, esse, cupereque perpetuum Ver, aptissimè sepulchrali Lucernæ sculpsit vrnam, e qua ramusculi frondosi, & florentes erumperent. Ceterum antiqui sepulchra quoque floribus, & frondibus coronabant; quod obseruat etiam in Antiquis lectionibus Cœlius aiens, (c) *Pothos Corolla dicebatur ex Potho, qui duplex est: alter hyacinthi flore: candidus alter, quo sepulchra coronabant: vnde conciliatum rei nomen, vt quæ desideratis iam foret destinata. Proinde apud Theophrastum, Pothos, Latine Desiderium redditur ab Theodoro, Amarantho sepulchra item coronari solita, Philostratus scribit, orto ab Thessalis initio, Achillis tumulo ad eum modum coronato. Est autem apud Galenum Amaranthus helichrysos, ideſt Aurelia, vt Theodoro placuit. In hac vero tam multa funerum mentione per incuriam minime prætereundum illud Papinij ex Syluarum secundo, in Glauci epicedio.*

„ Quid Cilicum flores? quid munera graminis Indi?

(c) l. 17. c. 20. Sepulchrales coronæ quibus herbis fierent ac floribus.

„ Quodque Arabes Phariique palam est, Vidique liquores
„ Arsuram lauere comam. . . .

Ab eruditis omnino aliter, quam suspicetur Domitius, enarrari: nam verbum Vidi à video, inflexisse plane videtur: quum potius epitheton, de loco factum censeri possit & debeat, a Syriæ vrbe Vida: propterea de Styrace intelligendum, de qua Plinius & ceteri. Philostratus in Iconibus ad tumulos exornandos ait Amaranthum vsurpatum fuisse, orto a Thessalis initio, qui sepulchrum Achillis eiusmodi coronis redimirent. Hoc ipsum Thylesius (*) confirmat, aiens, Thessalos Achillis monumento Amarantho coronasse, vt ostenderent flore nunquam intereunte famam Herois perpetuo duraturam. Sed hac de re alibi quoque.

(*) lib. de coronis.

De Lucerna Pelecani auis. Cap. LXXXIX.

CEterum etsi non literata sit, eruditionis tamen est alia Lucerna capax, quæ Pelecanum habet auem, expansis alis, inclinato capite seu rostro pectora tundere parantem, seu potius in Lucerna flammas oculos defigentem, ac in eiusdem alterum foramen pedem inferre gestentem, sub hac effigie:

Lib. VI. Cap. LXXXIX.



Jo. Georg. sculps.

Enim

Enimvero Pelecanus, Eusebii testatu, & obseruatu Valeriani, suis in (a) hieroglyphicis, Niloticæ solitudinis auis est, quam Latini Plateam, vt opinatur Gaza, vocauere. Sunt qui Plataleam eam apud (b) Plinium vocandam existiment: voce hac ex Ciceronis de Natura Deorum libro secundo desumpta, sic asserentis: *Legi etiam scriptum esse, auem quandam, quæ Platalea nominaretur: eam sibi cibum quærere, aduolantem ad eas aues, quæ se in mari mergerent; quæ quum emersissent, piscemque cepissent: vsque eo premere earum capita mordicus, dum captum amitterent, id quod ipsa inuaderet. Eademque hæc auis scribitur conchis se solere complere; easque quum stomachi calore concoxerit, euomere: atque ita eligere ox ijs, quæ sunt esculenta.* Plinius ista fere transcripsit e Cicerone, mutans tantummodo Plataleæ nomen in Plateam. Idem nomen apud Hebræos, Valeriano, Quat, a nonnullis Pelecas, ab aliis Onocrotalus interpretatur. Sed cur in Lucerna Pelecanus? quoniam auis est ignem non timens, quinimmo despiciens; quid si dixero, prorsus amans? audiamus Pierium: *Sacerdotes tamen Aegyptij alitem hanc cum primis sacram venerebantur, eique parcendum existimabant, & honoris gratia nullo pacto vt mensis inferretur, æquum arbitrabantur, quum factum id, quod pro filiorum salute neci se tam atroci dederet, non imperitiæ stuporiue aut imprudentiæ imputarent, sed incomparabili paterni affectus charitati, supremæque miserationi, qua erga filios maxime omnium afficiatur. Fallere enim venatores, eosque transuersos seducere, non sine spe fugæ, quod Vulpanser agit, parui omnino momenti est. Femora etiam quod Vultur facere perhibetur, vellicare, vt excusso sanguine filij pascantur aliquandiu, non magni admodum est cruciatus. Sed enim in adeo penetrabiles furentis ignis ardores injcere se, eaque perseuerantia cruciabili tormento torreri, supra quam excogitari possit, admirandum. Quodnam enim animal tam fatuum, tam stupefacto sensu iueniemus, quod ad vnius prunæ tactum e vestigio non resiliat? quod adeo robustum atque impauidum, vt accensam non expauescat flammam? Animosi atque imperterriti ante omnia animantia leones: illi tamen tam feroces, tam indomiti, tanto animi corporisque vigore præditi, consternantur statim ad vnius prætentæ faculæ conspectum, præque timore propemodum exanimascunt. Videt Pelecanus ignem, cuius non ignorat vehementiam, audacter accedit, ardorem in membra singula intolerabili cruciatu penetrantem sentit, neque loco dimouetur: exuritur pene tota, neque tantillum quidem consternatur, patientissimaque constantia vigens, saluti filiorum intenta potius, quam suæ mortis genere omnium atrocissimo conficitur: tanta in eo charitas, tantus amor, tanta vis pietatis elucescit: & quispiam audebit eam stuporis insimulare, & male feriatam auem appellare? Subit ad hanc sententiam Arsinoes recordatio, quæ a Ptolomæo fratre insidijs & fraude decepta, quum percussores in duos filios impuberes immissos a fratre conspicata esset, complexa eos ad se fugientes, ea parte qua vulnera filijs intendebantur, diu corpus suum cædendum apposuit, multisque ita vulneribus saucia, eorum tamen saluti consulere non potuit; illi enim in matris gremio inter oscula ipsa truculentissime trucidati sunt. Quod si Pelecanum simili casu se se morti obijcientem, insipientem appellauerimus, longe quidem insipientiorem Arsinoen dicemus, quæ ita pro filijs trucidari pateretur, quum præsertim ipsa non ad mortem, non ad vinculla, sed ad nuptias, & regni successionem à Ptolomæo deposcerètur. Sed tantum abest vt vel Arsinoe, vel Pelecanus sint Imprudentiæ damnandi, vt omnium consensu merita, hoc est, ingenti laude, ob incomparabilem, quam omnes admirentur., charitatem, minime fraudandi esse indicentur. Sed enim nostri quoque cum Aegyptijs sacerdotibus in hoc pingendi genere consentientes, Pelecanum pro miseratione ponunt, & Assertoris nostri hieroglyphicum in summa Cruce statuunt, qui nos sospitaturus, atrocissima torqueri morte voluerit. Agnoscit & Eucherius Pelecanum pro Christi symbolo. Quamuis Hieronymus tradit, eam pullos suos rostri percussu interficere, pœnitentem mox factam, nido in ipso per triduam lugere, postremo scipsam grauiter vulnerare, & sanguinem suum super filios effundere, quo illi perfusi reuiuiscant: Quod alij viderint.* Equidem id si verum est, mirifice consentit actioni Dei nostri, qui filios suos adoptiuos, homines impios ad culpam, rostro verbi sui percutit ad mortem ipi-

(a) lib. 20.

(c) lib. 6. c. 40.


ritualem condemnans; inde misericordia motus, nido in ipso sui soli natalis in Orientali mundi plaga Syria per triduum vitæ suæ trigenariæ lugens humanæ sobolis impiæ miserias, denique voluntaria passione mortique sanguinem suum effudit in remissionem peccatorum; quo mortales omnes aspersi, venia digni facti, reuixerunt ad gratiam, & eiurata labe criminum ad vitam spiritus per sanguinem Domini reuocati fuere. Ceterum ad nostram Lucernam B redeuntes, in ea Pelecanum positam arbitramur in indicandum eius altis maximam cum igne cognationem; qualis & quanta similiter est olei cum flamma, quæ fomitem vltro repentem ad se, non ab se refugientem deposcitur: Qua ratione scitissime pingitur auis ista Pelecanus pedem alterum inferre in foramen ingressui fomitis institutum, quasi concessura sponte voracis in flammæ nutrimentum.

Romanæ Lucernæ Cl. Feschij, diligenter descriptio proponitur, cum iconibus aliarum duum. Cap. XC.

NVperrime vero Cl. Vir Dn. Remigius Feschius, Doctor Basileensis, antiquitatum studiosissimus, ita de Lucernis antiquorum, a me priori editione vulgatis, ad eruditiss. Ioan. Rhodium interpellatus aliquando rescripsit:
„ S. Vir Clarissime, Domine honorande :D
„ Obtulit non ita pridem Vir Cl. Dn. Gaspar Bauhinus, missum a te carmen
„ Dn. Beringii Dani poetæ, nobiliss. commendatiss. in Nuptias Austriacas Hispano-Germanicas, mihi nuncupatum: quo
„ nomine gratias habeo debitas. Præterea verò nunciauit, constituisse Dn. Fortun. Licetum denuo prælo committere
„ Tractatum suum dotiss. elegantiss. De
„ Lucernis Antiquorum auctiorem, &
„ ornatiorem; Quare petere te, vt si quid E haberem eius argumenti, ad vos mitterem. Et si autem non sit ea supelles,
„ mea, quæ in hunc censum venire mereatur virorum doctissimorum; vt tamen meum vobis probarem studium,
„ & voluntatem, hac præsertim occasione commoda virorum Nobiliss. & Clariss. statim conquisiui, & congessi quicquid eiusce rei occurrebat. Lucerna, A quæ hic paulo diligentius expressa, mea est, satis venusta, varijs coloribus, auro, cæruleo, rubro, albo, viridi ornatissima, vt mire pascat oculos. Materia latens interior, est ex ære Cyprio rubro: tota, intus etiam, liquore obducta indurato, crusta velut durissima, versicolore, splendida, quo aurifabri annulos, monilia armillas, & similia ornare solent, vocantq; illi *gesmelizte arbeit*, hoc inquam toto liquore sic obducta, vt tamen vetustate loco vno aut altero materia illa esset auulsa, præsertim in centro fundi, vbi pedem fuisse reor, qui corpus sustinuerit, materia interior nusquam appareret. Adeo vero tenaciter adhæret liquor ille materiæ suæ, vt nisi vi magna, etiam iis locis, vbi iam aditus patefactus, nihil auellere queas, Superficies, seu operculum ipsum Lucernæ cæruleum est, margine cinctum albo: ornatus colore hic luteo, vt & in corpore reliquo adumbratus, ex auro C est pictorio, seu scriptorio puluerizato, ast firmissimo, & tenacissimo, qui tamen ornatus, paucis hic indigitatus, totam superficiem complet, vti & stellulæ aureæ marginem. Pars marginis inuersa pedem respiciens, insitis, eodem modo liquore, velut gemmulis prominentibus, rubris, viridibus, cæruleis alternis ornata. Tubercula illa alba in corpore prominentia, quorum XII. numero, non sine mysterio (tot enim radios in coronis notant antiquarii, & exhibent totidem in numeris meis capita radiata omnia, de quo multa iucundissima & memorabilia Paschalius de Coronis) non dextre satis & accurate expressit pictor: situ enim eleganti, & mensura æquali tubercula illa omnia inferius quadam flexura pedem ambiunt, qualia vidi pocula argentea, *mit getriebenen gevrunden Knorren* (terminus est aurifabrorum nostrorum) quod hic non satis apparet, potuissem ipse, si tempus permisisset, Lucerna inuersa situm illum exprimere. Maculæ illæ oblongæ tubereulorum rubræ, omnes prominentiores ex eodem liquore: & quæ hic ex auro ornamenta tuberculi medii, reliqua habent omnia, ea diligentia, vt vix punctum immutatum crederem. Hæcque Lucerna illa mea est, quam hic vides rudi pictoris Minerua adumbratam.

Lucernæ pulcherrimæ descriptio.

Mu-



»Munus viri amicissimi Roma huc allatum An. 1633. quo ipso etiam ferebat »prope Romam ad pagum erutam ex antiquo sepulchro: vbi eam is cum nummis »variis integerrimis eodem loco repertis »in transitu mei in gratiam compararit »duobus, si recte memini, Iuliis. Lucernas alias, quarum nulla mentio apud »Dn. Licetum, ex Aduersariis meis hic »in chartam peculiarem effudi sine delectu. Vestrum erit, Viri Clarissimi, quod B »etiam rogo maximopere, æqui hæc bonique consulere, & vestri me studiosissimum, & ad quæque paratissimum »agnoscere, Quo ipso vos saluere plurimum, ac valere rubeo. Rei Itterariæ »bono quam felicissime. Dabam Basileæ ex Musæo hyberno x. Kal. Ian. Iulian. A. m. S. MDCXLIIX. »

T. Viri Clarissime qua decet fide iugi studio deditiss. »

Remigius Feschius D. »

» Lucernæ antiquæ, quarum apud Dn. Li-A
» cetum nulla mentio.

I. & II. » APud Gutherum in opere immen-
» so Inscript. Antiquarū fol. m. 327.
» duæ lucernæ fictiles e schedis Scalige-
» rianis.

» Apud Iacobum Gutherium tract. de
III. » Iure Manium Paris. edito, lib. 2. cap. 32.
» lucerna coctilis ipsiusmet authoris: cuius
» ibidem figura ære incisa, in cuius area
» figura Vrsi vt videtur, sub quo foramen B
» minus, alterum maius in naso exerto.
» Apud Guilh. du Choul de la Religion
IV. » des anciens fol. 166. (qui tractatus ele-
» gans etiam sermone Ital. editus) Lucer-
» na pensilis ænea pulcherrima cum In-
» script. LARIBVS SACRVM P. F.
» ROMAN. A. 1550. Lugduni Gallo-
» rum effossa.
V. » Apud Ioh. Iac. Chifletium Med. Vesont.
» in topographia Vesontionis Lugduni
» Gall. edita, par. 1. cap. 26. Lucerna fi-
» ctilis, cuius ibidem figura ænea: An- C
» no 1589 in monte Cœlio agri Veson-
» tini reperta.
VI. » Apud Stumpfium Tigur. in Chron. Ger-
» man. Heluetica lib. 7. cap. 11. f. m. 479.
» Lampas fictilis ea forma, & inscript.
» qua ego lit. B. vtcunque expressi, eruta
» Vindonissæ, prope Campum Regium,
» Refert etiam Gruterus Inscript. antiq.
» fol. 902.
VII. » Apud Marcum Zuenum Boxhornium
» Belgam, Quæstionum Romanar. XIII. D
» Lampas fictilis, eadem inscript. ATI-
» METI, quæ in Lucerna Stimpfii lit. B.
» sed forma diuersa, nisi forte commen-
» tum.
VIII » Monspelii in Musæo Dn. Iouberti Me-
» dici, An. 1597. visa Lucerna fictilis, qua
» eam forma ex obseruation. Apodemi-
» dis Doctoris Medici hic expressi lit. C.
» Romæ in palatio quondam Card. Cœ-
IX. » lii in conclaui secretiori, inter alia me-
» moranda, Lucernas quoque extare & E
» lampades aheneas & coctilis, author
» est Boissardus antiquit. Rom. part. 1. f.
» m. 10.
» Veronæ in Musæo Calceolariano eius
X. » quoque generis extare elychnia, a
» Dn. Dan. Barbaro Patriarcha Aqui-
» leiensi Calceolario seniori cum rebus
» aliis exotis oblata, refert Cerutus in
» Musæo Calceolariano f. m. 289.

De Oleo incombustibili.

VVolfg. Lazius in Rep. Rom. lib. 3.
cap. 18. f. m. 365. testatur, a multis
audiuisse, quod lumen in loculis Roma-
nis inuent.
Pancirollus lib. memorabilium deper-
ditorum tit. de oleo incombust. vbi Tal-
muth in notis multa præclara.
Ioh. Bapt. Porta de Magia Nat. lib. 12.
cap. vlt.
B Simon Maiolus Dier. Canicular. vol. 1.
Colloq. 22. f. m. 689.
Claudius Guiscard. Sr. Gallus de fune-
rib. Antiquor. lib. 1. c. 7.
Cerutus in Musæo Calceolar. sect. 3.
p. 287. & seqq.
Petrus Appianus Inscript. Antiq. f. m.
337. & 338. peculiaria, ni fallor, habet
de Lucernis Olibianis: Formas quoque
habet Vrnarum vna cum inscript. in
quibus ampullæ repertæ.
Item Scardeon. Antiquit. Patau. lib. 1.
C & 3. ad fin.
Sed quid miser ego Noctuas Athenas,
hæc inquam ridicula, & nauseam quæ
ciere possunt vobis consummatissimis?
neque vos tamen latere volui.
Hæc ille Vir Clarissimus.

Explicatur Lucernæ Feschianæ structura, simul, & Gutherianæ Choulinæque figura proponitur, & consideratur, cum aliis allatis a Cl. V. Cap. XCI.

QVæ nunc explicare, saltem ex par-
te lubet, in gratiam viri doctissi-
mi. Profecto Lucerna vetus illa Fe-
schiana, splendida, variis coloribus eni-
tens, aureo, cæruleo, rubro, candido,
viridi, duodecim tuberculis prominen-
tibus redimita, ex ære Cyprio confla-
ta, dudum eruta prope Romam ex an-
tiquo sepulchro, in quo simul inuenti
nummi varii integerrimi, meo iudicio
fuit alicuius viri magnatis; etenim olim
pecuniarum gaza non contumulabatur
nisi cum cadaueribus virorum princi-
pum: nam aliis sufficiebat obolus, ad
soluendum naulum portitoris Charon-
tis, vt ex (a) Luciano constat. Qui qui-
dem vir princeps, forsam Helius nomi-
ne, simul ad Solem alludens sibi co-
gnominem, huiuscemodi Lucernam si-
bi morituro condi curauerit, vel iam

(a) to. 2. Dial. Char.

de-

defuncto ſuis a cognatis habuerit, quæ cum Sole miram obtineret analogiam. In primis cum duodecim illa candida tubercula prominentia teretia, mihi repreſentare videntur ex æquo tum Solis radios quibus vndique cingitur ad inſtar coronæ; quas paſſim duodecim radiis myſtice diſtingui, conſentio cum Viro Clariſſimo: myſterium autem eſt, tum quia corona non aſſignatur niſi virtute præſtantiſſimis; quod, vt ait Bongus agens de myſtica Numerorum ſignificatione, plenæ, conſummatæque virtutis eſt Numerus duodenarius; tum etiam quia ſolis via in cælis eſt per duodecim ſigna Zodiaci; quæ quidem ſigna ſunt oblonga, paſſim aſtris minoribus plurimis, veluti punctis aureis cõſperſa, & interſtincta. Rubræ vero maculę tuberculorum oblongę ſanguinem indicant, cuius prædominium habent Solares homines, vt Saturnini melancholiæ, Martiales flauæ bilis, atque Lunares pituitæ. Cæruleus color, in quo totius Lucernæ corpus videtur habere baſim, aream, & fundamentum cæli color eſt, in quo diaphano procul inſpecto ſub imagine cærulei, propter immenſam altitudinis profunditatem. Varietas illa colorum, aurei, cælurei, viridis, albis, rubrique ſpectata in corpore Lucernæ, mirifice Solis radios repreſentat; quos ita variegatos frequenter inſpicimus infractos, refractos ve, ſiue reflexos vel a nube rorida ſub Iridis imagine, vel ab aquæ plena phiala, vel ab alio quopiam huiuſcemodi corpore. Terna vero illa orificia in plano Lucernæ ſita, totidemque illis æqualia in operculo, mihi fuerint aperta flammulis Lucernæ trilychnis, quod indicare videntur illæ rimulæ ſingulorum foraminum, exipiendis, retinendisque papirorum receptaculis aptæ. Niſi vel medium maius, vel duo lateralia minora velis eſſe data perſpiratui aeris ſubinde ſemper ingredienti ad replendum locum materiæ fomitis abſumpti. Aut potius huic muneri minutula deſeruire foramina in labro Lucernæ frequentia; quod verò ſimilius eſſe quis non immerito cenſeat. Vt autem patentior meatus medius infuſioni liquoris apertus eſſe potuit, ita poſt eum infuſum rima lateralis in orificio ſatis oſtendit eum inſeruire quoque malori lychno recipiendo. Quæ quidem Lucerna Solaris trilychnis eſt: quia Sol quum ſit (opinione communi, quam coluit autor Lucernæ) omnis fons luminis materialis, omnia corpora colluſtrat lumine ſuo, tam ætherea, quam ſubcæleſtia; medius enim maior ignis index eſt proprii luminis in fonte; laterales duo minores indicant radios in aliena corpora tranſmiſſos, iiſdemquè participatos. Porro liquor in iſta Solari Lucerna colore ruber; craſſitie, viſciditate, lentoreque tenacior, quam vt ab illa materia Lucernæ, cui adhęreſcit, vlla vi queat auelli: mihi non eſt oleum vulgare, ſed opobalſamum, balſami plantę (b) liquor; cuiuſmodi pridem in Lucernis virorum principium ardere conſueuiſſe, teſtis eſt autor (c) libelli de Munificentia Magni Conſtantini in Sylueſtrum: vbi legitur, quam ſumptuoſa eſſe ſolerent vaſa aurea, vel argentea, vel alterius metalli affabre facta, ad lumina accendenda compoſita: in quibus non oleum, vel cera ſolum, ſed interdum opobalſamum, aut nardinum oleum in honorem Dei & Sanctorum incendebatur. Materies ex ęre Cyprio denotat huius Lucernę multam antiquitatem; nam primo repertum eſt in inſula Cypro, ceſſitque in materiam artificioſorum; quę deinde fieri cępta ex ære pręſtatntiore, alibi comperto; ſic ea de re Plinius: (d) *Fit ęs & ex alio lapide, quem Chalcitem vocant in cypro, vbi prima fuit æris inuentio: mox vilitas præcipua, reperto in alijs terris præſtantiore, maxime orichalco, quod præcipuam bonitatem admirationemque diu obtinuit. Nec reperitur longo iam tempore, effæta tellure.* Vt hinc appareat euidentiſſime, Lucernam iſtam, ex ęre Cyprio tam affabre formatam, eſſe vetuſtiſſimam. De operculo quæ refert vir inſignis, aperte confirmant coniecturam Lucernę Soli, vel Helio dicatę; quia ſtellulę, multaque alia in circulum ducta aurea ornamenta in cęruleo fundo, clare nobis ob oculos ponunt aſtra, cęleſtesque plurimas imagines in cęli cœruleo campo reſplendentes, inter quas omnium aſtrorum Dux Sol medius conſtitutus effulget, vniuerſis lumen impertiens, vti flammula Lychni pictu-
ris omnibus aureis in Lucerna poſitis.

Coronæ cur duodecim radijs inſignitæ.

(b) Dioſ. lib. 1. cap. 18.

(c) to. 1 Cõcilior.

Aes vbi primo repertũ

(d) lib. 34. c. 11.


Ad

Ad alias autem lucernas, ab eximio viro propositas, quod attinet; duas priores fictiles e schedis Schaligerianis apud Gruterum in opere immenso Inscript. Antiq. fol. m. 327. mihi videre non licuit; quum in ea pagella nullæ Lucernæ notentur, sed vnica Græcanicis literis, & Latine versis inscripta columna, quæ nullius Lucernę meminit. Alibi si duas eiuscemodi Lucernas attulit ipse Gruterus; nil mirum, me in opere vastissimo illas non animaduertisse. Video tamen ab eodem autore pag. MCXLVIII. 17. hanc inscriptionem poni, qnę, Salerni legitur in ędę Episcopali Grutero Sirmondus, qui vidit;

HAVE. SEPTIMA. SIT. TIBI
TERRA. LEVIS. QVISQ.
HVIC. TVMVLO. POSVIT
ARDENTEN. LVCERNAM
ILLIVS. CINERES. AVREA
TERRA. TEGAT.


Quod autem pertinet ad aliam Gutherianam in opere de Iure Manium eruditissimo, fateor me non vidisse, dum ederem prima vice volumen de Reconditis Antiquorum Lucernis; quemadmodum nec illam pensilem Cl. Guil. Choul, inuentam Lugduni, quarum icones huiusmodi sunt.

Lib. VI. Cap. XCI.



Sa-

Lib. VI. cap. XCIII.



Jo. Georg. sculps.

Sane prior illa quarto loco posita Lucerna Choul eruditionem fere mihi non aperit, solam suæ structuræ pulchritudinem ostentans; ast altera Guterij præbet ansam opinandi, fuisse Lucernam ex earum numero; quæ diutissime sine noui fomitis adiectu fouerent ignículum; quod indicare videtur Vrsi simulachrum; nam id animal totam hiemem absq; nutrimẽtorum assumptione conseruat in corpore suo cum vita caloris naturalis ignem viuidum; vt obseruat (e) Aristoteles. Profecto foramen Lucernæ maius in exerto naso flammulæ Lychnuchi dicatum est: minus autem ad pedes vrsi ad perspiratum, ingressumque tum aeris replentis locum fomitis, qui iugiter absumitur; tum etiam noui fomitis in locum ab igne consumpti. De Lucerna vero priore Cl. Choul. An. 1550. Lugduni Gallorum effossa, lubet addere, consimilis in (f) superioribus meminisse me pensilis apud Casalium, & aliarum itidem Laribus dicatarum; at non omnino similis inscriptione, verum longe diuersæ, tenebrosiorisque; nam ista facilior est explicatu: LARIBVS SACRVM P. F. ROMAN. etenim quum habeatur in Inscriptionibus (g) Gruterianis, in *Tabula marmorea parieti palatij Columnensium, quod ad SS. Apostolos est, inclusa.*

Quæ Imp. Cæs. T. Aelio Hadriano Antonino Aug. Pio PP. III. M. Aurel. Cæsar. Cos.

Vrsi figura quid indicet in Lucerna.

(e) 8. hist. c. 17.

(f) l. 6. cap. 18. 59.

Explicatio tituli Lucernæ Choul.

(g) pa. 1277

Ordo Procuratorum, qui pecuniam ad ampliandum templum. inter alios plurimos leguntur,

POETVS ROMANVS
T. FINVCIVS ROMANVS
M. MALIVS ROMANVS

Ita coniectare possumns huiusmodi Lucernam Laribus Sacram posuisse *Finucium Romanum*, aut *Fuluium Romanum*; vt inscriptio sit, LARIBVS SACRVM POSVIT FVLVIVS ROMANVS: & eo magis Romani titulum apponere voluit, ac explicare, qui sacrauit Lucernam Laribus, quia dedicauit eam procula finibus Romanæ ditionis in Gallia. Multas autem Laribus Lucernas olim sacras fuisse constat ex Gruterianis (h) Inscriptionibus, vbi legitur: *Præneste, in Latio,* XXII. *ab Vrbe mil. ante Cathedralem Ecclesiam, ad fontem publicum, tabulæ marm. fragm.*

(h) pag. 77. 3.

FORTVNAE . PRIMIGENIÆ
SIGNVM . LIBERIS . PATRIS
PANTHEI . CVM . SVIS,
PAREGEIS
ET . CVPIDINES . II . CVM .
SVIS . LYCHNVCHIS . ET .
LVCERNA, LARVM
M . POPILIVS . M . F .
TROPHIMVS . CVM
POPILIA CHRESTE . LIB .
ET . ATILIO . FILIO

Quare satis explicatam puto Lucernam Lug-

Lugdunensem, de qua Cl. (*) Choul A
(*) pā. 132

hæc habet: *Da questi Lari fù chiamato Larario quel luogo a parte nelle case, doue gli antichi adorauano i loro Dij domestici e paticolari: il che ha confermato Spartiano, quando nella vita di Alessandro figliuolo di Mammea dice ch' egli haueua nel suo Larario l' imagine di Giesu Christo con quelle di altri Dij. Ne è molto tempo che in Lione sul monte della croce di Colle fu trouata vna Lucerna antica di bronzo, che mi fu donata, nella quale erano scritte cosi fatte parole:* LARIBVS SACRVM, *con altrè più basse, & più piccole, che significando la publica felicità de Romani dicono* PVBLICAE FELICITATI ROMANORVM, *nel modo che si vede quì.* LVCERNA ANTICA *di bronzo, trouata* in *Lione l' anno* MDXXV. sed nos potius P. F. ROMAN. explicandum censuimus vel PRO FELICITATE ROMANORVM: vel aptius POSVIT FINVCIVS ROMANVS, aut POSVIT FLAVIVS. ROMANVS, aut B FVLVIVS ROMANVS.

Quinta Lucerna fictilis, An. 1588. in monte Cælio agri Vesontini reperta: cuius figuram protulisse dicitur Io. Iacob. Chifletius Med. Vesontinus in topographia Vesontin. Lugdu. Gallic. edita part. 1. cap. 29. nunquam a me visa fuit, nam habente Chifletii liberum.

Sexta lampas illa fictilis apud Stumpfium Tigur. in Chron. Germ. Helu. Lib. 7. cap. 11. fol. m. 479. eruta Vindonissæ in Heluetia prope Campum Regium quam refert etiam Gruterus, Inscript. Antiqu. fol. 902. cum inscriptione in fundo exteriori ATIMETI; mihi non fuit inter Lucernas adnumerata, quia Stumpfii Chron. non vidi, & Grutcrum Vrnulæ, non Lucernæ vocabulo nuncupari legeram; ait enim: *Vindonissæ in Heluetia eruta vrnula, hac forma, atque inscriptione.*

Ex Stumpfio.

Formam tu quidem, vir eximie, repre- E sentas eandem cum Grutero; etsi longiusculam, & paulo arctiorem Gruteriana: recte tamen, quam ille dicit vrnulam, tu Lucernam ponis; quod ego conijcio satis ex inscriptione ATIMETI, quæ legitur in exteriore fundo vasculi; nam vrnæ non inscribebantur, sed Lucernæ passim, nomine fabri; qualem Atimetum extitisse coniectamus, eo quod id nomen legitur in Lucernis non raro. De huiusmodi Lucernis exiguis, quæ pauperum hominum fuisse videntur, loquitur forte Iureconsultus; nam Vlpianus lib. 1. Opinionum, vt habetur in L. *Illicitas*, ff. de officio Præsidis, inter alia, quę ad Præsidis officium pertinent, subdit hæc verba: Et ne tenuis vitæ ho-„ mines, sub prætextu aduentus Officio-„ rum, vel militum *Lumine vnico*, vel bre-„ Cui supellectili ad aliorū vsus translatis, „ iniuriis vexentur, Præses Prouinciæ „ prouidebit. Licet Catellanus Cotta legendum putet: *Limine vnico*: cui consentiunt aliqui; quasi velit Vlpianus, homines tenuis conditionis vnicum *Limen*, ideſt, domunculam habentes, non debere cogi ad suscipiendos hospitio milites. Franciscus Hotomanus de verbis Iuris, exponit *Lumen vnicum* synecdochicos, pro exiguo cubiculo, quod vnica fenestra tenuiter illustratur, quale tenues & inopes homines habere consueuerunt. Addit tamen, Haud scio an *Homine vnico*, verius legeretur. Ego puto legendum esse, *Lumine vnico*, quum ita exarata Legis verba habeant etiam Pandectæ Florentinæ; & puto insuper Iurisconsultum intelligere de *Lucerna* vnica, qua inopes homines vtebantur. Id, & opinor, suadet Equinarius Baro, qui in dicta L. *Illicitas*, legit quidem, *Lumine vnico*, & ait significari D tenuis fortunæ homines, qui vix necessaria vitæ suæ domi habent, non cogendos ad recipiendum hospitem. Accursius autem in Gloss. apertius hoc expressit, dum exposuit, *puta candela vna, vel Lucerna*. Sed quum nulla dictum Accursij sit suffultum autoritate, existimo id recte deduci ex eodem Vlpiano in L. 1. ff. de *Ventre inspiciendo*, vbi loquitur in hæc verba: *Tria lumina, nec minus ibi sint*; scilicet quia tenebræ ad subiiciendum aptiores sunt; Et confert dictum Pauli in L. 3. ff. *de Supellectile legata*, vbi I. C. in supellectile recenset candelabra, & Lucernas: *Supellectile legata*, inquit, *hæc continentur, Mensæ, trapezaphora, delphicæ, subsellia, scamna, lecti etiam inargentati, culcitræ, toralia, mappa villosa, vasa aquaria, pelues, aquiminalia, candelabra, lucernæ, trulla, &c.* Quam opinionem habet Cl. Iurisprudenden-

dentiæ Serotinæ Professor Ordinarius in hoc Antenoreo Palladio, Comes Iacobus Caimus.

Septima Lucerna fictilis, cum eadem inscriptione, ATIMETI apud Marcum Zuenum Boxhornium Belgam in Quæst. Rom. XIII. sed formæ diuersæ a Lucerna Stumpfij, fuit, me iudice, plastis eiusdem opus, cui nomen ATIMETVS; nec enim oportet, ab eodem artifice Lucernas omnes eadem figura fieri, licet eodem nomiue suo signentur.

Virile membrum in Lucerna quid indicet. (i) 2. de an. c. 34. 35.

Octaua Lucerna fictilis Monspelij visa in Museo Dn. Iouberti Medici anno 1597. descripta lit. C. nullam mihi præseferre videtur eruditionem. nisi quis dixerit, a figura membri virilis cum testibus, quam vtcumque refert, insinuare fortasse lumen æternum; quod ad (i) ætérnitatem speciei pars illa data sit animalibus propagandis.

Nono loco recensitas a Boisardo Antiqu. Roman. part. 1. fol. m. 10. tum æneas, tum fictiles Lucernas, & lampades in palatio Em. Card. Cœlij, nihil aliud nobis afferre, quam auctiorem numerum antiquarum Lucernarum, apertissime constat. Ego vero non omnes in meo volumine ponere potui, neque debui, voluive; sat habens afferre multas nobiliorum.

Decimo loco relatæ Lucernæ in Museo Calceolariano, mihi volumen de Lucernis ante promulgationem illius operis inuulganti notæ non fuere; sed vicissim a me propositarum Lucernarum in illo Museo luculentissima mentio (k) fit. De oleo demum incombustibili, qui memorantur Autores tractasse, Lazius, Pancirolus, Hen. Talmuth, Io: Baptista Porta, Maiolus, Scardeonius, quin & præter hos, D. Augustinus, Herm. Barbarus, Fr. Maturantius, Statius, & Plinius, a me visi, citatique fuerunt in opere De Lucernis primæ editionis, vbi notaui eos appellasse siquorem illum oleum viunm, & erutum e lapide asbesto, siue amiantho, metallicisve alijs, vi chimicæ artis; sed modum peculiarem eum educendi, iam deperditum, non edocuisse. Quæ satisfacere poterunt erudito viro, si proposita nobis æqui bonique consulere voluerit, vti nos de propositis ab se gratias habemus immortales.

(k) sect. 6. pag. 716. & seqq.

; Autores qui de oleo incombusti bili tractarunt.

De Lucernis Smithianis. Cap. XCII.

POst hæc autem in mei gratiam, quæ scripsit de Lucernis antiquis egregio viro Dn. Nicolao Heinsio Cl. D. Io: Smith, attexere libuit; ea vere fuerunt ipsissima:

Eruditione atque genere nobili D. Nicolao Heinsio Ioh. Smith S.P.D.

MAgna olim cum auiditate libros De reconditis antiquorum Lucernis Cl. Fortnij Liceti me legisse memini, spissum sane, doctumque & operosum opus, in argumento obscuro iuxta ac lucido, à quo desperem tenebras adhuc omnes posse depelli. Gaudeo idem nunc opus, sed longe, vt scribis, auctius recudi. Meretur labor ipse, vt antiquitatum vestigatores symbolas pro se quisque suas isti adijciant. Et Tu, Viro Nobilissime, me quoque procul ab ista Romani splendoris luce trans Alpes, extremis in Batauis positum aliquid huc conferre posse speraSti? Ne expectioni tuæ omnino desim, suppellectilis meæ partem, quæ Lucernas habet, festinanter excussi. Lucernas in ea centum amplius intra oppidi nostri pomœria inuentas numero. Quarum nonnullæ tamen laceræ & mutilæ, sed omnes eiusmodi, quæ singularis alicuius monumenti fidem adhuc faciant. Omnes meæ aut æneæ sunt, aut figlinæ; Aeneas XI. possideo, quarum VII. sunt pensiles. Istarum vna bilychnis, forma æque vsque magnitudine similis Lugdunensi illi, quam Laribus sacram Brassicanus pictam dedit, in celebri de Veterum Religione opere. Est alia, quæ non multum abit ab illa, quam Cl. Licetus XII. loco ponit: nisi quod nostra maioris orbis foramen maius & patens absque operculo, adhæc in medio, qui inter vtrumque foramen est canali incisionem habet, medij digiti longitudine, tribusque ansulis perforatis, quibus catenulæ illi suspendendæ alligabantur, atque a tergo ex aduerso orificiorum annulo lato pro manubrio istructa est, vt IV. Liceti. Sed longum esset singularum formas, formarumque minutias exequi. Summa tantum, aut ra-

rariora dabo genera. Reliquæ pensiles vulgariores, annulum, qui ijsdem, qualis in VII. Liceti, pro manubrio est, quo digitus gestatoris transmitti poterat lamina ferre tegunt, quæ Lunæ modo corniculatur, vt in IV. Liceti, atque aliquanto propius cornuum extremitates iungunt.

Duæ sunt, quæ a reliquis plurimum variant; vna lato fundo calicis instar patens attollitur, a tergo foramen habet, antrorsum oblongo & lato collo extenditur. Altera non procul ludæorum sepulchreto inuenta, inferioris, vt videtur, vetustatis coronæ in modum quatuor, totidem cardinibus ex eodem globo aut circulo radios emittit, qui communi ære, ex quo lãpas suspendebatur colligati, aliquanto supra id fastigiantur: Ora duo habet, vnum ad circuli latus excipiendo oleo, aliud longius antrorsum, ellychnio patens. Infra fundum annulus est, cui patella, forte defluenti oleo excipiendo appensa fuit. Ista vna, prior quatuor; ex alijs vna duabus, reliquæ tribus catenulis suspensæ pependerunt. Inter non pendulas, vna pauonem seu auem stantem refert, cuius caput & collum manubrio, dorsum medio ori, cauda ellychnio seruit. Hæc cum superioribus ex ære fusa est. Vna omnium ære ductili malleo & lima formata fuit, cuius operculum gemino orbe incrustato exornatum: Vidi apud amicum hic aliam æneam minutam, super cuius manubrio tubulus eminebat, candelæ aut cereo sustinendo, qui mihi in mentem reuocauit ista Martialis de candela. *Ancillam tibi sors dedit Lucernæ.* & quæ de certo & candelabro idem in apophoretis plura habet.

Lucernæ fictiles Authoris nomine apud me inscriptæ ATIMETI legunt: II. ATTVSA vna: CARTO vna: COMVNIS tres: EVCARPI nouem: quæ omnes in maiori orbe supra foramen, capitis habent figuram. FORTIS XVI. quarum tres habent FORTIS, OPTATI vna: PIIGV. vna: SOLLVS vna: STROBIL, & STROBILI IX. SVILLIV vna. est quæ LVCILIVS EPICARDV habet. Ista nomina figulorum esse constat satis ex litera [F. (Faciebat, aut fecit) quæ in nonnullis nomini subiecta A clare id testatur; ita lego

ATTVSA, CARTO, SOLLVS, STROBIL;
F F F F

Quod, Vir Clarissimus, de nomine defuncti, amici, serui, ærai &c. ingeniose coniectat, firmioribus quam adhuc factum argumentis euinci optarem. In aliis vasibus fictilibus sæpe O & OF adiicitur, quæ literæ officinam denotant; & fieri potuit in eadem vt officina, siue figularia, siue institoria plurium figulorum nomina diuersis in Lucernis lecta fuerint.

Materiæ varietas in Lucernis,

Materia vt in aliis figlinis, ita in Lucernis quæque non eiusdem ordinis est. Aliæ albicant, nonnullæ cretaceæ molliores, aliæ argillaceæ compactiores: Aliæ, perpaucæ tamen ceruleæ nigricantes. Pleræque omnes rubicant; aliquæ superficie tenus, aliæ toto corpore, luto nempe & argilla ipsa rubente; sed in istis paucæ saturi, plurimæ obscurioris & fugentis coloris. Est quæ affrictu suo tingit vt creata; alia vt rubrica. Locus Ciceronis in ep. ad Q. Frarrem lib. 3. de Lychno ligneolo Sami confecto, difficultate non caret. In Thesauro linguæ Latinæ Car. Stephanus, vel Nizolius pro ligneolo linteolum legendum suspicatur. Posteriores Ciceronis editiones pro Lychno Lychnuchum legunt. Quorum id codicum fide fiat, mihi non liquet: nec quid sibi velit ista diminutionis forma in ligno, quæ alibi nusquam occurrit. Cur item Quintus istum curauit Sami faciendum, loco non fabris lignariis, sed figulis toto orbe celebri? Quid si Lychnum luteolum legamus, voce vsitatissima, a colore croceo figulis nec alieno, nec peruulgato. Peritiorum hic iudicio LM cadam, aut stabo.

Ciceronis locus obscurissimus

Formæ Lucernarum variæ: miræque.

Ad formam venio, vna mihi est minuta bilychnis L. C. Aliæ simplices vno ellychnio contentæ. In ijs quædam a communi forma abeunt, vt supra in æneis est, quæ auem refert; ita hic vna ad Gallinæ figuram formata, quæ pullos quatuor sub alis touet. Ellichnij foramen in cauda. Alia Satyris caput cornutum exhibet, hedera vinctum, linguam inter dentes exerens: inter cornua oleum infundebatur. Anterius ellychnii os defractum: in figlino opere vix quidquam isto elegantius vidi. Et

Au-

Author albis maiuſculisque literis a ter- A go ſua manu adſcripſit, VINDEX FE. Eſt apud me amici vna, quæ rude, & deforme viri caput barbatum, ſupra frontem filicatum exhibet, cuius oculi perforati oleo excipiendo, extremum mentum ellychnio emittendo deſtinatum. Eſt & albicans pedis dextri ocreati forma media fere ſupra talos tibia præciſa, qua parte oleum infundebatur. Ocrea ſuperne, qua digiti pedis eminent præſciſſa ellychnium in ipſo pedis B pollice: ſolea inferior geminos clauorum ordines, anteriore quoque & poſteriore inter eos parte clauorum capita complura habet: ad calcem manubrio oblongo inſtructa eſt.

Reliquarum formæ communes, & inter ſe minus diſſimiles ſunt: conſtant enim omnes orbe maiore, quo maius foramen oleo; & minore, quo aliud ellychnio patet. Orbes iſti duo canali vt plurimum (Cl. Licetus guttur, naſum, lingua, balanum vocat) inter ſe iunguntur. Habent præterea pleræque omnes a tergo, in parte, quæ minori orbi, ſeu ellychnio aduerſa eſt, manubrium; quod extrema maioris orbis parte in altum ſublatum orbiculari fere figura fundum verſus reflectitur. In meis altius fere eſt iſtis, quæ in ſecunda, ter- tia, & quarta Liceti forma ſpectantur. Manubrium iſtud in meis omnibus perforatum eſt, foramine quod in maioribus lucernarij, vel lychnophori digitum admittat: in minoribus pro quantitate minus eſt. In nonnullis manubria non porrectim, ſed tranſuerſim Lucernæ corpori iunguntur, vt foramen paxillo vel clauo parieti impacto aptari poſſit, atque ex eo lucerna ardens commode ſuſpendi. L. D. Aliquæ manubrio omnino carent, non minutæ tantum, ſed & pictæ, reliquis ornatiores, quæ hac parte exacte capedinibus ſuis, de quibus infra dicemus, imponebantur. Iſtæ fere ſimiles Aldrouandicæ, quam Cl. Licetus VI. loco ponit. In rotundis, maiore ſui orbe pictis, ſunt apud me, in quibus pugiles duo clypeati gladijs concurrunt. In vna eſt, quem Maximus Olybius a ſua abeſſe voluit, Mercurius petaſatus, talariger, dextera loculos, ſiniſtra caduC ceum geſtans, pendente a collo chlamide, ante cuius pedes oleum infundebatur. In alia albicante, Nereis toto tergo prolapſo linteo nuda, equo marino in piſcem detinente inſidet, eiuſdemque collum vtroque brachio trepida complectitur.



Est in qua Genius pectore nudus, sola inferiore ab vmbilico corporis parte syndone obuolutus lecythum seu guttum tenet, siniſtramque supra foramen, quo oleum infundebatur, expandit.

In alia figura stolata fluente circa caput peplo, adsurgente ad dexteram eius catello, seu hinnulo, visitur.

Est alia amici, domi nunc meæ, sed manubriata, quæ aquilam expansis alis, rostro palmæ ramum, vnguibus trisulcum fulmen super globo tenentem ostentat: cuius typum L. E. In vna Ceruus currens. In alia calix. In vna Strobili caput pendentibus vtrimque cincinnis, hiante immensum ore. In pluribus capita variarum formarum. Fictilium Lucernarum quædam pensiles quoque fuerunt, quæ ad formam ænearum, in extremo margine medio fere inter ellychnium & manubrium spatio, ansulas duas perforatas habent, tertiæ quæ manubrio iungebatur, respondentes: nec absimilis Pignoriana Liceti XVI. Tales forte fuerunt, si parua licet componere magnis, æterni Vestæ foci, fictilibus etiam vasis Tiberij æuo contentis apud Valerium Maximum lib. 4. cap. 4. Vas fictile Vestæ. Plurimæ gestationi præcipue seruierunt. Eædem tamen pleræque ansulas paribus locis, quanquam non perforatas, ornatus tantum causa, ad formam pensilium habent. Orbis maior in alijs magis, in alijs minus profundus est, varijsque circulis, ordinibus, modisque variat. Inferior fere minor orbis, quo ellychnium prominebat, varie ornatur, vt ex VI. Cl. Liceti, alijsque colligere est. Canalis medius in quibusdam perforatus est, vt istis foraminibus & aura admitteretur, & ellychnium temperaretur. Longum esset, omnia diuersarum formarum genera etiam in minutissimis enumerare. Vsus & ornatus causa varijs modis ars figlina in linearum, orbium, marginumque flexibus luxuriat.

Foramina minutiora cur in Lucernis.

Fundus inferior in quibusdam planus & simplex est; in alijs orbibus, circulisque pluribus decoratur, intra quos nomen figuli, si tamen nominibus inscriptæ sunt legitur, & alicubi parerga ornatus causa adijciuntur.

Minimæ a manubrio ad extimum extremi oris marginem digitos, immo pollices Romanos duos fere æquant; ad modulos enim pedis Romani veteres eas exegi.

Lucernarum varijæ magnitudines.

Plurimæ ad tertij fere, maiusculæ ad quarti pollicis longitudinem extenduntur.

Quæ vltra quartum pollicem porriguntur, in maximis mihi numerantur, qualis ista, cuius os quo funale prominebat cum canali & aliqua maioris orbis parte tantum reliqua est. Est qui XXIV. alias hic inuentas possidet. Ex istis colligas Lucernas istas non dicam omnes, immo nec pauciſſimas quidem igni isti inextinguibili seruijsse. Plurimas cubicularias, communi, domesticoque olim in vsu fuisse existimo: Act. xx. 8. copiosæ lampades erant in vno Cenaculo. Quid de istis tam multis, quæ communi in vsu fuere, factum, si quæ nunc reliquæ sunt omnes ad ignem istum subterraneum referantur? Ego sane de nulla mearum, quas possideo, pronunciare ausim, illam æterno isti igni sepulchrali dicatam fuisse; quamquam non paucas in ipsis vrnis sepulchralibus inuentas fuisse certus sciam. Mihi enim fides non fit æternos istos focos Tulliolæ, Pallantis, Olybij, omnium hominum ordini promiscuos fuisse. Nec sinit plurium lucernularum paruitas vt talis nobis earum vsus proponamus, qualis ista est de qua in Batauorum oppido initio pag. 31. legis, cuius typum habes L. H. Fuerunt ante annum supra vrbem in valle reducta montis Hunnorum lucernæ fictiles duodecim inuentæ, formæ mediæ, aliquæ ENCARPI nomine notatæ, quæ in orbem dispositæ ora sibi obuertebant: adstabant in medio vascula patentia ex terra albicante sex, quæ ex fundo angustiore duorum digitorum labra dilatabant, vt superior margo flexibus variegatus, fundi margine tribus digitis, altior, triploque circiter latior esset. Quis omnium istorum rationes certas nobis explicabit? Inueniuntur alia vasa exacte rotunda, quæ mediocrium lucernarum maiori orbi similia, fundo plano, superioris orbis accliuis centro os rotundum patens habent, quod pollicem crassiusculum admittat. Lingula porrecta an-

Lucernarum numerus.

Ignis inextinguibilis.

gu-

guſto foramine ijſdem pro manubrio eſt, cucurbitulas fictiles fuiſſe ſuſpicor, quæ tumido ventre ſubiecta flammula ſanguinem in ſcarificatione educebant. Certe hic Chirurgus ſenex fuit, qui in ſcarificatione tali vaſe frequens vtebatur.

Ad ſuperiora de Lucernis duo adhuc adijciam, vnum æneis, alterum fictilibus iungendum.

De Lucernarũ varijs operculis.

Inuenio opercula ænea XIV, quæ diuerſæ magnitudinis, maioribus æneis lucernarum orbibus exacte reſpondent, vt intra altiorem lucernarum marginem, quæ paruis operculis non claudebantur, iſta toti orbi ſuperimponerentur. Iſta inferiore ſui parte plana, marginem verſus leui conuexitate attolluntur, vt acu, vel filo æneo, quum vſus eſſet, a lucernis facillime auferri poſſent. Superiore parte varijs orbibus, incruſtationibus non vitreis modo, ſed & argenteis ornantur. Talis orbiculus interiore circulo notis argenteis nitet, exteriore pyramides, quarum baſes introrſum, coni extrorſum tendunt, ex puro argento flammulas imitante oſtentat. Quorundam circuli interiores tam alti ſunt, vt non incommode digitis prehendi, attolli, reponique poſſint. Illis addo operculum aliud, quanquam diuerſum; quod totius lucernæ orbi patenti (quales non ſemel vidiſſe memini) marginique eius interiori impoſitum fuit; habet enim orbem ex lamina ænea deorſum tendentem, qui interior lampadis cauitatem diffuſo ſupra iuncturam extremo operculi margine accurate clauſit. Operculum minus iſti aptatum fuit, quale lampadi æneæ incruſtatæ, quam ſupra dedi L.B. quod leui conuerſione impoſitum firmaretur.

Capedines Lucernarum fictiles.

Alterum, quod lucernis, ſed fictilibus, iungendum, ſunt capedines fictiles: quæ ſimplices vt patellæ, marginem eiuſdem cum lucernis altitudinis atque eius formæ, & capacitatis habent: quæ lucernis non manubriatis, quales fere ſunt pictæ, exactiſſime reſpondent. Iſtius ordinis XV. numero. Vna iſtarum plumbea eſt: vna longior ſemipede geminato margine attollitur, anſulasque A inciſas ſex peripheria ſua habet, quibus catenulæ ſuſpenſioni habiles aptari potuerunt. Reliquæ XIII. omnes manubriatæ ſunt, ad modũ lucernarum maiorum, vt his capedinibus ſuppoſitis lucernas ornatiores geſtatas fuiſſe vero ſimile ſit. Circa anteriorem extremitatem lampadis ellychnio propinquam aliquæ fuligine nigricant; nec aliter fieri potuit ab ardente ellychnio. An non tamen & abſque aliarum lucernarum impoſitione pro lucernis patentibus ipſæ B in vſu fuerint, non poſſum negare. Retectus fuit XIII. Febr. An. 1647. ad marginem foſſæ Vrbicæ Sarcophagus ex topho, pedes circiter quatuor longus, adſtabant lagenæ vitreæ a latere tres, quæ ſextarium minimum ſingulæ caperent: quarum vna quaternis fundi angulis literata has notas habebat

Lucerna ſingulariter literata, & liquore ſalſuginoſo plena in ſepulchro.

C. E. Æ. V. vna maiore ſui parte liquore non oleaginoſo, ſed C ſalſuginoſo plena; qui liquor tunc motu, terræque iniectione turbatus paucos intra dies ad limpitudinem clariſſimam redijt, quã integer etiam num ſeruat. A capite lagena duplo fere alijs maior cum litteris C.P. C.F. in fundo. Remotis tegulis lateritijs maioribus, quibus obtegebatur, præter operculorum fragmina, inuentæ vrnulæ vitreæ exigui ventris colli oblongi, quæ altitudine digitos Rom. v. ſuperant. In vna aliquid ſpiſſe coagulatum ſpadicei coD loris, an opobalſami reliquiæ, an aliud, nondum inquiſiui. In altera pollen tenuiſſimum cinericium. Speculum ad hæc chalybeum, cuius diameter pollices Rom. v. æquat: pars auerſa leuiter concaua deargentata, varia parerga habet. Bulla præterea pueri bullati monimentum, plana cordis forma ex catenula maiori æramento perforato, quod tegulæ annexum fuit pendebat. Et capedo huius generis, ſeu lucerna E patens fictilis ſimul inuenta. Quanquam ſollicite foſſores, qui in iſta certatim raptimque inuolarant, interrogaui, negabant omnes iſti capedini alteram lucernam impoſitam, aut iſto in ſarcophago aliam præter hanc inuentam fuiſſe: vt vel inde conijciam capedines iſtas, & alijs lucernis ſuſtinendis ſuppoſitas, & ipſas ſeorſim pro lucernis patentibus

aliquando forte in vſu fuiſſe. Omnes meæ ex argilla ſatis compacta. Cæruleæ, & nigricantes VII. ſubrubræ v. albicantes II. Pleræque omnes in fundi medio circulum ſatis amplum atque altum habent.

Hæc inuita fere Minerua ac ſubirata valetudine arthriticos inter dolores mihi deproperata boni conſule, & de eis tuo iure ſtatue. Cl. Dn. Rhodio officia defero, ſalutem adſcribo. Vale, Vir nobiliſſime, Charum mihi nomen. Deus te nobis bonis omnibus auctiorem feliciſſime reducat. Scrib. Nouiomagi $\frac{x}{xx}$ Nouēb. An. ☧ MDCXLVII.]

Iſta vir inſignis ad verbum: quæ referre libuit omnia, quia multa notatu digna continent diligenter obſeruata circa lucernas antiquas, nobis expendenda ſingillatim.

Expenduntur allata ſuperius ab eximio viro de veterum Lucernis. Cap. XCIII.

PRofecto magnam & inſignem habet vir eximius Antiquarum Lucernarum ſupellectilem, qui centum amplius eas numerat inuentas intra pomeria oppidi ſui. Conſentio quidem egregio viro, quibus in fundo præter nomen hominis poſitum eſt F. ſignari eo nomine Fabrum Lucernæ. Sed quæ tali grammate carent, nomen habere fabri minime queunt: vt quæ geſtat inſcriptum L. CÆSÆ, certe nomine defunctæ nobilitatur. Quæ ſimiliter inſcribuntur COMMVNIS, vel COMVNI, non a fabro, ſed a materia terræ Samiæ Communi, non a politiori, delectęque ſignantur, vt antea [a] ſatis oſtendimus. Quin & in titulo Lucernæ Laribus ſacræ P. F. Roman. non Faber, ſed vir pius deſcribitur, qui Lucernam Laribus ſacrauit: & in Lucerna, cuius in fundo leguntur C.I.C. I.O.M.S. & in area ſuperna L. C.I. nulla mentio fabri fit, ſed Lucernam dicantis, ob accepta beneficia; quum olim [b] fuſius explicauerimus ea grammata *Caius Iulius Cæſar Ioui Optimo Maximo Sacrauit Liberatus Clodij Inſidijs*. De Materia Lucernarum varia præclare vir inſignis. Quæ de loco Ciceronis affert ad Q. Fratrem, Lychnum ligneolum Sami confectum, A celebrantis, iudicans corrigendam eſſe vocem *ligneolum* in *luteolum*, vt vt aiguta m criſim ſapiunt; mihi recipi non poſſunt, abhorrenti prorſus a tanta contextus mutatione. Proculdubio mirum atque difficillimum captu videtur, quod ad Q. Fratrem Cicero ſcribit de [c] lychno ligneolo, dicens in fine breuioris epiſtolæ: *Romam quum venero, quæ perſpexero ſcribam ad te, & maxime de Dictatura: & ad Labienum, & ad Ligurium literas dabo. Hanc ſcripſi ante ad Lychnum Ligneolum, qui mihi erat periucundus, quod eum te aiebant, quum eſſes ſanæ mentis curaſſe faciendum. Vale ſuauiſſime, & optime frater*. Ita meus codex habet, cuius Aſcenſiano prælo in ædibus Ioannis Parui. Verum longe ſecus in ſuo codice legit Cl. Smith, vt vidimus, ad eximium Nic. Heinſium ita ſcribens. *Locus Ciceronis in epiſt. ad Q. fratrem lib. 3. de Lychno ligneolo Sami confecto, difficultate non caret. In Theſauro Linguæ Latinæ Car. Stephanus vel Nizolius pro ligneolo linteolum legendum ſuſpicatur. Poſteriores Ciceronis editiones pro Lychno Lychnuchum legunt. Quorum id codicum fide fiat, mihi non liquet: Nec quid ſibi velit iſta diminutionis forma in ligno, quæ alibi nunquam occurrit. Cur item Quintus iſtum curarit Sami faciendum, loco non fabris lignarijs, ſed figulis toto orbe celebri? Quid ſi lychnum luteolum legamus, voce vſitatiſſima, a colore croceo, figulis nec alieno, nec peruulgato? Peritiorum hic iudicio LM cadam, aut ſtabo*. Equidem hunc locum valde ſalebroſum video, cui ſatis explanando vix Oedipus ipſe ſuffecerit; præſtat tamen aliqua, & varia dicere, num forte multa iaciens, vt de talis Coenſibus ait [d] Ariſtoteles, collimauerim. Sane (repeto) tenax ego ſum, quantum fieri poteſt, literæ contextuũ, nec vnquam eam variare lubet hilum, niſi quando manifeſtum in ea ſphalma compererim. Quum autem nullus error appareat in Aldino; & in Aſcenſiani textus duplicis editionis calce legatur eadem ſententia, licet inter ſe varient, vtrumque ſeruare præſtat, & explicare. Sed niſi tota epiſtola conſiderata, quæ ad eius calcem afferuntur de Lychno Ligneolo, non poſſunt explicari commode. Sic igitur habet Aldina: Romæ & maxime Appia,

Ciceronis locus de lychno ligneolo difficillimus expenditur. [c] l. 3. ep. 7.

[a] cap. 80. l. 6.

[b] cap. 2. l. 6.

[d] de diu. per ſom. c. 2.

„ pia, ad Martis, mira proluuies: Craſſi-
„ pedis ambulatio ablata, horti, tabernæ
„ plurimæ: magna vis aquæ vſque ad pi-
„ ſcinam publicam. Viget illud Homeri,
[e] Iliad. 16 verſ. 385. „ [e] *Tempore autumnali, quando creberrimam fundit aquam*
„ *Iupiter, quando iam viris iratus ſæuit,*
„ *Qui violentia in foro obliquas iudicant leges,*
„ *Iuſtitiam autem expellunt, Deorum reuerentiam non curantes.*
„ Sed hæc non curare decreui. Romæ
„ quum venero, quæ perſpexero, ſcribam
„ ad te. & maxime de dictatura; & ad
„ Labienum, & ad Ligurium literas da-
„ bo. Hanc ſcripſi ante lucem, ad Lych-
„ nuchum ligneolum: qui mihi erat per-
„ iucundus, quod eum te aiebant, quum
„ eſſes Sami, curaſſe faciendum. Vale
„ mi ſuauiſſime, & optime frater. Aſcen-
ſiana vero editio hac antiquior hæc po-
ſtrema verba variat, legit enim (vt vi-
„ dimus) Hanc ſcripſi ante ad Lychnum
„ Ligneolum: qui mihi erat periucundus;
„ quod eum te aiebant, quum eſſes ſanæ
„ mentis, curaſſe faciendum. Vale mi
„ ſuauiſſime & optime frater. Profecto,
ſi de Lychnucho qui lucernam contí-
net, aut ſuſtinet legatur, is ligneus qui-
dem eſſe poteſt, ligneolus apte dici non
videtur. Ceterum quum Sami præter
alia vaſa, fictiles Lucernæ fierent, quæ
Lychnucho imponerentur; non diffi-
cile fuit, ſed admodum probabile, fieri
quoque Sami pulchellos Lychnuchos
ligneos ad ſuſtinendas Lucernas aptos;
quorum vnum faberrime faciendum
curauerit Quintus tranſmittendum ad
M. T. fratrem, ob ſtudia frequenter
Lucernis indigentem; quem & ob arti-
ficium, & ob ſuauiſſimi fratris memo-
riam periucundum habuerit. Sed hanc
explicationem turbat illud verbum præ-
teriti temporis, *erat*; quia præſentem
Lychnucum dicere debuiſſet Cicero,
qui mihi eſt periucundus, non, *qui mihi*
Decl. 2. *erat periucundus*. At ſi de Lychno qui
Lucerna fiet, legatur; iam res euadit
difficilior; tum ob eandem rationem
præteriti temporis, non congruentis rei
præſenti: tum maxime quia Lychni non
apte fiunt ex ligno, ſiquidem a flam-
mula lignum oleo perunctum facile de-
flagraret, accenſumque protinus com-
bureretur; tum etiam quia Sami fictiles

A omnes Lucernæ fiunt, ex ligno nullæ.
An euitare poterimus iſtas difficultates,
vbi dixerimus Tullium admonere Quin-
tum de iucunditate, quam perceperat
ante de Lychnucho, ſiue de Lychno
ad quem ſcribebat, quæ præterierat
dum Quintus epiſtolam legeret? Lu-
cernam vero fictilem curaſſe Quintum
obduci capſula lignea, veluti theca
Lychno adnexa, quam affabre ſcul-
ptã, quo iucundius eſſet munuſculum?
B Sed iſta vt vt probabilitate non carent,
neceſſitatem habere non videntur.
Quare tertiam his addere lubet conie- Decl. 3.
cturam. Si forte fuiſſet in margine co-
dicis antiqui manuſcripti vox *Lychneo-
lum*, qua ſignificaretur exilitas Lychni,
& librarius exiſtimans eam in textum
ferri debere; putans mendum fuiſſe
amanuenſis, qui *ligneolum* ſcribere de-
buiſſet; iam hic error librarij nos ab ob-
ſcuritate liberaret. Sed iſta textus mu-
tatio non placet. Sicuti nec accipere
C poſſum eadem ratione, mutationem
eiuſdem vocis in *Lineolum*, ſiue *Linteo-
lum*, ſiue *Luteolum*: vt vt *luteolum* reſpi-
cere valeat colorem quin & materiam
luteæ lucernæ puſillæ, pauco de luto
Samio plaſmatæ reſpiciatque *lineolum*,
& *linteolum* exiguitatem papyri con-
ſtantis ex lineis linteorum filamentis.
Deinceps vero quum viderim paſſim Romani no-
Romanos aſſumere ſibi nomina, cogno- mina vndeſu-
mina, & prænomina a rebus artificioſis, merent.
D & naturalibus etiam inanimatis; quid
enim eſt Scipio, niſi baculus ligneus?
Columella, nonne parua columna? ?
Caligula parua caliga eſt. Laurus eſt
arbos. Quibus conſimilia multa nomi-
na legas in Gruterianis Inſcriptioni-
bus. Cur ergo ſi fuerunt inter homi-
nes Romanos, qui dicerentur Scipio,
Columella, Caligula, Laurus, & id ge-
neris, quiſpiam eſſe non potuit homo
periucundus Tullio, cui amicum facien-
dum curauerit Quintus quum eſſet Sa-
E mi, & nomine vocaretur Lychnus Li-
gneolus, ad quem hanc eandem epiſto-
lam Cic. ſcripſerit, antequam ad Q fra-
trem? Sane literæ Capitales vtriuſque
vocis maiores *Lychnum Ligneolum*, id
non obſcure ſignificare videntur. Ni-
mirum hac epiſtola breui Cicero Q fra-
trem certiorem facit de magna ſiue plu-
uiarum, ſiue Tiberis, ſiue vtriuſque ge-

neris aquarum inundatione, qua Ciuitas, & maxime via Appia, ad ædem Martis, ita fuerit deuastata, vt ambulatio celeberrima Crassipedis, horti, tabernæque plurimæ sublatæ fuerint; cuiusmodi proluuium etiam ab [e] Homero descriptum ait circa Ilium contigisse. Taleque veluti prodigium accidisse scribit quum absolueretur iniustissime Gabinius; cui contradicens accusator interesse noluit; neque illius absolutione, probis omnibus damnata, sollicitum esse, quamobrem vbi siccatis itineribus Romam venerit, ait se perscripturum ad Q. fratrem, quæcumque perspexerit in Vrbe tum de damnis illuuionis, tum de dictatura: similiterque se literas daturum & ad Labienum, & ad Ligarium. Hanc autem ipsam epistolam de inundatione, deque ceteris in ea contentis ait se antea quoque scripsisse ad Lychnum Ligneolum, qui sibi erat amicus alius periucundus, vel eo nomine quod audierat a multis Quintum curatse faciendum vt eum Cicero diligeret, eique per literas negotia communicaret; quum ipse frater erga Lychnum istum Ligneolum esset sanæ mentis, hoc est non commotæ ob iracundiam & simultatem cum illo susceptam, sed pacatæ, mitis, atque tranquillæ ob affectum amoris; quo tunc ablato, nec erat amplius ipsi Tullio perjucundus; quia fratrum amicissimorum omnes affectus communes esse debent. Ita fortassis illustrari posset Tullij locus obscurissimus. Attamen vel autori mihi videtur paulo durior hæc interpretatio; ac eo magis, quo in Ascensiano codice video manifestos errores tum in Homeri versiculis & mutilatis, & non vno solæco turbatis; tum nomine *Garrini* pro *Gabinio* suffecti; quare suspicor ab re *Samum* in *sanam mentem* abijsse. Si de mendo textus cogitandum est, vnica literula dempta legerem, *ad Lychnum igneolum*, pusilla nimirum flammula coruscare solitum, quum exiguus foret, quantulum habeo ex luto Sami; qui periucũdus ideo Tullio foret, quod amplior flamma Lucernæ maioris ellychnium crassius habentis aciem oculorum perstringeret læderetque senis Tullij scripturientis antelucanis horis. Celebris est apud Libanium [*] Sophi-

[e] Iliad. 16. v. 385.

Decl. 4.

[*] Decl. 39.

stam illa senis querela de Lucerna nimium lumen habente, *Et quidam venit lucernam tenens, non pro more aliarum factam, sed strias in circulum habentem, & vndiquaque ignem requirentem; tantam emittebat flammam, vt ignes bustorum luce imitaretur: hanc implere nos hortabatur. At mihi luminis magnitudo nox erat; nam caliginem copia lampadum reddebat; quocirca tunc volebam igni me ipsum tradere; sed cohibuerunt me amici, qui adsistebant, iam his me liberatum iri dicentes.*

Præterea si standum est vulgatæ literæ *ad Lychnum Ligneolum*, subit in mentem aliud instrumenti genus igniferi, quod forte poterit huic loco tenebricoso lucem ferre: Matronæ nostræ, sedentariam vitam agentes, in hiemis algoribus ad calorem pedibus & concilian-dum, & conseruandum, vti consueuerunt suppedaneis igniferis; quorum constructio, formaque talis est; forinsecus est lignea capsula parua quadrata, cuius operculum aliquando faberrimis figuris cultum plura foramina gerit a summo vsque ad partes intimas: intrinsecus arcula tota munitur vndique ferreis laminis, & quæ lamella subest operculo fixa, foraminibus itidem pertusa est, e regione respondentibus hiatibus operculi lignei. Conditur in aluo capsulæ minor alia quadrata pariter tota ferrea, in quam mittuntur prunæ, vaporem igneum sursum emittentes per operculi foramina ad calefaciendos pedes. Huic suppedaneo faciundo duo fabri suam operam contulerunt, lignarius, qui fecit arcam exteriorem; & ferrarius, qui capsulam interiorem. Hinc apte cogitare possumus, huiusmodi suppedaneum non ab re nuncupari posse ligneolum, quod arcula sit ex ligno confecta. Sic opinari valemus, Quintum Fratrem Sami curasse faciendum Lychnum Ligneolum, nempe Lucernam testeam exiguã a figulo, & Lychnuchũ paruum eius exilitati proportionatum ex ligno vel dedolato scalptove, vel ad tornum affabre constructum a fabro lignario, cuius apici sub forma calicis cauo lychneolus luteus pulcher insideret; quod munusculum miserit Fratri Tullio Quintus, fortasse sciens a maioris lucernæ lumine lædi Ciceronis aciem, cuius oculi perferrent innoxiæ

Decl. 5.

flam-

flammulam exiguæ. Hoc autem instrumentum a præcipua sui parte Lychnus appellatum est; a materia dominante, magisque conspicua, Ligneolus. Denique vero, si Lychni nomine significetur Lucernæ funiculus ardens, siue papyrus, qui dicitur ellychnium proprie, sed per tropum Lychnus appellari potest; quumque fieri valeat e medulla ligni teneriore, quæ mollis est arbusti substantia, ac interna veluti stirpis anima, principiumque tanquam formale plantæ; dicitur apte diminutiuo nomine ligneoli; quod principium, vt olim [f] ex Aristotele notabamus, est mole paruum, etsi virtute magnum. Quare per Lychnum ligneolum apud Ciceronem interpretari licet Lucernam exilis papyri. Profecto papyrum Aegyptiam Plinius appellat nomine ligni, lignorum vsum habere monet ad ignem, & ex ea funiculos fieri: quin & apud Patauinos ellychnium vulgus papyrum nuncupat: verba Plinij sunt: *Papyrum ergo nascitur in palustribus Aegypti. aut quiescentibus Nili aquis, vbi euagatæ stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiali radicis obliquæ crassitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem fastigiatum, thyrsi modo cacumen includens. Semine nullo, aut vsu eius alio, quam floris ad Deos coronandos. Radicibus incolæ pro ligno vtuntur: nec ignis tantum gratia, sed ad alia quoque vtensilia vasorum. Ex ipso quidem papyro nauigia texuntur: & e libro vela, tegetesque, nec non & vestem, etiam stragulam, ac funes.* Quapropter & Lucernarum funiculi fieri possunt; vnde non ab re Cicero nomine Lychni ligneoli Lucernam intelligere potuit habentem exiguum ellychnium. Quæ vero postea vir eximius de varietate formarum in Lucernis apud se nunc existentibus, mirifice delectant oculos, & nonnulla superius a nobis notata sunt in Romanis, & Neapolitanis Lucernis. Qui finxit in Lucerna Mercurium petasatum, taligerum, dextra manu loculos habens, & sinistra caduceum; indicare voluit Mercurium in horoscopo magis inclinare natos ad lucrum & commercia, quam ad fecunditatem, concordiam, & pacem. Quæ secundo loco ponitur a Viro Cl. Lucerna L.B. manubrium habens in imagine Lunæ corniculatæ, binos orbes gerens in apicibus cornuum, obtinet aliquid fortasse mysterij; Nempe sicuti Luna de se lumen non habet, sed a Sole totum recipit; ita lucerna lumen ab igne sibi forinsecus addito recipit: ac vt astrum Lunæ non æqualiter illuminatum adspicitur, sed aliquando corniculata spectatur, aliquando plena; quum tamen semper eius hemispherium a Sole collustretur; ita in Lucernæ manubrio signare voluit autor has Lunaris luminis differentias; per vnum orbiculum indicans Lunam plenam nobis conspicabilem in oppositione Solis; per alterum vero Lunæ semper illustratum hemispherium aliud, quod a nobis inspici non potest: per cornutam Lunam innuens partem orbitæ collustratæ nobis obuersam. Vel potius per huiusce-modi duos orbes in apicibus cornuum Lunæ signauit hemispherium Lunæ semper a Sole collustrari tam in veteri, quam in Luna noua, dum & ante coitum, & post coitum nobis cornua spectanda refert; etiamsi tunc a nobis adspici nequeat illud hemispherium illuminatum vniuersum, at eius ora extrema sub imagine cornuum. Lucerna, quæ Nereis toto tergo, prolapso linteo nuda, equo marino in piscem desinente insidet, eiusdemque collum vtroque brachio trepida complectitur; eandem ferme refert imaginem, quam Gemma vetus; in qua tamen præter hæc habetur Amor pusillus alatus velut impellens vtrumque. Neque mihi Nereis est, quæ trepide collum complectitur equi marini; quia Nereides non metuunt marinos Deos at cum illis secure degunt: ceterum de hac re latius in antiquis gemmarum [h] schematibus, quibus adornandis incumbimus horis subcesiuis. Quæ Lucerna continet effictam aquilam expansis alis, rostro palmæ ramum, vnguibus trisulcum fulmen super globo tenentem; næ Romani fuit index Imperij, vel militis insignis; etenim trisulcum fulmen indicat Aquilam esse auem illam, palma victoriam, quam Populus Romanus habuit de vniuerso, sua ferē arma victricia veluti volans in omnes mundi regiones. Quæ Lucerna Strobili, caput pendentibus vtrimque cin-

Decl. 6.

[f] 1. cæl. t. 33

l. 13. c. 11.

[h] Schem. 9. cap. 1.

cincinnis habet, hiante immensum ore, iuuenem histrionem antiquum laruatũ representat, cuius imaginem antea dedimus[i] ex Coradino, ac Pignorio, Cll. antiquarijs in Lucerna Galuania mortuales priscorum ritus referente. Pauciſſimas Lucernarum ignem inextinguibilem habuisse, consentio, fassusque fui non semel in opere prioris editionis. Plurimas fuisse cubicularias, & in vsu domestico, non diffiteor; sed tamen non paucas in subterraneis ignem aluisse, clare testantur experientiæ sepulchrorum veterum, e quibus lucernæ fuerunt erutæ frequentes, & nonnullæ fumantes adhuc, & ardentes aliquot. Aeternos ignes illos in Tulliolę, Pallantis, & Olybij, non fuisse promiscuos omnium hominum ordini, plane constituti pridem; & quis hoc infitias ibit inclyto viro? Non tamen paruitas Lucernæ prohibet quin ignem diutissime conseruare potuerit in sepulchro, si materiam liquoris habuerit aut difficillimæ consumptionis, aut nullius dissipationis; quas geminas causas attuli[k] dudum diuturnæ durationis ignium in reconditis Lucernis. Admiratione non carent, quæ reperta fuisse dicuntur in sarcophago detecto XIIII. Febr. An. 1647. in quo adstantes lagenæ vitreæ a latere tres, quæ sextarium minimum singulæ caperent: quarum quæ quaternis fundi angulis literata notas istas habuit,

Explicatio difficillimæ inscriptionis, & aliorum in sepulchro recés inuentorum.

Τ. Ε. ΘΕ. V. mihi requirere videtur Oedipum interpretem: num indicet bonam precationem ibi sepultis Manibus? vt fieri solebat, & explicari possint, forte male inciſæ notæ; quia culpa fabri primum sigma fuerit inuersum, debeatque fieri rectum ita S. tertiaque nota sit Æ diphtongus, non autem coniunctum beta inuersum cum E recto; nam facile fuit ignaro literarum fabro iungere postremum lateris grammatis A in formam B. vt idcirco legi debeant angulorum literæ S. T. Æ. V. ac explicari *Sit. Tempus. Aternum. Veris*. ita plane suspicor. *Sed & altera lagena maiore sui parte liquore non oleaginoso, verum salsuginoso plena; qui liquor tunc motu, terræque iniectione turbatus, paucos intra dies ad limpitudinem radijt, quam integer etiamnum seruat*, meo iudi-

[i] l. 6. c. 8.

[k] l. 3. cap. 14. & seqq.

A cio plena fuit humore lacrymarum; namq. veteres in funeribus magnatum mulieres conducebant pretio ad flendũ, quæ lacrymas in vrnulis vitreis colligebant; & multarum lacrymæ potuerunt in vnam lagenam simul infusæ cum cadauere contumulari; sunt autẽ lacrymę liquor non oleaginosus, at salsuginosus, & limpidus, maxime diuturnitate temporis in loco subterraneo veluti sublimatus a calore telluris; qui liquor ita

B satis attenuatus, facile potuit pristinam limpitudinem recuperare, motu & iectu pulueris turbatam, mox subsidente puluere, non ita satis arcte permisto cum liquore tenuiore lacrymarum, & illarum salsedine vi natiui sui caloris ab se partes illas heterogeneas intra paucos dies segregante. Quæ vero tertia lagena duplo ferre alijs maior fuit cum literis in fundo C. P. C. F. forte nomen defunctæ, sic explicandum *Corneliæ. Puellæ. Cornelij. Filiæ.* vel *Corneliæ. Pri-*

C *migeniæ. Cornelij. Filiæ.* vt ex literis vtriusque lagenæ formetur integer iste sensus: *Corneliæ. Puellæ. Cornelij. Filiæ. Sic. Tempus. Aeternum. Veris.* vel, *Sit. Tellus. Aeterni. Veris.* vel ita: *Cloelia. Puella. Crudelia. Fata. Sustulere. Te. Benemerentem. Viuere.* namque memini quandoque me legisse notam, Æ, apud Gruterum explicari *Benemerenti*. ceterum de his diuinare facilius est, quam certo determinare. Quid si, receptis,

D vt iacent in vrna, characteribus, literas illas implexas explicemus ita? *Cornelia. Priscilla. Cornelij. Filia. Rapuit. Te. Beata. Vita.* vel si placet, *Beate. Viuens.* nimirum Deus; Quos enim mors immatura e viuis tollit innocentes, & animo simul atque corpore præstantes [l] eos antiqui dicere consueuere raptos a Dijs beatis. Ita sane Xenophon in Symposio: *Illudque affirmo,*

E *ipsum quoque Ganymedem, non propter corpus, sed propter animum, in cælum a Ioue esse translatum; cui rei vel ipsum vocabulum testimonio sit: est enim alicubi apud Homerum γάνυται δ' ἀκούων, quo vult significare, lætari audiendo. Est etiam alibi, Varia in animo μήδεα voluit: quod significat consilia in animo volutare prudentiæ plena. Ex his igitur duobus, non propter corporis voluptatem, sed propter scientiarum iucunditatem, nuncupatus Ganymedes*

Empticiæ lacrymæ.

[l] l. cæl. t. 100. 10. ethic. c. 2. 8. & 12. meta. t. 39.

Ganymedes cur a Ioue raptus.

Ganymedis nomen mirifice constructũ.

medes in Deorum numerum relatus est; qui raptus in cælum ad vitam beatam a Ioue dicitur. Apollodorus Rhodius in Argonauticis assentitur, inquiens:[m]

[m] lib. 3.

„ Hunc Iouis in molli seiunctum reperit aura
„ Non solum: simul & Ganymedem. Iupiter illum
„ In cælum rapuit cum Dijs vt transigat æuum.

[n] lib. 1.

Cicero luculentius in [n] Tusculanis: *Quid est enim memoriam rerum, & verborum? quid porro inuentio? profecto id, quo nec in Deo quicquam maius intelligi potest; non enim ambrosia Deos, aut nectare, aut iuuentute pocula ministrãte lætari arbitror: nec Homerum audio, qui Ganymedem a Dijs raptum ait propter formam vt Ioui pocula administraret; non iusta causa cur Laomedonti tanta fieret iniuria. Fingebat hæc Homerus; & humana ad Deos transferebat: diuina malem ad nos; quæ diuina? vigere, sapere, inuenire, meminisse. Ergo animus, qui vt vt ego dico, diuinus: vt Euripides audet dicere, Deus est.* Vereque cum [o] Mythologo dixero, & cum [p] Aristotele, nihil aliud hac fabula demonstrare voluisse priscos, nisi prudentem, & sapientem virum, qui virtutibus animum informat, & excolit intellectum, Deo charum esse, diligi plurimum a Deo, & ad diuinam propius accedere naturam; quod est a Deo rapi. Ganymedes enim indicat animam hominis virtutibus ornatissimam, quam Deus ipse, pulcherrimam sibi, diligit, & ad se rapit, potissimum interuentu mortis; quo nomine dicitur, [q] *pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius*. Itaque non inepte sepulchralibus vrnis Pulcherrimæ corpore pariter & animo, propter innocentiam, & Virginitatem, inscripsere parentes in ea regione primores: *Cornelia. Pudentilla. Cornelij. Filia. Rapuit. Te. Beata. Vita.* Puellam fuisse sepultam in eo sarcophago viri magnatis in ea regione, sa-

[o] l. 9. c. 13.
[p] 10. eth. c. 7. 8. 9.
[q] Ps. 115. 15.

tis ostendunt crepundia puellaria, & alia ibi comperta, *remotis tegulis lateritijs maioribus, quibus obtigebatur* ille sarcophagus: nimirum *vrnulæ vitreæ exigui ventris, colli oblongi, quæ altitudine digitos Rom. v. superant. In vna aliquid spissi coagulatum spadicei coloris, an opobalsami reliquiæ an aliud, nondum inquisiui*: certe fuit aliquid vnguentorum odoris eximia suauitate puellæ gratissimum, ac vsui quotidiano. *In altera pollem tenuissimum cinericium*: quid ni puluis iste sit odoratus, qualem hic Cyprium appellamus, quo frequenter vtuntur puellæ ad crines potissimum inspergendos? *Speculum adhæc Chalybeum, cuius diameter pollices Rom. v. æquat: pars auersa leuiter concaua, deargentata, variæ parerga habet:* Id in quo sepulchro, præterquam in puellæ contumuletur? *Bulla præterea pueri bullati monimentum, plana cordis forma ex catenula maiori æramento perforato, quod tegulæ annexum fuit, pendebat*: vt vt istiusmodi bulla simpliciter puerum nobilem decere potuit; attamen cum ornatiore speculo, pulueribus odorum, & opobalsamo, siue quouis alio liquore suauitate fragranti contumulata, non puerum, sed puellam nobilem ac nubilem virginem maxime decet.

Ista breuiter obseruasse volui circa notata de Lucernis ab eximio viro, pereleganti, diligentique sua epistola, nunc demum mihi communicata.

De Lucerna Aegyptia in Adriani Numismate. Cap. XCIV.

CL. Sebastianus Eritius, antiquorum Numismatum cultor eximius, inter multa Cæsaris Adriani, pulcherrimum affert, lateque describit, præmissa posterioris Areæ hac effigie; cui nos adiecimus anteriorem ex ipsius Eritij descriptione talem:

Nu-

Lib. VI. Cap. XCV.





Numiſma, inquit, Adriani, mediæ magnitudinis, ex ære, Græcanicum, toto pectore Cæſaris expreſſo peritioris Artificis diligentia mira, circumpoſitis hiſce literis: AYΓ. KAI. TI. AI. AΔPIA. CEB. hoc eſt: IMPERATOR. CÆSAR. TITVS. AELIVS. ADRIANVS. AVGVSTVS. Habet numus hic in Area poſteriore ſerpentem, corpore magno multis inuolucris nodoſe vincto figuram fere trigonam efformantem: cuius angulus dexter inferior in baſi Caduceum erectum continet inter anguis ſpiras iuxta finem tortuoſi ventris. Angulus autem in eadem baſi læuus ad contortam complicatamque caudam obtinet exurgentem culmum tritici cum plena ſpica. Quam Numi figuram etiam tetigit Cl. Aldrouandus [*] Præceptor inquiens: *Monetæ autem referentes imaginem virgæ ſerpentibus exornatæ, quam caduceum appellant, ſunt innumeræ. Quan-*

[*] 1. de ſerp. f. 85. D.

A *doquidem Numiſma æneum Græcum mediocris magnitudinis Adriani cum his literis,* AYΓ.KAI.TI.AI.AΔPIA.CEB. *ideſt, Imperator Cæſar Titus Aelius Adrianus Auguſtus. Habet in parte oppoſita magnum ſerpentem gyris multis plicatum, in quorum medio Caduceus, & ſecus caudam animalis ſpica triticea conſpicitur. Hoc monumentum Adriani cuſum fuit in aliqua Vrbe Græciæ. Nam per ſerpentem, iuxta ſententiam Aegyptiorum, Dominium & Imperium intelligendum eſt.* Ceterum, præter hæc, non attingentia Lucernam, nec inſcriptionem: Superior angulus trigoni formatur obtorto collo ſerpentis in cuius elato capite, ſupra ſiniſtrum B angulum parumper inclinato, loco criſtæ viſitur Lucerna quædam ſtructuræ veteſtæ, perſimilis illi, quæ ſpectatur in Numiſmate Deæ Syræ [a] explicatæ. Licet Cl. Eritius opinetur hoc eſſe potius Cornu Ceraſtæ, vel anguis Criſtam, quam aliud quid. Quis e Nicandro

[a] cap. 24. l. 6.

dro posset opinari carunculas oculis Aspidis prætensas a natura, de quibus infra. Sed quum oculos non attingat, melius Lucernam opinatur Cl. Seuerinus noster in suo volumine de Vipera [b] capiti summo serpentis impositam. verum hac de re latius infra commodiore loco. Sub Angue spiris in trigonam figuram obuoluto, leguntur velut in mari placido tranquilloque, ternæ literæ LIΔ: quas arbitratur Eritius esse primores vnius & eiusdem dictionis obtruncatæ. Mihi vero potius videntur esse tres literæ capitales trium dictionum; quod in eadem numero dictione non bene permiscetur cum Latij vndecima figura L. nunquam a Græcis vsurpata, Græcanicum Delta; quamvis aliquando Græcum Omega sumatur in dictionibus Latinis ad excludendum omicron. Miscuit autem consulto Cæsar Adrianus huiuscemodi literas capitales Græcas & Latinas in epigraphe posteriori sui Numismatis, tum vt obscuriori lemmate Græculus agnominatus, etsi foret ortus in Italia, veræque Italus, crucem figeret eruditis: tum vt ostentaret se tam Græce, quam Latine peritum egregie; nam apud Aurelium Victorem [c] *Aelius Adrianus, stirpis Italicæ, Græcis literis impensius eruditus, a plerisque Græculus appellatus est. Athenienſium studia: moresque auxit, peritus non sermonis tantum, sed & ceteris disciplinis.* & mox: *Ardore gloriæ flagrans, acerrimus ad lacessendum pariter & respondendum serijs, ioco, male dictis, referre carmen carmini, dictum dicto, prorsus vt meditatum crederes aduersus omnia.* Consentiens Aurelio Victori Tursellinus ait [d] *Aelius Adrianus vir fuit literis, bonisque artibus, maxime vero mathematicis eruditus: idemque doctorum hominum irrisor pariter fautorque.* Suidas etiam de Adriano scripsit: *Latinæ, Græcæque linguæ fuit peritissimus. Fuit autem curiosissimus, & vaticinationibus, & omnigenis magicarum artium nugis vtebatur.* Quas in Aegypto didicerat; nam, vt ait idem Tursellinus, *Adrianus Romanum orbem ferme pedibus obijt.* & antea Victor: *Adrianus*, inquit, *fuit immensi laboris, quippe qui prouincias omnes pedibus circumierit, agmen comitantium præuertens, quum opida vniuersa restitueret, augeret ordinibus.* Verum & Græculum hunc Italum in Aegypto commoratum, vt propterea Latinograecam epigraphen poneret in Aegyptiaco Schemate Numi sui, Stephanus in libro proprio de Vrbibus aperit, qui Ciuitatem Adrianopolim ab eo conditam in Aegypto memorat; etsi Suidas, & post eum Vvolfius, eam appellent Antinoam, quam Adrianus de nomine cuiusdam sui amasij cognominauerit: verba Stephani sunt: Αντινόεια, πόλις Αιγύπτου, Αντινόου παιδὸς τῆς ἐθνικὸν, ἀντινοεὺς. ἐκλήθη, ἡ πόλις καὶ Αδριάνου πόλις. hoc est, *Antinoa, vrbs Aegypti, Antinoi pueri, gentile Antinoeus. etiam vocata hæc vrbs & Adriani ciuitas.* verum etiam Adrianum in Aegypto commoratum, vbi mathematicas disciplinas, artesque magicas plurimum excoluit & ciuitatem condidit, ostendunt aperte, quæ suis in Antiquis Lectionibus Rhodiginus promulgauit, aiens [e] *Sed & Imperator Adrianus ad Seruianum Consulem literis exaratis, Aegyptum totam se didicisse ait, esse leuem, pendulam, ad omnia famæ momenta volitantem. & mox esse homines eos scribit seditiosissimos, vanissimos, iniuriosissimos.* Quare nil mirum, si diu doctus artes Aegyptias; & Græce Latineque peritus Adrianus, in sui Numismatis area priore semetipsum descripserit Græcanicis literis; in posteriore vero dotes Aegypti mystice posuerit cum epigraphe literis & Latinis, & Græcis capitalibus.

[b] tr. 1. c. 8.

Græca litera quando ingreditur dictiones Latinas.

Adriani mores.

[c] epit. Cæs.

[d] hist. l. 4.

[e] l. 16. c. 3.

Adrianus in Ægypto vrbem condidit.

De magni Serpentis in triquetram formam obuoluti significatione. Cap. XCV.

EQuidem arbitror in area posteriore Numi nihil aliud, quam Aegypti prærogatiuas ab Adriano symbolice designari. Primum enim (vt omittam Cl. Aldrouandum præceptorem obseruare, serpentem in hieroglyphicis esse symbolum Regionis, ac Prouinciæ) anguis ille magnus, in formam triangularem conglobatus, caduceum, tritici spicam, & Lucernam obtinens, ipsissimum est Aegypti hieroglyphicum elegans. Anguis profecto, cui nomen Aspis, in Aegypto celebris est, & Aegyptum mystice multis nominibus representat. In primis Aspidum multa ge-

1. de serpen. pag. 84. H.

Aspis in Ægypto celebris.

genera quum sint, sexdecim differentijs ab Aeliano [b] distributa; duas tamen in Aegypto Strabo [c] reperiri recenset, inquiens: *Animalia quoque sua habet Aegyptus, Ichneumonem, & Aegyptiam Aspidem: quæ proprium quiddam habet, præter alias aliorum locorum. Ea duplex est, altera dodrantalis, quæ celerius interficit; altera vlnæ fere longitudine, vt Nicander qui de serpentibus scribit.* Vlna Suetonio mensura est trium cubitorum, sed Seruio apud Virgilium [d] est spacium inquantum vtraque extenditur manus; quam magnitudinem Aspidi Nilotico tribuit aperte Nicander hisce suis carminibus Latio datis;

[b] l.10.c.31.
[c] l.17.
Aspis Aegyptia duplex.
[d] ecl.3.
Aspidis longitudo.

„ Tam procera, extensa queunt quam brachia duci:
„ Tantaque crassities est, quantum missile telum,
„ Quod faciens hastas docta faber expolit arte,
„ Pro trucium horrisona taurorum, & cæde leonum.
„ Squalidus interdum color albet, sæpe virenti
„ Cum maculis, sæpe est etiam imitante figura,
„ Non nunquam ardenti veluti succenditur igne,
„ Idque nigra Aethiopum sub terra, quale refusus
„ Nilus sæpe lutum, vicinum in Nerea volut.
„ Præterea geminæ, calli instar, fronte carunclæ
„ Hærent.

Aspidum cristæ.

(Quas non inepte quis arbitrari posset esse, nobis Lucernæ typum referentes; sed tamen id a vero deuiare monstrabitur)

„ ---------- sanguineis scintillant lumina flammis:
„ Turgida squalet item ceruix: graue sibilat ipsa
„ Bestia, dum certam vomit ira concita mortem.
„ Quatuor hinc intra maxillæ concaua dentes
„ Radices fixere suas, quos iuncta quibusdam
„ Pelliculis tunica obducit, triste vnde venenum
„ Effundit, si forte suo hæc approximet hosti.

A Apud Aelianum [e] *Etiam Aspides quatuor cubitorum Aegyptij apparuisse asserunt.* Aspidem sane maioris huius amplitudinis Adrianus effinxit in suo Numismate; quum breuioris minorisque molis illa fuerit Aspis, qua Cleopatra semetipsam interemit, ne veniret in hostium potestatem ad triumphi spectaculum Romæ nobilitandum captiua; dicente Plutarcho [f] *Tum cistam quidam rure veniens attulit. Percunctantibus, quid ferret, satellitibus, aperiens, & auferens folia cophinum plenum ficorum ostendit. Mirantibus speciem, & magnitudinem, arridens inuitauit vt sumerent. Illi nihil suspicati iusserunt ficos eum intro ferre.* & mox: *Perhibent Aspidem inter ficos illas illatam, foliisque fuisse intectam. Ita enim iussisse Cleopatram, vt ignorantis corpus bestia inuaderet. Vt tollens de ficis conspexit eam, dixisse Cleopatram: Nempe hic illa est: brachiumque nudatum morsui præbuisse. Alij inclusam hydriæ aspidem, atque ita fuisse autumant aseruatam; fusoque aureo ipsam lacessentis & stimulantis arripuisse Cleopatræ brachiū.* & infra: *Nonnulli brachium quoque Cleopatræ notas duas ex punctione visum est habuisse tenues & exiles: quibus credidisse Cæsar videtur. Siquidem in triumpho eius, imago translata est ipsius Cleopatræ, & Aspidis mordicus brachio affixæ.* Modo siue fuerit in cophino ficorum, siue potius in hydria latens Aspis, ea dubio procul minoris extitit amplitudinis, quæ Cleopatram interemit; non autem ingenti corpore, sicut illa, quæ cælatur in Adriani Numo. Galenus autem de Theriaca scribens ad Pisonem [g] historiam Cleopatræ sic habet: Aspis quædam reperitur nomine Ptyas, quæ perinde ac si tunc ratione prædita foret, æstimata interualli distantiam, collum eousque extendit, vnde possit iter facientibus commode venenum inspuere. Horum itaque serpentum vno (siquidem tria sunt aspidum genera) Reginam ferunt Cleopatram, quum vellet custodes fallere, citra suspicionem repente sibi mortem conscisse. Nam Augustus, qui Antonium vicerat, & Cleopatram viuam capere, & viuere volebat, magna vt par fuit diligentia ipsam seruabat, quo tam insignem feminam Romæ in triumphum duceret. Id Cleopatra quum persensis-

[e] l.6 de an. c.39.
[f] in M. Anton. Cleopatra vt Romanos fefellerit.
[g] cap.8.
„ Cleopatræ mors ex Galeno.
Aspidum tria genera.

„ fisset, & elegisset etiam tum Regina po- A
„ tius e vita decedere, quam priuata de
„ se Romanis spectaculum præbere: hoc
„ serpentis genere sibi mortem inferre
„ decreuit. Conuocatis itaque duabus
„ fidissimis ancillis Naera & Carmione,
„ quarum ministerio ad cultum corporis
„ vtebatur; nam altera capillos decenter
„ complicabat, altera scite vnguium pu-
„ tamina rescindebat: iubet contectam
„ ficubus & vuis ptyadem inferri, vt, si-
Aspis celeriter interficit. „ cuti diximus, custodes lateret: Inde B
„ periculo in ancillis prius facto, num ce-
„ leriter serpens illa necaret: vt videt eas
„ celeriter interijsse, deinceps illam sibi
„ admouit. Quo facto tradunt Augustum
„ vehementer admiratum, cum ancilla-
„ rum beneuolentiam, quæ dominam
„ etiam in morte sequi voluerunt, tum
Cleopatræ in morte magnanimitas. „ Reginæ magnanimitatem, quæ gene-
„ rosam mortem seruili vitæ prætulerit.
„ Siquidem ferunt Cleopatram inuentam
„ fuisse dextra manu Regium gestamen
„ in capite detinentem, vt mortua quo- C
„ que spectantibus Regina appareret: id
„ quod de Polyxena tragicus Poeta scri-
„ bit. Nam etiamsi a Pyrrho iugularetur,
„ tamen mentem adhibuit, vt cum decore
„ caderet. Qui vero nobis & mulieris ad
„ fallendum sagacitatem, & Aspidis ad
„ occidendum celeritatem, verbis extol-
„ lere volunt, Cleopatram inquiunt ma-
„ gnum primo ac profundum vulnus bra-
„ chio suo dentibus intulisse; deinde ve-
„ nenum, quod prius ex aspide parauе- D
„ rat, in pixide quadam ad se allatum vul-
„ nere infundisse; atque ita veneno cor-
„ pus subeunte non multo post inscijs cu-
„ stodibus vitam leuiter finiuisse. Nam
„ reuera serpentes isti celeriter interfi-
„ ciunt, sicuti ego sæpe in magna Ale-
Alexandrinum supplicium ciro necans. „ xandria spectaui. Quum enim aliquem
„ hoc supplicij genere condemnatum, si-
„ ne longo cruciatu dilationeque necare
„ volunt, aspides illorum pectoribus ad- E
„ mouent: ambulareqne parumper fa-
„ ciunt; atque sic ipsos breui perimunt.
Aspis cur in Antidoto Theriacæ non cõmisceatur. „ Videsne igitur quomodo nos merito
„ nullum id genus serpentum antidoto
„ commiscemus, ob tam magnam, quam
„ in corporibus suis vim mortiferam con-
„ tinent. Aegyptum igitur nihilominus
hieroglyphice potest Aspis indicare,
quam Ichneumon; quod eius regionis
animalia propria sint, obseruatu Stra-

bonis. Dein etiam Rhodiginus hæc habet de Aspide [h] *Non magnopere compertum, qui Aspidis ictu percussus euaserit. Quo argumento vt significaretur Principatus quædam inuicta vis, Aegypti Regum mos fuit peruetus, diademata serpentis eius imagine distincta gestare.* Tale quid ex Valeriano, Diodoroque Siculo referre videtur Cl. Præceptor Aldrouandus in opere suo de serpentibus. [i] Vt hinc etiam Aspis apte symbolum sit Aegyptij regni. Præterea Plutarchus agens de Iside & Osiride, scribit: *Aspidem vero Aegyptij, & Felem, & Cātharum in honore habent, diuinæ potentiæ imagines quasdam obscuras, sicut Solis simulachra in stillis solent conspicari. Nam Felem etiamnum sunt qui dicant ac credant per aurem concipere, partumque per os emittere, qua similitudine orationis ortus refertur. Cantharorum in genere prohibitum est nullam esse feminam. Mares omnes semen eijcere in materiam ab ipsis in globum conformatam, quam voluent ex aduerso impellentes: sicuti Sol videtur cælum in cõtrariam partem conuertere ipse ab occasu versus ortum proficiscens. Aspidem vt senij securam, & motibus nullo instrumento indigentibus facile ac molliter vtentem, sideri comparauerunt.* Quapropter & Aspidis hieroglyphico recte potuit Adrianus Aegyptum indicare, quod ab Aegyptis Aspis veneraretur. Qua de re pariter Pierius Valerianus [k] Hospitalitatis iura colens infit: *Scribit Plutarchus Aspidem ab Aegyptiaco viro quodam patriæ superstitionis religione tam familiariter alitam, vt ad mensam assidue ventitaret: quæ quum catulos enixa esset, quorum vnus hospitis filium enecauit: regressa parens, intellecto facinore, filium & ipsa suum morte multauit, ac voluntarium exilium sibi in perpetuum delegit.* Aspis igitur in Area posteriore Numismatis Adriani tessera fuit Aegyptum indicans. Immo vero fuit Aspis ibidem Aegypti hieroglyphicum ob imaginem triangularem, quam habet multis interceptis finibus nodose complicata; quum Aegyptus vniuersa trigonam obtineat figuram, quin & pluribus triangulis constitutam, Nilo flumine tum superne ad Memphim scisso, diuaricatoque duas in partes, assidue ab inuicem digredientes vsque ad mare mediterraneum, vbi trigoni magni basis est: tum

[h] l. 25. c. 31.

Aspides in diademate Regũ Ægypti.

[i] l. 1. p. 210. G

Ægyptij curcolant Felem Ichneumonẽ.

Cur Cantharum, id est Scarabæum venerentur.

Aspidem cur in honore habeant.

[k] lib. 16. hierogl. Aspidis historia nobilis.

Ægypti figura triangularis.

multis eiuſdem fluuij ramis hinc inde productis pariformi diuaricatione totam Aegyptum irrigantibus, nec non in plures velut inſulas triangulares dirimente; ſicut apud Ptolemæum in Aegypti ſua deſcriptione, Cl. Præceptor Maginus obſeruat, ex omnibus antiquis Geographis, Hiſtoricis, atque Poetis; vt infra commodiore loco latius apparebit. Quas quidem Nili diuaricationes Aegyptum partientes in multas velut inſulas, a Plinio[l]Solino[m]Strabone[n] Ptolemæoque ſignatas, Aſpis in Numo cõtorta mirifice repreſentat. Inſuper anguis iſte ſinuoſus fluuium Nili poteſt aptiſſime ſignificare, quo tota irrigatur Aegyptus triquetram figuram habens; etenim flumina tortuoſis gyris terram irrigantia veteribus nomine draconum atque ſerpentum appellata myſtice fuiſſe, teſtatur Comes Natalis [o] atque Boccatius [p] in ſua Geneologia. Nilum autem ſub forma ſerpentis Aſpidis maioris in triquetram imaginem ſinuoſis voluminibus conglobati repreſentare potuiſſe Adriano Aegyptum, quis apte negauerit?

[l] l.5.c.9. [m] cap.45. [n] lib.17.

[o] 8.myth. c.7. [p] l.4.c.33.

De culmo tritici cum plena ſpica miram Aegypti fertilitatem indicante.

Cap. XCVI.

PRæterea vero culmus ille cum tritici ſpica plena, peroptime nobis Aegyptum indicat, regionem omnium vniuerſi mundi feraciſſimam; de cuius fertilitate nemo priſcorum non attulit encomia: namque Plinio [a] fertiliſſima dicitur Aegyptus, & centuplum ſati reddere. Rhodiginus in Antiquis Lectionibus habet [b] *Non præterit profecto nos, Aegyptum dictam eſſe veteribus publicum orbis horreum: tolereque Deos eo animi gratia, & ſalutis confugere. Quapropter & illud videmur legiſſe, quod Ioſephus* [c] *regionem illam eſſe munitam, & adeo fertilem, vt cunctos mortales paſcere, Deos ipſos excipere hoſpitio, ſaluare poſſe gloriaretur*. Etſi Ioſephus allegato loco fertilitatem Aegypti ſolam commendare videatur, & munimentum; nihil de Deorum ſecuritate, ſalute, ac hoſpitio in ea regione meminiſſe. Nihilominus huic etiam teſtimonium perhibere poteſt hiſtoria ſacra, tum ponens Chriſtum

[a] l.18.c.10. l.21.c.15.

[b] l.29.c.21. Aegyptus publicum orbis horreum.

[c] 5.de bel. Iud.c.11.

A Dei Filium, ab Herode quæſitum ad mortem, aufugiſſe in Aegyptum [d] ſalutis ergo; ad quem ſaluandum Pater Deus, qui vbique eſt, ex Aegypto [e] vocauit filium ſuum tum aſſerens, Ioſephum Patriarcham, appellatum inde [f] Saluatorem mundi, quod Aegypto-Præfectus orbi fameſcenti frumenti ſufficientem eſcam dederit; & in Aegyptum famẽ fugientes benigne receperit, annuente Rege, Patrem, & Fratres, gentem Deo charam, quos Deorum nomine nonnunquam appellat diuina pagina, legens [g] *Ego dixi, vos Dij eſtis, & filij excelſi omnes*. & alibi [h] *Septem ſpicæ plenæ, ſeptem vbertatis anni ſunt* in Aegypto: *Septem ſpicæ tenues, & vento vrente percuſſæ, ſeptem anni venturæ ſunt famis*. & infra: [i] *Creſcebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitque Ioſeph vniuerſa horrea, & vendebat Aegyptijs; nam & illos oppreſſerat fames. omnesque Prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent eſcas, & malum inopiæ temperarent*. & mox: [k] *Interim fames omnem terram premebat: conſumptisque cibis, quos ex Aegypto detulerant, dixit Iacob ad filios ſuos, reuertimini, & emite nobis pauxillum eſcarum* &c. Hinc vel ab Ethnicis Aegyptus agnominata fuit horreum publicum orbis: & Ioſeph, vniuerſæ terræ fameſcenti proſpiciens, optime iure nuncupatus eſt [l] Saluator mundi. Sic ergo ſpica plena frumenti, ſurgens ex angulo triangularis Aſpidis Aegyptiæ maioris, mire ſignificat Aegypti memorabilem fertilitatem, & incomparabilem frugum feracitatem.

[d] Matth 2. 13. & ſeqq. [e] Oſeæ 11.1. [f] Gen.45. & ſeqq. [g] Pſ.81.6. [h] Gen.41.26 & ſeqq. [i] Gen.41.46. [k] Gen.43.1. & ſeqq. [l] Gen.41.45.

De Caduceo Mercurij primæuam originem adepto in Arcadia Aegyptiaca.

Cap. XCVII.

CEterum nihilominus Aegyptum indicat, in alio ſerpentis angulo poſitus Caduceus Mercurij, tanquam omnium diſciplinarum matrem. Procul dubio ſcientiarum parentes audiũt Aegyptij: Cui prouinciæ propterea dedit antiquitas natales Mercurij doctrinarum omnium Dei; quod ibi regnauerit Mercurius ille Triſmegiſtus, qui ſummus ſacerdos extitit, ſummus item ſapiens, ſummusque Rex Aegypti. Belleque veteres Caduceum aſſignauere Mer-

Aegyptus omnium ſcientiarum mater.

Caduceus cur assignatus Mercurio.

Caducei explicatio mystica, & primum virga recta quid indicat.

Mercurio, virga rectum, ad quam Herculeo nodo reuincti forent angues duo, masculus & femina serpens, hieroglyphica triplicis huiusce summæ dignitatis; etenim recta virga, sceptrum Iustitiæ, regem indicat, a rectitudine Iudicij nunquam declinantem, & litigantes omnes apte componere satagentem. De qua rectitudine summi principis in Deo, ex vetustissima sapientum sententia sic aliquando [a] scriptum reliquit Aristoteles: *Enimvero Deus (vt est vetusto verbo proditum) principium, & finem, & media rerum omnium tenens, rectaque linea incedens, operatur ille quidem secundum naturam, e vestigio comitem habens Iustitiæ præsidem, quam Δίκην nominauerunt, diuinæ legis vindicem, simul vt quicquam sanctionum eius prætermissum est. Cuius vt sit particeps numinis iam inde oportet ab initio, qui ad vitam beatam euasurus est, atque felicem.* Anguis autem masculus dexteram Caduceitenens, egregie sacerdotium representat, enimvero Dominus Petrum [b] summum Pontificem, & Apostolos [c] Discipulosque suos alios, quos Orbis vniuersi Christiani sacerdotes instituit, tribuens eis potestatem soluendi, & ligandi mortalium animas, aliquando monuit [d] vt serpentibus in prudentia similes essent. Altera vero serpens femina caduceum ambiens, sapientiæ typus est, quæ parit ore fructus, ceu partus, verorum eloquiorum; quos vel ipse Socrates, apud Platonem in Theæteto, obstetricantibus interrogationibus eliciebat ex mente grauida cuiusque respondentis alumni sui parturiente. Quoniam vero Mercurius ille Trismegistus Aegyptius diuinorum attributorum arcana plurima mortales edocuit, iccirco Mercurius Iouis nuncius, Interpresque Deorum apud antiquos passim celebratur. Hinc Aegyptus mater Mercurij dicta simul & parens omnium disciplinarum, quod a Mercurio suo sapientissimi redditi viri regionis, vt ait Herodotus [e] in Euterpe, postea docuerint Græcos ad se venientes, & per eos aliam quamcunque gentem, literarum auidam, atque cultricem. Profecto Rhodiginus ex Antiquorum lectionibus affert ea verba [f] *Nos vero ex veterum scitis hoc genus colligamus,*

[a] de mund. in f.

Diuina gubernatio qualis in Mundo.

[b] Matth. 16. 19.

[c] Matth. 18. 18. Ioan. 20. 23.

[d] Matth. 10. 16.

Serpens femina caducei quid signet.

Mercurius cur Iouis nuncius dictus.

[e] cap. 160.

Aegyptus vt sit mater disciplinarum.

[f] l. 6. c. 13.

Esse hanc rerum vicissitudinem omnium, quam scientiarum parens Aegyptus, vt olim loquebantur, præceptis est complexa. Tradidit Pythagoras, retulit Plato, nec inhonoratam reliquit Platonicus nobilis Plotinus. & fusius infra [g] *Ammianus Marcellinus autor est, Medicis ad commendandam artis autoritatem suffeciſſe, si dicerēt se Alexandriæ eruditos: tanta erat loci dignitas, & æstimatio.* & mox: *Propterea scienter Apuleius eruditos appellat Aegyptios. Quin & ab Aurelio Macrobio dicitur mater artium Aegyptus. Aegyptiorum porro arcanam sapientiam abunde testari videtur susceptа illuc excellentium virorum peregrinatio, vt in illorum literis vere literatis interioribusque mysteria pernoscerent.* Certe Macrobius [h] vocat *Aegyptios solos diuinarum rerum omnium conscios.* & alibi: [i] *Plato Aegyptios, omnium Philosophiæ disciplinarum parentes, secutus est.* Verum & Moses, qui summus Philosophus a Philone [k] celebratur, tanquam Philosophiæ fastigium assecutus, dicitur ab Aegyptijs humanas doctrinas doctus: alibi dicente Philone; [l] *Itaque numeros, & Geometriam, vniuersamque musicam, rhythmicam, harmonicam, metricam, siue contemplatricem, siue per instrumenta, vocesque promentem se modis varijs, accepit ab Aegyptijs doctoribus: & insuper occultam philosophiam, descriptam literis (vt vocant) hieroglyphicis, hoc est notis animalium, quæ ipsi venerantur etiam pro numinibus. Reliquas liberales artes Græci docebant. Ex propinquis autem regionibus euocati Assyrij suas literas, Chaldæi sideralem scientiam, hanc & ab Aegyptijs didicit, mathematicæ cum primis deditis: obseruansque quid vtrisque conueniat, in quo discrepent, intactus a contentionibus veritatem quærebat; quippe qui nihil præter eam admittebat.* Etiamsi, præter humanas disciplinas omnes, quas ab Aegyptijs didicerat, Moses a summo Deo, cuius erat magnus charusque propheta, Diuinorum scientiam reuelatam habuerit. Caduceus ergo, qui Valeriani (*m*) notatu, hieroglyphicum est sapientiæ, disciplinarumque omnium, quarum antiqua parens prædicatur Aegyptus, vt & Mercurij, symbolum Aegypti recte ponitur in Numo ab Adriano Cæsare. Quid, si dixero, caduceum ea quoque ratione nobis Ægyptum

[g] l. 16. cap. 3.

Viri excellentes cur in Aegyptum peregrinati.

[h] 1. Satur. c. 14.

[i] l. 1. somn. c. 19.

[k] de mund. opif. prin.

[l] in vita Mosis.

Moses humanas disciplinas ab Aegyptijs edoctus.

Moses a Deo quæ didicerit.

[m] l. 15. hierogl.

Caducei primæua origo in Ægypto explicatur.

ptum indicare, quod eius institutio, vel inuentio nacta fuerit originem in Aegypto ex admirabili concertatione Mosis & Aaronis cum Magis & sapientibus Aegypti coram Pharaone Rege quando virga Mosis vel Aaronis in anguem versa deuorauit angues alios, in quos conuersæ fuerant virgæ Magorum & sapientum Pharaonis; etiamsi gentiles caducei primam originem ad sua fabulamenta trahere voluerint? Celebris est historia sacra [n] *Dixitque Dominus ad Moysem, & Aaron: Quum dixerit vobis Pharao: Ostendite signa; dices ad Aaron: Tolle virgam tuam, & proÿce eam coram Pharaone, ac vertetur in colubrum. Ingressi itaque Moyses, & Aaron ad Pharaonem, fecerunt sicut præceperat Dominus. Tulitque Aaron virgam coram Pharaone & seruis eius, quæ versa est in colubrum. Vocauit autem Pharao sapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipsi, per incantationes Aegyptias & arcana quædam similiter. Proiecerunt que singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones. Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum.* Hinc Ethnici posteriores, historias diuinas passim suis fabulis inuoluentes, de Caduceo commenti sunt, Mercurium ab Apolline quum virgam accepisset, eamque manu gestans in Arcadiam proficisceretur, dracones duos inter se mutuo pugnantes inuenisse; quibus ille virgam interponens, prælium eorum illico diremit. Mercurij nomine velantes Aaronem, qui celebratur eloquens in sacra scriptura, vel a Deo laudatus eloquentia [o] *Iratus Dominus in Moysem ait: Aaron frater tuus leuites: Scio quod eloquens sit: Ecce ipse egredietur in occursum tuum, vidensque te lætabitur corde. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore illius: & ostendam vobis quid agere debeatis:* Mercurium vero suum venerantur Ethnici numen eloquentiæ. Sol autem, qui dicitur Apollo, symbolum apud eos est summi Dei: namque Macrobio, Platonique, Sol [p] Deo simillimus est, Mens Mundi [q] quæ Deus omnibus Platonicis esse constituitur. Arcadiæ nomine signare potuerunt Aegypti vel ciuitatem, vel regionem; de quibus vtrisque Stephanus, & alij Classici. Namque Stephano ciuitas in Aegypto fuit, cui nomen

[n] Exod. 7. 8. & seqq.

Caducei commentum apud Ethnicos explicatum.

[o] Exod. 4. 14.

[p] 1. somn. c. 2

[q] cap. 20. 1. Satur. c. 18. 19.

A Arcadia, nimirum vna trium in Amurgo insula: verba Stephani sunt: ἔστι καὶ Ἀρκαδία Αἰγύπτου πόλις, μία τῶν τριῶν ἐν Αμυργῷ τῇ νίσῳ. ἦσαν γὰρ, Μελανία, Μίνωα, Ἀρκεσίνη. hoc est: *Est & Arcadia Aegypti ciuitas, vna trium in Amurgo insula. Sunt enim, Melania, Minoa, & Arcesine*, siue *Arcadia*. Nomen enim vtrumque fuit eiusdem vrbis, vt alijs plerisque duplici nomine donatis apud antiquos, obseruatu frequentissimo Strabonis; quicquid hoc in loco censeat Henricus.

Arcadia quæ ciuitas Ægypti.

B Quin & in Aegypto regionem integram, quæ media Aegyptus est, & appellatur Heptapolis, cognominari pariter Arcadiam ab Arcadio Rege notat ex eodem Stephano Volaterranus inquiens [r] *Aegyptus Africæ versus Orientem tenet extrema, in duas diuisa partes, Delta ex forma literæ, quæ Ptolemæo itemque Plinio Aegyptus inferior etiam vocatur. Altera, quæ secundum Nilum Aethiopiæ contermina, meridiem versus vsque ad Syenem procedit, Thebais appellata. Dicta autem vniuersa prius Aeria. Stephano vocata quasi ἠροειδα, quod fusco & caliginoso sit aere, & Heptapolis a septem primis vrbibus. Quatuor videlicet Thebaides, quæ sunt Panopolis, Antinous, Lycopolis, Hermopolis: tribus vero, quæ sunt, Arcadiæ, Heraclea, Oxyrinchus, Memphis. Arcadia enim regio est ab Arcadio dicta Imperatore, antea Heptanomus, a septem Nomis, ideſt Præfecturis: hæc Stephanus.* His consimilia refert Cl. Maginus apud Ptolemæum in sua Aegypti descriptione; cuius verba notabuntur inferius. Et hos Arcades Aegypti putauerim illos esse, qui se primos omnium hominum, fuisse natos ante Lunam gloriabantur, non autem alios illos Peloponnesi, de quibus Plutarchus in Quæstionibus Romanis [s] enimvero Lunam arbitrabantur esse Isidem Aegyptij, quam suam reginam fuisse testantur, adeoque seipsis iuniorem. Huic etiam opinioni subscribunt aperte Iustinus, atque Suidas. Iustinus etenim [t] introducit de generis antiquitate contendentes cum Scythis Aegyptios, non autem Arcades alios vllos Peloponnesiacos. Itidem Suidas Arcades pro Aegyptijs accepisse videtur, dum ait: Βεκκεσέληνε: *Antique, hoc est, stultissime. Deductum autem est hoc vocabulum a Proselenos, quasi dicas, Ante-*

Arcadia regio in Ægypto.

[r] lib. 12.

Arcades, qui gloriabantur esse primi mortalium, Ægyptios istos esse.

[s] Qu. 76.

[t] lib. 2. p.

Antelunaris, ante lunam genitus. Arcades enim antiquissimos, & qui ante Lunam se natos esse dicebant, Proselenes appellabant. Becceselene igitur,& Proselene dictum eadem ratione, qua supra declaratur. *Illud autem Becceselene per se ex tali historia pendet. Psammeticus Aegyptiorum rex cognoscere voluit, quinam omnium mortalium antiquissimi,& primi fuissent. Quum autem plurimum temporis in hanc inquisitionem impendisset, nec accuratam certamque rei cognitionem inuenire potuisset, quod multi hanc antiquitatis gloriam non sine contentione sibi vendicarent; huiusmodi rem comminiscitur. Duos infantes recens natos cepit, & in casa prorsus ab alijs ædificijs remota concluſit. Et alij quidem dicunt, ipsum ipsis capellas summisisse, quarum lacte, quod ex vberibus hauriebant, infantes nutriebantur. Alij vero dicunt, ipsum nutrices ipsis admouisse, quarum linguas præciderat, ne infantes vocem ipsarum audirent. Hæc autem Psammeticus fecit, quia scire volebat, quamnam primam vocem infantes essent edituri, vbi vagitus nihil significantes reliquissent. Quum igitur illi triennium in huiusmodi nutritione exegissent: Rex in illam casam misit quendam ex suis amicissimis, iubens illum illuc ingredi tacite. Quum autem ille fores aperuisset, illi pueri porrectis manibus BECCOS petierunt. Phryges vero panem sic appellare dicunt. Sic igitur Psammeticum ferunt deprehendisse, & credidisse, Phryges primos omnium mortalium fuisse. Si vero & prior narratio vera est, illos infantes a capris, non autem a muliere nutritos fuisse, minime mirandum est illos, qui capram toties balantem audiuerant, illius vocem imitatos esse, casuque quodam accidisse, vt apud Phryges huiusmodi vox esset. Si igitur & hoc Becceselenes significat antiquum, voce composita ex Beccos, quod panem significat ob antedictam historiam, & ex nomine Selene, quod Lunam significat. Sic etiam vox Proselene accipienda, ideſt, Antelunaris. Quamobrem & Arcadas vt antiquos aiunt vocari Proselenes.* Non caret itaque coniectura probabili satis, Aegyptios extitisse, qui dudum gloriabantur Arcades de vetustate supra mortales omnes; quum & Aegyptij de antiquitate contendisse cum Scythis ponantur a Iustino; Psammeticusque Rex Aegypti quæstionem hanc habuerit accuratam; & Arcades in Aegypto nouerit ipse Stephanus, & ex eo Volaterranus tum vrbem in Amurgo insula tum integram prouinciam insignem, quæ tres celebres vrbes Heracleam, Oxyrinchus, Memphim continens, ab Arcadio ibi Dominum habente peculiariter Arcadia nuncupata, longe diuersa ab Arcadia Peloponnesi, cui multi perperam videntur antiquitatis gloriam attribuere, quæ proprie conuenit Arcadibus Aegypti. Quare Caducei similiter origo, quam ponunt Mythologi de Mercurio cum virga ab Apolline susceptа serpentes inter dimicantes in Arcadia interponente, nobis accipitur in Arcadia Aegypti, ad quam cum virga iussu Dei profectus eloquentia pollens Aaron, coram Aegypti rege, virga sua in colubrum versa deuicit hostiles angues, in quos mutauerant virgas suas Aegyptiorum Magi per incantationes; vt antea vidimus in sacra pagina.

Primam locutionem vt indagarit Ægypti Rex.

Phryges primos hominũ extitisse, vt deprehendisse se putarit Psãmeticus.

De Lucerna in capite serpentis, vt sit Aegypti symbolum. Cap. XCVIII.

NEque vero minus Aegyptum in eodem Numo mihi designare videtur Lucerna veteris artificij, supra caput Aspidis Aegyptiæ magnæ constituta. Nempe licet Cl. Aldrouandum Præceptorem audiam [a] cui, *Visum Aspidis hebetem callosa quædam tubercula fronti adhærentia, oculosque comprimentia reddunt:* non tamen id corpus in summo capite, procul ab oculis, quos Aspis, non in fronte gerit, at in temporibus, ad huiusmodi carunculas, tuberculaque referri potest: Plinio siquidem [b] Aspidum naturam explicans ait: *Non est fateri, rerum natura largius mala, an remedia genuerit. Iam primum hebetes oculos huic malo dedit: eosque non in fronte ex aduerso cernere, sed in temporibus: itaque excitatur sæpius auditu, quam visu.* Quod vero capiti serpentis insidet in Numismate procul ab oculis Aspidis est in summo vertice, neque tuberculi, vel carunculę præsefert imaginem, sed cymbij, Lucernæque vetustæ structuræ, qualem antea spectauimus [c] in Numismate Deæ Syræ. Quare non Editio Cl. Viro, cristam, vel caruaculam accipienti, sed amicissimo Seuerino Lucernam exi-

Caruncułæ in capite Aspidis.

[a] 1. de serp. pag. 198. G.

[b] l. 8. c. 23.

[c] l. 6. c. 24.

ſtimanti ſubſcribimus. Hac autem Lucerna ſignari prærogatiuam Ægypti duplici ratione cenſemus. Prima quidem eſt, quod huiuſcemodi Lucerna ſublimis locata viſitur in ſummo capite aſpidis elati, velut in litore maris, tanquam Lucerna prælucens in alta ſpecula Phari nauigia ſpeculantibus e litore, ſimul in mari procul ad portum nauigantibus. Modo Phari celebres ad huiuſmodi finem geminum in orbe quinque mihi ſunt: vna quidem turris eſt editiſſima, meorum Genuenſium portui ab antiquo imminens; quæ patrio nomine vocatur LANTERNA; & rupes eminens, qua turris innititur, CO DE FA, nempe *Caput Phari*; a lumine denominati, quod Græce *Phos* vel a manifeſtatione, Græce Phanan appellatur; etenim ad culmen illius turris Genuenſes aſcendere faciunt ſpeculatorem, qui poſitis extra turris cacumen ſignis indicet numerum nauium triremiumque, quas aſpicit eminus aduentare. Noctuque magnam ibi Lucernam ardere faciunt, quæ nauigantibus indicet introitum portus, ne naufragium patiantur ad ſcopulos alliſæ naues. Altera turris nomine Phari celebris eſt in Inſula Siciliæ ad Meſſanæ portum. Tertia Puteolana, quarta Rauennæ turris eſt. Quinta vero cunctarum celeberrima, & antiquiſſima turris Phari reperitur in Ægypto ad Alexandriæ portum: de quibus vtriſque Volateranus ita [*d*] *Trinacria enim quum ex tribus promontorijs dicta ſit, Peloro Italiam, Lilibæo Græciam, & Pachino Africam reſpicientibus: Meſſana primum in ora eſt poſt Pelorum inſtar Phari Alexandrini turrim habens, Zancle prius vocata.* De Pharo vero Alexandrino poſtea [*e*] ſic: *Alexandriæ inſuper nobilis illa bibliotheca a Philadelpho inſtituta fuit, quæ per obſidionem poſtea Cæſaris flagrauit. Iuxta in portu Pharus erat inſula, & turris, Soſtrati Gnidij Architecti opus, vt eius loci indicat inſcriptio Græca, quod Alexandrum fuiſſe paſſum miratur Plinius. Hæc ſpecula nauigantibus præſidium erat. Ceteri quoque huius exemplo huic ſimiles Phari appellati ἀπὸ τῶν φάναν, & ex manifeſtatione etymo ſumpto.* Similiter Itali prælucentem in alta puppi magnæ cuiuſque triremis Lucernam appellamus *Phanò*, deriuata e Græco verbo nomenclatione. Plinij locus illuſtris eſt de Pharo tum Puteolano, tum Rauennæ, tum Alexandrino præcipue; quem primum omnium ferme Pyramidibus, quas nuperrime celebrauerat, comparare videtur, addens [*f*] *Magnificatur & alia turris a rege facta in inſula Pharo, portum obtinente Alexandriæ: quam conſtitiſſe octingentis talentis tradunt: magno animo, ne quid omittamus, Ptolemæi regis, quod in ea permiſerit Soſtrati Gnidij architecti ſtructuræ ipſius nomen inſcribi. Vſus eius, nocturno nauium curſui ignis oſtendere, ad prænuncianda vada, portusque introitum: ſicut iam tales compluribus locis flagrant, vt Puteolis, ac Rauennæ. Periculum in corriuatione ignium, ne ſidus exiſtimetur, quoniam e longinquo ſimilis flammarum aſpectus eſt. Hic idem architectus primus omnium penſilem ambulationem Gnidi feciſſe traditur.* Quam & hortos penſiles poſt turrem Phari conſtruxiſſe Alexandriæ mihi probabile ſatis eſt; ad cuius imitationem etiam multi Genuæ poſtea conſtructi ſunt; quos patrio vocabulo nuncupamus *Terrazze*. Sed ad rem. Sane Cæſar Adrianus in Numo ſuo myſtice ſignificaturus Aegypti Pharum, aſpidem poſuit cum Lucerna in capite; quia Pharus Alexandriæ ferax eſt admodum eiuſmodi ſerpentum, vt obſeruat Cl. Aldrouandus agens de Aſpidis epithetis, ita [*g*] *Quædam huius animalis epitheta locum natalem, & naturales quaſdam eius proprietates reſpiciunt: quædam vero cum alijs anguium epithetis ſunt communia. Quoad primum, aſpis aliquando Niliaca, & quandoque Aegyptia nominatur, interdum etiam Pharia, a Pharo parua Aegypti inſula; quum aſpides prædictis delectentur locis.* Altera vero ratio, qua Cæſar Adrianus hieroglyphice nobis in ſuo Numiſmate per aſpidem in capite Lucernam habentem indicauit, eſt, quod Aegyptij mortalium ſapientiſſimi, per ſerpentem ideo recte ſignificati, ſua ſapientia primi Lucernarum vſum inuenerunt; vt apertiſſime teſtatur in ſuis Stromatibus Clemens Alexandrinus [*h*] inquiens: *Primi itaque Aegyptij Aſtrologiam ad homines deduxerunt. Similiter autem etiam Chaldæi. Aegyptij rurſus & Lucernas primi accendere docuerunt.* Polydorus item Virgilius, agens de rerum inuentoribus, in eandem ſen-

[*d*] l. 6. Pharus Siciliæ.

[*e*] l. 12. Pharus Ægypti.

[*f*] l. 36. c. 12. f.

Phari vſus.

Pharus Puteoli, & Rauennæ.

Penſilis ambulatio. Horti penſiles.

[*g*] 1. de ſerp. p. 205. C.

Lucernarum inuentores Aegyptij.

[*h*] lib. 1.

ten-

tentiam scribit [i] *Lucernæ vsum Aegyptij inuenerunt: Autor Clemens*. Hoc autem illorum inuentum fuisse constat ex eo non obscure, quod apud Aegyptios vnos institutum fuit festum Lucernarum; de quo sic Herodotus in Euterpe [k] *Vbi vero in Sain vrbem sacrificatum conuenerunt, noctu sub dio vniuersi circum domos frequentes Lucernas accendunt, imbutas sale, & oleo plenas, cum multo lychno, quod tota ardet nocte. Cui festo nomen impositum est, ACCENSIO LVCERNARVM. Ad hunc conuentum quicumque Aegyptiorum non ierint, obseruantes sacrificij noctem, & ipsi vniuersi Lucernas accendunt. Atque ita accenduntur Lucernæ non in Sai modo, sed etiam per vniuersam Aegyptum. Qua vero gratia mox hæc lumen & honorem sortita sit, sacra quædam ratio commemoratur*. Cuius quidem rei rationem antea nobis insinuasse videtur Herodotus, dum Aegyptios asseruit primos extitisse mortalium, qui Dijs Aras, & simulachra, & delubra statuerint; ait enim [l] *Aegyptios quoque primos duodecim Deorum cognomina in vsu habuisse, & ab illis Græcos fuisse mutuatos. item primos Dijs & Aras, & simulachra, & delubra statuisse*; proindeque sacra pariter festa; inter quæ celeberrimum apud eos fuit, ACCENSIO LVCERNARVM appellatum. Nisi forte tacuit Herodotus istam rationem sacram, quia noluit Ethnicus Gentilibus suis illatam a Deo plagam in Ægypto commemorare; de qua late Moses in Exodo [m] *Factum est autem in medio noctis, percussit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti, a primogenito Pharaonis, qui in solio eius sedebat, vsque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere; & omne primogenitum iumentorum. Surrexitque Pharao nocte, & omnes serui eius, cunctaque Aegyptus; & ortus est clamor magnus in Aegypto; neque enim erat domus, in qua non iaceret mortuus. Vocatisque Pharao Moyse & Aaron nocte, ait: Surgite, & egredimini a populo meo, & vos, & filij Israel. Ite, & immolate Domino, sicut dicitis: Oues vestras, & armenta assumite, vt petieratis: & abeuntes benedicite mihi. Vrgebantque Aegyptij populum de terra exire vehementer, dicentes, Omnes moriemur*. Quoniam vero nocte illa cuncti Ægyptiorum Lucernas accenderunt, surgentes ad lugendum mortuos suos primogenitos, & ad vrgendos Hebræos, vt exirent celeriter de Ægypto, metuentes sibi mortem a Deo Hebræorum, ex eorum statione moraque in Ægypto; propterea quotannis ad perpetuam memoriam illius noctis, in qua tantam plagam perpessi fuerunt, & peiorem timentes euaserunt, festum id *Accensionis Lucernarum* celebratur in vniuersa Ægypto; quam rationem sacram mussitans ideo, non explicans, innuit Ethnicus Herodotus. Sapienter autem Adrianus, vt indicaret Lucernas extitisse proprium Ægyptiorum inuentum, Lucernam in suo Numismate posuit supra caput aspidis Ægyptiæ; nam in capite cerebrum est, in quo perficiuntur omnia mentis opera, rationisque ingeniosa inuenta; qua de re non solum Galenus [n] in Arte Medica scribit, Ingenioſos esse, qui cerebri substantiam obtinent subtilem: sed etiam Hippocrates, qui scribens *De Insania* dicit [o] *Quemadmodum in libello de morbo sacro diximus, Insanienti necesse est præ humiditate Cerebrum, in quo animæ sunt opera, moueri: vbi videlicet humidius, quam pro natura fuerit*. Ibi vero [p] scripserat: *Porro expedit homines nosse, quod ex nulla alia nobis parte voluptates contingunt, & lætitiæ, & risus, & lusus, quam ex cerebro. Itemque mærores, & anxietates, tristitiæque, ac eiulatus, & querelæ. Et hoc sapimus maxime, ac intelligimus, & videmus, & audimus, & cognoscimus turpia & honesta, mala & bona, iucunda & iniucunda partim consuetudine discernentes, partim vtilitate percipientes. Eodem voluptates & iniucunditates pro oportunitate dignoscimus, & non eadem nobis placent. Eodem & insanimus & deliramus, & terrores & timores nobis accedunt, partim noctu, partim interdiu, & insomnia, & errores intempestiui, & curæ inanes, & vt non noscamus adstantes, desuetudo, & inexperientia. Atque hæc omnia perpetimur a cerebro, quum sanum non fuerit*. Igitur Adrianus, imponens capiti serpentis aspidis, in formam triangularem obuolutæ, Lucernam Ægyptiam, indicat Ægyptios fuisse primos Lucernarum inuentores, vt obseruauimus ex Clemente Alexandrino, cum Polydoro Virgilio.

[i] l.b.20.c 19. f.

[k] cap.62.

Lucernarum festum in Aegypto tota celeberrimum

[l] l.2.c.4.

Accensio Lucernarum, festum in Aegypto.

[m] 12.29. & seqq.

Lucerna cur in capite serpentis.

[n] cap.12.

[o] tract.de Insan.

[p] l.de mor. sacr.

De Mirabili Numiſmatis Inſcriptione.

LIΔ. *Cap. 16.*

ATque demum omnia ſuperiora comprobat Inſcriptio, ſuppoſita ſub aſpide triquetra, velut in mari, terminante triangulum magnum Ægypti, ternis illis literis comprehenſa, LIΔ. Profecto nuper audiuimus a viro docto, Numiſmatum antiquorum cultore, literis iſtis in Adriani Numo, nihil aliud indicari, quam Annum Imperij Adriani, quo cuſa fuit iſtiuſmodi moneta; nimirum vt litera prima L nota ſit indicans Annum: duæ vero poſteriores, vt opinatur ipſe, Græcanicæ, Iota & Delta, IΔ, ſignent numerum decimum quartum; quod apud Græcos Iota ſit index decimi numeri, & Delta quarti. Sed pace viri docti, nulla ratio prorſus eſt, quæ doceat, apud Græcos vndecimam Latinorum literam, L, annum ſignificare: nec ab eis vnquam Latinam illam literam L vſurpari. Minusque video ſemper Iota Græcis indicare numerum decimum; etiamſi poſt Homerum (qui ſemper & in Iliadis, & in Odyſſeæ Rhapſodijs, earum numerum decimum vnica litera K deſignet; & decimum quartum vnica litera Græcanica Ξ, ξη:) decimum numerum per I, Iota ſimplex notare conſueuerint; & decimum quartum per duplex elementum Græcanicum Iota, & Delta, ſic IΔ: vel ιδ. Nihilominus quando Iota vtuntur tanquam nota numeri decimi, nunquam rem numeratam ſignant literis latinis, at ſemper Græcanicis; ita Theocritus εἰδύλλιον ιδ: Idyllium decimum quartum: ita Theophraſtus, ΚΕΦ. ΙΔ. cap. 14. non Literis Latinis I. Iδ: nec C. Iδ. ita Dioſcorides, & alij Græcos numeros deſcribentes, rem numeratam nunquam indicant literis Latinis, at ſemper Græcanicis. Quare iam quum litera Latina L nunquam a Græcis vſurpetur, nec vlla ratio reddatur, aut reddi valeat, me iudice, qua ſit apud eos nota deſignans annum, ſed id omnino voluntarie, prorſusque ſine cauſa proferatur, & gratis aſſumatur; ea propter hac in epigraphe, LIδ legere non poſſumus *Annum decimum quartum*. Ac eo minus, quia dum Græci, poſt Homerum, ſignant hiſce literis

Inſcriptio LIδ, cur non iudicet Annũ decimũ quartum.

A numerum decimum quartum, Iota cum Delta ſimul fere coniungunt; & interuallo ſpatij, vel interpuncto ſeparant a nota rei numeratæ præfixa, ſic: ΚΕΦ. Iδ. vt videre licet in numeris capitum Dioſcoridis, Theophraſti, & aliorum Græcorum. Sed in Adriani Numi literis, aſpidi ſubſcriptis, tale quid non obſeruo; verum tres ab inuicem æquidiſtantes, atque ſimiliter abiunctas literas lego, LIΔ: Quamobrem Deltæ litera, vt Græcis pariter atque Latinis, mihi ſignificat Ægyptum, aliæ vero duæ Lucernarum Inuentionem; vt harum trium capitalium literarum LIδ explicatio, genuinaque ſignificatio, tribus hiſce vocibus contineatur: *Lucernas Inuenit Delta*, hoc eſt Ægyptus. Quam quidem regionem a figura triquetra paſſim a Latinis pariter & a Græcis Delta nuncupari, conſtat ex Plinio, Herodoto, Ptolemæo, Magino, & alijs. Apud Plinium enim legimus [a] *Aegyptus, introrſus ad meridiem recedens, donec a tergo prætendantur Aethiopes. Inferiorem eius partem Nilus, dextra leuaque diuiſus, amplexu ſuo determinat, Canopico oſtio ab Africa, ab Aſia Peluſiaco centum ſeptuaginta millia paſſuum interuallo. Quam ob cauſam inter inſulas quidam Aegyptum retulere, ita ſe findente Nilo, vt triquetram terræ figuram efficiat. Ideo multi Græcæ literæ vocabulo Delta appellauere Aegyptum.* Hos Iones fuiſſe nec non Mareoticos, & Apianos teſtatur Herodotus, in Euterpe [b] *Quod ſi vellemus de Aegypto Ionum vti ſententijs, qui ſolum Delta Aegyptum eſſe aiunt, a Perſet ſpecula appellata, dicentes illam ſecundum mare, ad Peluſiacas vſque taricheas quadraginta ſchœnorum eſſe: a mari autem mediterraneæ verſus, pertingere ad Cercaſorum vrbem, iuxta quam ſcinditur Nilus in Peluſiacum fluens, & in Canobum: Cetera vero Aegypti partim eſſe Africæ, partim Arabiæ: oſtenderemus hac ratione* &c. & infra [c] *Nam qui ſunt ex vrbe Marea & Apia, incolentes Aegypti fines Libyam verſus, quod ſibi Libyes, non Aegyptij viderentur: quodque peroſi ſacrorum ceremonias, nollent bobus feminis prohiberi, miſerunt ad Hammonem, negantes, quicquam cum Aegyptijs ſibi eſſe commune. Habitare enim ſe extra Delta, nullumque ſibi cum illis linguæ eſſe commercium:*

Explicatio LIδ.

Aegyptus cur Deltavocetur.

[a] l. 5. c. 9.

Aegyptus cur inſula dicatur.

[b] cap. 11.

[c] cap. 18.

cium: ac velle sibi fas esse omnia gustare.
[d] 1. hist. c. 15. Theophrastus etiam [d] infit: *De his, quæ in agro Elephantino Memphique proueniunt, Atqui inferius ea parte, quam Delta a triquetra figura vocant.* Immo
[e] lib. 4. cap. 5. Ptolemæus [e] Aegyptum in tria Delta distinguit, Nili ramis plures regiones ita determinantibus; ait enim: *Ipse autem Nilus, & Nomi, quæ circa ipsum sunt, præterea insigniores ciuitates sic se habent.*

Aegyptus in tria Delta distribuitur a Ptolemæo.

Magnum Delta vocatur id, iuxta quod diuertitur fluuius dictus Agathosdæmon, hoc est, bonus genius, qui per ostium Heracleoticum defluit in amnem appellatum Bubasticum, qui effluit per ostium Pelusiacum. Situs autem est diuertigy ad Deltam: 62. 30. 0. Vocatur & paruum Delta id, iuxta quod scinditur Bubasticus fluuius, in amnem Busiriticum, qui excurrit per Pathmeticum ostium. Habet autem paruum Delta situm, 62. 40. 30. 20. Vocatur & tertium Delta inter prædicta ferme id, iuxta quod scinditur Bubasticus ad fluuium per Tribeum opidum excurrentem, & per Pineptimi ostium egredientem. cuius & ipsius tertij Deltæ situs est, 62. 13. 30. 6. Iuxta autem magnum Delta diuertitur ab Agathodæmone fluuio ad Septemtriones, prior quidem qui vocatur Phermuthiacus, aliter Thermuthiacus, *qui fluit per ostium Sebennyticum, eiusque diuertigium gradus habet* 61. 30. 30. 15. Hæc Ptolemæus de triplici Delta Aegypti: Quæ tunc vtcunque nobis in Numo signauit Adrianus ternis finibus inter aspidis gyros inclusis: tum explicuit ita Maginus in Aegypti descriptione dicens: *Antiquitus quoque diuisa erat Aegyptus in superiorem, & inferiorem. Superior ea intelligitur pars longa angusta, quæ a catarractis supra Syenem in confinio Aethiopum incipit, & ad verticem vsque Deltæ, seu Trianguli prope Alcairum finit. Inferior autem Aegyptus est, quæ ab Alcairo ad mediterraneum mare sub Deltæ forma a duobus Nili alueis concluditur, vt superius diximus. Præterea alij etiam secant ipsam prouinciam in tres partes; in superiorem, mediam, & inferiorem. Superiorem quidem accipiunt a finibus Aethiopum iam dictis, sed terminant eam solum ad Antinoem, seu Antinoam vrbem ad Nilum sitam; quæ hodie Anthius Leoni Africano est. Et hæc quidem est eadem, quæ Thebaidis regio, nunc Sahid.* (Quam vrbem in honorem Antinoi, pueri dilecti, conditam ab Adriano superius obseruatum, & a conditore quoque vocatam Adrianopolim.) *Mediam Aegyptum, eam portionem intelligunt inter Antinoem vrbem, & maioris Deltæ verticem interiacentem; quæ Heptapolis, & Heptanomia etiam dicitur, & a posterioribus Arcadia ab Arcadio rege appellatur:* (Equidem huiusce modi Mediam Aegyptum, quam Heptapolim, & Arcadiam appellarunt, quod in ea fuerit Arcadij regia, non improbabili coniectura dixero, multo prius extitisse regiam Pharaonis, apud quem facta fuerit virgæ mutatio mirabilis in serpentem, vt antea notatum; etenim ista media Ægyptus est propinquior mari rubro, per quod Hebræi a Pharaone tandem dimissi siccis pedibus transierunt in desertum, quam Ægyptus inferior: & Principum magnorum regiæ non consueuerunt loco mutari, mediumque fere regni locum fere tenere.) *Inferiorem autem Aegyptum eandem intelligunt partem sub Deltæ figura contentam, quæ quidem a Romanis Augustamnica, seu Augustamio vocata fuit; ipsamque Iustinianus in suis Nouellis in primam & secundam diuidit, & Ptolemæus in tres, hoc est in magnum Delta, paruum, & tertium Delta: vt etiam supra constat.* De quo sane Delta scribit Hirtius agens de Bello Alexandrino: *Locus est ferre regionum illarum nobilissimus, non ita longe ab Alexandria, qui nominatur Delta, quod nomen a similitudine literæ cepit; nam pars quædam fluminis Nili mire deriuata inter se duobus itineribus, paulatim medium inter se spacium relinquens, diuersissimo ad litus interuallo, mari coniungitur.* Hæc omnia cognoscens, & indicare symbolice volens Adrianus, in suo numismate, nimirum Aegyptum triquetra figura Nilo fisso conclusam & irrigatam, fertilissimam omnium regionum, homines alere sapientia clarissimos, quorum inuentum fuerit vsus Lucernarum, præcipue ad illustrandum iter nocturnum in mari nauigantibus ad portum: ingeniosum hieroglyphicum effinxit in Numo, grandiorem aspidem Nili typum, in trianguli modum spiris obuolutam; cuius in angulo sinistro culmus tritici cum plena spica, in dextero Caduceus eriguntur: & non procul ab angulo supe-

Aegypti diuisio varia.

Superior Aegyptus quæ.

Media Aegyptus.

Inferior Aegyptus.

Numi declaratio.

periore supra caput aspidis Lucerna peruetustæ formæ sit imposita, conscriptis infra basim trigoni, velut in mari, ad cuius oram meridionalem terminatur, ac insidet Ægypti Trigonus, literis ternis capitalibus L I Δ: prima Latina, postrema Græcanica, media promiscua, prorsus ad obscuritatem inscriptionis; quam ex ante habitis, mihi libuit in præsentia sic explicare: *Lucernas Inuenit Delta*, nimirum Aegyptus: tum ad festum Accensionis Lucernarum in Aegypto tota pridem celeberrimum: tum ad prælucendum noctu nauigantibus portum salutarem inquirentibus: cuiusmodi lumen omnium primi posuerunt Aegyptij super editissima turre Phari; quæ dudum insula temporibus Homeri, multo prius quam conderetur Alexandriæ ciuitas, a continente distabat itinere velificationis vnius diei; sic enim in Odyssea [f]

[f] l.4.

Insula deinde quædam est valde vndoso in ponto
Aegyptum ante (Pharum vero ipsam vocant)
Tantum semota, quantum tota die cau nauis
Confecit, cui stridulus ventus aspirat a puppi.
In ea autem portus portuosus, vnde naues æquales
In portum deducunt post quam hauserunt nigram aquam.

Sed iugiter aduehente limum Nilo, vt ait Seneca [g] Plinioque [h] magna pars Ægypti succreuit, donum fluminis; nostris temporibus insula Pharus cum edita turri, coniungitur breui ponte cum Alexandria; nec amplius est insula, sicuti Ptolemæi, & Cæsaris ætate. [i] Prælucentem tamen, vt olim, etiam num noctu nauigantibus accendit Lucernam. Quam nunc Ægyptiorum inuentum esse ponit Adrianus, in mari literis illis veluti descriptis, L I Δ: *Lucernam Inuenit Deltam*, nimirum Ægyptus, vt sæpicule notare libuit.

[g] 6.nat.qu. c.26.
[h] l.13.c.11.
[i] 3.de bell. ciu.f.

Obiectio viri docti.

Neque vero nostræ sententiæ refragatur obiectio viri docti, dicentis in vno, & eodem Numo non posse poni Græcam & Latinam inscriptionem simul; sed vel Græcanicam solam, vel solam haberi posse debereq. Latinam; non autem mistam ex Græcis & Latinis literis; potissimum in eadem area; proindeque, quum area tota prior Græcanicis omnibus literis expressam habuerit. Inscriptionem titulorum Adriani; posteriorem aream habere Græcam similiter inscriptionem anni Imperij Adriani. Nam reuera magnus Heraclij Numus a Lipsio propositus [k] & a nobis hoc opere superius [l] explicatus, habet in vtraque Area, tam anteriore, quam posteriore, simul epigraphen Græcanicam, & inscriptionem Latinam. Præterea quod Deltæ nomen apud Latinos vsitatissimum est, pro Ægypti significatione; vt supra vidimus apud Plinium.

Solutio.

[k] de cruc.
[l] l.6.c.8.

Hactenus de Lucerna in pulcherrimo Adriani Numismate.

De tribus Lucernis Vrsatianis.
Cap. C.

Eruditione, doctrinaque præclarissimo
Viro Dn. Fortunio Liceto

Sertorius Vrsatus F. P.

LVcernæ monumentorum inextinguibiles vt arderent, plenum laboris negotium fuit apud Antiquos. Eorumque deluisa vtique fuisset expectatio, nisi tu, Eruditissime Licete, ipsas tuæ sapientiæ oleo, tuique ingenij flamma restitutas ab interitu vindicasses. En igitur abs te denuo expolitæ prodeunt, & e lethæo gurgite emersæ, tuo munere se duraturas cum æuo promittunt. Circa quas dum sublimitas ingenij tui occupatur, tres hasce fictiles, a me diligenter seruatas, expendere ne graueris. Quæ in medo PISCEM refert, Bernardi Donati Atestini ciuis munificentia ad me peruenit. Eam mihi testatus est in vico Atestino, cui vulgo nomen est PALVGANA, anno Salutis sexcentesimo quadragesimo quinto supra millesimum, pridie Cal. Octobris erutam, quum colonus ipsius agrũ foderet. Ceteræ ab amicis donatæ: Quarum vna gradientem Victoriam alatam, dextra Palmam, sinistra Coronam ferentem. Altera Aram, & Fasces, si recte iudico, in medio habent. Quando, & vbi inuentæ fuerint, penitus cum ipsis ignoro. Istas tui sic velim

ar-

arbitrij, vt quicquid ſuper ipſis conſtitueris, tuæ ſit erga me beneuolentiæ argumentum. Accurrenti officioſam itaque eruditionis manum porrige; facque vt mea tuis auxilijs ſubleuetur imbecillitas; maxime quum paucos noſtra ætas ferat, quos germana ſapientia ad vetuſtatem perduxerit. Inter eos tu vere ſolus, quem iudicio probo, & amore ſingulari complector. In Lucernis igitur, quas tibi expendendas committo, ſtudium tuum, curamque efflagito. Et quoniam dubitare non poſſum cumulatiorem circa ipſas fore virtutem tuam, euentu ſane conſtabit quantum publicæ vtilitati, mihique tua diligentia conſultum voluerit. Interim quæ ſingularis animi tui probitas meam ſæpius prouocat ad eiuſmodi deſideria fiduciam, benignam erga me ſeruet voluntatem etiam atque etiam rogo. Stabit certe apud me iugiter tanti beneficij gratia: ſemperque te mente ac cogitatione reſpiciam. Faxit Deus vt merito tuo ad vtilitatem Literariæ Reipublicæ longo ætatis excurſu fruare. Vale.

A

Reſponſio Liceti de tribus Lucernis Vrſatianis: primumque de Piſcem repreſentante. Cap. CI.


Illuſtriſſimo Sertorio Vrſato, Proceri Patauino,

Fortunius Licetus B. A.

B QVod meum opus de Lucernis Antiquorum, hac editione ſecunda prælum ſuſtinente iugiter, nobilibus tuis ternis Lychnuchis illuſtrare, ditareque volueris, cum effuſa tuæ propenſionis erga me, Nobiliſſime vir, id ſane meum erga te cultum atq; debitum augeret plurimum, ſi capax eſſet augmenti. Sufficiat me tibi deuinctiſſimum profiteri, & alacrem tua iuſſa capeſſere. Porro tres iſtos nobiles tuos Lychnos arbitror extitiſſe dudum in ſepulchris trium Romanorum hominum, Piſcatoris, Militis, atque Lictoris, aut Sacerdotis cuiuſpiam Lictores habentis ex officio. In harum prima

C

Lib. VI. Cap. CIII.



E Muſeo Sertorij Vrſati Nob. Patau.

Io. Georg. ſculp.

De Piſcatore quidem coniecturam habere mihi videor valde probabilem ex monumento defoſſo non ita pridem in agri Ateſtini loco, qui *Ripa-Vlmi* dicitur, cuius Inſcriptionem veterem legere mihi nuperrime licuit, ita notatam in Chronica Hieronymi Ateſtini perantiqua manuſcripta:

Repertum in Ripa Vlmi:

GENVTIVS ORATA
ROM. PISCATOR
Maledictus ille piſcis
Qui ſpina me confixit.
Heu mons Lucis, e tu Ripa
Cunctis portum, mortem mihi.

Ateſte antiquiſſima, vbi, & a quo condita.

Veriſimile ſiquidem eſt, huiuſcemodi Lucernam Ateſtinam olim arſiſſe in ſepulchro Genutij Romani Piſcatoris, aculeata ſpina confecti venenataque ab Araneo piſce. Nam ex Hippolito Angelono conſtat, Ateſtem Vrbem antiquiſſimam, iamdudum ad Ripam fluminis Atheſis ædificatam ab Antenoris comite Ateſte; qui ſuperatis & pulſis Euganeis, eo cum Henetis appulerat. Ad quam quidem Ripam Atheſis (ab Vlmo proceræ magnitudinis ibi nata denominatam) Portus erat celebris, quo piſcatores appellebant, & vbi degebant, atque piſcabantur, malo Genutij Romani Fato, qui (ſortitus ab Orata piſce cognomen, aut agnomen, frequenti Romanorum denominatione ab huiuſcemodi rebus externis) mortem eo loci perpeſſus eſt ab Araneo piſce, de mari ſurſum per flumen illapſo, vbi ceteri nauigantes portum ſalutarem inuenire conſueuerant. Et profecto Plinius agens *De venenatis marinis* infit: [a] Nec venena ceſſant dira, vt in Lepore, qui in Indico mari etiam tactu peſtilens, vomitum, diſſolutionemque ſtomachi protinus creat: in noſtro offa informis, colore tantum lepori ſimilis: in Indis & magnitudine, & pilo duriore tantum: nec viuus ibi capitur. Aeque peſtiferum animal Araneus, ſpinæ in dorſo aculeo noxius. Ab huiuſcemodi piſce ſaucius, & interemptus (vt ego ſuſpicor, & conijcio) Genutius Romanus piſcator, meruit in lucerna ſua ſepulchrali poni piſcis imaginem, & in monumento tumuli querulam inſcriptionem anteſcriptam. Illud autem omittendum non eſt, plaſtem rudiore forma piſcem Araneum efformaſſe, in quo præter aculeatas in capite ſpinas, nihil Aranei viſitur, ſed potius Delphini, quam alias piſcis imago conſpicitur. [a] l. 9. c. 48

De Lucerna Victoriata Militis, Cap. CII.

ALia vero Lucerna, ſtructuræ quidem ſimilis, ſed loco piſcis Victoriam habet gradientem, quæ manu dextera palmam, ſiniſtra coronam gerere videtur:

Mihi



Mihi dubio procul posita censetur in A tumulo Romani militis; namque Victoriæ signum peculiare videtur esse Romanorum, qui mundum vniuersum armorum fortitudine suæ ditioni ac imperio subijcere potuerunt. Hinc in Romanorum Numismatibus frequentissime cælata Victoria conspicitur, qui Victoriati nuncupabantur. Hæc autem in Lucerna ficta Victoria, tribus, vel quatuor attributis insignis apparet; primum, quod pedes graditur: secundum, quod alata est: tertium, quod manu dextera palmam tenet: quartum, quod habet in sinistra coronam. Sane peditis victoriæ simulachrum indicat militiæ primas habere pedites, a quibus pugna stataria committitur, cui maxime Victoria referenda videtur. Alata victoria signat in bello ad Victoriam opus etiam equitibus esse; quorum pernicitas, plurimum necessaria captandis occasionibus rei bene gerendæ, per alas indicatur. Et in Numismatis Pegasus alatus ostendit rem gestam summa celeritate. Quin & Fulgentius [a] ait Bellerophontem, qui typus est viri sapientis, ideo pennato equo, Pegago scilicet, insidere fingitur, quia vniuersam mundi naturam celeri cogitationum theoria colluστrat. At vero speciatim alata Victoria passim aspicitur in Numis Romanorum & in monumentis, quod Victoriæ partæ fama se se statim humo tollit, amplexaque gloriam per summum æthera late volat, perque terrarum

[a] lib. 3.

tractus immenſos expatiatur, offenſiones impedimentaque cuncta declinans agilitate ſua, vt ait [b] Valerianus. habet vero Victoria palmam in dextra manu; namque Victoria, cuius paſſim hieroglyphicum eſt apud omnes claſſicos [c] Palma, viribus præpotentibus in dextra manu militum vigentibus, comparatur: dextra namque pugnax, & victrix eſt. Siniſtra vero manu victoria coronam habet, quia corona præmium eſt boni felicisque certaminis; non enim coronabitur in agone certans, niſi qui legitime certauerit, ait [d] Apoſtolus: peracto vero certamine miles conquieſcit; quietis autem ſymbolum eſt læua manus; quam miles non vibrat vt dexteram, in hoſtem contorquens haſtam, vel gladium; ſed firmam tenet, clypeum ſuſtinens, quo ſe contegit, atque tuetur. Et phyſice quoque, quum motus omnis a dextris incipiat, Ariſtotele doctore [e] nitaturque quopiam ſtabili, & quieſcente [f] ſiniſtra pars viuentis eſt illa ſtabilis atque firma, qua quieſcente innititur dextera mobilis. Verum enim vero ſuſpicari quiſpiam forte poſſet, iſtiuſmodi Lucernam arſiſſe dudum in aliquo monumento Martyris alicuius antiqui; figuram alatam eapropter eſſe cæleſtis Angeli, martyrij palmam coronamque gerentis patienti fideli confortando, & animando, cuiuſmodi pingi conſueuerunt Martyribus in agone dudum apparuiſſe, dum Eccleſiæ primitiuæ temporibus paterentur immania tormenta iuſſu Tyrannorum, Chriſti fidem vbique terrarum pullulantem extirpare conantium, etſi ſemper irrito conatu; quum vno auulſo fideli, non deficerent alij plures enaſcentes germinare, Dei fidem & gloriam mirifice multiplicantes. Ceterum quum in eiuſmodi Sanctorum & Angelorum pectoribus paſſim effigiata Crux aſpiceretur, ductis tænijs duabus decuſſatis in thorace: quo ſalutari ſigno caret omnino noſtræ Lucernæ ſimulachrum alatum, coronam palmamque geſtans; ideo confirmor in priſtina ſententia tua, nullusque dubito fuiſſe Lychnuchum ardens in ſepulchro Militis cum alatæ Victoriæ ſigno.

[b] lib. 21. hier.

[c] Plutarch. 8. ſympoſ. qu. Pier. l. 50. hier.

Læuæ militis officia.

[d] 2. Timot. 2. 5.

[e] 2. cæl. t. 8. & ſeqq. de an. inceſ. c. 4.


[f] de an. inceſ. c. 4. & 7. & de an. mot. c. 1. & ſeqq.

De Lucerna ſepulchrali Sacerdotis Lictorem habentis vel etiam Lictoris ipſius. Cap. CIII.

VErum tertia Lucerna, continens in area ſua delineatam Aram inter duos erectos Faſces Lictoreos hac effigie:

Mi-

Lib. VI. Cap. CIIII.



E Museo Sertorij Vrsati Nob. Patau. *Jo. Georg. sculps.*

Mihi facile tribuitur monumento Lictoris alicuius, vel potius cuiuspiam Sacerdotis Lictores habentis: nam vt Altare Sacerdotem indicat, nec ad Lictorem attinet; ita Fasces, qui proprie sunt insignia Lictoris, ad eum Sacerdotem spectare possunt, cui Lictor, & Apparitor ex lege datus erat antiquitus. Profecto de Sacerdotibus istis Gutherius agens *De veteri Iure Pontificio Vrbis Rome*, sic loquitur [a] De Lictoribus Seneca pater [b] *Non sine causa*, inquit, *Sacerdoti Lictor apparet*. His tamen publici tantum Sacerdotes vtebantur cum Vestalibus, vt Pontifices, Augures, Quindecim viri, Flamines. Namque Liuiæ, quum Augusti Sacerdos Senatusconsulto constituta est, decretum vt Lictore in sacrificio vti posset [c] ῥᾳβδέχῳ χρῆσθαι ἐν ταῖς ἱερουργίαις, nihil ad veterum sacrorum rationem fa-

Lictore qui vterentur.

[a] l. 20. c. 13.

[b] l. 1. cõtr. 2. tit. Sacerdos Prostituta.

[c] Dio lib. 56.

A cit; quæ vt cetera, adulatione, mutata est, & deprauata. Lictor pontificum in antiquis inscriptionibus est apparitor. Fragmentum marmoris in via Appia:

APPARITORI
PONTIFICVM
PARMVLARIO

Ijdem Pontificum Calatores [d] dicti ἐκβιβαχὶ ἱερέων, qui & Comitia calabant, & a Pontificibus sacra facturis præmittebantur, vt sicubi viderent artifices adsidentes, opus suum prohibe-
B rent, ne Deorum ceremonias attaminarent. [e] Hæc vir eruditissimus: ex quibus conijcere licet, huiuscemodi Lucernam cum Ara duos inter Fasces Lictorum constituta, dudum arsisse in sepulchro Romani Sacerdotis ex officio Lictore vtentis. Nam qui possent alicui videri adspectare, mihi Fasces Lictorum, vt etiam tibi videntur, obtrunca-

[d] Gloss. vet. Calatorum munus.

[e] Seru. in Sched.

ta Lucerna posteriori parte, vetustatis iniuriam ostentat. Altare non stabile, sed est loco mobile, portatileque, vt ita loquar; quod esset vsui sacerdotibus permanentem sedem non habentibus, verum cum exercitu, & Imperatore peregre pergentibus ad bellum externum. Hæc ea sunt Vrsate Cl. quæ mihi venerunt ad calamum scribenda de tribus tuis hisce Lucernis. Tu ea boni consule. Vale, ac me ama.

A

De tribus Lucernis Marmoreis in Museo Viri Cl. De Mantua Patricij Patauini. Cap. CIV.

TRes aliæ singulares habentur materia, & magnitudine Lucernæ in Museo celeberrimi Olim I. C. Marci Mantuæ Benauidij Patauini; quarum vna hanc habet faciem:

Lib. VI. Cap. CV. fig. 10.



E Museo Marci Mantuæ Nob. Patau. Io. Georg. sculps.

Marmorea est, e candido lapide Lunensi: magnitudine fere dupla, quam ista delineata; nam longitudine pedem romanum circiter æquat; altitudinem habet proportionatam longitudini. Superne fictum obtinet ore tenus vultum humanum cum auriculis hircinis, vel asininis, ad ludicram marmorarij sculptoris phantasiam. Oleum infundebatur in amplum foramen supra frontem patens: ellychnium e bucca satis enormiter in longum diducta flammam alebat supra mentum informem. Alia Lucerna maior, & artificiosior est huiusmodi, quoad sui partem anteriorem maxime:

B

Ma-

Lib. VI. Cap. CV. fig. 2.



E Museo Marci Mantuæ Nob. Patau.

Jo. Georg. sculps.

Magnitudine pedem Romanum fere ſuperat, altitudine ad proportionem reſpondente: marmorea eſt ex eodem candido lapide. Statuarij magis adhuc ludicram phantaſiam obtinuit pro cauſa effectrice. Anterius vultum Satyri repreſentare videtur, auriculis hircinis, A barba pariter caprina, ore monſtroſe hiante, dentibus humanis, in quorum extremis ad labium inferum ſupra mentum prominere videtur ligula ſuſceptrix ellychnij flammigeri. In poſteriori parte monſtrum refert in hanc effigiem:

Lib. VI. Cap. CV.



F. Museo Marci Mantuæ Nob. Patau. Jo. Georg. sculps.

Monstrùm est caprino capite: pectore iubato simul, & pedibus anterioribus, & vnguibus Leonis: Alis veluti vespertilionis: non vllius eruditionis ergo, sed mera phantasia sculptoris, opificio suo ludentis. Orificium vasis grande superius, in quod oleum infundebatur. In vasis imo ventre interiore canaliculus in buccam Satyri terminatur. Vniuersa figura magis materia, & artificio spectabilis, quam vllius particeps eruditionis.

B

De Lucernis Brandemburgensibus. Cap. CV.

NOuissime vero pulchras ad me transmisit Lucernarum imagines Cl. Nicolaus Heinsius, quas e Museo Sereniſſimi Brandemburgensis Electoris habuit mihi communicandas ab inclito Smithio, cum huiusmodi literis.

IOANNES SMITHIVS „
NICOLAO HEINSIO S. P. P. „
„
PRidem sub reditum in patriam tuum, Vir Nobiliſſime, per literas nunciaui de Lucernis Sereniſſimi Electoris Brandemburgici, in quibus septem omnino enotaui formas, quæ D. Liceti conatum iuuare forte possent. Vna ænea est, tres alta digitos cum dimidio, viri penulati, cui manicæ nullæ, nec præter caput, pedesque, aliud membrum conspicuum: summo capitis vertice oleum infundebatur: ceruici operculum iunctum fuerat; Ea corporis parte, qua vir est, tubus ellychnio sustinendo prominet.

Figura tamen hæc ænea maiorem refert, ad maiorem iconis elegantiam.

Reli-




„ Reliquæ ſex fictiles ſunt; tres vnius to-
„ tidemque plurium ellychniorum. In il-
„ lis vna villoſum ſatyri caput refert, quod
„ hedera redimitum, ramoſa inter, hirci
A dicas, cornua oleum admittebat: el- „
lychniumque tubo ſub inferiore labro „
protenſo emittebat. „

In


Lib. VI. Cap. CVI. fig. 2.
Io. Georg. sculps.

In secunda pulli gallinacei visuntur, quales in auspicijs; & suggestui forte A caueæ poculum superstat: ad hæc aliæ quædam adiecta sunt.




Ter-

„ Tertia, pollices fere sex longa, figu- A tuo complexu circa colla colludentium „
„ ram viri nudi, fœminæque tunicatæ mu- habet. „



In polymixis vna a tergo altiuscula, duæ:




L. lib. VI. Cap. CVI.

Jo. Georg. sculps.

Se-

Secunda minor tria ellychnia antrorsum emittit.




„ Tertia circularis, concaua, interiore A
„ marginis sui diametro pollices fere qua-
„ tuor exteriore sex cum quadrante ha-
„ bet. Tubos antrorsum quinque exhi-
„ bet, totidem ellychnijs capiendis, toti-
„ demque alia ijsdem temperandis fora-
„ mina. A tergo ex aduerso medij ellych-
„ nij tubus est, alijs latior & breuior
„ admittendo oleo: Interiore margine
„ tres ansulæ perforatæ suspensioni apta-

tę sunt. Typos earundem Lucernarum „
penes me habeo Liceto mittendas, si „
tibi tamen tanti videantur. Expectabo „
ergo iudicium hic consiliumq. tuum; & „
si mittendas censeas, An curam istam „
in te suscipere velis. &c. Vale. „

Huius autem Lucernæ prototypus quadruplo maior est ista figura, quam nobis inconsultis ad minorem formam redegit ita:

Lib. VI. Cap. CVI. fig. 6.



Jo. Georg. sculps.

Explicantur propositæ Lucernæ, & primum ænea referens hominem penulatum, penis enormis. Cap. CVI.

SIngulas allatarum Lucernarum explicaturus, aggressurus eo quo propositæ sunt ordine; primam habeo, quæ refert hominem penulatum, enormi conspectui virilitate, flammulam ellychnij sustinente. Profecto representat imago virum vltimi Septemtrionis aut Biarmum, aut Finmarchium, aut Scricfinium, longissimas noctes plurium mensium obtinentem sub polo, vel prope, in regione frigidissima, commodam habitationem non habente. Quibus in locis homines ad negocia mensibus nocturnis exeuntes extra domos, coguntur in tenebris perferre lucernas ad euitanda offendicula: Perferunt autem A lucernas rudi tubo demisso ad inguina, quo propinquius illustrent ea, quibus offendi possent pedites. Manus autem, & brachia ne frigore gelido rigeant, & eo penetrabili profundius adurantur, continent intra penulam plurimũ pellibus animalium villosam sibi consarcinatam, & circumpositam a collo ad suras; non autem longiorem, quia gradientes per inæquales vias impingerent, ac impediretur eorum incessus. Sed & ea ratione focum prope partes genitales B etiam ferre consueuerunt, quia membra genitalia frigoribus maxime patiuntur, quum admodum neruea sint; quibus frigidum inimicum esse docuit oraculum [a] Hippocraticum: & reuera non ita pridem hieme rigente quum in æstuarijs Venetis homines piscatores nocturno gelu necati fuissent in cym- [a] Is. aph. 18.

bula, reperti sunt omnes contegentes sibi manibus testiculos, vt quæ pars ingentiori dolore præ ceteris afficeretur in vehementia frigoris. Quare verius quam penis enormis, vt obtutu primo quis imaginaretur, imago prominentis est ad inguina lucernarij tubi. Sin autem quis contendat huiusmodi Lucernam ludicram esse viri monstrose mentulati, quas obscœnitates antiquitus in suis supellectilibus amarent & haberent diuites luxum in omni re semper affectantes, non repugnauero. Sed hic obseruasse non pigebit, quod Biarmis, & alijs septemtrionalibus accidit, vt in longissimæ noctis obscuritate perferant lumina secum ad negocia gerenda extra domos: id contingere singula nocte breuiore in Zona torrida degentibus diurnum calorem sub aperto cælo tolerare nequeuntibus; qui propterea dies degunt in cauernis, dormientes, noctibus exeunt ad negotia sub dio peragenda, tenebras lucernis, aut faculis a se pellentes: De quibus Hanno Carthaginensis in sua celebri Nauigatione, quam e Græco translatam in Etruscum idioma sic affert Ramusius [b] Hauendo noi dunque nauigato due giorni presso di questi monti, ci trouammo in vna profondissima voragine di mare: da vn lato del quale verso terra vi era vna pianura, doue la notte vedemmo fuochi accesi d'ogni intorno, distante l'vno dall'altro alcuni più, alcuni meno. Quiui hauendo fatto acqua, nauigammo presso di terra più auanti cinque giornate, tanto che giugnemmo in vn gran golfo, il quale gl'interpreti dissero, che si chiamaua il Corno di Hespero. In questo vi era vna grande isola, & nell'isola vna palude, che pareua vn mare: & in questa vi era vn'altra isola: nella quale essendo noi dismontati, non vedeuamo di giorno altro che boschi, ma di notte molti fuochi accesi; & vdiuamo voci di pifferi, & strepiti, & suoni di cembali, & di timpani: & oltra di ciò infiniti gridi. di che noi hauemmo grandissimo spauento. Sed hi fuerunt Nigritarum regionis commercia, tripudiaque nocturna, temere nautis & aduenis iliis metum incutientia. Ceterum in allata Lucerna, referente Biarmum hominem, ansulæ surgentes e summis humeris ostendunt aperte ijs infixum operculum fuisse, quo tegeretur amplum foramen hians in summo vertice capitis, ad excipiendum oleum, intra lucernæ caueam infundendum.

[b] to. 1. p. 113

De secunda Lucerna Brandemburgensi, Satyri caput monstrosum referente.
Cap. CVII.

PRocul ab obscœnitate morali, sed non a naturali recedens enormitate visitur alia Lucerna Sereniſſimi Septemviri Electoris Brandemburgensis, quæ caput Satyri, cornibus insigniter protuberantibus, & hederacea corona redimitum refert; etenim enormitas est in inferiore labro, siue potius mento plusquam nimium in longum exerto, & acuminato, in cuius apice foramen hiat ellychnio ferenti flammulam apertum. Sed quod hedera coronatum sit Satyri caput; duplicem id habet eruditionem; vna quidem est quod Satyri fuerint comites Bacchi, cui sacratur hedera; de qua stirpe Natalis ita [a] in sua Mythologia: *Coronabantur hedera, quicunque Libero Patri erant initiaturi, vt significauit Euripides in Bacchis: vt alij crediderunt, quia paruus Dionysius in illa arbore fuit occultatus: vt vero alij, quia racemos vuarum imitatur: vel quia semper sit viridis & iuuenis, qualis Deus ipse fingebatur: vel quia quum frigida sit arbor natura, ob insitum frigus adiumento sit aduersus ebrietatem. Alij sacram Baccho putarunt, quia Cissus Bacchi comes inter saltandum incommodius cum Satyris perijt, ac Bacchi iussu fuit in arborem mutatus, quam Græci Cissum, Latini hederam vocarunt. Alij ad imitationem Bacchi id factum crediderunt, quod ille quum esset puer, hedera & lauro coronatus incederet, vt ait Homerus in Hymnis,*

[a] l. 5. c. 13.

Hedera cur Baccho sacra.

„ Tum quoque paruus erat, siluisque errabat in altis
„ Ornatus lauro atque hedera.

Atque non solum initiati, sed etiam coronæ sacrificantium, quibus caput vinciebantur, ad illius Dei imitationem Bacchi dictæ sunt, vt testatur Nicander in libro linguarum, in his:

„ Tempora cinguntur bacchis florentibus illis.

Erat enim legibus sacrificiorum sancitum, vt

vt coronarentur hedera, quicunque Baccho initiarentur, vt ait Dionyſius in Coſmographia:

„ Concitæ agunt, vt lex Baccho ſacra tempora ramis
„ Deuinctæ nigris hederæ, ac pallente corymbo
„ Nocturnæ: clamorque ingens conſurget ad auras.

Sic ergo Satyri, Bacchi comites, in honorem Dionyſij, coronabantur hedera. Sed alia ratio potior eſt, cur caput Satyri coronatum ſit hedera vinciente cornua, vt in Lucerna ſpectatur; quia nempe cornua hieroglyphicum ſunt impetus, roboris, furoris, quo cornutum animal quodque ferire ſolet obuios; & quia temulenti plerumque ſine rationis vſu lædunt impetum facientes in obuios; ideo coronari conſueuerunt hedera, cuius frigiditate violenta vini vis temperaretur, & cohiberentur vinum bibentes ab inferenda mortalibus iniuria. Satyros vero vini appetentiores eſſe, conſtat ex hiſtoria Midæ, qui fontem, ad quem Silenus accedere conſueuerat, vino generoſo repleri curauit, cuius odore tractus, & hauſtu Satyrus inebriatus, indeque profundo ſomno ſopitus, a venatoribus captus, atque vinctus ad Midam perductus eſt; qua de re Xenophon, agens de Cyri minoris expeditione, dicit [b] *Thymbrum venit, ciuitas & ea celebris. In ipſa, quæ huc ducit, via fons oſtenditur, qui Midæ dicitur: eum enim Midam Phrygum regem vino miſcuiſſe proditum eſt, quum ad ſe Silenum pellexit.* Quod recipit ab eo Rhodiginus [c] aſſerens a Mida Satyrum vino in fontem infuſo circumuentum. Quod & Maximus Tyrius ille Platonicus in ſermone, vtrum orandus ſit Deus [d] etiam confitetur: *Phryx quidam*, inquit, *deſidis vitæ homo, pecuniæque appetens, Satyrum capit ebrioſum (vt ait fabula) dementem: infuſo in fontem mero, iam ante propter ſitim frequentatum a Satyro, Satyrum potat. Præcatur fatuus Phryx dæmonium captiuum, præcationem nimirum qualem aut hunc petere, par erat, aut illum perficere.* Sic igitur apte Satyri caput inter cornua vinctum hederacea corona fictum eſt in Lucerna Sereniſſimi Septemviri Brandemburgici.

Cornua ſymbolum roboris.

[b] lib. 1.

[c] l. 14. c. 12.

[d] ſer. 30.

De tertia Lucerna pullos auſpiciorum habente. Cap. CVIII.

TErtia Brandemburgenſis itidem Lucerna, quæ fictilis, pullos habet gallinaceos, eſitantes extra caueam, cui vaſculum teres oblongum ſuper impoſitum eſt. Profecto veteres aruſpices vſos fuiſſe pullis gallinaceis comedentibus, aut a cibo abſtinentibus ad auguria captanda rerum gerendarum, aperte nobis indicat Valerius Maximus agens de Auſpicijs in hæc verba: *Publius Claudius bello Punico primo quum prælium nauale committere vellet; auſpiciaque more maiorum petiſſet: & pullarius non exire pullos caua nunciaſſet: abiici eos in mare iuſſit, dicens, quia eſſe nolunt, bibant.* Ex quo loco patet, ad auſpicia bellorum duces, vel in nauibus portare conſueuiſſe pullos huiuſcemodi ſacros intra caueam, e qua foras exirent comeſturi grana de vaſe caueæ ſuperpoſito educta, & in terram deiecta, vbi felix auſpicium futurum erat; non exirent e cauea ad comedendum, vbi malum augurium portenderent. Ac ſane in Lucerna felicis augurij typum habemus expreſſum; etenim e cauea egreſſi pulli ſpectantur, grana legentes ex humo ante caueam, cuius orificium apertum patet, vnde pulli fuerunt egreſſi ad paſtum; quemadmodum & ſupra caueam impoſitum vas operculo remoto ſpectatur apertum, vnde grana fuerunt educta ſpargenda pullis ad eſum; quorum alter actu granum roſtro de terra ſibi tollit; alter de more granum ore iam hauſtum vt in ventrem demittat, elato capite collum diducit elongans. Ac ſane neglectæ religionis auſpiciorum pœnas dedit non ſolum Publius ille Claudius, verum etiam, eiuſdem Valerij teſtimonio ibidem, *Lucius Iunius Publij Claudij Collega neglectis auſpicijs, claſſem tempeſtate amiſit: damnationisque ignominiam voluntaria morte præuenit.* Aptiſſime vero Lucernæ ſculptum ineſt hoc augurij ſymbolum, quoniam Antiqui Lucernas, laternasve (quod idem eſt) auguribus aſſignabant ſemper apertas, ac ſemper effulgentes; vt ait Plutarchus in Quæſtionibus Romanis [b] ita: Cur Augurum, quos ante Auſpices nominabant, Laternas „

[a] l. 1. c. 4.

[b] Quæſt. 72.

„ semper esse apertas voluerunt, neque
„ operculo vnquam tegi? An paruas res
„ magnarum voluerunt esse tesseras, mo-
„ re Pythagoricorum? Vt enim hi chœ-
„ nici insidere, ac ignem a gladio agitare
„ vetabant: ita prisci multis vsi sunt ob-
„ scuris significationibus, maxime rerum
„ sacrarum: de quibus etiam Lucernæ
„ hoc institutum est. Nam Lucerna re-
„ spondet corpori animam continenti,
„ qui lumen est, semperque debet intel-
„ lectus esse apertus ac perspicax, nun-
„ quam includi, aut flatu extingui. Iam
„ quum venti spirant, aues non constan-
„ ter manent, neque firma auguria exhi-
„ bent, quia tum vagantur & inæquali-
„ bus aguntur volatibus. Ista igitur con-
„ suetudine docent captanda auguria,
„ non quum venti flant, sed quum est
„ tranquillitas, & apertis vti licet Lucer-
nis. Itaque multæ fuit compos erudi-
tionis, qui Lucernam Lucemburgen-
sem istam habere voluit augurij tesse-
ram in auspicio fausto pullorum, e cauea
egressorum ad edenda grana proiecta.

De Lucerna, virum nudum & mulierem opertam indumentis colludentes representante. Cap. CIX.

NEque vero mysterio caret illa nu-
mero quarta Lucerna fictilis in
Museo pariter Sereniſſimi Electoris
Brandemburgensis, quæ represen tat in
area mulierem indutam podere, virum-
que nudum, stantes, inter se colluden-
tes, inuicemque se se complectentes.
Etenim prima moralis explicatio fuerit,
si dixero, Mulierem pudicam decere
maxime vel in ipsis legitimis lusibus
coniugalibus verecundiam, nec etiam
marito corporis sui nuditatem prostitue-
re; quum viri nuditas masculo non ita
I. Explicatio. sit opprobramenti nota. Candaulis hi-
storia legitur apud Ztetzem in Chilia-
[a] Chil. 1. hist. 3. dibus [a]
„ Herodotus vero Gygem pastorem
quidem non dicit,
„ Filium Dasculi autem inquit, scutife-
rum Candaulæ.
„ Qui Candaules vxoris amorem pro-
priæ fouens,
„ Nudam ipsam ostendit Gygi clancu-
lum.
„ Illa vero & re cognita tacet: deinde
A vocat Gygem:
„ Electionem, dicens, cape Gyges
duarum vnam,
„ Vel tu Candaulem interficere, vel
interfici ab illo:
„ Nuda enim duobus viris non susti-
neo videri.
„ Sic Candaulem occidens, cæpit re-
gnum.
Sed præstat luculentiorem narratio-
nem ex Herodoto proferre, apud
B quem de proposito mira, pulchraque
leguntur istiusmodi: [b] Hic igitur Can- „ [b] l. 1. c. 8. & seqq.
daules vxorem adamabat, eamque præ „
amore arbitrabatur omnium femina- „
rum esse pulcherrimam. Hoc ita esse „
sibi persuadens, apud Gygem, Dascyli „
filium, ex satellitibus suis (erat enim is „
maxime ipsi acceptus, eoque ministro „
in rebus magis arduis vtebatur) speciem „
vxoris supra modum extollebat. Ad „
quem non multo interiecto tempore „
(necesse namque erat ei male euenire) „
C inquit his verbis: Gyges, neque enim „
videris mihi fidem habere referenti de „
coniugis specie: (quod magis incredulæ „
sunt hominibus aures, quam oculi) fac „
illam conspicias nudam. Hic autem ve- „
hementer exclamans, Quēnam, inquit, „
here sermonem profers haudquaquam „
sanum, qui me iubes inspicere heram „
meam nudam? Mulier exuta tunica, „ Mulier exuta tunica verecundiam pariter exuit.
& verecundiam pariter exuit. Iam olim „
hominibus sunt honesta excogitata; vn- „
D de discere debemus: ex quibus hoc „
vnum est, Quæ sua sint, quemque inspi- „
cere debere. Ego vero tibi fidem ha- „
beo, illam esse feminarum omnium spe- „
ciosissimam, teque oro ne me ores illi- „
cita. Atque hæc dicendo Gyges repu- „
gnabat, pertimescens ne quid sibi exta- „
re mali contingeret. Cui vicissim ille „
his verbis, Fidens, inquit, esto Gyges: „
caue timeas aut me, tanquam hoc te „
sermone tentantem, aut vxorem meā, „
ne quid tibi ex ea detrimenti creetur. „
E Principio enim sic ego machinabor, vt „
illa ne deprehendere quidem possit se „
abste fuisse inspectam. Te namque se- „
cundum fores cubiculi, in quo cubamus, „
quum apertæ fuerint collocabo. Vbi „
ergo fuero ingressus, aderit & vxor „
mea in cubiculum: iuxta cuius introi- „
tum sella posita est, super quam vestes „
illa, vt quamque exuet, reponet, se se „

per

„ per multum otium ſpectandam præ-
„ bens: quæ quum a ſella cubitum perget,
„ oſtendens inuicem terga, curæ tibi ſit
„ deinceps ne per fores abeuntem con-
„ ſpiciat. Gyges igitur, vbi effugere non
„ potuit, fuit paratus: quem Candaules,
„ poſteaquam hora cubandi viſa eſt adeſ-
„ ſe, in cubiculum duxit: ſtatimque poſt
„ & vxor adfuit, quam introeuntem, ac
„ veſtimenta deponentem Gyges intui-
„ tus, vbi auerſa fuit illa cubitum vadens,
„ ipſe e loco prorepens foras abijt: & in-
„ ter exeundum a muliere conſpectus
„ eſt. Hæc, vt didicit, a viro quid actum
„ eſſet, neque præ pudore exclamauit,
„ neque viſa eſt percepiſſe habens in ani-
„ mo Candaulem vlciſci. Apud Lydos
„ enim, & fere apud ceteros quoque bar-
„ baros, magno probro eſt etiam virum
„ conſpici nudum. Ita tunc nihil aperiens
„ mulier, ſilentium tenuit: mox autem
„ vbi dies illuxit, quos domeſticorum ma-
„ xime ſibi fideles intelligebat eſſe, quum
„ præparaſſet, Gygem accerſit. Hic eam
„ nihil ſuſpicans ſcire eorum quæ acti
„ erant, accerſitus venit: quippe qui an-
„ tea ſolitus eſſet ad reginam concedere,
„ quoties ab ea vocaretur. Vt venit, ad
„ eum his verbis mulier inquit: Nunc
„ duabus tibi præſentibus vijs, Gyges,
„ offero electionem, in vtram malis di-
„ uertere: Aut enim me pariter ac re-
„ gnum Lydorum habe, vbi Candaulem
„ interfeceris, aut teipſum continuo oc-
„ cumbere ſic oportet: ne in omnibus
„ Candauli obſequendo, poſthac ſcias
„ quæ te ſcire non decet: ſed aut illum,
„ qui iſta conſuluit, interire opus eſt: aut
„ te, qui nudam me eſt conſpicatus, & illi-
„ cita feciſti. Ad hæc verba Gyges pri-
„ mum obſtupefactus, poſtea obſecrare
„ illam ne ſe ad talem neceſſitatem adi-
„ geret alterutrum eligendi. Vbi non
„ perſuadet, ſed vtique propoſitam ſibi
„ neceſſitatem cernit, aut interimendi
„ herum, aut per alios pereundi, elegit
„ vt ipſe ſupereſſet: atque ita percontans
„ illam inquit, Quandoquidem me adigis
„ inuitum ad herum meum occidendum,
„ age, audiam quo pacto illum adorie-
„ mur. Excipiens illa, Ex eo, inquit, lo-
„ co adoriendus erit, vnde ille me nudam
„ oſtendit. Inſopitum autem impetus
„ dabitur. Poſteaquam igitur inſidias in-
„ ſtruxerunt, & nox aduenit, Gyges

A nihil cunctatus eſt: quippe cui nulla
deuitandi facultas eſſet, ſed neceſſe
aut perire, aut Candaulem perime-
re: mulierem in thalamum ſequitur,
quem illa, dato pugione ſubter eaſdem
fores occulit. Vnde poſt modum iſte
procedens, quieſcentem Candaulem
obtruncat, vxoreque eius, & regno po-
titus eſt. Cuius rei meminit & Archi-
lochus Parius, qui per idem tempus
fuit, in iambo trimetro. Obtinuit autem
B regnum Gyges, & in eo fuit confirma-
tus ex Delphico Oraculo; nam quum
Lydi indigno animo ferrent Candaulis
caſum, atque in armis eſſent; conuenit
inter hos, ac factionem Gygianam, vt,
ſi oraculum reſpondiſſet hunc eſſe Re-
gem Lydorum, ipſe regnaret: ſin mi-
nus principatum Heraclidis reſtitueret.
Accepto igitur oraculo Gyges ita re-
gnauit. Vnde conſtat, mulieres cor-
poris proprij nuditatem odiſſe maxime
viris oſtendere: Quod indicare volens
C Autor Lucernæ, colludentem cum vi-
ro nudo mulierem effinxit aptiſſime tu-
nicatam, non autem nudam. Verum II. Expl. phy-
enim vero lubet aliud occultius aperire ſica.
myſterium ex eo quod Lucerna vitæ
ſymbolum eſt, quam & Plutarchus in
[*] Qu. Romanis, & olim nos in proprio [*] Qu. 72.
volumine fuſe demonſtrauimus [c] eſſe [c] l. 2. de vita
coexiſtentiam corporis & animæ: certe c. 3. & ſeqq.
corpus ad animam ſe habet vt materies
ad formam, Ariſtotele [d] doctore; pro- [d] 2. de an. t. 4.
indeque vt femina ad [e] maſculum; cor- 6 7. 24. 26.
D pus itaque, materiaque formam appe- [e] 1. phy. t. 81.
tens, & illi ſe ſe copulans, apte femina
muliere tunicata repreſentatur, non
autem muliere nuda, tum quia nunquam
reperitur in rerum natura materia nu-
da, ſed ſemper eſt aliquam formam in-
duta, tanquam habitum eius imperfe-
ctiones tegentem: tum quia materia
E non appetit formam vllam niſi ſit orna-
ta diſpoſitionibus ad eam formam ap-
parantibus, quæ ſunt indumentum, ſub
quo tegitur materiæ nuditas. Forma
vero ſcite repreſentatur viro nudo; vi-
ro quidem, quia, vt ait [f] Ariſtoteles [f] loc. cit.
materia formam appetit, ſicuti femina
marem, a Platone non valde diſſen-
tiens, [g] qui materiam matri, formam [g] 1. phyſ.
vero patri comparauit, in Timæo. For- t. 80.
ma vero virum nudum refert, quia de
ſe ſimplex eſt ſubſtantia nullis induta

dispositionibus, quibus ad materiam apparetur vel illi copuletur; sed omnes dispositiones requiruntur ex parte materiæ, nulla prorsus ex parte formæ; quod satis aperte docuit Arristoteles non semel inquiens [b] *videtur enim in patiente, & disposito actiuorum inesse actus. anima autem id est, quo viuimus, & sentimus, & mouemur, & intelligimus primo: Anima vtique ratio quædam erit, & forma; sed non vt materia, & subiectum.* & infra [i] *Et propter hoc bene opinantur, quibus videtur neque sine corpore esse, neque corpus aliquod anima; corpus enim non est; corporis autem aliquid est. Et propter hoc in corpore inest, & in corpore huiusmodi: Et non sicut priores ad corpus aptabant ipsam, nihil vltra definientes, in quo, & quali; quum non videatur quodlibet recipere quodlibet. Sic autem fit & secundum rationem; vniuscuiusque enim actus in eo, quod potentia existit, & in propria materia, aptus natura est fieri.* Deinde vero forma viro nudo representatur in comparatione ad materiam femina representatam, quia præstantissima formarum Themistio [*] & Aristoteli [k] est intellectus, qui suo munere fungitur sine vllo penitus instrumento corporali, [l] & qua corpori mistus non est; [m] corpus autem se se ad animam habere velut indumentum, optime monuit Eusebius Pamphilus in sua Præparatione [n] Euangelica: *Quum autem*, inquit (de vera pietate priscorum Hebræorum tractans) *non contemnendam totius partem hominem esse viderunt, partem eius præcipuam, animam videlicet verum hominem, corpus vero quasi hominis indumentum esse, affirmarunt.* Hæc itaque referre possunt hieroglyphica mulieris tunicatæ, virique nudi colludentium inter se se, Lucernam pulchre perornantia.

[b] 2. de an. t. 24.
[i] tex. 26.
[*] 3. de an. cap. 27.
[k] 1. de an. t. 82.
[l] 3. de an. t. 6.
[m] 3. de an. t. 4
[n] l. 7. c. 1.

De tribus alijs Lucernis polymyxis, bilychni, trilychni, & pentelychni. Cap. CX.

RElIquæ vero tres Lucernæ polymyxæ, fictiles omnes, in eodem Gazophilacio Sereniss. Principis Electoris Brandemburgensis, eandem inter se videntur habere posse mysticam explicationem; qua scilicet luteum Lucernæ corpus indicet humanum corpus, ex luto primæua sui creatione [a] constitutum, ratione cuius ab Ecclesia dicitur vnicuique mortalium, initio quadragesimalis Ieiunij, *Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris:* id ex antiqua scriptura diuina [b] desumens: Et adhuc infra [c] *Respondensque Abraham, ait: Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, quum sim puluis, & cinis.* Ignis autem ellychniorum apte signat animas, animarumque partes; de quibus & Plutarchus [*] vt visum est, & e vetusta philosophia Virgilius [d]

„ Principio cælum, ac terras, camposque liquenteis,
„ Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra
„ Spiritus intus alit; totamque infusa per artus
„ Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
„ Inde hominum, pecudumque genus, VITÆQVE volantum,
„ Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
„ Igneus est ollis vigor, & cælestis origo
„ Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
„ Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.
„ Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque: nec auras
„ Respiciunt clausæ tenebris & carcere cæco.
„ Quin & supremo cum lumine vita reliquit. &c.

Sed & Aristoteles tum ex Democriti decretis [e] *Ignem quendam & calorem dicit esse animam:* tum ex mente propria constituit [f] intellectum humanum esse veluti lumen; quod a summo Deo [g] accenditur in anima. Quam veritatem confirmare videtur diuina scriptura legens de Deo [h] quod *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, vnicuique speciatim concilians intellectus proprij lumen in animæ cuiusque creatione. Quum autem anima considerari valeat & in duas, & in tres partes, potentiasve diuisa; in duas quidem, rationalem scilicet, ac rationis expertem cum Aristotele [i] scribente: *Quemadmodum alteram partem eius* (animæ scilicet) *esse ratio-*

[a] Genes. 2. 7.
[b] Gen. 3. 19.
[c] Gen. 18. 27.
[*] Quæ. Rom. 72.
[d] 6. Æneid.
[e] 1. de an. t. 20
[f] 3. de an. t. 18.
[g] 3. rhe. c. 10.
[h] Ioan. 1. 9.
[i] Ethic. l. 1. cap. 13.

tionis participem, alteram expertem; nam vtrum distinctæ sint, vt corporis partes, & omnia diuisibilia: an ratione tantum duæ sint, re autem ipsa separari inter se minime possent, vt in circumferentia conuexum, & concauum: illud vero nihil ad propositum refert. Irrationalis autem partis, alia communi & vegetali persimilis est: ita appello eam, quæ alendi, & augendi causa est; talem enim animæ facultatem in omnibus quæ aluntur, statueret aliquis: & in fœtibus quoque; quin etiam eandem hanc in perfectis, & conuenientius etiam, quam aliam quampiam. Huius autem communis quædam virtus, non humana apparet; quippe quum pars hæc & facultas in somnis maxime operari videatur: bonus autem & malus in somno discerni minime possit. Vnde inquiunt felices in dimidia parte vitæ a miseris nihil distare. Atque hoc conuenienter euenit; ocium enim animæ somnus est, quæ vel bona, vel mala dicitur. Ac de his quidem satis. Atque hæc nutriendi facultas, est enim humanæ virtutis expers, omittenda est. Videtur autem etiam altera quædam natura animæ irrationalis esse; quæ rationis tamen quadam ex parte capax sit. & mox: *Esse igitur irrationalis quoque hæc duplex videtur; nam vegetalis nullo modo cum ratione communicat; concupiscibilis autẽ & omnino appetibilis particeps rationis quodammodo est: quatenus ipsi obedit, imperioque eius obtemperat. Ita profecto & patris & amicorum habere rationem dicimus, & non sicut mathematicorum. Parere autem quodammodo rationi irrationalem hanc partem admonitio, & omnis increpatio, & cohortatio indicat. Quod si dicendum est, hanc quoque partem rationem habere, duplex erit ea quæ rationem habet; altera enim proprie, & in se eam habebit; altera ita vt is, qui dicto patris audiens est.* Ex quibus apertum est duplicem haberi posse diuisionem animæ; secundum quarum vnam anima tota diuiditur in partem rationalem, quæ mens est humana, & in partem rationis expertem proprie, quæ pars est animæ degens infra mentem; quarum partium typus est quinta Lucerna fictilis Serenissimi Electoris Brandemburgensis, duo tantum obtinens ellychnia flammigera. Secundum alteram vero diuisionem anima nostra tripartito sumitur, in vegetalem omnino rationis expertem:

Felix a misero non differt dimidia vitæ parte.

Somnus cuius animæ sit ocium.

Rationalis animæ pars vt duplex sit.

I. Diuisio animæ in duas partes.

V. Lucernę bilychnis explicatio.

II. Diuisio animæ in tres partes.

sensualem, rationi tum repugnare, tum etiam obtemperare valentem: & rationalem natura sua imperantem, & alias omnes in suis functionibus gubernantem; vt late probauimus in Opere nostro de his, qui diu viuunt sine alimento [k] Quas quidem ternas animæ partes, ab Aristotele quoque latius excultas in libris de anima, refert optime sexta Lucerna fictilis Brandemburgica tribus ellychniorum flammulis coruſca; quarum media correspondere videtur parti rationali, ceteras gubernans; læua vegetali, dextera parti sensuali. Ceterum & ad hanc normam explicari fortasse poterit septima Lucerna fictilis etiam Serenissimi S. Rom. Imp. Septemviri Brandemburgici, si dixero, Lucernam istam fictilem rotundam, magnam, pensilem e tribus ansulis, prominentibus ab interiore cyclo, quinque protuberantes tubos ellychniorum obtinentem in maioris circuli periferia, cum sexto tubo maiori, pro infundibulo suggerente liquorem olei singulis ellychniorum, representare nobis humanum caput, in editiore corporis regione veluti suspensum, quinque sensibus externis, in gyrum fere totam faciem ambientibus, ornatum, atque tanquam circumuallatum. Quibus communis sensus appellatus internus vim sentiendi quomodocumque subministret, ac eorum omnium singulorumque functiones perficiat; vt communis est plurimorum philosophantium opinio. Ceterum non inepta fuerit explicatio militis, Ducisque belli, quicunque dixerit, hac Lucerna typum haberi Valli militaris, Aggeris Propugnaculive Regularis, siue Realis hoc æuo nuncupati. Quæ mea cogitata vtinam non improbentur ab inclyto Smithio, qui typos Lucernarum ad me transmittendos curauit.

[k] l. 2. c. 200.

VI Lucernæ trilychnis explicatio.

VII. Lucernæ fictilis explicatio.

De Lucerna Danica P. Charisij.
Cap. CXI.

PEtrus Charisius, vario rerum vsu peritissimus, Ionæ Charisij, olim Christiano IV Daniæ Regi ab interioribus consilijs, atque ad Hispaniarum ac Britanniæ Reges, Ordinesque Belgij Confœderatos Legati, filius, e sua pi-

na-

nacotheca Lucernæ pulcherrimæ simulachrum, mihi communicandum, & huic volumini inserendum nouissime XIII. Maij M D C L. misit Cl. Viro Ioanni Rhodio, scribens Lucernam apud se, faberrime constructam, æream esse, nixam Aquilæ pede vncunguis: super cuius tibiam, hinc inde vultibus Satyrorum personatam, extollitur vas, venuste frondosis ornamentis inferne, superneque redimitum; cuius orificio superiori aperto insidet variegato cortice personarum, siue laruarum vultibus, marina testudo, dextero pede anteriore se veluti firmans ad collum vasis, & sinistro quoque posteriore altrinA secus; pendentibus ex eius corpore in aere tum sinistro pede anteriore, tum posteriore dextro: Exerit autem ex ore aperto, veluti vociferans præ metu cadendi, linguam cruatam, quæ cedit in aptum ellychnij flammigeri receptaculum. Super dorso testudinis in supremo culmine rotunda veluti patella parua visitur, cui Satyrus, innixus vtroque pede caprino, nudus imminet, tanquam alui fœces deponens magno conatu, sinistra manu femur quasi premente, dextera vero corniculatum caput sustinente; ac exerta mentula in hanc effigiem:

B

Cuius

Lib. VI. Cap. CXII.



E Museo Petri Charisii Dani.

Jo. Georg. sculps.

Cuius explicatio, si præter phantasticam artificis imaginationem, pro fine spectatorum delectationem in artificij mirabilis habuerit aliquam allegoriam rerum naturalium, forte notare potuit mystice quatuor elementa mundi; namque pes Aquilæ hieroglyphicum esse potest aerei elementi, in quo regnat Aquila cunctorum volucrum regina. Testudo marina designat aqueum elementum, in quo genus id animalium excrescit in admirabilem magnitudinem; de qua celebre testimonium habemus apud Ramusij collectiones Nauigationum B. Odorici Foroiulienſis, ex Ordine Fratrum Minorum[a] dicētis de regno quodam Indiæ: *Et in questo loco ancora ho visto vna Testudine di grandezza mirabile, simile al Cuba, o vero Trullo di Santo Antonio, a Padoua*. Et reuera Testudo Lucernæ huius, comparata Satyro, superimposito, valde magnam præsefert corporis sui amplitudinem. Satyrus autem, animal terrestre, terræ elementum apte potest indicare. Sed incertum est, an autor Lucernæ scopum hunc habuerit in animo. Ceterum pulchritudo Lucernæ nobis eam peruetustam indicare potest; siquidem antequam inuentus esset vsus candelarum ex cera, vel seuo, qui perantiquus est, omnes lucernis olearijs vtebātur; adeoque magnatibus, & viris principibus lucernæ perpulchræ dudum in vsu fuerunt; vt vel ipse Cicero scribens ad Q. Fratrē[b] meminit pulcherrimi Lychni sibi propter artificij formositatem periucundi: de quo nos antea[c] non semel. Ob quam elegantiam Lucernarum non dedignati sunt viri principes, atque reges in earum fabrica dudum occupari; siquidem Plutarchi relatu [d] Macedonum Rex Aeropus, quum in ocio versabatur, Lucernas, abacosque perparuos, fabricare solitus fuisse traditur: verba Plutarchi sunt, Demetrium extollentis: Ceterum Dux in exercitu instruendo quam tractando videbatur melior, quod omnia ad vsum suppetere vellet affluenter, essetque in classe, machinamentisque splendide parandis, atque in ijs cum voluptate commentandis, nimium curiosus. Nam solers quum esset, atque intelligens: non ad ludicra, neque ad studia futilia applicuit ingenij sui præstantiam, aliorum regum more, tibijs canentium, pingentium, & tornantium. Quippe Aeropus Macedo subtiles mensulas, & Lucernulas, vbi vacabat, fabricando tempus traducebat. Attalus Philometor herbas venenosas colebat, non tantum hyoscyamum & elleborum, sed & cicutam, aconitum, dorycnion ipse in hortis regijs seminans, plantans: liquoresque, & semina, & fructus horum elaborabat cognoscere, ac suo quæque tempore colligere. Verum enimvero, quæ manibus regum fabricabantur, Lucernas artificio pulchras extitisse verisimile satis est; & perantiquas, vtputa sebaceis, ac cereis candelis antiquiores; quum tamen has antiquas esse, vel ex eo constat aperte, tum quod in antiqua scriptura non habeatur ipsarum mentio; tum quod earum inuentor in abdita vetustatis maiestate deliteſcat; etenim apud Polydorum Virgilium legimus, agentem de rerum inuentoribus [e] *Non proditur itidem, quis primus fecerit candelam ex seuo, rem etsi sordidam, attamen apprime vtilem*. His itaque quum Lucernæ fuerint antiquiores; quę pulchriore sunt artificio, qualem Danicam habemus, & valde priscas esse, & vel a Principibus fabricatas, vel ad vsum Principum effictas fuisse, probabile satis est. Quod autem superius de magnitudine testudinum Indici maris allatum est, confirmatur ab autore Historiæ naturalis & generalis Indiarum [f] occidentalium; etiamsi non adeo magnas ibi reperiri dicat, quantas memorat in Orientalibus Indijs vidisse se Beatus Odoricus; attamen passim eas ita grandes aspexisse se testatur, vt vni super humeros portandæ, vix quinque, vel sex homines sufficerent, Plinius allata confirmat, inquiens[g] *Testitudines tantæ magnitudinis Indicum mare emittit, vt singularum superficie habitabiles casas integant: atque inter insulas, Rubri præcipue maris his nauigant cymbis*. Ad ornatum vero facere testudinum illa putamina figuris pulchris naturæ munere cælata, satis innuit mox idem Plinius, cui[h] *Testudinum putamina secare in laminas, lectosque & repositoria his vestire, Carbilius Pollio instituit, prodigi & sagacis ad luxuriæ instrumenta ingenij*. siquidem ad luxum

[a] tom. 2. pag. 848. B.

Lucernæ veteustas vnde arguitur.

[b] l. 3. ep. 7.

[c] l. 3. c. 8. f. & l. 6. c. 93. 94.

[d] in Demetrio.

Regum curæ quales esse debeant.

Lucernas qui Rex fabricaret.

[e] l. 3. c. vlt.

[f] l. 13. c. 9. to. 3. nauig. Ramus.

[g] l. 9. c. 10. & l. 6. cap. 22. & 25. Naues e cortice testudinum

[h] l. 9. c. 11.

xum non contegerentur lecti, repoſitoriaque laminibus corticum teſtudinearum, niſi forent hæ pulchris diuerſi coloribusque figuris a natura diſtinctæ, variegatæque. Sed hac de re Seneca luculentius, [i] *Video*, inquit, *elaborata ſcrupuloſa diſtinctione teſtudinem, & fœdiſſimorum pigerrimorumque animalium teſtas ingentibus pretijs emptas, in quibus ipſa illa, quæ placet, varietas ſubditis medicamentis in ſimilitudinem veri coloratur.* Iuuenalis [k]

„ Qualis in Oceani fluctu teſtudo natareт,
„ Clarum Troiugenis factura ac nobile fulcrum:
„ Sed nudo latere eſt paruis frons ærea lectis.

Lucianus in Aſino: *Lectus* (ait) *erat magnus, ex Indica factus teſtudine, atque ornatus auro. In hoc me collocant: & iuxta ponunt mulierem.* Et hac de re ſimiliter Apuleius [l] infit: Et iam, torus genialis ſcilicet noſter futurus, accuratiſſime deſternebatur lectus, Indica teſtudine perlucidus, puſmea congerie tumidus, veſte ſerica floridus. Et Martialis [m] ad Amœnum:

„ Bis quinquagenis domus eſt tibi millibus empta,
„ Vendere quam ſumma vel breuiore cupis.
„ Arte ſed emptorem vafra corrumpis Amœne,
„ Et caſa diuitijs ambitioſa latet.
„ Gemmantes prima fulgent teſtudine lecti,
„ Et Mauruſiaci pondera rara citri.
„ Argentum atque aurum non ſimplex Delphica portat:
„ Stant pueri, Dominos quos precer eſſe meos.
„ Deinde ducenta ſonas, & ais, non eſſe minoris,
„ Inſtructam vili vendis Amœne domum.

Hic a Domitij ſenſu recedere cogor, qui gemmantes lectos exponit incruſtatos argento, quod Seruilius primus inſtituit: vel quia erant Pauonini: nam & aperte Martialis ait lectos gemmantes fulgere prima teſtudine, nimirum præcipua, primique pretij teſta, quæ propter fulgorem, ac pelluciditatem inter gemmas collocatur: etenim æuo quoque noſtro Matronæ, puellæque nobiles Genuenſium meorum in delicijs, ſummoque precio habent Anulos e marinæ teſtudinis putamine confectos, quod in morem gemmarum vtcumque pelluceant: & Iſidori teſtimonio [n] in Originibus rerum etymologias expiſcanti, *Gemmæ vocatæ, quod inſtar gummi transluceant*, Arabicæ namque gummi nuncupatæ, quæ pellucida ſpectatur; quam affectionem cernere quilibet in pretioſiore teſtudine poteſt. Et reuera Cl. Vir Hieronymus Golzadius Vicetinus, in Patauino Lycæo Medicinæ Theoricæ profeſſor primus poſtmeridianus, mihi teſtatur ſe Conſtantinopoli, dum ibi Medicus ageret, vidiſſe ſcrinium apud magnatem Turcam, ex cortice teſtudinis adeo fulgente cõtectum, vt ex auro puriſſimo fabricatum videretur, & oculis aſpicientium obrizum aurum oſtentaret. Quare nulli mirum ſi Lucerna Principis alicuius, eademque princeps in formam Indicæ teſtudinis primæ variegatæ dudum effigiata fuerit.

[i] 7. de benef. c. 9.
[k] Sat. 11.
[l] l. 10. meta.
[m] l. 12. epig. 67.
[n] l. 16. cap. 6.

De Lucernis admirabilibus ellychniorum mira multitudine. Cap. CXII.

PORro multitudine myxorum admirabilem Lucernam apte Libanius deſcribit in Auaro filium pium abdicãte [a] *Num etiam aliquid delitiarum inquam, mare noxit adferre, cuius ne bona quidẽ eſt aqua? rurſus quibus tædarum cura commiſſa erat, quot opinamini faces perdiderunt? ego quippe iam etiam pro domo formidaueram, ne hanc quoque nobis ignis adureret; quandoquidem accendere Lucernam admonebant. Et quidam venit Lucernam tenens, non pro more aliarum factam, ſed ſtrias in circulum habentem, & vndequaque ignem requirentem: tantam emittebat flammam, vt ignes buſtorum luce imitaretur. Hanc implere nos hortabatur: at mihi luminis magnitudo, nox erat; nam caliginem copia lampadum reddebat: quocirca tunc volebam igni me ipſum tradere, vt pro oleo Lucernæ eſſem: ſed cohibuerunt me amici, qui adſiſtebant, iam his me liberatum iri dicentes.* Ceterum hac aliam valde plurium ellychniorum nobis commemorat Athenæus; inquiens in ſuis Dipnoſophiſtis [b] Euphorion in hiſto-

[a] declam. 39. Lucerna a Libanio Sophiſta deſcripta.
[b] l. 15, c. 19.

storicis Commentarijs refert, Dionysium iuniorem in Tarentinorum curia Candelabrum posuisse, in quo tot arderent Lucernæ, quot dies anni sunt. Ita Iacobus Dalechampius vertit: rectius mea sententia, *candelabrum suspendit*, siue *dicauit*. est enim in textu Græco ἀναθεῖναι λυχνεῖον. Moris enim fuit apud antiquos, vt obseruat hic etiam eruditissimus Causabonus, ex Plinio [c] delubra Lychnuchis pensilibus ornare. *Placuere*, inquit Secundus, *& Lychnuchi pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes; qualis est in tẽplo Apollinis Palatini, quod Alexander Magnus Thebarum expugnatione captum in Cime dicauerat eidem Deo*. Mala vero illa fuere Lucernæ plurimæ, in arbore veluti in candelabro prælucentes. Græcorum autem Prytanea Vestæ erant sacra: in cuius honorem perpetuus ignis ibi fouebatur. Inde πρυτανεῖον dictum volunt, quasi πυρὸς ταμεῖον; etsi aliter etymologizent alij. Propterea Dionysius in Tarentinorum Prytaneo mirabilem hunc lychnuchum cum suis amplius CCCL. Lucernis dedicat. Nam ignis ille Vestæ, nihil nisi Lucerna semper ardens fuit. Quoniam autem maxima cum religione solitum caueri, ne olei defectu Lucerna extingueretur, natum ex ea re prouerbium est: *Lychnus in Prytaneo:* quo vtebantur, quando perpetuam & nunquam deficientem alicuius rei copiam volebant significare.

Dionysij Lucerna mirabilis.

[c] lib. 34. cap. 3. f.

Lucerna in speciem arboris mala ferentis.

Prytanea Græcorum vt Vestæ sacra.

Prouerbium, *Lucerna in Prytaneo.*

De Lucernis, tam solennibus in festo nocturno Aegyptiorum, quam mysticis hieroglyphica tum optimi Principis, tum etiam Summi Dei continentibus.

Cap. CXIII.

Eruditissimo, & Clarissimo Viro
D. Fortunio Liceto
Iacob. Philippus Tomasinus Episcopus
Aemonien sis S. P.

QVi secundam editionem paras, eruditissime vir, illius insignis operis tui De Reconditis Antiquorum Lucernis, ab omnibus literarum cultoribus plusquam nimium expetitam: nunc ansam tibi præbere me teneri video, charam memoriam recolendi communis amici, Laurentij Pignorij, viri vere nostrum amicissimi, totius antiquitatis cultoris eximij. Nam dum eius vita defuncti superioribus annis Museum lustro, plures inter vetustatis reliquias, ad manum occurrit pulcherrimum Emblema, me iudice gemmæ cuidam insculptum; quod binas ardentes Lucernas operis antiqui refert, elatis manibus gestatas a simulachro viri Tricipitis pariter atque Tripodis, Liliorum floribus coronati, tænias geminas ad lumbos discinctas habentis: quem velut alloquitur alius homo, manu caulem forte lilij gerens, & in summo capite calathum, siue modium; cui canis blandiri videtur. & a sinistris ad se veluti venientem, cum Sistro in dextera manu, simul & cum vase aqua pleno pendulo e sinistra, & cum flore Lilij in vertice summo capitis. Oculo quodam ingenti sine palpebris semper aperto supra perifericam gemmæ conspicuo: Ternis illis, quaternisve cum cane figuris velut in litore maris, aut ripa fluminis constitutis; vt in icone nunc ad te transmisso percipitur; quas imagines, tuam eruditionem sibi postulantes auxiliarem, in ampliorem formam curare poteris effigiari, quo melius pateant obtutui singulæ. Vale, & me ama.

Pti-



Prima Schematis explicatio: De Lucernarum Accensione in solenni festo nocturno quotannis apud Aegyptios, primumque mysterium viri Triciptis Lucernas habentis detegitur pro Mercurio Trismegisto Aegyptiorum Rege Optimo, Sapientissimo, & beneficentissimo. Cap. CXIV.

Illustriss. ac Reuerendiss. Iac. Philippo Tomasino Episcopo Aemonensi Fortunius Licetus B. A.

NOn parum ornamenti quum accessurum videam operi meo De Reconditis Antiquorum Lucernis in hac ipsius editione secunda, ex antiquo pulcherrimoque cimelio Pignoriano, duas Lucernas ardentes ostentante, cuius mihi copiam facis, Illustrissime Præsul; gratias humanitati tuæ ingentes habeo, quod simul & amicissimi Pignorij mihi memoriam colendam offers; & adeo elegans vetustatis hieroglyphicum affers ad mei voluminis perfectionem. Omnia Pignorij vel schedarum fragmenta plurimi facio; quia virum agnoui de monumentis antiquitatis optime meritum. Et in hoc sane symbolo multa mihi videre videor arcana priscorum; ac vt arbitror Aegyptiorum. Tuamque descriptionem video Schemati congruere de ternis iconibus humanis. Quod enim simulachrum a dextris est, hominem vere refert tergemino capite coronatum Lilijs, e singulo vertice surgentibus: manibus vtrisque sursum elatis duas antiquas Lucernas tenentem: Lumbos extensa duplici fascia vel solutum, vel præcingendum: ternis cruribus pedibusque nixum terra

B Descriptio schematis.

calcata ſtare rectum. Imago media viri ſtantis itidem inſpicitur: capite modium, ſiue calathum geſtantis: manum dexteram velut innixam habentis aut Lilij caule ſine floribus, aut hordei triticive culmo ſine ſpica: viro canis a læua blanditur elato capite, dextro pede, caudaque ganniens. A ſiniſtris habetur imago mulieris, lilij florem gerentis in vertice pariter: manu dextera Siſtrum tenentis: læua vero ſitulam aqua plenam, anſa quadam anguinea prehenſa geſtantis; ac pedibus veluti gradientis ad virum intermedium. In ſummo culmine gemmæ ſupra peripheriam interiorem inſiſtere videtur oculi bulbus grandior abſque palpebris, intra circumferentiam illam omnia contenta proſpiciens aſſidue. Quæ quidem hieroglyphica, ſicuti ſunt intuentium oculis corporeis iucundiſſima, perſpicuaque ſatis; ita ſignificationes eorum ſunt oculo mentis abditæ, tenebricoſæque nimium. Ad quas enucleandas & explicandas accedens, obſeruo ſingulas iſtas imagines repreſentare nobis Aegyptiaca myſteria. Et vt a prima exordiamur: Apud Aegyptios Mercurius Triceps, ceu Numen colebatur: de quo Natalis ita [a] *Hunc ipſum Deum Tricipitem vocarunt, ob triplicem poteſtatem, quam habere creditus eſt; nam marinus, & terreſtris, & cæleſtis vocatus fuit, quod illi accidit, vel propter triplices vires, quas obtinebat, naturalem ſcilicet, moralem, & rationi obtemperantem facultatem: vel quod cum Hecate congreſſus, tres ex illa filias ſuſcepiſſet.* Adagiographus de propoſito ſcriptum reliquit: Triceps Mercurius: Dictum videtur in ambiguos, ancipitesque, aut vehementer aſtutos. Ad hunc modum fingebatur antiquitus Mercurius, vel quod plurimam vim habeat Oratio, vel quod idem Deus index viæ; proinde in ſingulis capitibus inſcriptionem habebat, quo duceret hæc via, quo rurſum illa. Huiuſmodi Mercurij ſimulachrum primus poſuit Proclides, autore Philochoro. Conſentit his Gyraldus [b] inquiens: *Triceps Mercurius ab antiquis vocitatus; cuius meminit Lycophron in Alexandria:* Nonacrianus Tricephalus Deus: *Sic vero dictus, vt Interpretes ſcribunt, quod cæleſtis ſit Deus, & maritimus, & terrenus.*

Explicatio figura Tricipitis.

[a] l. 5 c. 5.

Mercurius cur Triceps Natali.

Eraſmo.

Mercurium tricipitem qui primus poſuerit.

[b] ſynt. 9. Gyraldo.

Sed & Seruius tres Mercurios poſuit, terrenum, ſuperum, & infernum, Ciceronis autoritate nixus. Sunt qui Tricephalum putent, quoniam nonnunquam Hermæ ita tricipites fiebant, ad vias oſtendendas; in his enim ſuberant ſubſcriptiones, quo ſcilicet via illa ferret, & quo alia, & alia. Memini & me tales videre ex marmore pervetuſtos; nam capita ad eam viam verſa erant. Phtlochorus, & Iſæus Orator de his memi-

Seruio tres Mercurij.

nit, & grammaticus Harpocration. Exiſtimant etiam nonnulli, inter quos Heſychius, & Phauorinus, comice luſiſſe Ariſtophanem, quum ait: Quantum quadriceps Mercurius in Triuio. Nimirum voluit indicare poetam rem ineptam atque ſuperfluam; nam vt apte Biceps in biuio ponitur Mercurius, & in triuio triceps, & in quadriuio quadriceps, vnoquoque capite viam vnam aſpiciente, commonſtranteque viatoribus: ita fruſtra ponitur ac inepte Mercurius quadriceps in triuio; quia quartum caput nullam viam habet, quam oſtendat iter agentibus. Verum enimvero quum in ſchemate noſtro non ſolum Triceps, ſed etiam Tripes: habeatur Mercurius: & in ſingulo capite ſurgentem habeat e vertice Lilij florem, Regiæ dignitatis indicem; ita ſcribente Pierio [c] ſuis in hieroglyphicis: Verum odium hoc in Lilium, inde potius proceſſiſſe videri poteſt, quod flos Iunonius Lilium eſſe dicitur, vt ex Deæ lacte progenitum, quum ſubiecto clam Herculi vbera admouiſſet, doloque ſtatim cognito ſe retraxiſſet: guttas vero lactis aiunt aliquot in terram decidiſſe, ex quibus mox Lilia pullularint. Meritoque flos Regius Lilium appellatur, non a Iunone Regina tantum denominatione ſumpta, ſed a Regia, qua præſtat celſitudine, quod tanta proceritate ſupra flores alios attollitur, vt ad tria interdum cubita ſurrigatur. Hæc ille: quibus aperte conſtat, Hominem tricipitem, e cuius capitum verticibus terna Lilia ſurgunt, eſſe ſimulachrum Mercurij, qui Rex extiterit. Huiuſmodi vero nullus fuit alius in antiquitate tota, niſi Rex Aegypti, Mercurius Triſmegiſtus appellatus quod vnus fuerit ſimul & Maximus Princeps, & Maximus Sapiens, & Maximus Sacerdos; quem Aegyptij propter ingentia beneficia, ab eius virtutibus acce-

[c] l. 55. hier.

Mercurius quadrupes in triuio vt dixerit Ariſtophanes.

Noſtra ſententia.

Iuno cur Lilium oderit.

Lilium cur flos Regius.

Mercurius Rex vnus in antiquitate tota Triſmegiſtus cur appellatus

pta,

pta, Deum esse putarunt, atque voluerunt; ita dicente D. Augustino [d] *His temporibus (dum Deus per Moysen eduxit de Aegypto populum suum) etiam Mercurius fuisse perhibetur, Nepos Atlantis, ex Maia filia eius; quod vulgatiores etiam literæ personant. Multarum autem artium peritus claruit, quas & hominibus tradidit. Quo mortuo, eum post mortem Deum esse voluerunt, siue etiam crediderunt. Posterior fuisse Hercules dicitur; ad ea tamen tempora pertinens Argiuorum. Quamuis nonnulli eum Mercurio præferant tempore; quos falli existimo. Sed quolibet tempore nati sint, constat inter historicos graues, qui hæc antiqua literis mandauerunt, ambos homines fuisse: & quod mortalibus ad istam vitam commodius ducendam beneficia multa contulerint, honores ab eis meruisse diuinos.* His apparet Mercurium fuisse Maximum sapientem. Eundem autem apud Aegyptios extitisse Maximum sacerdotem, obseruat apte Steuchus agens ita de Balahamo [e] *Fuit autem is Propheta, eo modo, quo & Mercurius Trismegistus apud Aegyptios, & Sibyllæ apud alias nationes.* Prophetæ vero sacerdotes erant. Quæ sane consentiunt dictis a Suida: cui Mercurius Termaximus: Hic erat Sapiens Aegyptius. Floruit autem ante Pharaonem. Vocatus autem fuit Termaximus, quod de Trinitate locutus fuerit, dicens, *in Trinitate vnam esse Deitatem: sic fuit lumen intelligens ante lumen intelligens: & fuit semper mens mentis lucida: & nihil aliud fuit huius Vnitas. Et Spiritus omnia continens. Extra hunc non est Deus, non Angelus, non vlla alia essentia est. Omnium enim est Dominus, & Pater, & Deus: & omnia sub ipso; & in ipso sunt. Nam ipsius Verbum, quod est vndique perfectum, & fœcundum: & opifex, in fœcunda natura puer existens, & fœcunda aqua, aquam fœcundam fecit.* His autem dictis, hæc precatus est: *Obtestor te cælum, Magni Dei Sapiens opus: Obtestor te Vocem Patris, quam locutus est primam, quum omnem mundum firmauit. Obtestor te per Vnigenitum Sermonem*, Verbum, *& Patrem, omnia continentem:* Obtestor, inquam te cælum per hæc omnia: *propitium, propitium esto mihi.* Quem locum agens de Perenni Philosophia Steuchus [f] explicat, dum ait: [Hæc affert Suidas ex

[d] 18. de ciu. cap. 8.

Maximus Sapiens.

Hercules Mercurio posterior.

Maximus Sacerdos.

[e] Num. c. 22.

Mercurij fermo de Trinitate.

[f] l. 2. c. 17.

A Trismegisto. Ac quanquam ipse Termaximum eum vocatum puto, propter ingenij sapientiæque magnitudinem, hoc sum dumtaxat contentus, apparere & hoc testimonio, Trismegistum de Trinitate ante Platonem, Platonicosq. natos, scripsisse. Ecce enim tres personas distincte suis nominibus appellat, appellans Patrem, & Filium, Lumen, lucem intellectualem: duas intelligibiles, quarum altera sit ante alteram, non tempore, sed qua Genitor antecedit gradu Genitum: nempe quod idem Filius eius dixit (g) *Pater maior me est*. Horum substantiam lucem esse dicit, non lucem corpoream, sed lucem intelligentem. Et cecinit antiquissimus ille, quemadmodum hodierna religio [h] *Deum de Deo, lumen de lumine*. Sicut autem dicit diuinus Ioannes [i] *In principio erat Verbum: & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum:* sic Trismegistus: *erat lux intelligibilis* (siquidem etiam ipsum idem Verbum Lucem Ioannes [k] appellat) *ante lucem intelligibilem, & erat Mens Mentis luminosa*. ideſt, Deus de Deo, Mens a Mente nascens. Designat enim quod ait Ioannes, *& Verbum erat apud Deum*, quia nascebatur æternaliter ab eo, lucens ab æterna altera luce, lux ipse intelligens, ex luce intelligente. Loquiturque de eorum vnitate, inseparabilique diuinitate. Exin inducit Spiritum Sanctum, quo cuncta contineantur, viuificentur: qua potestate celebratur in Sanctis literis. *Spiritus enim Domini*, inquit liber Sapientiæ [l] *repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis*. Ecce etiam fatetur, *hunc Trinum solum, Deum fuisse semper solum hunc viguisse: Præter hunc non fuisse Angelum*, non Dæmonem, *nullam aliam substantiam*. Est enim hoc dictum Trismegisti, id quod quotidie canit Ecclesia de tribus illis: *Sicut erat in principio, & nunc, & semper*. Erat in principio, videlicet ab æterno; Ecce etiam vociferatio valida contra ignaros veritatis, rationis expertes Arianos, qui dicebant, fuisse quando Filius non erat: non reputantes, quantum non impietate modo, sed inscitia & imperitia naturæ peccarent, partim quod hunc errorem a Platonicis, & scriptoribus profanis, quos non intellexerunt, vi-

Explicatio verborum Trismegisti de Trinitate, ab Eugubino Steucho.

[g] Ioan. 14. 28.

[h] Symb. Nicæn.

[i] cap. 1. euan.

[k] ibid.

[l] cap. 1. Act. 1

Arianorum error.

debantur ſuſcepiſſe : partim quod non viderunt , quam eſſet impoſſibile , vt qui erat Filius Dei verus , Deus & ipſe ex Dei ſubſtantia non fuerit ſemper . Conſequuntur enim ſe Diuinitas , & æuiternitas . Si filius Dei verus eſt , etiam Deus eſt : ſi Deus , etiam æternus . Adeſt igitur Triſmegiſtus dicens : *Mens Mentis* Filius eſt : *Mens ex altera Mente* . De quibus Chaldæus in primo libro dicebat : *Omnia perfecit Pater , & Menti tradidit ſecundæ , quam vocat primam omne humanum genus* . Hæc igitur tria dumtaxat fuerunt ſemper , & ab æterno : non Angelus , non Dæmon , nulla alia ſubſtantia fuit , ſed ſola trium æterna in vna ſubſtantia coniunctio . Hoc ſentit , & loquitur diuiniſſimus Triſmegiſtus , non ſolum confirmans hodiernam ſapientiam , ſed contra omnes obteſtans qui Mentem ſecundam a prima putarunt priſcos ſeparaſſe . E quibus Ioannes Picus , & Marſilius dicta Procli videntes , qui hoc loco non recte Platonicos , maioresque interpretantur , aſſeruerunt ſecundam illam Mentem , quaſi creaturam quandam in tempore conditam priſcos ſenſiſſe . Nos autem probauimus , & probamus , nec Platonicos , qui talia prodiderunt , primam Philoſophiam ſyncere expoſuiſſe : Nec Platonicos illos Latinos , Græcos recte ſecutos eſſe ; quos ſi ſine iudicio , nec vetuſtate , cunctaque Philoſophia bene conſulta temere ſequaris , tam in hoc , quam in alijs multis haud leuiter cecideris . Expoſita igitur , & decantata Triſmegiſtus trium numinum trinaque Deitatis , quæ ſola fuit ab æterno , ſempiternitate , accedit ad Creationem , dicens ſecundum illud Verbum Dei , quod eſſet perfectiſſimum , opifex , aquas illas , quibus ſuperferebatur , amplexum fecundaſſe , & feciſſe vt ex his omnia naſcerentur : principio lux cæleſtis , tum aer , inde plantæ , ſtirpes , animalia . Ac quod ait lapſum Verbum fecundum ſuper aquas , eſt quod ait Moſes : *Et ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas* . Ferebatur autem vt opifex , vt operans , maxime cæleſtes orbes , quos primos , eodem Triſmegiſto teſte , ex aquis ſecreuit , & in his primum Solem . Quod autem hæc ſcripſerit , locutusque fuerit Triſmegiſtus , ex eo liquido noſcet prudentiſſimus quisque , quod apud omnes Platonicos , qui poſt Platonem floruerunt , extat , vt non alium habuerint ſuper his myſterijs præceptorem , quam Triſmegiſtum . Suidas igitur vbi dicta Triſmegiſti protuliſſet , adiecit : *Et hæc locutus , orauit dicens , Adiuro te cælum , Dei Magni ſapiens opus , Adiuro te Vocem Patris , quam protulit ipſe primam , quum omnem mundum ſtabiliuit . Obteſtor te per Vnigenitum Verbum , & Patrem , qui continet omnia , eſto propitius* . Hæc igitur carmina , quæ Suidas tribuit Triſmegiſto , ceteri tribuuntur Orpheo . Inſuper quæ poſtremo citauit , quoniam in libris vulgatis non habentur , credendum eſt eum in alijs eiuſdem Triſmegiſti legiſſe . Quemadmodum & Lactantius , Auguſtinus , Cyrillus aduerſus Iulianum Imperatorem proferunt ; quæ nos in libris eius , qui pauci ex innumerabilibus ad nos peruenerunt , non videmus .] Hæc omnia Steuchus de Triſmegiſto recte : Niſi quod aliqua de ſuo adiecit , quædam tacuit , aliqua non ſatis explicauit . Adiecit quidem Dæmones , de quibus nulla mentio Suidæ fit , ſed ſolum , de Angelis ex Triſmegiſto , dicens de Trino Deo in momento æternitatis : *Extra hunc non Deus , non Angelus , non vlla alia eſſentia eſt* , æterna ſcilicet . Nec oportuit adiungere Dæmonem , tum quia ſub Angeli nomine generatim ſumpto comprehenditur ; nam Dæmon eſt Angelus præuaricator , atque malus : tum maxime , quoniam Dæmon eſt Angelo poſterior ; quum vniuerſa natura Angelica primum a Deo condita fuerit innocens , atque bona ; ſed aliqua pars Angelorum in veritate non ſtetit , & peccans in Dæmonem poſtea conuerſa fuit[*m*] . Vnde ſat fuit aſſerere Triſmegiſto , præter Deum Trinum in æternitate non fuiſſe Deum alium , non Angelum , non aliam vllam eſſentiam ; fruſtraque Steuchus his adijcit etiam Dæmonem . Deinde Steuchus tacuit oraculum Triſmegiſti : *Verbum in fœcunda natura puer exiſtens* : quibus expreſſe de Incarnatione Verbi prophetia continetur . Namque Verbum futurum erat puer in ſecunda generatione de Matre Virgine naſcens , quæ fuit natura ſupernaturaliter fecunda de ſe ſine viri ſemine mirabiliter ad fecunditatem

Diuinitas & æternitas ſe conſequuntur

Picus , & Ficinus notati.

Dei Verbum fecundum .

Triſmegiſti , & Moſis eadem ſententia .

Triſmegiſtus Platonicorum Magiſter .

Steuchus notatus .

Dæmon vt ſit Angelo poſterior .

[*m*] Ioan. 8. 44

tem eleuata . Neque satis explicauit Steuchus aliud oraculum Trismegisti sequens immediate de Verbo puero : de quo subnectitur: *& fecunda aqua aquam fecundam fecit:* quia scilicet Spiritu-Sancto immisso super Virginem Mariam, eam de se fecundauit : Spiritum enim Sanctum a se manare dicit apud Ioannem [n] *Iesus clamabat, dicens : Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.* & antea Iesus dixerat Samaritanę[o] *Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum; sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Itaque Dei Filius mittens Spiritum Sanctum, aquam fecundam dare dicitur. Ad hunc sensum D. Gregorius ait [p] *Vniuersa ergo Deus aquis irrigat, qui dono Sancti Spiritus, ex omni genere hominum ad sui cognitionem vocat.* & infra [q] *Aquæ etenim appellatione nonnunquam Sancti-Spiritus irrigatio designari solet, sicut scriptum est; Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet iterum.* & adhuc infra [r] *Aquæ in Scriptura Sacra aliquando Spiritum Sanctum : aliquando mentes bonorum fidei prædicamēta sequentium, designare solent :* quo duplici sensu nomen aquæ fecundæ sumpsit in hoc oraculo suo Trismegistus inquiens: Verbum, in fecunda natura puer existens, & fecunda aqua aquam fecundam fecit; nam Filius Dei, existens puer in fecunda natura Virginis matris, aqua fecunda Spiritus-Sancti, fecit Mentem bonæ Virginis, assentientem prædicationi Angelicæ, aquam fecundam, nimirum veram ac optimam Dei Matrem; opus enim incarnationis etsi terminatum fuerit in persona Christi, perfectam tamen fuit a tota Trinitate, quia opera Dei ad extra sunt indiuisa, communiaque tribus personis. Quæ cuncta clarent in Euangelio [s] vbi legimus: Missus est Angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Aue gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Quæ quum audisset, turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria; inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM: hic erit Magnus, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid Patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? & respondens Angelus dixit ei: Spiritus-Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa Angelus. Itaque his completa est Prophetia Trismegisti, dicentis: Verbum Patris, in fecunda natura puer existens, fecunda aqua Spiritus Sancti, fecisse fecundam aquam, Mariam Virginem, mente bona sequentem Angeli monita fidelia. Neque vero Steuchus explicauit, quid nomine cæli significauerit in oratione sua Trismegistus, quando dixit: *Obtestor te cælum, magni Dei sapiens opus: Obtestor te Vocem Patris, quam locutus est primam, quum omnem mundum firmauit: Obtestor te per vnigenitum sermonem, & Patrem omnia continentem, propitium, propitium esto.* Quibus, me iudice, Trismegistus implorat sibi propitiam naturam Angelicam; quæ substantia est intellectualis a Deo creata, proindeque sapiens opus magni Dei; cælique nomine designari naturam Angelicam, affirmat D. Augustinus [t] aperte. Quare Trismegistus ponit intercessionem Angelorum apud Deum. Obtestatur etiam, precaturque sibi propitiam esse Dei omnipotentiam, quam appellat Vocem Patris, quam locutus est primam, quum omnem Mundum firmauit: quia primus actus omnipotentiæ diuinæ fuit Mundi

[n] Io.7.37. 38. & seqq.

Trismegisti prophetia explicata a nobis.

Aqua Spiritus Sāctus dictus.

[o] Ioan.4.13. & seqq.

[p] 6.moral. cap.7.

[q] 12.mor. cap.3.

[r] 19.mor. cap.4.

[s] Luc.1.26. & seqq.

[t] l.12.confes. cap.9.

Primus actus omnipotentiæ qui fuerit.

creatio, quæ solo Verbo Dei iubentis peracta fuit; nam vt ait [u] scriptura, Deus *ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt* omnia mundana. Nam creatio mundi, & eam promouẽs omnipotentia Diuina, licet communis sit tribus personis, totique Trinitati conueniat, per appropriationem tamen ab orthodoxis attribuitur Patri, dum in symbolo Apostolico profitentes fidem, aserunt vnusquisque: *Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ*, quem locum explicans D. Augustinus Catechumenis [x] infit, *Fideliter credite in Deum Patrem omnipotentem. Omnipotentem Deum credimus, quia omnia faciens factus non est; & ideo omnipotens est, quia de nihilo fecit quæcunque fecit. Non enim eum aliqua materies adiuuit, ex qua demonstraret artis suæ potentiam; sed ex nihilo, vt dixi, cuncta creauit. Hoc est enim esse omnipotentem, vt non solum fabrica ipsa, sed etiam materies ab illo inueniatur esse, qui non habuit initium, vt esset is & qui sempiternus est, crearet non id quod ipse esset, sed ab illo vt essent, iam accepisse. Omne enim quod est, ab illo est: ipse autem a seipso est, qui non ab aliquo factus est. Fecit ergo facta non factus, creauit creaturam non creatus.* Ex quo loco patet euidentissime Theologum, noui dogmatis introductorem, qui nititur ex D. Augustini doctrina confirmare nouam suam opinionem de Creatione Verbi ad intra, deque creatione ex nihilo non admissa in sacra scriptura, prorsusque distincta a factione ex nihilo; a D. Augustini sententia procul abire; eam D. Augustinus hic ait Deum ex nihilo cuncta fecisse, & ex nihilo cuncta creasse: Deumque creare non id quod ipse esset; adeoque non Filium suum; qui dixit [y] *Ego & Pater vnum sumus.* & *Pater in me est, & ego in Patre:* Deumque ponit D. Augustinus fecisse facta, quum ipse factus non sit; creauisse creaturam, quum ipse creatus non sit: nomine Dei totam Triadem innuens, adeoq. non solum Patrem, sed etiam Filiũ, quem absolute non factum, & non creatum ait, simul cum Patre facta fecisse & creaturam creauisse. Sed hac de re latius alibi [z] suo loco. Trismegistum vero, vt ad ipsum redeamus) maximis beneficijs, ex alta sua

[u] Ps. 32. 9. & 148. 5.

[x] to. 9. l. 2. cap. 2. nu. 241. A.B.

D. Aug. ponit creationem ex nihilo, & facere cum creare idem esse fatetur.

Noua opinio de creatione Verbi a D. August. reprobata.

[y] Io. 10. 30. 38.

[z] de Septimo-Quæs.

A sapientia potissimum, Aegyptios, & alios mortales affeciisse, monuit ante Steuchum Lactantius, a Steucho citatus, dum ait, (a) Mercurium Aegyptijs leges, ac literas tradidisse. Hunc Aegyptij Theuth appellant, a quo apud eos primus anni sui mensis, idest September nomen accepit. Idem opidum condidit, quod etiam nunc Græce vocatur Hermopolis. Et Saitæ seruant & colunt eum religiose. Qui tametsi homo fuerit antiquissimus, tamen & instructissimus omni genere doctrinæ: adeo vt ei multarum rerum, & artium scientia, Trismegisti cognomen imponeret. Hic scripsit libros, & quidem multos, ad cognitionem diuinarum rerum pertinenteis, in quibus Maiestatem summi, ac singularis Dei asserit; ijsdemque nominibus appellat, q .bus nos, Deum, & Patrem. Ac ne quis nomen eius requireret, anonymum, idest sine nomine esse dixit, eo quod nominis proprietate non egeat. Ipsius hæc verba sunt: *Deo igitur nomen non est, quia solus est; nec opus est proprio vocabulo, nisi quum discrimen exigit multitudo, vt vnamquamque personam sua nota, & appellatione designes. Deo autem, quia semper vnus est, proprium nomen est Deus.* Ex his omnibus apparet euidentissime, Trismegistum Mercurium Aegyptijs ingentia beneficia contulisse, quos erudijt artibus, & doctrinis omnibus tum humanis, tum maxime diuinis; quas a Mose sibi coæuo didicisse potuit, & a Iosepho Patriarcha, multo vetustiore, per traditionem ad eius ætatem subinde transductas. Ob quas meruit ab Aegyptijs, Idololatriæ deditissimis, honorari templis, & diuinis obsequijs, haberique pro Numine; sicut obseruat Herodotus in Euterpe [b] sua. Ceterum duo quum excelluerint in Aegypto Mercurij Trismegisti, Nepos iste Mosi coæuus, & eius Auus, Isidis, & Osiridis ætate florens: hic prior non Rex in Aegypto fuit, sed Regum illorum magnus Consiliarius; de quo Diodorus ita [c] *Mercurium quoque maxime omnium ab eo* (nimirum Osiride Rege) *honoribus affectum, vt repertorem rerum plurimarum, quibus vitæ hominum consuleretur, volunt. Hunc enim primum & verba in ordinem redegisse, & multis indidisse rebus no-*

Lactantius.

[a] l. 1. cap. 6.

September primus anni mensis Aegyptijs Theuth.

Deus cur sine nomine.

Trismegistus a quo doctus diuina mysteria.

[b] cap. 138. Mercurij Trismegisti duo.

[c] l. 1. c. 2.

nomina: instituisseque quo honore, quibus- A
Trismegisti primi dotes, & inuenta. *ve sacris colerentur Dij. In primis obser-*
uator astrorum cursus fuit: & vocum har-
monias adinuenit. Palæstræ, numerorum-
que, & ad corpora curanda Medicinæ Ar-
tis: Lyræ insuper ex neruis trium chorda-
rum, instar trium anni temporum, reperto-
rem tradunt. Tres enim instituit voces,
acutam, grauem, & mediam: acutam ab
æstate, grauem ab hieme, mediam a Vere
sumens (ab autumno quartam non as-
Vocum tria genera cur. sumpsit, quod autumnus veri proportionatus est, & præter acutam, grauem, B
& mediam, nulla quarta vox est) *Hic*
& Græcos docuit verborum interpretatio-
Mercurius cur Hermes dictus. *nem: vnde & ipsum Hermen, hoc est, In-*
terpretem appellarunt. Denique Osiridem
Osiridis a cõsilijs. *hoc vtentem sacro scriptore, omnia cum eo*
communicare, eiusque consilio maxime vti
solitum fuisse. Oleæ quoque plantam ab eo,
non a Minerua, quemadmodum Græci di-
cunt, repertam. Osiridem vero tanquam
beneficum, gloriæque cupidum, ferunt in-
gentem exercitum coegisse, vt peragraret C
orbem, doceretque mortales plantare vites,
ac tritici, & hordei segetem, pecorumque
fructum: existimans, si homines ab agresti
vita ad cultiorem, mitioremque traduceret,
honoribus se (quod & consecutus est) poti-
turum immortalibus. Non enim prisci illi
tantum, sed posteri etiam, propter inuentas
ab eo segetes, beneficij memores, pro vno ex
maximis Dijs eum habuere. Tradunt au-
tem, Osiridem Aegypti regno constituto, re-
Consiliarius & Isidis. *rumque omnium cura Isidi vxori, permissa,* D
tradidisse ei Mercurium, cuius consilio,
quoniam prudentia videretur excellere in-
ter amicos, vteretur. Verum post Osiri-
dis, & Isidis interitum, Aegyptij, qui
Aegyptiorum Reges non hæreditarij, sed electione creabantur. non hæreditarios Reges habebant, sed
eligebant sibi de Sacerdotum, & Sa-
pientum cætu præstantiorem in Re-
gem; huius antiquissimi Mercurij Ne-
potem, Auo cognominem, sibi Regem
fecerunt: virum Auo suo virtute non E
inferiorem, vt æuo, sed longe superio-
rem; qui in Asclepio libro suo, per
Apuleium Latinitati donatum, sic Auũ
sibi cognominem memorat: *Hermes,*
cuius auitum mihi nomen est, nomine in
sibi cognomini patria consistens, omnes mor-
tales, vndique venientes, adiuuat, atque
conseruat. Quæ quidem Vrbs, ab eo
condita, sibi cognominis dicta fuit Her-
mipolis: vt antea notauimus. Morta-

les autem omnes ille senior Hermes in
Aegyptum ad se venientes adiuuit, at-
que conseruauit, non solum doctrinis
illos erudiens tam humanis, quam diui-
nis, quas edoctus fuerat a Iosepho Pa-
triarcha Aegypti Prorege: sed etiam
consilijs optimæ gubernationis, quæ
Regibus Osiridi & Isidi dabat assidue.
Sed eius Nepos, post horum Regum
vitam, ad Regnum assumptus Mercu-
rius, a Mose, se iuniore, clarius edo-
ctus diuina mysteria, de Trinitate scri-
psit altissimas sententias, antea relatas,
& explicatas. De quo iuniore Mer-
curio Patricius ait: [c] *Videtur autem* [c] lib. de Trismegisto.
Hermes hic Trismegistus coætaneus qui-
dem fuisse Mosis, sed paulo senior. Scribit
enim Eusebius in Chronico, Anno Aramei
Aegypti Regis primo, Cath filium Trisme-
gisti floruisse. Is autem annus ante Mosis
obitum vigesimus circiter fuit. Hunc
Mercurium Nepotem Ægyptij non so-
lum viuentem Regem sibi elegerunt:
sed etiam vita defuncto postea tem-
plum erexerunt, & diuinos honores
tanquam Numini tribuerunt. Hunc in
gemma Schematista noster Ægypti Re- Trismegistus qui Rex Aegypti, & vt indicetur.
gem extitisse mystice designat, non so-
lum Liliorum regalium corona in capi-
te, vt vidimus; veram etiam Tripodem
effingens; qui ternis cruribus diuarica-
tis tres triangulos efformans, atque ter-
nis pedibus terram calcans, Ægyptiæ re-
gionis, in tria Delta veteribus distribu-
tæ, possessionem habere demonstratur.
Ægyptus enim vniuersa, quæ recte Nili
terræque donum dicitur ab Herodoto
[d] quod sit pura Nili adaggeratio, fin- [d] l. 2. c. 5.
dente se Nilo a terminis Æthiopum, & Aegyptus vt sit Nili donũ.
vsque ad mare mediterraneum semper
se diuaricante, trigonam figuram insu-
læ sortitur; vnde nomen Deltæ susce-
pit; atque Nili ramis itidem in ea ratio-
ne diuaricatis, omnis Ægypti regio in
tria Delta subdiuisa conspicitur; qua de
re Plinius hæc habet [e] *Proxima Africæ* [e] l. 5. c. 9.
incolitur Aegyptus, introrsus ad meridiẽ re-
cedens, donec a tergo prætendantur Aethio-
pes. Inferiorem eius partem Nilus, dextra
læuaque diuisus, complexu suo determinat,
Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco
centum septuaginta millium passuum in-
teruallo. Quam ob causam inter insulas Aegyptus cur insula, & Delta vocetur.
quidam Aegyptum retulere, ita se findente
Nilo, vt triquetram terræ figuram efficiat.

Ideo

Ideo multi Græcæ litteræ vocabulo Delta appellauere Aegyptum. Inter quos Ptolemæus Geographus, & eius illustrator Maginus Præceptor, inquiens, [f] Est itaq; hæc borealis Aegypti portio, quæ inferior dicitur, in modum insulæ, mari scilicet, duobusque illis Nili alueis inclusæ, quæ sub Deltæ nomine a veteribus Geographorum Historicis, ac Poetis comprehenditur, ob eius similitudinem cum huiusmodi litera Græcorum. Et hæc quidem termille fere stadiorum secundum Strabonem ambitu suo complectitur, quæ faciunt milliaria Italica termille septuaginta quinque. Moderni tamen nonnulli hoc Delta tradunt in ambitu milliaria circiter tercentum continere. Nam a Rossetto oppido prope ostium Canopicum ad Damiatam circa Ostium Pelusiacum sitam computant milliaria centum quadraginta: & vtrumque alueum septuaginta milliaria extendunt. Hanc Ptolemæus Magnum Delta appellat, propterea quod ipsum adhuc in paruum, & tertium Delta secat: vocans paruum Delta quod Bubastico & Busiritico fluuijs continetur: & tertium Delta, quod Bubastico & Achribitico comprehenditur. (& mox addit) Antiquitus quoque diuisa erat Aegyptus in superiorem, & inferiorem. Superior ea intelligitur pars longa & angusta, quæ a cataractis supra Syenem in confinio Aethiopum incipit, & ad verticem vsque Deltæ, seu Trianguli prope Alcairum finit. Inferior autem Ægyptus est, quæ ab Alcairo ad mediterrancum mare sub Deltæ forma a duobus Nili alueis concluditur, vt superius diximus. Præterea alij etiam secant ipsam prouinciam in tres partes, in supremam, mediam, & inferiorem. Superiorem quidem accipiunt a finibus Aethiopum iam dictis, sed terminant eam solum ad Antinoem, vel Antinoiam vrbem ad Nilum sitam, quæ hodie Leoni Africano *Anthias* est: & hæc quidem est eadem, quæ Thebaidis regio, nunc *Sahid*. Mediam Aegyptum eam portionem intelligunt inter Antinoem vrbem, & Maioris Deltæ verticem interiacentem, quæ Heptapolis, & Heptanomia etiam dicitur, & a posterioribus Arcadia ab Arcadio rege appellatur. Inferiorem autem Ægyptum

[f] Tab. 24.

Aegypti mensura.

Aegypti diuisio.

Arcadia Aegypti.

eandem intelligunt partem sub Deltæ figura contentam; quæ quidem a Romanis Augustamnica, seu Augustamia vocata fuit; ipsamque Iustinianus *in suis* Nouellis in primam, & secundam diuidit: & Ptolemæus in tres, hoc est in Magnum Delta, Paruum, & Tertium Delta, vt etiam supra constat. Quam sententiam posuit etiam Martianus Capella tractans Philologigię atque Mercurij Nuptias [g] verba fere Plinij referens. Quæ cuncta, singulaque Schematista noster hieroglyphice representauit, effingens Mercurium Trismegistum Ægypti Regem, a collo ad pubem vnicum, oblongam, & angustam Ægypti partem superiorem, a finibus Æthiopum ad verticem Magni Deltæ porrectam, representantem. A pube vero ternis cruribus diuaricatis, ternisque pedibus in litore maris consistentibus, innixum, voluit indicare inferiorem Aegyptum triquetra figura, terna in Deltam subdiuisam terminatam ad mare mediterraneum suo boreali termino; tribus Nili ramis veluti ternis cruribus Aegypti tria Delta designantibus. Quin & *illi* tres pedes indicant vniuersæ terræ Aegyptiæ, in tres partes distributæ, possessionem sub Rege *Mercurio* Trismegisto, quod Iureconsulto Possessio dicitur a pedum positione. [h] Verum etiam Hermetem hunc Trismegistum fuisse Principem, ac Regem optimum, indicatur a Schematista mystice, dum illi fascias ad lumbos præcingendos ponit, & in manibus elatis ardentes Lucernas; inspiciens fortassis ad illud oraculum Domini [i] *Sint lumbi vestri præcincti, & Lucernæ ardentes in manibus vestris:* quo Deus olim Apostolos suos, quos animarum Reges, atque Principes Ecclesiæ suæ constituerat, admonet vt lumbos suos præcingant, & perferant manibus ardentes lucernas; hoc est, vt ait ibi Lyranus: *Lumbi mentis sunt Voluntas, & Intellectus, ex quibus procedunt cogitationes malæ. Lumbi vero carnis sunt, in quibus viget motus luxuriæ: & vtrique lumbi sunt præcingendi, id est coarctandi ab illicitis cogitationibus & operibus. Et lucernæ ardentes in manibus, sunt doctrina clara, procedens ex charitate, implenda opere.* Quam interpretationem desumpsit a Sanctis Patribus, Theodoreto,

[g] lib 6.

[h] L. 1. ff. de ac. poss. Barth. in summ.

[i] Luc. 12. 35.

reto, Cyrillo, Gregorio, & Augustino. Sic ergo Mercurius Trismegistus, Aegyptiorum Rex optimus extitisse mystice significatur a Schematista nostro tænijs ad lumbos eius appositis, atque lucernis ardentibus in vtraque manu sublata constitutis. At eius Regis probitatem insignem colligere quoque possumus e verbis, quæ postrema dixit ipse Mercurius ex hoc exilio vitæ mundanæ peregrinus inhians ad patriam cælestem, vnde illius anima dudum a Deo creata defluxerat in corpus enascentis: Quæ proponuntur sic a Chalcidio, Patricij relatu: Quibus hæc paucula ab eo
„ prolata adduntur, quæ a Chalcidio re-
„ feruntur, loquente ipso Hermete: *Hactenus, fili, pulsus a patria vixi peregrinus, & exul. Nunc incolumis patriam repeto. Quumque post paulum a vobis corporeis vinculis absolutus discessero, videte te, ne me quasi mortuum lugeatis. Nam ad illam optimam, beatamque ciuitatem regredior, ad quam vniuersi ciues, mortis conditione venturi sunt. Ibi namque solus Deus est summus Princeps, qui ciues suos replebit suauitate mirifica. Quo hæc, quam multi vitam existimant, mors est potius dicenda, quam vita.* De cuius Mercurij dignitate Regia apud Ægyptios illud omittere non debemus argumentum, quod solenne fuit olim summis Principibus propria nomina dare mensibus anni; sic Iulius mensis a Iulio Cæsare Romanorum Imperatore nomen sortitus est, qui prius Quintilis appellabatur: ita quoque Sextilis mensis ab Augusto Cæsare denominatus fuit Augustus in hodiernum diem. Qua de re Plutarchus in Numa scribit: *Residuorum mensium quemque ab ordine, sicut numerauerunt, ita nominarunt, Quintilem, Sextilem, Septembrem, Octobrem, Nouembrem, Decembrem. Post Quintilis a Cæsare, qui deuicit Pompeium, Iulius: Sextilis, cui cognomen fuit Augusto, vocabulum habuit. Succedentes appellationibus suis transnominauit Domitianus. Verum haud id diu. Quo trucidato, receperunt suas, atque alter September, alter vocatur October.* Quum ergo viderim apud Lactantium [k] ab Aegyptijs Mercurium Trismegistum, qui leges eis dederat, appellatum fuisse Theuth, a quo apud eos primus anni mensis, qui September est, nomen accepit Theuth; iam necessarium est, Mercurium istum Trismegistum fuisse Regem Aegyptiorum. Verum apud eos primus anni mensis esse ponitur September; quia crediderunt a summo Deo mundum ab initio fuisse conditum in autumni principio, propterea quæ mense Septembri, quando tellus omnis est plena fructibus, & perfecta est anni conditio; legentes in sacra pagina [l] *Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Igitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum.* Ornatus autem, & perfectio terræ summa est mense Septembri, quando fructuum maxima est vbertas, atque maturitas. Denominarunt autem Aegyptij primum anni mensem Theuth, non viuente Mercurio, sed post illius obitum ad æternam benefici Regis memoriam. Consimiliter, vt ait Lyranus [m] etiam apud Hebræos secundum communem opinionem September est primus mensis anni simpliciter, quia in eo creatus fuit mundus; & vsque ad illud tempus, quo filij Israel educti sunt de seruitute Aegypti, vocabatur primus apud Hebræos, vt & apud Ægyptios. Sed ex isto notabili beneficio, scilicet exitu de Aegypto tam mirabili, quod Deus eis præstitit isto mense, ad tanti beneficij memoriam perpetuo colendam, de cetero vocatus est Martius, & alijs Aprilis, primus mensis anni, decreto Domini, dicentis ad Mosen & Aaron, iam iam educturos populum Israel de terra Ægypti [n] *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni.* Quam sententiam ex antiquioribus Hebræis latius excoluit Lyranus [o] alibi. Constat igitur ex ante habitis, Mercurium Trismegistum, in Schemate nostro mystice delineatum Tricipitem, Lilijs coronatum, ternis cruribus innixum, tribusque pedibus humum calcantem, tænias ad lumbos præcingendos habentem, & elatis manibus ardentes lucernas gestantem, fuisse Regem Ægypti sapientissimum, & optimum, qui subditos ingentibus beneficijs cumulauerit, tum doctrinarum humanarum, diuinarumque: tum etiam boni regiminis politici. Quamobrem fato defunctum ab Ægyptijs inter Numina collocatum diuinis honoribus cultum fuisse.

Verba Trismegisti morientis.

Mensium denominationes a Principibus sumi consueuisse.

[k] l. 1. c. 6.

September cur apud Aegyptios primus esset anni mensis.

[l] Gen. 1. 31. & 2. 1.

[m] Exod. 12.

Cur Deus mutauerit Hebræis primum anni mensem.

[n] Exod. 12. 2.

[o] Gen. 7.

De

De Serapide, Magno Aegyptiorum Deo, media figura expresso in Schemate.
Cap. CXV.

POrro media figura Schematis, virum stantem representans, habentem in summo vertice capitis modium, dextraq. tenentem innixum humo Lilij caulem sine flore, seu verius culmum tritici sine spica; cui viro canis blandiri videtur: est imago Serapidis, magni Aegyptiorum Dei, de quo Valerianus ita [a] *Aiunt itaque Aegyptij, eius beneficij memores, homini gratiam ita relatam voluisse, vt simulachrum Serapidis cum modio in capite, huius rei monumentum esse decreuerint*. Qua de re latius infra[*]Et Goropius obseruat [b] modiolum in capite Serapidis aliquando spectari quibusdam in simulachris ansatum, & in quibusdam alijs non ansatum, vt in schemate nostro. Hunc regem fuisse, quem Aegyptij diuinis honoribus coluerint, asserit ita D. Augustinus [c] His temporibus Rex Argiuorum Apis, nauibus transuectus in Aegyptum, quum ibi mortuus fuisset, factus est Serapis, omnium maximus Aegyptiorum Deus. Nominis autem huius, cur non Apis etiam post mortem, sed Serapis appellatus sit, facillimam rationem Varro reddidit; quia enim arca, in qua mortuus ponitur, quod omnes iam Sarcophagum vocant, Sarcos dicitur Græce; & ibi eum venerari sepultum cæperunt prius quam templum eius esset extructum: velut Sorosapis, vel Sorapis primo: denide vna litera vt fieri assolet, commutata, Serapis dictus est. Constitutum est etiam de illo, vt quisquis eum hominem dixisset, capitalem penderet pœnam. Et quoniam fere in omnibus templis, vbi colebatur Isis, & Serapis erat etiam simulachrum, quod digito labris impresso admonere videretur, vt silentium fieret: hoc significare idem Varro existimat, vt homines eos fuisse taceretur. Ille autem bos, quem mirabili varietate, *vanitateve* decepta Aegyptus in honorem eius delitijs affluentibus alebat, quoniam eum sine sarcophago viuum venerabantur, Apis, non Serapis vocabatur. Ceterum a Varrone suscipere nequeo, Serapin ab arca, & api dici, quia sarcos

[a] l. 3. hier.
[*] cap. 119.
[b] fol. 262.
[c] 10. de ciu. cap. 5.
Varro notatus.

A Græce significet arcam; etenim sarcos apud Græcos indicat carnem; & sarcophagus dicitur a carnis consumptione; taleque nomen inditum sepulchro, quia relictis nudis ossibus defuncti, carnes eius absumat, ac veluti depascatur; vnde Serapidis etymologia deducta ex Varrone non placet, sed eam aliunde sumendam, infra latius ostendemus commodiore loco. Verum tamen est, Serapidem hunc, quem templis honorauerunt, & sacrificijs Aegyptij tanB quam Deum coluerunt, dum viueret, fuissem Regem Aegypti, qui maxima contulerit beneficia in subditos pariter & exteros; quod & ex eo constat aperte, quoniam eundem cum Osiride fuisse, frater simul & coniuge Isidis Aegyptiorum Reginæ, testatur Diodorus aiens [d] *Osiris vero tum Serapis dicitur, tum Bacchus, tum Pluto, tum Ammon, tum Iupiter*. Cornelius etiam Tacitus [e] Serapidem a multis Osirim appelC lari confirmat. Martianus etiam Capella Osiridem cum Serapide similiter facit eundem, introducens Philologiam talia canentem, quibus allata Diodori dicta confirmantur [f] euidentissime:

„ Hinc Phœbum perhibent prodentem cuncta futuri,
„ Vel quia dissoluat nocturna admissa, & Isæum,
„ Te Serapin Nilus, Memphis veneratur Osirim,
D „ Dissona sacra mitram, Ditemque, ferumque Typhonem,
„ Atys pulcher item, curui & Puer almus aratri,
„ Ammon & arentis Libyes, & Biblius Adon.

Serapis idem cum Osiride.
[d] l. 1. c. 2.
[e] l. 4. hist.
[f] lib. 2.

Quos tamen versiculos non vni Iuniorum agitant, culpareque videntur. Nam in primis a Cl. Smetio non bene finis secundi ponitur in principio tertij, mutati simul & mutilati, dum ita locum Martiani citat:

Digressio de metrica licentia poetarum classicorum. Martianus a Smetio male citatus.

E „ Isæum Serapin, Nilus veneratur Osirim.

Sed & in tertio metro Gyraldus notat male corripi primam & alteram syllabam *Serapin*, inquiens [g] *Illud quoque adnotarim, Serapin, & Sarapin, hoc est per e, & per a in prima proferri; illud a Latinis, hoc a Græcis sæpius. Sane mirandum succurrit, quum pro Deo Apis primam sem-*

[g] Synt. 6.
Culpatur a Gyraldo.

per

per intendat, cur Martianus in Serapi primam & alteram corripuerit in illo,

„ Te Serapin Nilus, Memphis veneratur Osirim.

Sed in eo auctore, vt linguæ nitorem, ita maiorem syllabarum cognitionem desidero.

& a Grotio. Gyraldum secutus Hugo Grotius eundem Martianum pariter accusat etiam in postremo versiculo, dicens in suis notis: *Ammon: Peccat Capella in lege Pedaria, vt & supra, Serapin dixit.* At vero Martianus ex opere suo noscitur eximius grammaticus, vnde colligas eum in arte metrica non magis esse culpandum, quam Virgilius, & alij poetarum proceres, vtentes consimili licentia sæpicule. Vereque non iure culpatur in prima syllaba Serapis correpta, quæ breuis est apud omnes. Alterius quoque syllabæ breuitas non est omnino damnanda, quum sit communis quantitatis, & promiscue corripi valeat in metro, pariterque produci ad libitum: sic obseruante Quintiano Stoa, celebri grammatico, poeta laureato, sua in Epographia [*b*] *Terapneus, & Serapis, hæc duo ambigua.* Quod autem attinet ad *Ammon*, in vltima correptum a Martiano: vere quidem syllaba secunda vocis *Ammon* apud Græcos est longa; quum per omega scribatur; at apud Latinos, omega non habentes, ambigua similiter est; quum vniuersalis regula sit: *Omnes vocales apud Latinos, V sola excepta, dubias esse*; posseque promiscue, pro versuum necessitate, poni modo breues, modo longas, ad arbitrium poetæ. Qua ratione Virgilius in opere perfecto [*i*] cecinit:

„ Sunt & Amineæ vites, firmissima vina.

vbi recte Cl. La-Cerda: *Multi legunt ita, vt scripsi. Alij* (Stoam intelligit) *sic mutant:* Sunt etiam Amineæ: *Turnebus vtramque lectionem tuetur: Illam Sereni autoritate, qui* [*k*] *ait;*

„ Succus Amineæ vitis cum pane medetur.

hanc Ausonij scribentis:

„ Solus qui Chium miscet & Ammineum.

Ego existimo, vnam hanc esse ex earum genere, quæ quum natura corripiantur, tamen propter necessitatem carminis producuntur; quales multæ sunt in poetis. Itaque si Virgilius in *Amineæ* voce syllabam natura breuem, ex necessitate carminis producere potuit, absque crimine, vel in opere suo perfecto Georgicorum habens huiuscemodi licentiam poeticam: cur ipse Grotius accusat Martianum, arguitque de peccato in lege Pedaria, qui vocis *Ammon* vltimam syllabam, si placet natura longam, eadem carminis necessitate corripuerit? Martianum, inquam, virum grammaticissimum, vt apparet ex eius libro tertio, in quo minutissima quæque, præsertimque pertinentia ad quantitatem syllabarum, diligentissime tractat, meritoque gloriatur,

„ Nunc iam compactis curanda est syllaba formis
„ Vt fastigetur; longa, breuisque fuat.
„ Hæc duo percurram, iuncturas litera quippe
„ Præueniens docuit sub ratione pari.
„ Hoc igitur subdens nectendum concipit ordo,
„ Si vestrum, Superi, comprobat arbitrium.

Statimque post iuncturam, & fastigium syllabarum, diserte peragit de illarum mensura, decernens ex arte simul & exacte, quæ longæ sint, quæ natura breues, & quæ communes. Quin & Virgilium aliquando transilire longarum regulas obseruat, longarum nimirum positione, dicens: *Positione, quum breuem vocalem aut duæ consonantes sequuntur, siue in eadem syllaba, siue in sequenti, siue per ambas diuisæ, aut in altera tria; duplex vna. Duplices autem sunt X, & Z: aliquando I, & C, fieri possunt duplices; vt si I inter vocales sit, vt* Aio, Troia. *Item C, vt*, Hoc erat alma parens--- *Hæ autem consonãtium, vel duplicium, quæ breues adiuuant, formæ, tunc possunt, si in eodem sermone claudantur. ceterum proximi sermonis consonantes, nihil adiuuant præcedentem, licet Virgilius refragetur, dicens* [*l*]

„ Arma virumque cano Troiæ ----

& item [*m*]

„ Fontesque fluuiosque voco ----

Si ergo Virgilius, vel autoritate propria, vel necessitate carminis communem syllabarum regulam transiliens non semel, cul-

Defenditur a nobis.

[*b*] Epog. 4.

1. Solut.

2. Solut.

[*i*] 2. Georg.

[*k*] cap. 28.

[*l*] 1. Aen.

[*m*] 12. Aen.

culpa caret apud omnes : cur idem aliquando faciens Martianus, adeo acerbe culpatur a Gyraldo, & a Grotio ? Sed quod poſtea notat ipſe Martianus, alibi quoque Virgilius a regula deflectit, Capella dicente: *O terminatus in Latinis breuis eſt, vt* Cato ; *licet Virgilius contra ſentiat : in Græcis producitur, vt* Dido. Sic A poſtremæ ſyllabæ, regula Latina breue, ſæpe tamen a poetis producitur, verius neceſſitate carminis, quam carmine ; namque Virgilius ait[n]

[n] Aen. 9.

» Ferte citi ferrum, date *tela*, ſcandite muros.

Auſonius in Eclogis

» *Libra*, Scorpius, Arcitenens, Capricornus ----

[o] epig. 9.

Idem de claris vrbibus [o]

» *Verſa* Graia manus ----

[p] carm. 4.

Catullus [p]

» *Propontida*, trucemve Ponticum ſinum.

[q] l. 14. ep. 8.

Martialis [q]

» *Clara* Prometheo munere ligna ſumus.

[r] Idyll. 11.

Auſonius [r]

» *Populea* frons ----

Sed & Latini hanc etiam ſibi licentiam arrogant in verbis ; etenim Virgilius

[ſ] Ecl. 5.

[ſ] inquit

» Fortunate puer, tu nunc *eris* alter ab illo.

[t] l. 1. El. 9.

Tibullus [t]

» At ſi tardus *eris*, errabis : tranſiet ætas.

pariter & in nominibus ; nam *Adria* primam habet longam Virgilio [u] quæ Propertio [x] breuis. *Arabia* primam variat apud Horatium [y] & Propertium [z] *Diana* communis eſt apud Virgilium [a] ſed & nomen *Duplex* prima breui Lucretio [b] & Virgilio [c] longa eſt Horatio [d]. *Electrum* eſt prima ſyllaba breui apud Virgilium [e] longa apud Martialem. [f] *Glomus* prima longa Lucretio: [g] alijs breui. *Hidrops* prima longa Horatio [h] Sereno breuis. [i] Ne multa referam alia, in quibus Claſſici poetæ diſcrepant inter ſe de quantitate, ſiue modulo ſyllabarum : vt appareat apertiſſime, Martianum a Gyraldo pariter & a Grotio non iuſte culpari de vitiata lege metrica in vocibus *Serapin*, & *Ammon*. Sed iam redeamus ad hiſtoriam Oſiridis ; quem Aegypti Rex beneficentiſſimum erga ſubditos non ſolum, at etiam erga totum genus humanum extitiſſe, ſic aſſerit Plutarchus [k] *Iam Oſirim regno inito, ſtatim Aegyptios inopi & belluina victus ratione ſoluiſſe ; quum & fruges ijs oſtenderet, & leges poneret, & deorum cultum præciperet. Poſt modum vniuerſam obiuiſſe terram, hominesque manſuetos redegiſſe, minimo armorum vſu ; quum plerosque perſuadendo, ac docendo, adhibitis carminibus, ac muſica alliceret. Itaque creditum eſſe Græcis eundem cum Libero patre.* Quum paulo antea dixiſſet: *Prima autem earum die Oſirim natum, & ſimul cum eo vocem editam, quæ indicaret Dominum omnium rerum in lucem prodire. Alij Pamylem quandam aiunt quum Thebis a templo Iouis aquam peteret, vocem exauditam, qua iubebatur proclamare, Oſirim, magnũ Regem, & beneficum eſſe natum.* Sed & Macrobius in Saturnalibus [l] Aegyptiorum Deo Serapidi, quem eundem cum Sole putat, attribuens in capite calathum, & canis blandientis effigiem, vtcunque reſpexiſſe videtur ad noſtrum ſimulachrum, in quo ſpectatur Canis blandiri Serapidi. Templum autem Serapidis apud Aegyptios, & apud Græcos, non vnicum, ſed valde frequens eſt : de quibus meminit in Atticis, & in Corinthiacis, alibique ſæpe Pauſanias: at omnium ampliſſimum & celeberrimum fuit Alexandriæ. Lilij vero ſcapus, haſtulave, ſceptri regij poteſtatem deſignat, ſicuti flos eiuſdem plantæ, denotat aperte dignitatem Regiæ coronæ; quod antea notauimus ex Valeriano [m]. Ceterum & in eodem ſymbolo, ſi Lilij caulis non ſit, ſed hordei, triticive culmus abſque ſpica repreſentetur ; apte conuenit Serapidi, qui grana tritici vel hordei per trituram excuſſerit vel ad eſum, vel ad ſementem, vel ad vtrumque : ſiquidem Serapidi tum haſtula Lilij ſine flore, tum etiam caulis hordei, frumentive ſine ſpica mirifice ponitur in ſchemate, quo nobis autor illius ob oculos ponere voluit Oſirim eo tempore quo relicta regia corona, regalique dignitate coniugi ſuæ Iſidi, procul ipſe ab Aegypti regno ſuo, per orbem vagans cum exercitu magno ſummus Imperator, exteras gentes ad vitam ciuilem, & frugum culturam perducebat ;

[u] 11. Aen.
[x] l. 1. El. 6.
[y] car. l. 1. ode 29.
[z] l 2. El. 3.
[a] Aen. 1. & 11.
[b] lib. 4.
[c] 1. Aen.
[d] Serm. l. 2. Sat. 2.
[e] 3. Georg.
[f] l. 8. ep. 51.
[g] lib. 1.
[h] car. l. 2. od. 2
[i] cap. de Hydrom.

Oſiridis beneficentia mira.

[k] l. de Iſid. & Oſirid.

[l] l. 1. c. 20.

Templa Serapidis multa.

Lilij ſcapus quid indicet.

[m] l. 55. hiero.

Culmus tritici in manu Serapidis abſque ſpica.

vt

vt in eius columna sepulchrali legere potest vnusquisque sic apud Diodorum [n] asseuerantem: In Columna Osiridis hæc scripta dicuntur. *Mihi pater Saturnus deorum omnium vltimus. Sum vero Osiris Rex, qui vniuersum peragraui orbem vsque ad desertos Indorum fines. Ad eos quoque profectus sum, qui Arcto subiacent vsque ad Histri fontes. Et iterum alias quoque orbis adij vsque ad mare Oceanum partes. Sum autem Saturni filius grandissimus: germen ex pulchro & generoso ortum: cui non semen genus fuit. Neque vllus est in orbe, ad quem non accesserim, locus, docens omnes ea, quorum inuentor fui.* Hæc tantum in columnis legi posse affirmant: alia (quæ plurima sunt) tempore esse corrupta. Et de his sane, quæ in sepulchris extant, consentiunt fere omnes. Nam quæ sacerdotes condita in arcanis habent, nolunt, vt veritas ignota sit, apud multos manare: pœna ijs addicta, qui ea in vulgus proderent. Verum de mysterijs huiusce Columnæ nos infra latius commodiore loco. Sat est, ex allatis esse compertissimum, Aegyptiorum Regem extitisse Osiridem, alio nomine nuncupatum etiam Serapidem; qui propter ingentia beneficia, collata dudum in subditos, & exteros, post obitum a populis, gratitudinis ergo relatus in deorum numerum, templis honoratus, atque sacrificijs cultus maxime fuerit.

[n] lib. 1. c. 2.

De Isíde, tertia Schematis imagine, magna pariter Aegyptiorum Regina beneficentissima, proindeque diuinis honoribus culta. Cap. CXVI.

TErtia profecto Schematis imago, mulierem representans, in capite summo Lilij florem, quæ gerit, dextera manu Sistrum habens, & læua Sitellam aquæ tenens, nobis ob oculos ponit Isidem Aegypti Reginam, benefi-cam valde populis; atque Sistri musicalis instrumenti primam inuentricem; de qua sic Isidorus in Originibus [a] *Sistrum ab Inuentrice vocatum* (nempe quasi Isidis instrumentum) *Isis enim Aegyptiorum Regina id genus inuenisse probatur: Iuuenalis* [b]

[a] lib. 3.

[b] Sat. 13.

„ Isis & irato feriat mea lumina sistro.

Inde & hoc mulieres percutiunt, quia inuentrix huius generis est mulier. Vnde & apud Amazones Sistro ad bellum feminarum exercitus vocabatur. Id autem instrumentum esse quale pingitur in Schemate, constat ex erud. Pignorio, definiente in lib. de seruis [c] Sistrum musicum instrumentum, *oblongum, manubriatum in ima parte, cancellatum traiectis, virgulis, & vt vno verbo dicam, laminæ, & præterea nihil.* Isidem autem fuisse Reginam Aegyptiorum, vt apertissimum est apud omnes antiquos, ita belle significatur in Schemate per Lilium, florem Regium, in eius capite locatum. Isidis autem summam beneficentiam erga subditos ita Diodorus [d] explicat: Osiridem interpretari Bacchum, Isidem vero Cererem. Hac Osiris in vxorem sumpta, regnoque suscepto, multa contulit ad vsum vitæ communis. Eius enim virtute mutuæ cibi gratia cædes hominum cessarunt. Inuento enim ab *Iside* primum tritico & hordeo, quæ prius incognita hominibus, casu inter ceteras herbas oriebantur: ab Osiride vero eorum fructuum cibi vtilitate animaduersa, omnes eo nutrimenti genere esse vsos, tum propter cibi reperti suauitatem, tum quia vtile videbatur sæuitiæ crudelitatisque promiscuæ causam abesse. Signa huius inuentæ segetis ferunt, quod ab eis veteri lege, & nunc quoque obseruatur, vt messores æstate spicas maturas prope manipulum excerpant in Deæ oblationem, atque Isidem inuocent, honorem ei deæ inuentæ frugis reddentes. Apud quasdam vero vrbes in Isidis pompa, inter reliqua triticum & hordeum ferri, in memoriam repertorum. Leges quoque Isidem statuisse ferunt, quibus iustitia æque omnibus seruaretur, vi atque iniuria timore pœnæ sublatis. Hac de causa prisci Græci Isidem legiferam appellauerunt, tanquam primam legum inuentricem. & infra de sepulchris Isidis & Osiridis hæc habet. [e] Haud vero inscius sum, a nonnullis scriptoribus tradi, horum deorum sepulchra in Hysa Arabiæ sita: a qua Nysæum Bacchum appellent. Esse autem dicatam columnam, sacris sculptam literis tradunt: inque columna Isidis hæc scripta esse: *Ego Isis sum Aegypti Regina, a Mercurio erudita. Quæ ego legibus statui, nullus soluere*

Amazones vtuntur in bello Sistro loco tubæ.

[c] pag. 96.

[d] l. 1. c. 2.

Isis vt inuenerit hordeum, & triticum.

[e] inf. cap.

Isidis columna.

poterit. *Ego sum vxor Osiridis. Ego sum prima frugum inuentrix. Ego sum Ori Regis mater. Ego sum in astro Canis refulgens. Mihi Bubastia Vrbs condita. Gaude, Gaude Aegypte, quæ me nutristi.* Hanc autem, quæ spectatur in Schemate, belle depingit e Seruio Gyraldus inquiens [f] *Sed enim Isis certe credita est Aegypti Genius, qui per Sistri motum, quod gerere fingitur in dextra, Nili accessum significabat: per Situlam, quam sinistra retinebat, omnium lacunarum fluentiam ostendebat, vt in* VIII. *Aeneid. comment. Seruius docet; qui etiam ait Terram Aegyptiorum lingua esse.* Valerianus quidem recte[g] Isidem ideo Legiferam simul & frugum inuentricem ponit, quod ad literarum studia paratam quisque debeat habere congruam alimoniam; quod & ex Aristotele confirmat, quod eum nullius rei egenum esse cupit, qui Philosophiæ sit operam daturus: & Zachariæ Chimios, inter Hebræos nominatissimi, dictum circumfertur: *Si farinam habueris, legem capessere poteris: Si legem assecutus fueris, farinæ non egebis.* Legis enim appellatione literas intelligunt Hebræi, & farinam pro frumento annonaque omni ponunt. Ceterum ego quoque Sistro signari crediderim Isidem legiferam, & Situla frugum inuentricem; quia musicum instrumentum animorum discordias componere potest, & ad concordiam varias hominum volũtates redigere, rectequè moderari; quod Musicæ munus esse demonstrat initio suæ Musicæ Boethius; [h] quum Legis proprium sit, litigantes componere, tribuendo suum vnicuique, ciues ad moderationem reducere præmijs, atque pœnis, vbi sit opus. Aquæ vero situla signat Isidem docuisse, semina terris ad vberem frugem esse committenda, dum Nilus intra suum alueum ab inundatione redierit, relicta tellure simi sui lætamine pinguissima. Nam extra suum alueum, quasi extra situlam, exundante Nilo si seuerit Aegyptius, aut etiam imminente iam iam inundatione, sementem perdet absque fructu, scilicet in aqua nimia corruptam penitus. Verum enimvero Vincentius Cartarius in opere suo de Deorum imaginibus, tractans de Iside scribit: In Isidis sinistra manu vas auratum, cui serpens veneno tumidus manubrium faciebat: & ad eius basim erat quidam ornatus ex folijs palmæ: significat lacus, qui circa Nilum existunt: vel significat motum aquarum, quæ intumescunt ex humida Lunæ natura. Licet autem ista singula non inspiciantur in vase nostri schematis; attamen apte congruunt situlæ *Isidis*, tum ob rationes allatas, tum etiam maxime, quia quum situla terram Aegypti significet in se Nilum flumen habentem; vt fluuius iste tortuosis gyris permeantem, atque statis diebus quotannis intumescentem aquam obtinens, apte repræsentatur per tumidum serpentem, qui vasis manubrium efformat: tum quoniam Aegyptus Nilo terminatur, qui per Aethiopiam tortuosis voluminibus prorepens in Aegyptum defertur: tum quoniam Aethiopia pariter, & Aegyptus innumeris vbique serpentibus ad Nili fluenta scatent. Auratum vero vas Isidis effingitur; quod humus Aegypti sit irrigata Nilo, qui semper lutulentus per eam labens est aurei coloris.

[f] Synt. 12.

[g] lib. 38. Ins cur legifera simul & frugifera.

Isis vt Sistro legifera, & Situla signetur frugifera.

[h] cap. 1. Legis munus proprium.

Isis cur cum aqua Situla.

Serpentibus abundat Aethiopia, & Aegyptus.

De Cane, quarta figura Schematis, media inter Isidem & Osiridem, huic blandiente. Cap. CXVII.

PRofecto veteres æque Canem Isidi, & Osiridi tribuunt. Imprimis legebamus apud Diodorum in Columna vetustissima posita ad sepulchrum Isidis [a] de se dicentis: *Ego sum vxor Osiridis: Ego sum in astro Canis refulgens:* nimirum Canis iste Serapidi blandiens, nihil est aliud quam affectus Isidis erga maritum Osiridem tam olim viuentem, quam iam vita defunctum. Qui quidem affectus coniugalis Isidis mirifice celebratur a Diodoro pariter atque a Plutarcho tractante de Iside & Osiride. Quin & inter Osiridem, qui Serapis esse visus est, & Isidem apte Canis collocatur; quia, vt ex eodem Diodoro Gyraldus obseruat [b] *Canis & in venatione, & ad custodiam prodest; propterea Deus, qui Anubis vocatur, capite canino figuratur; quare significatur Anubim fuisse custodem corporis Osiridis, & Isidis. Tradunt quidam, Isidis canes, quo tempore Osiris quæsitus erat, & feras & obuios omnes amouisse, vnaque Osiridis corpus inuestigasse: ideoque*

[a] l. 1. c. 2.

Affectus Isidis erga maritum Cane signatur.

[b] synt. 9. f.

Canis Anubis custos Isidis, & Osiridis.

que in ſolennitatibus Iſidis pompam præiſſe, vetuſto more. Quod & Valerianus confirmans [c] *Addemus*, inquit, *& Anubim deum per canis effigiem ab eiſdem Aegyptijs figuratum, de quo veteres quidam hiſtorici prodidere, vna cum Oſiride Gigantes ex Italia pepuliſſe. Canino vero capite fuiſſe eum, ex eo commentum, quod Iſidis & Oſiridis corpus cuſtodierit, quod vti dictum ſuperius, Canibus eſt admodum peculiare; eaque de cauſa Canem galeis inſculpi morem eſſe: quod in veterum numis compluribus obſeruaui*. Tandem Anubim agnoſcere videtur Diodorus filium Oſiridis, dum inquit (*d*] Oſiridis vero duo filij, virtute diſpares, Anubis, & Macedo, comitati ſunt. Vterque armis vſus eſt inſignibus, aliquo animali haud ab eorum natura diſſimili. Nam Anubis Canem, Macedo Lupum inſigne armorum tulit. Qua ex re hæc animalia Aegyptij ſummo in honore habent: & horum animantium formis apud Aegyptios coluntur. Schematiſta vero noſter in gemma Canem ſolum, non item Lupum effinxit, quod Iſidi Canis officia maiora præſtiterit, quam Lupus, & charior ideo fuerit Anubis, quam Macedo, non ſolum Iſidi, ſed etiam Oſiridi. Tot igitur nominibus inter Iſidem, & Oſiridem poſita fuit imago Canis in gemma.

[c] l. 5.

Gigantes ex Italia pulſos ab Oſiride.

[d] l. 1. c. 2.

De Oculo in apice gemmæ deſignato.
Cap. CXVIII.

SEd & oculus ille magnus in culmine peripheriæ gemmæ, proprio non caret myſterio; nam & ad ternas illas figuras communem habere poteſt relationem, & ſpecialem ad Oſiridem ﻣﻌ, Serapidemve, cuius capiti peculialiter videtur imminere. Si quidem communem reſpectum conſideres: Oculus eſt hieroglyphicum Iuſtitiæ, moderationis, regiminisque populorum apud Aegyptios: apud quos iuſtiſſimi Reges extitere Mercurius, Oſiris, & Iſis, vt antea notauimus. Et ſpeciatim de hac re Pierius [a] infit: Apud Aegyptios Sacerdotes primum omnium Iuſtitiæ ſeruatorem per Oculi patentis hieroglyphicum ſignificari compertum eſt: frequensque dicterium apud Græcos, quod minime ignoratis, *δίκης ὀφθαλμὸς, Iuſtitiæ Oculus:*

[a] lib. 33.

A Tum Plato [b] Iuſtitiam ſpeculatricem, atque vindicem appellat. Chryſippus Oculos Iuſtitiæ acres, rectos, atque immotos facit; quod eum, qui recte iudicaturus ſit, non oporteat huc aut illuc oculos ab honeſto deflectere. Illud etiã noſtis ex Diphili Comœdia,

„ Eſt qui tuetur cuncta, Iuſtitiæ oculus.

Apud Epigrammatarios, qui temporis iniuriam peruicerunt, pulcherrimum habemus pentametrum

B Ομμα δίκης καθορᾶ πάντα τὰ γεγονμένα:

„ Cernunt omnia, quæ fiunt, lumina Iuſtitiæ.

Hinc aliqui in facienda dictis fide, Iuſtitiæ oculum atteſtantur. Orphei quoque id de Sole dictum, Ομμα δικαιοσύνης, cui Iuſtitiam in primis Veteres dedicaſſent. Vnde Bithynni, quod ſcribit Arrianus, iudicia ex aduerſo Solis ſedentes exercere conſueuerant. Et veteres Theologi Iuſtitiam prodiderunt, vt C Proclus ait, e medio Solis throno per cuncta propagari, omniaque, veluti Sol ipſe, omnium moderator eſt, dirigere. Marcus Tullius Solem Mundi mentem & temperationem appellat, Scipionis Somnia. Et vetuſtiſſimi illi Sacerdotes moderatorem hieroglyphice ſignificaturi, Oculum & Sceptrum facere ſoliti ſunt: nonnunquam in Sceptro ipſo ramuſculos complicare, vt in complexum coeuntes, oculi ſpeciem in medio ſpectandam informarent: eaque ſpecie D Oſirim, quaſi multoculum dicere vellent, intelligebant. Nam OS Aegyptiaca lingua *Multum*: I R vero *Oculum* ſignificat: cuius interpretationis & Plutarchus libro de Iſide & Oſiride, neque non Euſebius [c] meminere. Imaginem vero Oſiridis apud Plutarchum fulgenti admodum amiculo veſtitam habemus, ex quo Solis vis intelligebatur, Apud Euſebium, Multioculus Oſiris E dici poteſt, pro Sole ſumptus: neque id ab re; radios enim ſuos, quaſi multos rebus immittit oculos, quibus omnia perſpicit, vt etiam Poeta dicit: [d]

„ Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtras

Quod & in columna Sepulchrali de ﻣﻌ Oſiride legi teſtatur Diodorus [e] poſt allata verba Columnæ Iſidis, antea ﻣﻌ propoſita, ſubnectens, quæ ſupra quo-

[b] 9. de Legib.

Bithynni cur iudicarent ex aduerſo Sole.

Oculus regiminis ſymbolum.

Oculus vt ad Oſirim relatus.

[c] 1. de Præp. Euan. c. 6.

[d] Virg. 4. Aen.

[e] l. 1. c. 2.

que retulimus, hic latius explicanda.

» In columna Osiridis hæc scripta dicuntur.

Columna sepulchralis Osiridis.

Mihi pater Saturnus Deorum omnium vltimus. Sum vero Osiris Rex, qui vniuersum peragraui orbem vsque ad desertos Indorum fines. Ad eos quoque profectus sum, qui Arcto subiacent, vsque ad Histri fontes. Et iterum alias quoque orbis adij vsque ad Oceani partes. Sum autem Saturni filius grandissimus, germen ex pulchro & generoso ortum: cui non semen genus fuit. Neque vllus est in orbe, ad quem non accesserim, locus, docens omnes ea, quorum inuentor fui. Quæ sane mysticam habere possunt explicationem, non autem historicam; tum quia nemo loca mundi cuncta singulaque peragrasse potuerit: tum quia nemo non ex humano semine genus habuerit, præter primum Adamum ex humo plasmatum a Deo: & secundum Adamum, Saluatorem nostrum, ex Virgine matre natum sine viri semine. Sed Osiris Aegypti Rex, Isidis frater atque maritus, dicitur habuisse patrem Saturnum vltimum deorum, loquens de patre mystico, de patre mentis, hoc est de Viro Sapientissimo, a quo fuit eruditus: qui Saturni nomine describitur, quod Saturnus vltimus planetarum a nobis numeratur, & influit in horoscopo nascenti sapientiam. Qui Mercurius fuit vltimus sapientum; nam degens æuo Osiridis, omnes alios ante se sapientes habuit ætate priores, etsi sapientia posteriores. Is autem fuit ille Trismegistus Magister Osiridis, & ab eo datus, relictusque Consiliarius Isidi. Denominatur autem Deorum vltimus, quia fuit omnium sapientum virorum eo seculo supremus. Homines vero sapientes Deorum nomine cohonestatos antiquitus, apparet cum e sacra pagina, quæ de illis legit [g] *Ego dixi, vos Dij estis, & filij excelsi omnes*. & a Deo Mosen constitutum fuisse Deum Pharaonis: [h] ne multa referam alia loca sacra, pridem allata in opere meo de Pietate Aristotelis erga Deum & homines: [i] tum ex ipsomet Aristotele [k] constituente, virum sapientem esse Deo congeneissimum. Et Apostolus Galatas discipulos suos appellans, ait [l] *Filioli mei, quos iterum parturio*. Et S. Petrus erudiens in fide

Explicatio columnæ Osiridis.

Osiridis pater vt Saturnus fuerit.

[g] Ps.81.

[h] Exod.21. 22.

[i] l.2.c.2. Ps.83.94 & seqq.

[k] 6.ethic. cap.8 f.

[l] cap.4 19.

A Galatas item, & alios, ad quos literas mittebat, infit [m] *Deponite igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones. Sicut modo geniti infantes sine dolo lac concupiscite veræ doctrinæ; vt in eo crescatis in salutem; si tamen gustastis quantum dulcis est Dominus*. Non aliter Osiris Trismegistum, virum sapientissimum, Doctorem & Consiliarium suum, Patrem sibi constituit, eumque Saturnum appellat, ac Deum: eiusque Saturni mystici se nominat filium grandissimum, quia dignitate Regia maior fuit omnibus alij, quicunque Trismegisti doctrinam hauserunt alimentum animi sui. Germen se nuncupat Osiris ex pulchro & generoso ortum, non ex semine genus habens; quia fuit filius mysticus Trismegisti, ex eius intellectu fecundo sapiens procreatus, non physice genitus e corporali semine Magistri sui: proinde dicit, sibi non semen genus fuisse. Sic autem eruditus, & adultus in doctrina Trismegisti, regnum capessens: eoque iam aliquandiu recte gubernato, ait se vniuersum Orbem peragrasse, qui scilicet suo Regno cohæret, ac æuo suo maxime cognitus erat Aegyptijs, versus meridiem pergens vsque ad desertos Indorum fines: versus Boream vsque ad fontes Histri fluminis: & versus occidentalem plagam vsque ad mare Oceanum, Solis instar, qui ab Oriente per meridiem & Arctum in obliquitate Zodiaci pergit ad occasum. Quam Osiridis peregrinationem paulo antea Diodorus ita descripserat: [At vero Osiris, quum esset in montibus Aethiopiæ, vtrasque ripas Nili aggere cinxit; ne modum excederet inundatio; sed veluti per portas quasdam exiens leniter flueret, quantum vsus postularet. Deinde per Arabiam iuxta rubrum mare iter faciens ad extremos Indos peruenit, vbi & plures constituit vrbes: ex quibus vnam Nysam nominauit, in eius memoriam, in qua erat nutritus: vbi hederam plantauit, quæ in eo tantum loco Indiæ tum finitimæ regionis manet. Multa quoque alia reliquit sui apud Indos monumenta, ex quibus posteri Indorum de Deo illo contenderunt, asserentes eum genere Indum esse. Exorauit quoque Elephantorum venationes.

[m] ep.1.c.2.1.

Osiris vt sic Saturni filius grandissimus.

Osiris vt non e semine genus habuit.

Osiridis expeditio explicatur.

nes. Columnas insuper multis in locis statuit, suæ expeditionis testes. Peragrauit autem & ceteras Asiæ nationes. Per Hellespontum in Europam quum transijsset, Lycurgum in Thracia Barbarorum Regem sibi obsistentem peremit. Illi prouinciæ Maronem iam senem præfecit: qui ædificauit vrbem, quam a se Maroneam nominauit. Macedonem filium Regem statuit eius prouinciæ, quæ ab eo Macedonia dicta est. Triptolemum colendis Atticis agris præfecit. Denique quum orbem totum peragrasset, mitissimis fructibus excoluit hominum vitam: Si qua regio vitibus inepta esset, docuit ex hordeo potum facere, haud multum virtute gustuque vino inferiorem. Quum in Aegyptum redisset, tulit dona secum a diuersis gentibus data. Quapropter pro magnitudine beneficiorum, & donatus immortalitate, & honores cælestium est assecutus. Deinde quum ad Deos ex hominibus esset translatus, & honores illi, & sacra, vt maximo Deorum ab Iside & Mercurio instituta sunt, multaque mystica ad cultum addita, quibus eius Dei potentiam ampliorem redderet.] Hinc apparet Osiridem appellatum fuisse tum Bacchum, qui ad Indos peruenerit, & apud eos Nysam vrbem condiderit, & hederam plantauerit: tum etiam Solem, qui Solis instar vniuersum orbem lustrauerit, beneficijs, homines afficiens, adeoque *Multioculum* appellatum; qua de re paulo prius ita Diodorus: [Et Osiridem quidem Græca interpretatione *Solem* appellarunt, vt qui suis radijs veluti plurimis oculis terram ac mare lustraret, multos oculos habentem dixere. Cui rei poetæ quoque verba congruunt, Solem omnia conspicientem dicentis.] Vnde supra Serapidem, qui Osiris est, in schemate recte Magnus collocatus est Oculus absque palpebris semper apertus, hieroglyphicum Solis, qui Mundi oculus esse perhibetur. Hinc habemus, optimi Principis proprium esse, totum orbem suæ ditionis non solum, sed etiam exteras regiones peragrare, beneficijs omnes homines afficiendo; & multorum hominum vrbes, ac mores inspiciendo, prudentiam, atque sagacitatem Vlyssean, ab Homero [n] tanto-

Osiris ex hordeo potum facere docuit.

Osiris cur honore diuino cultus.

Osiris cur appellatus fuerit Bacchus, & Sol.

Principem decet peregrinari.

[n] Odyss. 1.

pere commendatam, sibi comparare. Constat igitur ex habitis, argumento Mercurij Trismegisti, Osiridis, seu Serapidis, & Isidis, Aegypti Regum Optimorum, bonos Principes ingentia beneficia conferre mortalibus, atque subditis, & exteris pariter præstare se se Deorum instar.

Secunda schematis explicatio, De Lucernis mysticis, Verbo, & Spiritu sancto, iugiter ardentibus in vtraque manu Dei Patris: primumque de Iosepho Patriarcha, Regis insomnium ex Diuina reuelatione interpretante, factoque subinde Prorege, ad Aegypti, regionumque ceterarum salutem. Cap. CXIX.

QVum obseruatione frequenti Valeriani, hieroglyphica singula multis fœta sint mysterijs apud Aegyptios; iam licebit nobis aliam etiam afferre schematis explicationem, eamque sacram, ac plane Theologicam, antiquissimis Aegyptiorum gestis maximopere congruentem; in qua lubet hæc omnia simulachra referre ad Iosephi Patriarchæ præclarum beneficium Aegypto, mundoque fere toti collatum. Nimirum Serapis ille medius, modium siue calathum in capite gestans: manu dextera caulem hordei, triticive, sine spica, siue Lilij sine flore tenens: cui canis a læuo latere blanditur, Iosephus est in Aegypto Prorex a Pharaone constitutus, egestatis integro septennio populis alimenta vitæ necessaria distribuens. Etenim ab Aegyptijs ob tantum beneficium olim cultum fuisse Iosephum diuinis honoribus, erecta statua sub nomine Serapidis, insignes autores antiqui, classicique scripserunt, & euidentissima confirmant argumenta. Nam in primis Iulius Firmicus Maternus, qui floruit æuo Constantini Magni Imperatoris, in libro suo, cui titulum fecit, De Profanarum Religionum errore, & habetur in Bibliotheca Patrum, ita scribit ad verbum Imperatoribus Constantio, & Constanti, Magni Constantini filijs, [a] Discite etiam Sacrosancti Imperatores, venerandum Alexandriæ Numen, vnde sumpserit exordium. Quum ingrueret arescentibus frugibus malitiosa fames, Iacobi Religiosi

Iosephum cultum sub nomine Serapidis.

[a] cap. 14.

„ gioſi Patriarchæ ſemini procreatus Iu-
„ uenis Ioſeph, interpretatusque ſom-
„ nium Regis, totum quicquid innuebat,
„ oſtendit. Ioſeph eſt Iacobi filius, qui
„ ob pudicitiam in carcerem miſſus: ere-
„ ptus poſt interpretationem ſomnij, fuit
„ particeps Regni. Nam ſeptem anno-
„ rum collectis, & reſeruatis frugibus, al-
„ terius ſeptenarij egeſtatem Diuinæ ma-
„ nus prouidentia mitigauit. Huic poſt
„ mortem Aegyptij patrio gentis ſuæ in-
„ ſtituto, templa fecerunt. Et vt iuſtam
„ diſpenſationis ſuæ gratiam poſteritas
„ diſceret, quo Modio eſurientibus &
„ ementibus frumenta diuiſerat, capiti is
„ ſuper impoſitus eſt. Nomen etiam, vt
„ ſanctius coleretur, ex primo auctore
„ generis accepit. Nam quia Saræ pro-
„ nepos fuerat, ex qua nonagenaria
„ Abraham, indulgentia Dei ſuſceperat
„ filium, Serapis dictus eſt. Sed hoc in-
„ uito Ioſeph accidit, immo mortuo. Ne-
„ que enim ad hoc facinus Religioſus ani-
„ mus, & Deo ſummo dicatus, adduci
„ potuiſſet, vt erroris illecebras, ex no-
„ mine ſuo ſuperſtitioſis hominibus ipſe
„ præberet; præſertim quum ſciret, hæc
„ eſſe in Dei ſacroſanctis legibus, ne quis
„ hominum tale aliquid aut veneraretur,
„ aut coleret: Hic in Aegypto colitur,
„ hic adoratur, huius ſimulachrum Neo-
„ cororum turba cuſtodit: & ad memo-
„ riam vetuſtatis errantem populum or-
„ dinem ſacrorum in honorem integerri-
„ mi ac prudentiſſimi hominis conſtitu-
„ tum, contentioſa hodie animoſitate
„ cuſtodit. Sed & in ipſo ſimulachro, ſi-
„ cut in ceteris, ex aſſiduis ſacrificijs im-
„ mundi Dæmonum ſpiritus colliguntur.

Huic alios aſſentiri monet Ruffinus in-
[b] l.2.hiſt.vet. apud Euſ.l.11 c.23. quiens: [b] *Quidam in honorem noſtri Ioſeph formatum perhibent ſimulachrum* Serapidis, *ob dimenſionem frumenti, qua famis tempore ſubuenit Aegyptijs*. His quorundam nomine Ruffinus Iulium Firmicum intellexerit. Hanc ſententiam
[c] ad an.389. collaudat [c] Baronius in Annalibus, dum ait, eam non eſſe ſpernendam, quod ex ſacris literis conſtet, Pharaonem mutaſſe nomen Ioſeph. Aſſentit
[d] n.xvi. opinioni Spõdanus [d] apud Baronium.
[e] Gen.41.f. Cornelius a Lapide ſimiliter [e] hoc placitum accipit. Sed inter alios multos Pierius Valerianus hoc idem luculenter explicans infit [f] Ex diuinis noſtro-
[f] l.3.hier. rum literis hiſtoriam reperere, minime fuerit importunum. Satis enim conſtat [g] quemadmodum Ioſippus ille ſomniator, Iacobi filius, ob inuidiam fuerit a fratribus venundatus, atque in Ægyptum adductus, vbi longam ſeruierit ſeruitutem: vtque poſtmodum primas apud Regem obtinuerit, poſteaquam nocturnam eam imaginem, quæ ſe ſe Pharaoni altius dormienti obtulerat, interpretatus eſt. Imaginatus enim erat ille ſeptem boues, pulchræ hilari, ac pingui aſpectu, ab ripa Nili ad paludem aberrantes, quas ſeptem aliæ deformi macie, paluſtri eo loco emergentes, exceptas conficerent. Mox vero exiſtimabat ſeptenas ſe ſpicas cernere multa fruge conſpicuas, & quæ iam ſecari poterant: eas totidem numero ſpicas, ſterilitate inſigni, ex proximo occupare videbantur (hoc vero viſum ſecundo loco, quod ex Hetruſca diſciplina in oſtentis expetitur, primo additum, atteſtatum facit, vt etiam in Gedeonis vellere diximus). Hic iuuenis rerum prudentiſſimus, eximiam quandam ſeptem annorum feracitatem ex eo portendi pollicitus eſt, quam optimæ illæ boues cum frugiferis ſpicis inſpectæ denunciarent: quippe quod ſit animal agrorum cultui præcipue idoneum, telluris felicitatem per eas interpretari oportere: Cuius lætitiæ cauſa futura eſſet Nili inundatio, vnde viſæ eſſent illę boues emergere: idque per ſpicas, quæ hilari eſſent aſpectu, manifeſtius ſignificari, annorum quippe ſeptem lætiſſimum prouentum. Cetera quæ his auerſa apparuiſſent, totidem annorum famem demonſtrare, quæ vbertatem illam eveſtigio ſubſecutura eſſet. Eſt nimirum palus ſterilitatis indicium, ſterilisque paſſim tum a poetis, tum ab oratoribus appellatur. Quum autem interpretationem huiuſmodi euentus approbaſſet, Rex Ioſippi conſilio fretus non modo famem ab Aegypto depulit, ſed finitimos etiam populos abunde ſaturauit. Aiunt itaque Ægyptij, eius beneficij memores, homini gratiam relatam voluiſſe, vt ſimulachrum Serapidis cum modio in capite huius rei monumentum eſſe decreuerint. Ita Pierius: cui vt conſentio, Serapidis idolum ab Ægyptijs erectum in honorem Ioſephi, ſui beneficen-

Ioſeph idē cum Serapide.

ficentissimi Proregis, ob insigne beneficium ab eo susceptum, ita non possum approbare somniorum Regis interpretationem referri debere ad Iosephi prudentiam, quod fecisse Firmicus etiam videtur: quum sacra pagina referat eam interpretationem ad reuelationem diuinam, prorsusque segreget ab humana Iosephi prudentia, ipsissima verba proferente Mose: [h] *Protinus ad Regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt, ac veste mutata obtulerunt ei. cui ille ait: vidi somnia, nec est qui edisserat, quæ audiui te sapientissime conijcere. Respondit Ioseph: Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni.* sic vulgata: Septuaginta vero, *Sine Deo non respondebimus salutare Pharaoni:* Chaldaica autem, *Non ex sapientia mea: Sed a facie Domini respondebitur pax Pharoni. Narrauit ergo Pharao quod viderat. Putabam me stare super ripam fluminis, Et septem boues de amne conscendere, pulchras nimis, & obesis corporibus: quæ in pastu paludis virecta carpebant. Et ecce has sequebantur aliæ septem boues in tantum deformes, & macilentæ, vt nunquam tales in terra Aegypti viderim: quæ deuoratis, & consumptis prioribus, nullum saturitatis dedere vestigium, sed simili macie & squalore torpebant. Euigilaui: rursus sopore depressus vidi somnium: Septem spicæ pullalabant in culmo vno plenæ, atque pulcherrimæ: aliæ quoque septem tenues, & percussæ vredine oriebantur e stipula: quæ priorum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui coniectoribus somnium: & nemo est qui edisserat. Respondit Ioseph: Somnium Regis vnum est: quæ facturus est Deus, ostendit Pharaoni. Septem boues pulchræ, & septem spicæ plenæ, septem vbertatis anni sunt: eandemque vim somnij comprehendunt. Septem quoque boues tenues atque macilentæ; quæ ascenderunt post eas: & septem spicæ tenues, & vento vrente percussæ, septem anni venturæ sunt famis: qui hoc ordine complebuntur: Ecce septem anni venient fertilitatis magnæ in vniuersa terra Aegypti: quos sequentur septem anni alij tantæ sterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia: consumptura est enim fames omnem terram: & vbertatis magnitudinem perditura est inopiæ magnitudo. Quod autem vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est, eo quod fiat sermo Dei, & velocius impleatur. Nunc ergo prouideat Rex virum sapientem & industrium, & præficiat eum Terræ Aegypti; qui constituat Præpositos per cunctas regiones: & quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis, qui iam futuri sunt, congreget in horrea: & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, seruetur que in vrbibus: & præparetur futuræ septem annorum fami, quæ oppressura est Aegyptum: & non consumetur terra inopia. Placuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris eius: Locutusque est ad eos: Num inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Ioseph: quia ostendit tibi Deus omnia, quæ locutus es (ita vulgata: Pagninus autem: *Postquam cognoscere fecit Deus te totum hoc.* Septuaginta: *Quandoquidem ostendit Deus tibi omnia hæc:* & Chaldaica: *Postquam fecit te scire Deus omnia hæc*) numquid sapientiorem, & consimilem tui inuenire potero? Tu eris super domum meam: & ad tui oris imperium cunctus populus obediet, vno tantum regni solio te præcedam. Dixitque rursus Pharao ad Ioseph: Ecce constitui te super omnem terram Aegypti: tulitque anulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: vestiuitque eum stola byssina, & collo torquem aureum circumposuit. Iussitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genuflecterent, & Præpositum esse scirent vniuersæ Terræ Aegypti. Dixit quoque Rex ad Ioseph: ego sum Pharao, absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Aegypti. Vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca: Saluator-Mundi.* Quibus apertissime constat, negandum esse Firmico pariter atque Pierio, Iosephum ex humanarum rerum propria prudentia somnium Pharaonis interpretatum fuisse, quum eius interpretationem habuerit ex mera Dei reuelatione. Quorum sententiam reprobat etiam ratio, ex rei natura deprompta per Aristotelem asserentem [i] *Verum vnusquisque ea recte iudicat, quæ cognoscit: atque eorum bonus iudex est. Vnamquamque igitur rem bene iudicat, qui in ea; absolute vero omnia, qui in omnibus eruditus est. Atque hinc fit, vt Iuuenis auditor ciuilis idoneus esse non possit; quippe qui imperitus actionum vitæ sit, ex quibus, & de quibus rationes con-*

Pierius notatus.

[h] Gen. 41. 14 & seqq.

Ioseph non a se, sed a Deo reuelante somnij pollicetur interpretationem.

Somnium Pharaonis.

Interpretatio somnij.

Iosephi consilium salutare.

Approbatio consilij.

Interpretatio somnij a Deo reuelata Iosepho.

Ioseph fit Prorex Ægypti.

Mutatio nominis Ioseph.

[i] ethic. cap. 3 Iuuenis cur prudens non sit.

[k] 6 ethic. cap. 8.

constituuntur. Inferius etiam [k] *Huiusce autem rei indicium quoque illud est, quod Iuuenes licet Geometrici, & Mathematici, atque in eiusmodi rebus sapientes euadant, prudentes tamen euadere non videntur. Causa autem ea est, quod particularium est prudentia, quæ ex experientia nobis innotescunt. Iuuenis autem expertus non est; experientiam enim temporis affert longitudo. Nam illud etiam consideratione dignum videtur, quid sit quod puer fieri mathematicus potest, sapiens, aut naturalis non potest: An quia illa per abstractionem sunt; horum autem principia ab experientia sumuntur: & hæc non credunt quidem Iuuenes, sed dicunt: illorum vnumquodque quid sit, obscurum non est.* Ioseph ergo Iuuenis prudentissimus non fuit propria virtute, humanaque prudentia; sed speciali munere Dei, sibi futura reuelantis. Accipimus tamen a Materno, Valerianoque lubentissime, multisque classicis alijs antea relatis, ab Aegyptijs erectam fuisse statuam Serapidis Iosepho defuncto, in acceptorum beneficiorum memoriam æternum propagandam. Quam opinionem posuit etiam Suidas, post Firmicum & ante Valerianum ita de Serapide scribens: *Serapis: Huius statuam Theophilus Archiepiscopus Alexandriæ euertit, sub Theodosio Magno. Hunc autem alij quidem Iouem esse dixerunt: alij vero Nilum; quod modium, & cubitum in capite gestaret, aquæ mensuram scilicet: alij vero IOSEPHVM: alij Apidem, quendam hominem opulentum, & Regem Memphitidis vrbis Aegypti fuisse dicunt. Quum autem fames apud Alexandriam fuisset, illis de suis facultatibus victum iste præbuit. Illi vero mortuo templum erexerunt, atque consecrarunt, in quo Bos alebatur, symbolum agricolæ, vel potius agriculturæ, ferens, & quasdam in colore notas habens, idest ἐπισόμα. Quisnam autem fuerit iste Bos, apparet ex ipsius appellatione; nam & ipse vocabatur Apis. Huius autem Apidis loculum, in quo iacebat ipsius corpus, Alexandriam trãstulerunt: & ex nominibus σορὸς & ἆπις compositum nomen fecerunt, & SORAPIN ipsum vocarunt. Qui vero postea sunt secuti, eum vocarunt SARAPIN. Huius templum ab Alexandro conditum est maximum.* Hunc morem Micerinus Aegyptiorum Rex imitatus, defunctæ filiæ dilectissimæ corpus in loculo conclusit, cui forma Bouis erat, vt luculente refert Herodotus in Euterpe. [l] Quæ cuncta Suidæ dicta facile referri possunt ad Iosephum; quia primum iussu Pharaonis mutatum fuit Iosepho nomen, & Aegyptiaca lingua nuncupatus est, SALVATOR MVNDI; [m] nam obseruatu Baronij ad an. 389. Spondanique notatu [n] vox SERAPIS apud Ægyptios idem sonat, quod MVNDI-SALVATOR. Dictus est Ioseph etiam Apis, hoc est Adæquator ἀπὸ τῦ Ἀπισόω, quod est *Adæquo*; nam adæquauit frumentum septem annorum sterilium cum tritico septem antecedentium fertilium, quintam partem frugum annorum priorum condens in horrea, distribuendam singulis annis posterioribus famescentibus. Aliam Serapidis etymologiam affert Cornelius a Lapide scribens ex Hebraica voce *Sar*, quæ Principem sonat, & ex Aegyptiaca *Apis*, quæ Bouem signat, componi nomen *Sarapis*, hoc est Princeps Bouis; quod quidem nomen apte Iosephum indicat, qui factus fuit Aegypti Princeps ob rectam Boum interpretationem. Aliam addit etymologiam, ex σορὸς, quod arcam frumentariam indicat, & ἆπις, quod Bouem, factum nomen Serapis, quod ideo Iosepho competit, quia ex Boum somnio nouit frumenta in horreis, tanquam in arcis congreganda fertilibus annis ad occurrendum venturæ fami. Ponit & Firmici etymon *Sarapis*, hoc est, *Saræ-nepos*; qualis fuit Ioseph. Addit ab Aegyptijs *Ioseph* corrupte dici *Aseph*, & per metathesim *Apis*. Alij *Serapin* aiunt oriri ex inuersione nominis *Abres*, in *Cerap*, vnde *Cerapis*, vel *Serapis*; Fuit autem Ioseph ex Abrahamo pronepos. Denique notat, alios Serapidem appellatum fuisse ex *Schorappabim*, quod est, *facies-bouis*; nam Ioseph ex interpretatione sõnij Regis de Bobus adeptus est in Aegypto summos honores viuens, & vita functus etiam diuinos. Quam etymologiam approbat Moses comparans Ioseph boui, dum benedicens Filijs Israel ante mortem suam, post Beniamin, ipsi [o] *Ioseph quoque ait: De benedictione Domini terra eius, de pomis cæli, & rore, atque abyssõ subiacente. De pomis fructuum Solis ac Lunæ.*

Suidas de Serapide & Iosepho.

[l] cap. 129. & seqq.

11. Ratio ducta ex etymologia Serapidis.

[m] Gen. 41. 45.

[n] Nu. xvi.

[o] Deuter. 33. 13. & seqq.

De

De vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum. Et de frugibus terræ, & de plenitudine eius. Benedictio illius, qui apparuit in Rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazaræi inter fratres suos. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius. Itaque Serapidis omnes etymologiæ Iosepho mirifice congruẽtes, apte demonstrant Iosephum fuisse, quem vita defunctum, ob ingentia beneficia suscepta, dudum Aegyptij diuinis honoribus coluerunt, ædificato templo, & in eo erecta grandi statua sub nomine Serapidis. Præterea vero maius argumentum de proposito sumere possumus e signo salutari Crucis, quod in Serapide visum est, & in eius templo; namque Iosepho cornua Crucis attribuit mystice D. Augustinus [p] explicans allatum locum [q] Deuteronomij *Quum Ioseph benediceret, ait inter cetera: Primogenitus: tauri pulchritudo eius. Non ita legendum, vt dicatur primogenitus tauri; sed quum sit primogenitus; pulchritudo eius pulchritudo tauri est; propter cornua Crucis de Domino intelligitur figuratum.*

II. Cruces attributæ Serapidi Iosephũ indicant.

[p] to. 4. quæst. in Deut. in f. libri.

[q] Deut. 33. 17.

De cruce Serapidis.

De cruce vero Serapidis in templo, pectore, sic antea Suidas: Cruces: recta ligna humi defixa. Sub Theodosio maiore, Romanorum Imperatore, quum Græcanica, id est Gentilia templa destruerentur, in Serapidis templo inuentę sunt hieroglyphicæ literæ, Crucis figuram habentes. Quas quum illi de Græcis, qui Christiani facti fuerant, conspexissent, dixerunt Crucem apud literarum hieroglyphicarum peritos significare *Vitam futurã*. Quod in Ecclesiastica historia Tripartita Socrates etiã affirmat, inquiens [r] *Quumque templum Serapidis spoliaretur, inuentæ sunt literæ in lapidibus sculptæ, quæ apud Aegyptios vocantur sacræ; habebantque ipsi characteres figuram Crucis. Hoc Christiani videntes, atque Pagani, singuli eorum hoc signum propriæ religioni deputabant. Christiani dicebant signum esse salutiferæ passionis Christi: Pagani vero, aliquam communionem Christo & Serapidi per hoc signum asserebant.* Et sane recte; quia Iosephus ille typus Christi venturi fuit; etenim vterque venditus a fratribus: vterque adoratus a Patre Matreque sua: vterque mirabiliter satiauit innumeras gentes egenas; vterque communicauit in alijs multis, de quibus D. Ambrosius, [s] & passim alij SS. Patres. Quin & in antiquis lectionibus Cœlius [t] habet, Aegyptios antiquos insculpere consueuisse pectori Serapidis figuram Crucis: & apud eam gentem ante Christi Domini natales Crucem in Serapide fuisse præsagium virtutis, quam a corpore diuinissimo fuerat acceptura. Sed & Serapidis magnum simulachrum in Alexandriæ templo cultum fuisse sub imagine Crucem formantis hominis per aperta & extensa brachia, constat ex Ruffino, a quo Pierius hausit; inquiens [u] *Simulachrum Serapidis in templo Alexandriæ ita vastum erectum est, vt dextera vnum parietem, alterum læua perstringeret.* Eusebius enim siue Ruffinus apud Eusebium, antea multo sua in Ecclesiastica historia scripsit [x] Serapis apud Alexandriam templum auditum quidem omnibus puto, plerisque vero etiam notam. Locus est non natura, sed manu, & constructione per centum, aut eo amplius gradus in sublime suspensus: quadratis, & ingentibus spacijs omni ex parte distentus. Cuncta vero, quæ ad summum pauimentorum euadunt, opere fornico constructa: quæ immẽsis desuper luminaribus, & occultis aditibus, inuicem in semet distinctis, vsum diuersis ministerijs & clandestinis officijs exhibebant. Iam vero in superioribus extrema totius ambitus spacia occupant exhedræ & pastophoria, domusque in excelsum porrectæ, in quibus vel æditui, vel hi quos appellabant ἀγνεύοντας, id est, qui se castificant, commanere soliti erant. Porticus quoque post hæc omnem ambitum quadratis ordinibus distinctæ intrinsecus circumstant. In medio totius spacij ædes erat, pretiosis edita columnis, & marmoris saxo extrinsecus ample magnificeque constructa. In hac simulachrum Serapis ita erat vastum, vt dextera vnum parietem, alterum læua perstringeret. Hæc ad verbum Ruffinus. Vt hinc iam habeamus in Iosepho, sub imagine Serapidis culto, Christum Dominum crucifixum representatum, & Crucis mysterium, ad alliciendos vel ab eo tempore mortales in veram religionem; quod postea fecit etiam Deus ænæo serpente supra crucem pariter [y] exaltato sicut

[s] lib. de Ioseph Patr.

[t] l. 10 c. 8.

[u] l. 32. hiero.

[x] l. 11. c. 23.

Templum Serapidis quale.

Serapis in crucifixi typum.

[r] l. 19. c. 29.

[y] Num. 21. 9.

ſicut obſeruat Euangeliſta, Dominum ita de ſemetipſo dicentem introducens

Io.3.14.15.16 [*Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis: vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Huc ea quoque facere videntur, quæ ſuis in Hieroglyphicis attulit Goropius; primum enim de Api ſcribit[a] Apis in prima lingua dicebatur *Asvuis*; quæ vox interpretatur, *is qui abluit, & detergit:* & Bos quidam a ſacerdotibus Aegyptiacis vocabatur Apis, vt ſignificarent Magnam victimam, ideſt Chriſtum Dominum, cuius ſanguine Mundi peccatum eſſet abluendum. (& mox) In Apiboue Lunæ ſignum exquiri, ſignificat ſacrificia quamuis magna, nullam adferre ex ſe ſalutem; ſed quicquid habeant ſancti, id ab vna victima in Cruce immolata accipere; Luna enim de ſuo lumen non habet, ſed a Sole mutuatur. Habebant enim Aegyptij antiſtites in ſuis arcanis, Tamdiu Cæremonias duraturas, dum vita illa veniſſet, quam Tau, ſiue Crux ſignificat; vel exiſtimabant ritus vmbratiles manſuros, dum tranſiſſet Luna. (de qua prius idem[b] Goropius) Luna ſe coniunxiſſe cum magno Deo Pane, ob præmium Lanæ candidæ, ſignificat Legem veterem, quam ſignificat Luna, a Chriſto Domino noſtro vitam ſuſcepiſſe, qui omnes cæremonias veteris Legis ad ſe pertraxit, & omnes ſic ſibi accommodauit, vt amico fœdere, & ſumma concordia ipſa Lex vetus, quæ Luna eſt, a Pane, ideſt Chriſto Domino Noſtro ſuſciperet, ac lubenter vocata obtemperaret. Lunam ſub nomine Maniæ, quam vocem non intellexit Varro, deducens eam a Mane: quum in prima lingua Man denotet Lunam, ſignificat Legem veterem detinuiſſe animos Cæremonijs, & figuris, & idcirco omni vera vita vacuos. Lar enim in prima lingua vacuum notat; vnde Lares ſignificant animos vacuos vera vita, qui eſt Chriſtus Dominus Noſter; ideo ab antiquis putabantur eſſe hominum animæ, quæ aliquandò in Deorum numerum eſſent redactæ; ſed non prius quam per lanam veri Agni eſſent expiatæ; quam rem ſignificant laneæ effigies, quæ in compitibus ſuſpendebantur ipſis Laribus. Quo nomine D. Cyprianus admonet, oracula ſacra paſſim a malis Dæmonibus per fabulas eos colentium deprauari, ſicut obſeruat etiam Valerianus[c] & poſt eum Cornelius a Lapide [d] cui *Gentiles mire hiſtoriam Ioſephi, Moſis, aliorumque Hebræorum corruperunt, ſuisque fabulis & figmentis miſcuerunt, & deprauarunt.* Ex Crucis itaque ſigno, Serapidis pectori appenſo, necnon in lapidibus eius templi paſſim inſculpto, ſatis apparet apud Ægyptios Ioſephum cultum fuiſſe ſub nomine Serapidis. Quod eo quoque nomine valde comprobatur, quod Serapidi vim ineſſe dicebant profligandi malos Dæmones; qua de re primum Euſebius ex Porphyrio, ſic[e] Idem (*Porphyrius*) declarat malignorum Dæmonum principes Serapin & Proſerpinam eſſe: diuina vero ſcriptura Beelzebub prauitatis principem appellat. Sunt autem verba eius hæc in libro Reſponſorum conſcripta: *Malignos omnes non temere Serapidi ſubijcimus. Non enim ſacrorum eius ſymbolis ſolummodo perſuaſi ſumus, verum etiam quia quæcumque alliciunt, & quæcumque repellunt, Plutoni attribuuntur, vt in primo libro monſtrauimus. Serapis autem apud Aegyptios is Deus eſt, qui apud Græcos Pluto nuncupatur; idcirco prauis dæmonibus iſte princeps eſt. Nam iſte ſymbola quæque dedit hominibus, quibus Dæmones expelluntur: iſte ſupplices docuit, quomodo brutorum aſſumpta figura, dæmones hominibus inſiliunt.* & paulo poſt: *Numquid*, ait Porphyrius, *iſti ſunt illi Dæmones, quorum princeps Serapis eſt?* Profecto quum Serapis malorum Dæmonum princeps, & eorum abactor dici valeat; vel quia diuina virtute pollens in cacodæmones ius habeat, & eos expellere valeat, vt olim Chriſtus Dominus, & eius Apoſtoli, & Apoſtolorum vmbra, dæmonibus imperabant iuſſa capeſſentibus, & mirabilia faciebant; quæ leguntur in ſacra pagina [f] vel quia Serapis malus Dæmon eſſet, malive Dæmonis habitaculum, malusque malorum ſpirituum princeps, vti Beelzebub: de quo legimus [g] *In Beelzebub principe Dæmoniorum ejicis Dæmonia.* Sane Porphyrius Chriſtiani

[a] l.16.fol.263

Oraculum Ægyptiũ de cruce.

[b] l.12.fol. 190.

Varro notatus.

Lares quid

Laneæ effigies cur Laribus in cõpitibus ſuſpenſæ.

[c] l.32.p. [d] Gen c.41. pag 257.

III. Serapis Dæmones vt abigeret.

[e] 4. de præp. eu. c.12.

[f] Matth.9. & paſſim. Marc.3.15. Act.5.15.

[g] Matth.12. 24.

ni

ni nominis hostis acerrimus [b] Euangelij veritatem non audiens, qua Christus Dominus euidenter demonstrauit Dæmonia non eijci a Dæmoniorum principe malo, qui potius ea in homines immittit cruciandos, quos odio maximo prosequitur; putauit Serapidem malum cacodæmonum principem, hominibus dedisse symbola, quibus expellerent Dæmones: at contra sic in sacra pagina legimus [i] *Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus, & mutus: & curauit eum, ita vt loqueretur, & videret,* expulso Dæmonio. *Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Numquid hic est filius Dauid? Pharisæi autem audientes, dixerunt: Hic non eijcit Dæmonia nisi in Beelzebub principe Dæmoniorum. Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis: omne regnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas, vel domus diuisa contra se, non stabit. Et si Satanas Satanam eijcit aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius?* Porphyrius ergo, qui Pharisæorum mentem habens, opinatur Serapin esse malum Dæmonem, principemque cacodæmonum hominibus dare consueuisse symbola, quibus malos Dæmones expellerent, & homines docuisse rationem qua malos eiusmodi spiritus expellerent: quomodo poterit argumento Domini respondere? nonne fatuum est asserere malum Dæmonem, iniquorum spirituum principem, ostendere hominibus quomodo possint malos Dæmones eijcere; quum ille vetus osor hominum, nihil magis in optatis habeat quam in homines immittere torquentia Dæmonia? Quare censendum est, Serapidem fuisse Iosephi simulachrum, in cuius honorem permiserit Deus Optimus, vt quæ Ioseph viuens Dæmonia per symbolum Crucis eijciebat, ostendebatque mortales eijcere in fide Crucifixi venturi; sic eo mortuo Crucis etiam symbola illius simulachro appensa Dæmones malos ab hominibus abigere. Quin & Serapidis Dæmonia repellentis nomine signasse priscos viuentem Iosephum etiam nomine Serapidis appellatum, a quo tale quoque beneficium obtinuissent, vt per symbola Crucis venturi Saluatoris Dæmones mali pellerentur. Nec obstat, quod a Græcis putaretur idem esse Serapis cum Plutone, quia Iosepho quoque Plutonis nomen assignabant, ob raptum Proserpinæ, ac eius restitutionem ad auras per æqualia tempora; nam eo fabulamento signabant frugem, quæ Proserpina dicitur, ab Iosepho raptam septem annis fertilitatis in horrea Regia reconditam, restitutam postea fuisse totidem annis penuriæ in lucem ac in vsus hominum. Qua de re non inepte Goropius [k] licet ad Christum referat quæ debuerat immediate ad Iosephum referre, & per eum ad Christum; ait enim: Serapis apud Aegyptios significat Christum Dominum; nam teste Porphyrio in libro Responsorum, Serapis habebatur Deus, qui malignis Dæmonibus imperaret; atque eorum insanam vim, qua miseros mortales impeterent, coerceret. Hac de causa symbolum hominibus ab ipso commonstratum, Crux scilicet, quo malignæ furiæ expellerentur. Nemo est, qui nesciat, Diabolum cum toto exercitu suo pedibus Agni subiectum esse. Et hinc est, quod Serapidi Tau, siue Crucem prisci illi Theologi addiderunt, vt qui a Noe, & reliquis Patribus Ianigenis cognouissent, per Crucem fuisse Dæmonem, humani generis hostem, debellandum. Itaque Serapis, qui symbola salutaria dabat hominibus, per quæ mortales in Aegypto malos Dæmones ab obsessis expellerent, nullus alius esse potuit, quam Ioseph, Christi venturi, Dæmoniaque pulsuri, verus typus. Id etiam facile colligas ex Oraculo vetustissimo de Trinitate, quod Antiqui passim Serapidi, & Plutoni adscribebant; de quo Baronius ita, [l] pariter & cum illo Spondanus. [m] *Sane ab antiquis Serapis oraculum, Ioseph Patriarcha dignissimum, a nostris etiam decantatum:* & a Gyraldo productum [n] sic ex Heraclide Pontico:

Πρῶτα θεὸς, μετέπειτα λόγος, ἠὲ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς,
Σύμφυτα δὴ τρία πάντα ἠὲ εἰς ἓν ἴοντα.

„ Principio Deus est, tum Verbum, his Spiritus vnus est.
„ Congenita hæc tria sunt: cuncta hæc tendentia in vnum.

Quod quidem Oraculum, ex eo quod eundem cum Plutone esse Serapin Heraclitus Ponticus tradidit: (quæ fuit etiam aliorum sententia) idcirco Plutoni illud ipse tribuit.

Iosepho, & Serapi, vt conueniat Plutonis fabula.

IV. Serapidis oraculum fuit Iosephi.

[b] Suid. & Volater. l. 18.
[i] Matth. 12. 22. & seq. Mar. 3. & Luc. 16.
[k] nu. 4.
[l] ad an. 389.
[m] nu. 16.
[n] synt. 6.

Cer-

Certe non frumentum tantum, sed veram Dei cognitionem Ioseph tradidisse Aegyptijs, asserit scriptura, dum ait de Pharaone, & Iosepho [o] Constituit eum Dominum domus suæ: vt erudiret Principes eius, sicut semetipsum: & senes eius prudentiam doceret. *Vt iure dici posset, eam de sacrosancta Trinitate sententiam fuisse Ioseph:* qui doctus eam plane fuerat per traditionem Patris Iacob, & Aui Isaac, a Proauo Abraham; qui multo prius in conualle Mambre tres videns, & vnum adorans Dominum, altissimi Sacramenti Sanctæ Triadis plenam habuit reuelationem, vt ibi satis aperte notant Theologi, Mose dicente; [p] Apparuit autem ei Dominus in conualle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in feruore diei. Quumque eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri, stantes prope eum. Quos quum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terra, & dixit: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum. Sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri: & requiescite sub arbore, ponamque bucellam panis, & confortetur cor vestrum; postea transibitis. Idcirco enim declinastis ad seruum vestrum. Qui dixerunt: Fac vt locutus es. &c. Quem locum D. Augustinus explicans, inquit [q] *Item Deus apparuit Abrahæ ad quercum Mambræ in tribus viris; quos dubitandum non est Angelos fuisse; quamvis quidam existiment vnum ex his fuisse Dominum Christum, asserentes eum etiam ante indumentum carnis fuisse visibilem. Esse quidem Diuinæ potestatis & inuisibilis, incorporalis, incommunicabilisque naturæ, sine vlla sui mutatione etiam mortalibus aspectibus apparere; non per id quod est, sed per aliquid, quod sibi subditum est. Quid autem illi subditum non est? Verum si propterea confirment horum vnum aliquem fuisse Christum, quia quum tres vidisset, ad Dominum singulariter est locutus.* (& mox) *Vnde multo est credibilius, quod & Abraham in tribus, & Loth in duobus viris Dominum agnoscebant; cui per singularem numerum loquebantur.* Pererius ista confirmans, infit [r] Si tres vidit Abraham, & tribus obtulit hospitalitatis officium, cur vnum tantum, quasi esset ille incomitatus, & solitarius, asserüit? B. Augustinus putat, intellexisse Abram, in illis tribus apparuisse sibi, & locutum esse Deum; ideoque numero singulari cum vno tantum, quasi cum Deo locutum esse (& mox) Ex hac visione, & facto Abrahæ, atque ex omnium Patrum, qui super hac visione disputarunt, expositione nata est percelebris illa & peruulgata sententia; *Tres vidit, & vnum adorauit*; quasi eo ipso, quod tunc egit Abraham, mirifice adumbratum fuerit mysterium Trinitatis. Neque enim id mysterij propalam exponi, & aperte declarari eo tempore, vulgarique conueniebat. Itaque Ioseph per traditionem patris Iacob & aui Isaac a proauo Abraham notionem Trinitatis habere potuit, & oraculo proposito eam docere mortales, permittente, reuelante, suadenteque Deo ad humani generis, Aegyptiorumque præsertim eruditionem salutarem. Quod autem Heraclides Ponticus id oraculum ad Plutonem retulerit, quem eundem esse censuerit cum Serapide, præclarissimo Deo Aegyptiorum, nostram de Iosepho sententiam confirmat: etenim antiqui Græci Plutonem Deum Telluris esse dixerunt, qui Proserpinam Cereris filiam pulcherrimam in Siciliæ campis fertilissimis deliciantem rapuit: deinde siuit superius redire, tantundemque temporis cum matre Cerere apud homines extra terræ caueam commorari: velantes hoc fabulamento, more suo, veram historiam Iosephi; qui fruges vberrimas tempore fertilitatis integri septennij, quoad quintam partem veluti rapuit ex hominum conspectu, & in horrea, velut intra terræ penetralia trãstulit; inde per totidem annos eam frugem in dias luminis oras ad esum, & vsum mortalium fame tabescentium exire permissurus. Græci vero facile suam regionem honorare satagentes, decora Aegypti, quam Insulam Nili dicebant vbertate frugum fertilissimam, transtulerunt ad Magnam Græciam, quæ Siciliæ regio tritici feracissima pariter est; pro Iosepho Plutonem, pro frugum abundantia Proserpina introducentes; vt pro Aegypto Siciliam; quæ vtraque priscis horreum mundi, & horreum populi Romani rerum Domini celebrabatur. Quare no-

[o] Ps. 104. 21. 22.

Ioseph docuit Ægyptios mysteria Trinitatis.

[p] Gen. 18 11. & seqq.

[q] 16. de ciu. cap. 29.

[r] Gen. 18 v. 3 n. 8.

Trinitatis oraculum cur Plutoni tributum

Iosephi veram historiam vt suis fabulis Ethnici contexerint.

bile

bile de Sacroſancta Triade vetus Oraculum Ioſephi, Serapidi ſimul atque Plutoni veteres adſcripſerunt, eundem Ioſephum Aegyptijs appellantibus nomine Serapidis, ob etymologias antea propoſitas: & Græcis nomine Plutonis, ob nuper allatam mythologiam. Denique vero Ioſephum eundem eſſe cum Serapide, picto in ſchemate noſtro, ſatis oſtendit Lilij caudex, ſeu virga ſine flore, quam dextera manu continet iſte Serapis; etenim, ſicuti notabamus apud Valerianum [ſ] Lilium *merito flos regius etiam appellatur, non a Iunone Regina tantum denominatione ſumpta, ſed a Regia, qua præſtat celſitudine; quod tanta proceritate ſuper flores alios attollitur, vt ad tria interdum cubita ſurrigatur*. Quoniam vero in Rege duo potiſſimum habentur, atque ſpectantur, Dignitas nimirum, & Imperium: quorum Dignitas per Coronam Regiam indicatur, Imperium vero per Sceptrum; quo tum plectendi fontes, tum etiam gratijs & beneficijs cumulari conſueuerunt apud Regem gratioſi; qua de re præclarum habemus in ſacra pagina teſtimonium de Rege Aſſuero Sceptrum ad Reginam Eſther benignitatis ergo inclinante [t] *Omnes ſeruì Regis, & cunctæ quæ ſub ditione eius ſunt, norunt prouinciæ, quod ſiue vir, ſiue mulier, non vocatus interius atrium Regis intrauerit, abſque vlla cunctatione ſtatim interficiatur: niſi forte Rex auream virgam ad eum tetenderit pro ſigno clementiæ: atque ita poſſit viuere. Ego igitur quomodo ad Regem intrare potero, quæ triginta iam diebus non ſum vocata ad eum?* (& mox) *Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: & ego cum ancillulis meis ſimiliter ieiunabo: & tunc ingrediar ad Regem, contra legem faciens, non vocata, tradensque me morti, & periculo. Die autem tertio, induta eſt Eſther regalibus veſtimentis, & ſtetit in atrio domus regiæ, quod erat interius contra baſilicam Regis. At ille ſedebat ſuper ſolium ſuum in conſiſtorio palatij contra oſtium domus. Quumque vidiſſet Eſther Reginam ſtantem, placuit oculis eius, & extendit contra eam virgam auream, quam tenebat manu: Quæ accedens oſculata eſt ſummitatem virgæ eius. Dixitque ad eam Rex: Quid vis Eſther Regina? Quæ eſt petitio tua? Etiamſi dimidiam regni petie-*

V. Lilij caudex Ioſephum indicat in Serapide ſchematis.

[ſ] lib. 55.

Regis attributa duo potiſſima, vt indicentur.

[t] Eſth. 4. 11. & cap. 5. 1. 2. 3

ris, dabo tibi. Sceptrum igitur eſt imperij teſſera pœnas, & gratias elargiens. Profecto Lilij flos, coronamentis aptus, regiam dignitatem repreſentat: caudex vero, ſiue ſcapus, in haſtulam, virgamque rectam aſſurgens, Imperium indicat, quoniam eſt Sceptro ſimile. Quum itaque Pharao Rex Aegypti Ioſepho tradiderit, non quidem regiam dignitatem, neque coronam, ſed ſolum Imperij, ſceptrique poteſtatem, illi dicens [u] *Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantum Regni ſolio te præcedam. Dixitque rurſus Pharao ad Ioſeph: Ecce conſtitui te ſuper vniuerſam terram Aegypti.* (& mox) *Ego ſum Pharao: abſque tuo imperio non mouebit quiſquam manum aut pedem in omni terra Aegypti*. Sic ergo recte Schematiſta noſter effigiauit Ioſephum cum caudice Lilij ſine flore in manu dextera, hieroglyphicum Proregis Aegypti. Ceterum hic omittendum non eſt, herbæ caulem, quem dextra manu tenere Serapis aſpicitur, eſſe poſſe caulem Haſtulæ regiæ nuncupatæ, quam etiam Aſphodelum appellant: de quo quidem Cæſalpinus ait [x] *Aſphodelus luteus appellatur planta quod nos peregrina: Cuius radix in totum Aſphodelo ſimilis eſt; globus enim ingens eſt, veluti aceruatorum bulborum. Caule autem Lilium præſefert: rectus enim eſt, ſimplex, cubitalis, ac foliatus*. Eiusque deinde [y] ponit aliam Aſphodeli ſpeciem, appellans Liliaginem duplicem: quarum maiorem vocat etiam Hemerocallem cum Dioſcoride [z] dicitque caulem habere Lilio ſimilem; etſi multo foliaciorem ſcapum obtineat quam Lilium, & haſtula in ſchemate depicta. Vocant autem Aſphodelum nomine Haſtulæ regiæ, quia regio ſceptro ſimilis eſſe videatur, in cacumine florentem, Plinius [a] Dodonæus [b] Cæſalpinus [c] Caſpar Bahuinus [d] & alij. Nos iſtam Aſphodeli ſimilitudinem cum ſceptro, ac nomen Haſtulæ regiæ, deduci putamus non a ſola figura exteriore, ſed etiam a magna virtute, qua pollet eiuſmodi planta pellendi veneficia [e] ſicuti Sceptrum regis noxia pellit a ſubditis: de qua virtute ſic Heſiodus in Operibus [f] & diebus:

[u] Gen. 41. 40 & ſeqq.

[x] 10. de plan. cap. 29.

[y] cap. 30.

[z] l. 3 c. 120.

[a] l. 21. c. 17.
[b] Pemp. 2. l. 20. c. 10.
[c] l. 10. c. 26.
[d] l. 1. ſect. 5. Haſtula regia cur dicatur Aſphodelus.
[e] Plin. loc. cit.

[f] ver. 40.

„ Stulti, neque ſciunt quanto plus

dimidium sit toto:

Dimidium plus toto.

„ Neque quam magnum in Malua, & Asphodelo bonum.

Dubit.

Verum enimvero difficultatem facere videtur antedictis, de caule folioso Asphodeli, Dioscorides, qui caulem Hastulæ-regiæ læuem [g] attribuit. Nisi dicamus, pro læui sumendum esse caulem carentem nodis, non autem carentem folijs; cum Plinio, Cæsalpino, & alijs dicendum erit, Asphodeli, Hastulæve regiæ plures esse species congeneres; quarum aliæ sint caule læuissimo, vt ait Matthæolus apud [h] Dioscoridem: aliæ sint foliato caule, sicuti Lilium; cuiusmodi spectatur in schemate depictum. Ceterum siue Lilij, siue Hastulæ-regiæ caulis ille sit, qui visitur in schemate, mystice semper eo designatur regale sceptrum. Mihi tamen potius esse videtur Lilium; cuius flores in capitibus humanis efformatis in gemma conspiciuntur; vt omnia referantur ad vnam plantam regalem; nempe Lilij flores Mercurius, & Isis in capite, Serapis caulem manu teneat. Immo neque semper, neque per totum caulem, neque minutis æqualiter folijs Hastula-regia folioſa est, vt Lilij scapus, & ille qui conspicitur in schemate. At vero quid, si dixero (vt antea quoque notaui) culmum esse tritici sine spica, manu gestatum a Iosepho, qui septennio tum vbertatis frumentum condiderat in horreis: tum inopiæ triticum reconditum, & e spicis erutum, vendebat egentibus, & distribuebat egenis? Qui namque frumenti caulem absque spica gerit, ille se tritici dominum demonstrat, quod per trituram excussit e spicis. Constat igitur, Iosephum ab Aegyptijs cultum fuisse sub nomine Serapidis, tum autoritate veterum, iuniorumque plurium classicorum: tum ex multiplici Serapidis etymologia Iosephum indicante: tum ex Crucis signo Serapidi dudum a priscis applicito: tum ex virtute pellendi cacodæmones ab obsessis, quam habuit, & docuit olim Serapis homines, symbolo Crucis præsertim: tum ex Oraculo vetustissimo de Sacrosanctæ Trinitatis mysterijs, quod Serapis edidit: tum demum ex Imperio regio, siue regia dignitate, tributo Serapidi per hastulam Lilij sine flore; seu A potius caule tritici sine spica. Quas ob res omnes Ioseph ab Aegyptijs cultus est diuinis honoribus sub nomine Serapidis. Vt enim Moses a summo Deo constitutus est [i] Deus Pharaonis tyrannice populum electum opprimentis, Diuinæ Iustitiæ Minister Aegyptiorum scelera puniens; ita vicissim Deus permisit, vt antiquiorem alium Pharaonem probum Aegypti Principem Iosephus, Diuinæ bonitatis ministeR, & eius populum tum a fame septennij [k] sterilis liberaret, tum etiam in vera fide, veroque cultu Dei erudiret [l] adeoque tanquam Deus in Aegypto beneficus coleretur sub nomine Serapidis; vt Moses ibidem tanquam Deus terribilis vltor scelerum postea metuendus fuit, & coactus [m] ex Ægypti finibus exire. Qua forte ratione postea [n] miraculum a Domino factum *quum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi a me, quia homo peccator sum, Domine. Stupor enim circundederat eum*, ac timor, vt ait Euthymius, ne periculum aliquod subiret luendi pœnam suis peccatis debitam a præsente Deo, & illa cognoscente: sed illum solatus est illico, dum *ait ad Simonem Iesus: Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens*, miraculis & doctrina tua multo plures, quam nunc pisces præsentia mea, quæ tibi remittit omnia peccata tua, quæ confiteris, dum apud me, cuncta videntem atque scientem, te peccatorem esse profiteris. Hactenus de præcipua figura, medium Schematis obtinente: quæ sub imagine Serapidis Aegyptijs beneficum Proregem Iosephum representabat, summa veneratione cultum.

[i] Exod. 7. 1. & seqq.

[k] Gen. 41. per totum.

[l] Psal. 104. 21. 22.

[m] Exod. 11. 1. & seqq.

[n] Luc. 5. 8. 9. D. Petrus cur Dominum ab se rogat exire.

Liliu m Asphodelo præfertur.

Iosephum in Serapide cultum fuisse, quæ demonstrant.

De Pharaone Tricipite, Tripodeque, Iosephum Aegypti Proregem constituente. Cap. CXX.

VErum alia, quæ dextrum locum in Schemate figura continet, cum qua Serapis colloqui videtur, duplicem habere potest explicationem: quarum prima refertur ad Pharaonem Ægyptiorum Regem, cum Iosepho colloquentem, tum illi somnia sua narrantem: tum somniorum Interpreti sapientissimo Dominium totius Aegypti veluti suo Vicario communicantem. Secunda declaratio

ratio referri valet ad verum Deum, Ioſepho ſomniorum veras interpretationes, veræque Fidei myſteria reuelantem. De prima certum eſt e ſacra pagina, Pharaonem fuiſſe dominum, non vnius tantum partis Ægypti, ſed vniuerſæ terræ Ægypti: legimus enim, [a] *Dixitque rurſus Pharao ad Ioſeph: Ecce conſtitui te ſuper vniuerſam terram Aegypti*. & mox [b] *Dixit quoque Rex ad Ioſeph: Ego ſum Pharao: abſque tuo imperio non mouebit quiſquam manum aut pedem in omni terra Aegypti*. Verum Ægyptus eſt omnis diuiſa in partes tres (vt antea vidimus [c] apud Ptolemæum, & Maginum) quarum vna Superiorem appellant, & Aſiaticam, Æthiopiæ conterminam, quæ tendit ad meridiem: Aliam vero Mediam vocant, quæ vergit ad Africam, & ad Occaſum, Oceanumque: Tertiam Inferiorem nuncupant, quæ porrigitur ad Boream, Mediterraneo mari terminata. Quæ quidem Ægyptus Inferior in tria Delta ſubdiuiditur vlterius, nimirum in Delta Magnum, Delta Paruum, atque Delta tertium cognominata. Porro trium iſtarum Ægypti partium dominium hieroglyphice deſignatur ternis Regis & Capitibus pariter & Pedibus, varia tamen ratione: Capitibus quidem, quia ex ore Regis prodeunt Leges, & Edicta iubentia quicquid a ſubditis omnibus atque ſingulis obſeruandum ſit: Pedibus autem, quia ſunt ſymbola præcipua Poſſeſſionis atque Dominij, quum Poſſeſſio, quæ Dominium quoddam eſt, dicta ſit Iureconſultis a Pedum poſitione; Bartholus enim [d] *Appellata eſt*, inquit, *Poſſeſſio a Pedum poſitione; & ab ea olim incæpit Dominium*. Habet autem Rex Aegypti, myſtice deſignatus in ſchemate, duas Lucernas ardentes in manibus elatis, vt indicarentur Feſta Lucernarum Accenſarum, quæ quotannis fieri conſueuerant eadem nocte in Ægypto principalia ſolenniſſima: vnum quidem principaliſſimum in Vrbe Sai: alterum vero in reliquis Ægypti regionibus vniuerſis, ciuitatibusque ſingulis. De quibus feſtis Herodotus infit in Euterpe [e] *Vbi vero in Sain Vrbem ſacrificaturi conuenerunt, noctu ſub dio vniuerſi circum domos Lucernas accendunt, imbutas ſale, & oleo plenas, cum multo lychno, quod tota ardet nocte: Cui feſto nomen impoſitum eſt, ACCENSIO-LVCERNARVM. Ad hunc Conuentum quicunque Aegyptiorum non ierint, ſacrificij noctem obſeruantes, & ipſi vniuerſi Lucernas accendunt: atque ita accenduntur Lucernæ non in Sai modo, ſed etiam per vniuerſam Aegyptum. Qua vero gratia Nox hæc lumen & honorem ſortita ſit, ſacra quædam ratio commemoratur*: de qua luculenter actum a nobis eſt in ſuperioribus [f] commodiore loco.

Rex Aegypti cur Triceps, ac Tripes hieroglyphice.

[a] Gen. 41. 41

[b] n. 44.

[c] cap. 101.

[d] l. 1. ff. de acq. poſſ. in ſumm.

Lucernæ in manibus ardentes quid notent.

[e] l. 2. c. 62.

[f] l. 6. c. 94.

De hieroglyphico Summi Numinis apud Aegyptios antiquiores, a Patriarcha Ioſepho, iuſſu Pharaonis eruditos. Cap. CXXI.

VErum enimvero, quæ hieroglyphicorum Ægyptiorum proprietas eſt, multis eſſe fœta ſignificationibus; quum in ſacra pagina legamus, Ioſephum Patriarcham eruditiſſe, iuſſu Pharaonis, Ægyptios concinente diuino Pſalte [a] *Nolite tangere Chriſtos meos: & in prophetis meis nolite malignari. Et vocauit famem ſuper terram: & omne firmamentum panis contriuit. Miſit ante eos virum: in ſeruum venundatus eſt Ioſeph. Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertranſiit animam eius. Eloquium Domini inflammauit eum: miſit Rex & ſoluit eum princeps populorum & dimiſit eum. Conſtituit eum Dominum domus ſuæ, & Principem omnis poſſeſſionis ſuæ. Vt erudiret Principes eius, ſicut ſemetipſum, & ſenes eius prudentiam doceret*: iam Triceps, Tripesque ſimulachrum in Schemate noſtro, præter Ægypti Regem Pharaonem cum Ioſepho loquentem, aptiſſime ſignificare poteſt Deum Optimum Vniuerſi Regem, Ioſepho myſteria tum ſomniorum Regalium, tum veræ fidei apud Ægyptios initio ſerendæ reuelantem. Nam Triceps ponitur Deus, ob tres perſonas diuinas, in vnum Deum veluti coeuntes: Qua ratione cum Diuo Athanaſio concinit Eccleſia: Fides Catholica hæc eſt, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur. Neque confundentes perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes. Alia eſt enim perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti. Sed Patris, & Filij, & Spiritus Sancti vna eſt diuinitas, æqualis gloria, coæterna Maieſtas. Qualis Pa-

[a] Pſ. 104. 15. & ſeqq.

Deus cur Triceps in ſchemate.

„ Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus.
„ Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spi-
„ ritus Sanctus. Et tamen non tres Dij,
„ sed vnus est Deus. Ita Dominus Pater,
„ Dominus Filius, Dominus Spiritus San-
„ ctus: & tamen non tres Domini, sed
„ vnus est Dominus. Quia sicuti sigilla-
„ tim vnamquamque personam Deum ac
„ Dominum confiteri Christiana verita-
„ te compellimur: ita tres Deos, aut Do-
„ minos dicere, Catholica religione pro-
hibemur. Quamobrem sub vnius ho-
minis Tricipitis, Tripodisque simula-
chro, Deum vnum, ad cuius imaginem
[b] Gen. 1. 26. 27. & similitudinem homo factus est [b] tri-
bus personis distinctum apte represen-
tare potuit in gemma Schematista pri-
scus. Obtinet diuinum hoc simulachrum
tria capita coronata Lilijs, quia tres Di-
uinæ personæ Deum vnicum indicantes
habent singulæ regium Dominium om-
nium rerum; & ob summam puritatem
essentię, simul & ob regiam potestatem,
ac diuinitatem singulis personis com-
munem, flos Lilij ternus exurgit e sin-
gulis capitibus. Itidem ternos habet
pedes hoc diuinum simulachrum, quia
per eos designatur absolutum domi-
nium tum rerum omnium cælestium,
terrestrium, & infernorum; tum com-
mune triplici Personæ, nam vt ait Apo-
[c] Phil. 2. qu. 10. 11. stolus [c] *Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine IESV omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris*. Gestat autem manibus elatis hoc
Lucernæ in Dei manibus ardentes quid. Dei hieroglyphicum duas Lucernas ardentes, ob duplicem rationem; vna quidem est, vt Deus iste Trinus, & Vnus indicetur esse Creator Cæli & Terræ; namque cælum ob astra positum fuit ab antiquis igneæ naturæ; siquidem
[d] in Timæo. Plato [d] dudum ab Ægyptijs edoctus duo posuit Ignis genera; lucidum alterum, quo cælestes globos constare voluit; adurens alterum, quod sub cælo conspicitur. Verba Platonis a Cornaro versa, sunt: *Post hæc vero considerare oportet, Ignis genera multa facta esse; velut est flamma: & quod a flamma discedit; & non quidem vrit, sed lucem oculus exhibet.*
Ignis lucens, non vrens qui. Ac inter definitiones Platonicas legitur: *Sol est ignis cælestis, qui solus ab auro-*

ra ad vesperam vsque ab ijsdem videri potest: animal sempiternum, animatum astrum, per diem conspicuum, maximum.
Et quoniam inter subcælestia, præstantissima natura est homo, qui corpus habet a prædominio terreum, vt puta plasmatum ex humo [e] sed animam veterum opinione constitutam ex igne; qualem etiam existimabant esse cunctarum animantium animam, vt obseruat Aristoteles [f] & post eum Virgilius [g] cui
„ Suscipit Anchises, atque ordine sin-
gula pandit:
„ Principio cælum, ac terras, campos-
que liquentes
„ Lucentemque globum Lunæ, Tita-
niaque astra
„ Spiritus intus alit: totamque infusa
per artus
„ Mens agitat molem, & magno se
corpore miscet.
„ Inde hominum, pecudumque genus,
vitæque volantum,
„ Et quæ marmoreo fert monstra sub
æquore pontus.
„ Igneus est ollis vigor, & cælestis ori-
go
„ Seminibus, quantum non noxia cor-
pora tardant,
„ Terrenique hebetant artus, mori-
bundaque membra.

Subcælestium homo natura præstantissimus.
[e] Genes. 2. 7.
[f] 1. de an. t. 20. & seqq.
[g] 6. Aen.

Deus autem Optimus in sacra pagina, & apud orthodoxos omnes legitur manibus, digitisve fecisse cælum, terram, & omnia, quæ in eis sunt, homines nimirum, aliaque cetera cuncta: concinit enim Regius Propheta [h] *Quoniam videbimus cælos tuos, opera digitorum tuorum: Lunam, & stellas quæ tu fundasti:* [i] *Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum.* & Iobus patiens, [k] *Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu.*
Homo lucernæ comparatus. Sed hominem Lucernæ comparat passim, & igni ardenti, propter humidum radicale iugiter absumptum a calido naturali, Galenus [l] itidem & [m] Aristoteles. Hac ergo prima ratione Deus ponitur gestare Lucernas ardentes manibus in altum sublatis. Altera vero ratio potior est, propter quam Deus effigiatur duas habere Lucernas accensas elatas manibus; quia Lucernis istis indicantur æternæ duarum Personarum pro-

[h] Ps. 8. 4.
[i] Ps. 18. 1.
[k] cap. 10. 8.
[l] 1. aph. com. 13.
[m] de vit. & mort. c. 3.

productione; nempe tum Verbi, Filij sui; qui Lucerna dicitur, & Lux in sacris
[n] Ps.118.105 literis; legitur enim [n] a Psalte Regio: *Lucerna pedibus meis Verbum tuum:* &
[o] Ioan.8.12. apud Euangelistam [o] Dominus de se dicit: *Ego sum Lux Mundi.* & ante audi-
[p] Ioan.1.9. uit [p] *Lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum:* tum
etiam Spiritus Sancti, qui sub ignis, & flammæ specie super Apostolos adue-
[q] Actor.23. nit [q] in die Pentecostes. Et Pater Deus dicitur Pater *luminum* ab Apostolo
[r] Iac.1.17. scribente [r] *Omne datum optimum, omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre Luminum; apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Regiusque Propheta Deum Patrem in-
[s] Ps. 109.3. troducit Filio suo dicentem [s] *Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex vtero ante Luciferum genui te.* Splendores diuinarum personarum intelligens; quum Dionysius agens de Diuinis nominibus, Deo Diuinisque personis nullum aliud congruentius nomen inter nostratia posse adaptari scribat, quam nomen ignis, luminis, atque splendoris. Et certe flammula Lucernæ mirifice congruit & Filio, & Spiritui Sancto iugiter a Patre producente prouenientibus in æterni-
Flamma sit assidue. tatis momento stabili; nam ea flammæ proprietas est vt semper generetur, &
in assidua generatione consistat; ita de-
[t] 2.meteor. cernente dudum Aristotele [t] Flamma
stu.1.c 2. „ enim propter continuum humidum, &
„ siccum, quæ permutantur, fit, & non alitur; non enim eadem existens, perma-
„ net vllo tempore, vt ita dicam. Quam sententiam respexit etiam inferius ipse
[*]cap.3. Aristoteles [*] agens de Vita & Morte:
„ Ignis autem perseuerat, semper siens
„ & fluens, sicut fluuius: sed latet propter
„ velocitatem. Sed est in continua, perennique generatione. Sic Deus Pater semper generat Filium suum in momento permanente totius æternitatis; vnde Dauid introducit Filium Dei dicentem:
[u] Ps.2.7. [u] *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu: ego hodie genui te.* Quem locum ita
[x]to.8.P.S.A declarat D. Augustinus [x] Quanquam
„ etiam posuit ille dies in prophetia vide-
„ ri, quo Iesus Christus secundum homi-
„ nem natus est; tamen *hodie* quia præsentiam significat; atque in æternitate nec
„ præteritum quicquam est, quasi esse de-

A fierit: nec futurum, quasi nõdum sit: sed „
præsens tantum; quia quicquid æter- „
num est, semper est: diuinius accipitur „
secundum id dictum, *hodie genui te*, quo „
sempiternam generationem virtutis & „
sapientiæ Dei, qui est vnigenitus Filius, „
Fides synceriſſima & catholica prædi- „
cat. Et reuera quum Filius a Patre generetur ab æterno per actum simplicissimum Intellectus, quo Deus Pater semetipsum intelligens perfecteque com-
B prehendens concipit atq; generat Verbum sibi simillimum in identitate substantiæ: quumque Pater Deus in æter- Filij Generatio vt æterna sit.
nitatis momento stabili semper semetipsum intelligat, nec vnquam desinat seipsum comprehendere; propterea generatio Verbi, diuinique Filij semper fit. Qua de re luculenter agit D. Thomas [i] & alij Theologi cuncti. Quo nomi- [i] 1.par.q.42. art.2.
ne representatur aptissime per Lucernæ flammam in manu Dei, quæ pariter consistit in continua generatione. Di-
C cendum est hoc ipsum de productione Spiritus Sancti; quia Spiritus Sanctus, qui formaliter est Amor Diuinus, producitur per actum voluntatis Dei, bonum essentialiter, ac æternaliter (vt ita loquar) appetentis. Pater enim quum Verbum ab se genitum agnoscat esse summe bonum, ipsum amat intime: Filiusque quum Patrem similiter intueatur esse summe bonum, eundem pariter amat intime: qui quidem mutuus Amor
D est Spiritus Sanctus, a Patre simul & a Filio procedens. Quum autem in æternitatis momento stabili tempus omne complectente semper Pater amet Fi- Spiritus Sanctus vt Lucernæ comparatus.
lium suum, & vicissim Filius Patrem suum; ideo productio Spiritus Sancti semper etiam fit; adeoque Spiritus Sanctus apte representatur per Lucernæ flammam similiter; quæ totum sui esse semper habet in fieri. Quam veritatem
nos docuit D. Thomas inquiens [k] *Di-* [k] 1.q.36.3. ad 3.
E *cendum, quod sicut generatio Filij est coæterna generanti (vnde non prius fuit Pater, quam generet Filium) ita processio Spiritus Sancti est coæterna suo principio. Vnde non fuit prius Filius genitus, quam Spiritus Sanctus procederet; sed vtrumque æternum est.* Quam sententiam coluerunt item omnes Orthodoxi, ea ratione nixam, qua Pater in æternitatis momento semper amat Filium sibi coæter-

num, actione suæ voluntatis æterna; vicissimque Filius Patrem suum diligit semper; quæ processio mutuæ dilectionis a Patre simul & a Filio est vera productio mutui Amoris æterni, qui vocatur Spiritus Sanctus; de quo similiter D. Bonauentura sic ait in suo Compendio Theologicæ Veritatis [l] Spiritus Sanctus amor Dei est: & hoc tripliciter, essentialiter, personaliter, & exemplariter. Essentialiter Spiritus Sanctus dicitur Amor in quantum ipse cum Patre & Filio vnus Deus est. Ipsi enim tres inquantum vnum sunt in essentia, diligunt se Amore essentiali, qui appropriatur Spiritui Sancto. Personaliter vero dicitur Spiritus Sanctus Amor, inquantum ipse est nexus Patris, & Filij. Pater enim & Filius diligunt se Amore ab eis prodedente; qui non est Pater, nec Filius, sed Spiritus Sanctus. De hoc nexu dicit Augustinus: *Est ineffabilis quidam complexus in illa Trinitate, non genitus, sed genitoris genitique suauitas, ingeniti largitate perfundens omnes creaturas pro captu earum. Exemplariter quoque* &c. Sed Amor iste diuinus pro tertia persona sumptus, nexusque Patris & Filij, quum æternus omnino sit, mutuoque semper vniat duas illas diuinas Personas; propterea recte representatur in schemate per Lucernam similiter semper ardentem in manu Dei trini & vnius; etenim flamma Lucernæ totum suum esse habet semper in fieri: quum semper a Patre simul & a Filio procedat Spiritus Sanctus in æternitatis momento stabili. Qua de re D. Augustinus alibi [m] recte, qui supponens in sacra pagina Deum Patrem Ignis hieroglyphico signari [n] *Quia Dominus Deus tuus ignis consumens est:* & alibi [o] *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quod rubus arderet, & non comburebatur.* Deus enim Pater ignis consumens est omnia mala peccatores perdens; ipse semper permanens, non comburens absumensve propriam substantiam, neque Filium spinis coronatum, rubo designatum, in quo semper est, dicente Domino [p] *Pater in me est, & ego in Patre.* & antea [q] *Ego & Pater vnum sumus.* Hæc inquam omnia sciens, atque supponens, dum ageret ex professo de Trinitate D. Augustinus, inquit [r] *Solus Pater non dicitur missus; non enim splendor, aut feruor ignem; sed ignis mittit siue splendorem, siue feruorem; sic Pater mittit Filium, & Spiritus Sanctus ab vtroque procedit.* Nimirum Pater, qui mysticus ignis est, mittit Filium, qui splendor Paternæ gloriæ dicitur a Diuo Paulo [s] & splendor Patris, cuius est imago, & candor lucis æternæ, dicente sacra pagina de Filio, qui est sapientia Patris. [t] *Omnibus enim mobilibus mobilior est Sapientia* (propter actionis suæ celeritatem) *attingit autem vbique propter suam munditiam* (quæ maxime spectatur in splendore flammæ) *Vapor est enim virtutis Dei: & emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit* (quia Filius Dei est impeccabilis per naturam) *Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius.* Ab hoc autem Igne Dei Patris, & splendore diuini ignis, procedit ardor, qui est Spiritus Sanctus; vt ab igne pariter, & a lumine calor & ardor prouenire consueuit apud nos. Aptissime vero duæ Personæ Filius & Spiritus Sanctus in schemate comparantur duplici Lucernæ ardenti semper in Dei manibus, quia designantur in sacris literis nomine manuum, & digitorum Dei; nam Filius, per quem omnia facta sunt [u] a Patiente manus Dei nuncupatur, vna & Spiritus Sanctus; ait enim, *Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu: & sic repente præcipitas me?* & paulo ante [y] *Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, opus manuum tuarum.* Et certe Deus Pater in hominis primæua constitutione conuocauit Concilium Sacrosanctæ Trinitatis, vna cum Filio & Spiritu Sancto creans humanum genus [z] etenim Deus ait: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: Et præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs, vniuersæque terræ: omnique reptili, quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem suam; ad imaginem Dei creauit illum: masculum & feminam creauit eos.* [a] *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ: & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: & factus est homo in animam viuentem.* & adhuc infra [b] *Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam: quumque ob-*

[l] 1 de nat. Dei. c. 8.

Spiritus Sanctus vt sit Amor Dei.

[m] de Trin. cap. 5. f. to. 4. p. 345. k

[n] Deuter. 4. 24.

[o] Exod 3. 2.

[p] Ioan. 10. 36.

[q] ibid. n. 30.

[r] to. 4. 345. k

[s] Hebr. 1. 3.

[t] Sap. 7. 24. 25. 26.

[u] Ioan. 1.

[x] Iob 10. 8.

[y] ibid. v. 3.

[z] Gen. 1. 26. 27.

[a] Gen. 2. 7.

[b] Gen. 2. 21.

obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius: & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Itaque Lucernæ duæ ardentes in manibus viri triformis hieroglyphice ſignant Filium, & Spiritum Sanctum procedentem a Deo; quum vterque colatur a nobis Lumen de lumine ſimul, & Deus de Deo procedens, ille a ſolo Patre per æternam generationem; iſte vero a Patre Filioque per æternam itidem ſpirationem. Quas duas productiones in ſchemate noſtro myſtice quoque ſignatas video duobus cingulis circa Lumbos triformis Dei ſolutis; etenim vt lumbi principium originis, & productionis exprimunt, dicente Deo Iſraeli [c] *Ego Deus omnipotens: creſce, & multiplicare: gentes, & populi nationum ex te erunt: Reges de lumbis tuis egredientur.* Vtque lumbi præcincti caſtitatem, virginitatem, adeoque ſterilitatem ſignant apud antiquos; ita Zonæ ſolutæ ſponſalia, prolisque generationem, proindeque fecunditatem indicant; enimvero mariti ſponſarum Zonas prima coniugij nocte ſoluebant ad ſobolis propagationem: vnde Zonam ſoluere ſumitur pro deuirginare; noua namque nupta dudum Zona lanea & innodata cingebatur, quam prima nocte ſponſus ſoluebat in lecto; vt ait Feſtus, & Arnobius; qui ſic aduerſus Gentes (quorum antea religionem aduerſus Chriſti fidem tutatus fuerat, Euſebij, Tritenhemijque teſtimonijs) ait [d] Vnctionibus, inquitis, » ſupereſt Vnxia: Cingulorum Cinxia re» plicationi: Victua, & Potua Sanctiſſimę, » Victui Potuique procurant. O egregia » numinum, & ſingularis interpretatio » poteſtatum. Niſi poſtes virorum adi» pali vnguine oblinerentur ab ſponſis, » niſi virginalia vincula iam feruentes diſ» ſoluerent, atque imminentes mariti; niſi » potarent, & manderent homines: numina non haberent? Ita deridebat ille numina, quæ prius coluerat; nam vt ait Euſebius Pamphilus [e] *Arnobius in Africa rhetor clarus habetur; qui quum in ciuitate Siccæ ad declamandum iuuenes erudiret; & adhuc Ethnicus ad credulitatem ſomnijs compelleretur; neque ab Epiſcopis impetraret Fidem, quam ſemper impugnauerat: elucubrauit aduerſus priſtinam religionem luculentiſſimos libros: & tandem veluti quibuſdam obſidibus impetrauit.* Tritenhemius etiam Abbas, de Scriptoribus Eccleſiaſticis agens, infit: *Arnobius presbyter, Philoſophus, & rhetor inſignis; quum adhuc gentilis rhetoricam doceret, diuina miſeratione vocatus, Chriſtianum ſe cœpit profiteri; quumque ad Epiſcopos accedens ſe baptizari expeteret, non credebant: veriti, ne vir ſecularis tumens eloquentia, Sacramentis Fidei conaretur illudere: & omnino ſententiam differebant: Arnobius vero cernens ſibi fidem minime adhiberi, in argumentum ſinceritatis ſuæ ſcripſit, & obtulit Epiſcopis inſigne volumen Aduerſus Gentes Lib.* VIII. *In Pſalterium quoque Lib. vnum. De Rhetorica Inſtitutione Lib. vnum.* Quare potuit, & ſciuit veritatem de ritibus antiquorum Sponſalium ad poſteros literis commendare. Qua de re verba Feſti ſunt ipſiſſima: Cingulo noua nupta præcingebatur, quod vir in lecto ſoluebat: factum ex lana Ouis, vt ſicut illa in domum ſublata coniuncta inter ſe ſit: ſic vir ſuus ſecum cinctus vinctusque eſſet. Hunc Herculaneo nodo vinctum vir ſoluit ominis gratia, vt ſic ipſe felix ſit in ſuſcipiendis liberis, vt fuit Hercules, qui ſeptuaginta liberos reliquit. Cinxiæ Iunonis nomen ſanctum habebatur in Nuptijs, quod initio coniugij ſolutio erat Cinguli, quo noua nupta erat cincta. Nonius autem Marcellus ait in propoſito: *Cingulum a cingendo, quo Incingulum plerumque dicitur. Varro in gerunto didaſcalo. Nouus maritus tacitus taxim vxoris ſoluebat cingulum.* Aliquando, ſiue quapiam in regione alia ſolebat a Pronuba cunctabundę puellæ cingulum illud laneum duobus digitis ſolui, atque Dianæ, ob id Cinxiæ cognominatæ, dicari. Niſi dicamus puellam duabus Zonis cinctam fuiſſe; quarum exteriorem ſupra tunicam Pronuba ſolueret, interiorem ſupra interulam in lecto maritus. De huiuſcemodi Zona virginali Troezeniarum pulcherrimam hiſtoriam enarrat in Corinthiacis Pauſanias, a nobis antea [f] relatam in hoc opere. Rhodiginus autem in antiquis lectionibus [g] obſeruat, a veteribus virginalem iſtiuſmodi Zonam appellatam etiam fuiſſe nomine Mitræ, & ſolui conſueuiſſe primum parturientibus, lon-

Duo cingula ſoluta circa lumbos Dei quid indicent.

Lumbi præcincti, & ſoluti vt diuerſa ſignificent.

Zonę ſponſarum vt ſoluebantur antiquitus.

Hercules vt felix fuerit in prole.

Zona virginalis dicta etiam Mitra.

[c] Gen. 35. 11.

[d] lib. 3.

[e] in append Chronic.

Arnobius vt ex Ethnico factus Chriſtianus.

[f] l. 6. c. 13.

[g] l. 16. c. 10.

ge

ge poſt nuptias; inquit enim: *Eſt eodem quoque nomine Mitræ Zona, quam ſoluere narrantur primum parientes: dicantque Dianæ: nato inde illius cognomento, vt appelletur* Λυσιζώνη; *quo nomine etiam Athenis templum viſebatur conſecratum. Mitram certe* (quæ zona virginalis eſt) *incorruptam dicit Apollonius; vbi conſtat etiamnum pudicitia virginitasque. Sed & tænia dici videtur eadem; vnde tæniapolis apud Eupolin, interprete Athenæo, pro ea, quæ muliebres diſtrahit Zonas.* His conſentiens Gyraldus[h] inquit: Virginenſis Dea adhibebatur in nuptijs a Romanis, quæ virgini zonam ſolueret: vt Græcis Lyſizona Diana. De Virginenſi D. Auguſtinus in VI. de Ciuit. Dei. Ad hanc alluſit Catullus, qui ait[i] ad Paſſerem Lesbiæ:

Quod zonam ſoluit diu ligatam.

Diui vero Auguſtini de zonæ virginalis ſolutione verba ſunt[k] *Ipſe in Iugatino Deo coniuges iungat: & quum virgini vxori Zona ſoluitur, ipſe inuocatur, ſiue virtutes eius: & Dea Virginenſis vocetur.* Et adhuc infra [l] *Hæccine ſunt numina ſalubria vrbium: magis ridenda quam ludibria theatrorum? Quum mas & femina coniunguntur, adhibetur Deus Iugatinus: ſit hoc ferendum. Sed domum eſt ducenda quæ nubit, adhibetur Deus Domiducus: vt in domo ſit, adhibetur Deus Domitius: vt maneat cum viro, additur Dea Manturna. Quod vltra quæritur? Parcatur humanæ verecundiæ: peragat cetera; concupiſcentia carnis & ſanguinis procurato ſecreto pudoris. Quid impletur cubiculum turba numinum, quando & Paranymphi inde diſcedunt? Et adhoc impletur, non vt eorum præſentia cogitata maior ſit cura pudicitiæ; ſed vt feminæ ſexu infirmæ nouitate pauidæ, illis cooperantibus ſine vlla difficultate virginitas auferatur. Adeſt etiam Dea Virginenſis: & Deus pater Subigus: & Dea mater Prema: & Dea Partunda: & Venus: & Priapus.* Deam iſtam Virginenſem Martianus Capella, notatu Viues, Cinthiam Iunonem videtur appellare. Vetuſtis enim temporibus puellæ, quamdiu erãt virgines, faſciam virginalem perpetuo geſtabant: cuius meminit[m] Homerus. Qui mos ad Romanos poſtea manauit: durauitque vſque ad caſum Imperij. Vtuntur, ait Viues Hiſpanus, & in Hiſpania Virgines faſcijs. Hæc ille ſcribit apud D. Auguſtinum[n] allatis locis. At vero Natalis Mythologus aliter de tempore, rationeque ſoluendæ zonæ ſcribit in Dianæ mythologia[o] dicens, *Deinde quum ita vterus excreuiſſet grauidis puellis, vt ſueta zona vti amplius non poſſent, eam Zonam mos fuit in templo Dianæ Lyſizonæ cognomento, Zonam ſoluentis ſcilicet, quod fuit apud Athenienſes, deportare: Quare poſtea dictum eſt, Zonam ſoluere, pro eo quod eſt, grauidam fieri. Quod patet ex his carminibus Apollonij*[p] Latine verſis ab eodem Natali:

„ Prima ſoluta mihi eſt, poſtremaque zona, quod ipſa
„ Inuidit multos natos Lucina miſellę.

Sic igitur apparet, apud antiquos zonas puellis tum virginibus ante concubitum mariti; tum etiam multo poſt grauidis ante partum intumeſcente nimium ventre, ſolui conſueuiſſe, ſiue a Pronuba, ſiue a Sponſo, ſiue ab alio quouis: idque habito reſpectu ſemper ad prolem aut concipiendam, aut pariendam. Quæ ſane zona Deo myſtice conuenire poteſt, qui ſe Filium ſuum ex vtero genuiſſe dicit[q] *Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum; ex vtero ante Luciferum genui te.* Quem locum explicans D. Auguſtinus infit[r] *Quid eſt ex vtero? ex ſecreto, ex occulto, de me ipſo, de ſubſtantia mea: hoc eſt ex vtero; quia generationem eius*[s] *quis enarrabit?* De qua generatione quum olim egerit antiquiſſimus Mercurius Triſmegiſtus, vti ſupra[t] viſum eſt: Schematiſta noſter, forte Mercurij doctrinam de Trinitate ſequens, iſta zona ſoluta lumbis Dei appoſita, hieroglyphice ſignauit æternam Filij Dei generationem; de qua ſuperius cum D. Auguſtino ad Catechumenos. Verum & aliud Cingulum itidem ſolutum, inter primum ad renes coloſſi locatum, & pectus eiuſdem ſimulachri, ſignare poteſt (de qua pariter antea Triſmegiſtus) productionem Spiritus Sancti, qui ſimul a Patre Filioque procedit, tanquam ab vnico ſpirante mutuum Amorem. Quæ cuncta D. Auguſtinus[u] ita profeſſus eſt: Credimus, & „ tenemus, & fideliter prædicamus, quod „ Pater genuerit Verbum, hoc eſt ſapientiam, per quam facta ſunt omnia, vnigenitum filium, vnus vnum, æternus coæternum, ſumme bonum, æqualiter bonum:

[h] ſynt. 1.
[i] ep. 2.
[k] l. 4. de ciu. cap. 11.
[l] l. 6. c. 9.
[m] 11. Odyſ.
[n] l. 6. de ciu. cit.
[o] l. 3. c. 18.
[p] lib. 1.
[q] Pſ. 109. 3.
[r] to. 8. 424 D
[s] Iſai. 53. 8.
[t] cap. 114.
[u] 11. de ciu. c. 24.

Dij nuptiales antiquorũm.

Zonam ſoluere quid antiquis.

Zona vt Deo conuenire vãleat.

Secundi cinguli explicatio.

» num: & quod Spiritus Sanctus simul & Patris & Filij sit spiritus, & ipse consubstantialis & coæternus ambobus. Atque hoc totum & Trinitas sit propter proprietatem Personarum; & vnus Deus, propter inseparabilem diuinitatem: sicut vnus omnipotens, propter inseparabilem omnipotentiam: ita tamen, vt etiam quum de singulis quæritur, vnusquisque eorum & Deus, & omnipotens esse respondeatur: quum vero de omnibus simul, non tres Dij, vel tres omnipotentes, sed vnus Deus omnipotens: tanta ibi est in tribus inseparabilis vnitas, quæ sic se voluit prædicari. Vtrum autem boni Patris, & boni Filij, Spiritus Sanctus, quia communis ambobus est, recte bonitas dici possit amborum, non audeo temerariam præcipitare sententiam. Verumtamen amborum eum dicere sanctitatem, facilius ausus fuero, non amborum quasi qualitatem, sed ipsam quoque substantiam, & tertiam in Trinitate Personam. Ad hoc enim me probabilius ducit, quod quum sit & Pater spiritus, & Filius spiritus: & Pater sanctus, & Filius sanctus, proprie tamen ipse vocatur Spiritus Sanctus tanquam sanctitas substantialis, & consubstantialis amborum. Sed si nihil est aliud bonitas diuina quam sanctitas, profecto & illa diligentia rationis est, non præsumptionis audacia, vt in operibus Dei secreto quodam loquendi modo, quo nostra exerceatur intentio, eadem nobis insinuata intelligatur Trinitas, vnamquamque creaturam quis fecerit, per quid fecerit, propter quid fecerit. Pater quippe intelligitur Verbi, qui dixit vt fiat. Quod autem illo dicente factum est, procul dubio per Verbum factum est. In eo vero quod dicitur, Vidit Deus, quia bonum est, satis significatur, Deum nulla necessitate, nulla suæ cuiusquam vtilitatis indigentia, sed sola bonitate fecisse quod factum est, id est, quia æqualiter bonum, & quod Spiritus Sanctus simul & Patris & Filij bonum est. Quod ideo postea quam factum est dicitur, vt res quæ facta est, congruere bonitati, propter quam facta est, iudicetur. Quæ bonitas si Spiritus Sanctus recte intelligitur, vniuersa nobis Trinitas in suis operibus intimatur. Ex quibus apparet apte signari hieroglyphico Zonarum ad lumbos Dei explicatarum, quasi inde exeuntium duas productiones diuinarum Personarum; illa quidem, quæ ad vmbilicum sita, locum vteri prægnantis attingit, Filij generationem ex vtero: illa vero, quæ propius ad cor Dei videtur assurgere, Spiritus Sancti processionem ex Patre simul & Filio, mystice significari. Ceterum addenda sunt allatis, quæ & alibi de Trinitate tractans D. Augustinus ex professo scribit [x] de Spiritu Sancto: Si ergo & quod datur, in principium habet eum, » a quo datur, quia non aliunde accepit » illud quod ab ipso procedit; fatendum » est Patrem & Filium principium esse » Spiritus Sancti, non duo principia. Sed » sicut Pater & Filius vnus Deus, & ad » creaturas relatus vnus Creator, & vnus » Dominus: sic relatus ad Spiritum Sanctum vnum principium. Ad creaturam » vero Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, vnum principium, sicut vnus Creator, & vnus Dominus. Itaque Triceps illa figura humana, Tricepsque, hieroglyphicum est vnius Dei summi, personarum Trinitate mirifice se præbentis rerum omnium Dominum; Iosephoque Patriarchæ semetipsum intime manifestantis, dum illi somniorum Pharaonis interpretationem reuelauit.

[x] to. 3. 167. A, B.

De Aegyptijs ab Iosepho tempore famis alimenta poscentibus, per Isidem significatis. Cap. CXXII.

QVæ vero spectatur a sinistris in schemate mulier cum Sistro in dextera manu, & aquæ Sitella pendente de manu læua, & Lilij flore in vertice capitis, simulachrum est potissimum Aegyptij Regni, tempore famis integro septennio petentis alimenta ab Iosepho Prorege suo; nam Isis est, quæ Sistrum manu gerit, cuius fuit inuentrix; & quo peierantes cæcitate punire consueuerat apud Ethnicos; de qua re Iuuenalis ita [a] cecinit:

De Sistro Isidis.

[a] Sat. 13.

» Est alius metuens ne crimen pœna sequatur.
» Hic putat esse Deos, & peierat: atque ita secum:
» Decernat quodcumque volet de corpore nostro
» Isis, & irato feriat mea lumina sistro,

Dum-

„ Dummodo vel cæcus teneam, quot abnego nummos.

Isis enim Aegyptiorum Regina, dum viueret, populis iustissimas leges dedit; vnde Legifera cognominata fuit. Inter eius autem leges forte continebatur, quæ falsum deierantes oculorum cæcitate multaret; adeoque post mortem Diuino cultu fuit honorata, seruatæque fuere leges ipsius, præsertimque periurij pœnam inferentes luminis orbitatem. Eius enim sacrificia Romam translata præcipue quoque veneratione colebantur extra fines Aegypti; putabaturque Dea ferire periuros, quotiens per eam iurantes fidem non seruassent: vnde Ouidius in Ponto [b]

[b] l. 1. v. 51. & seqq.

„ Vidi ego Linigeræ numen violasse fatentem
„ Isidis, Isiacos ante sedere focos.
„ Alter ob huic similem priuatus lumine culpam
„ Clamabat media se meruisse via.

Vnde sacerdotes Isidis metuebantur ab omnibus; quod ita notauerat Ouidius paulo antea concinens:

„ Et quis ita est audax vt limine cogat abire
„ Iactantem pharia tinnula Sistra manu.

maxime namque sacerdotes Isidis fuerunt ex Insula Pharo Alexandrina, Sistraque plurimum quatiebant ad edendum barbarum illum sonitum. Linigera vero dicebatur Isis, quod eius sacerdotes lineis vestimentis vterentur, non autem laneis; vtpote cum Pythagoricis abstinentes ab animalium interfectione, atque a morticinis ne dum in esu, sed etiam in vestibus. Quo de more Aegyptiorum late Porphyrius in libro suo *De Abstinentia ab esu carnium* inscripto. Sistrum autem instrumentum erat tinniens, quo Sacerdotes Isidis in eius Deę sacris vtebantur. Apuleius vero [c] aptissime describere nobis videtur hanc Isidis figuram cælatam in schemate nostro, dum ait: Dextra quidem ferebat „ æreum crepitaculum: cuius per angustam laminam in modum balthei recuruatam, traiectæ mediæ paucæ virgulæ „ crispante brachio tergeminos iactus „ reddebant argutum sonum. Læuæ vero cymbium dependebat aureum, cuius „ ansulæ, qua parte conspicua est, insurgebat Aspis, caput extollens arduum, ceruicibus late tumescentibus. Profecto Sistrum æreum crepitaculum fuit concauum, ad tinniendum; lamina siquidem incuruata in modum balthei, nisi concaua fuisset intus, apta non erat admodum ad tinnitus edendos; crepitum enim, atque sonorum tinnitum edebant illæ paucæ virgulæ traiectæ mediæ per eam Sistri laminam, quæ pariter æreæ forent, atque in patentioribus laminæ curuatæ foraminibus volubiles, versatiles, omninoque mobiles ad crepitum ciendum. Personabant autem sola brachij crispantis iterata per aerem iactatione. Qui cum Britannico ponunt ex argento quoque ac ex auro Sistra, non ita sonora faciunt instrumenta arguto sonitu, propter metalli mollitiem; magis enim sonora sunt ex ære, quam ex argento, vel auro crepitacula. Quin etiam Sacerdotes Isidis Deam circumferentes impositam Asello, sicut aiunt Aesopus, & Apuleius, pauperes erant, mendicantes, & fures, ob inopiam, corradentes ab omnibus vel vilia quæque munuscula; quare non habebant aurea, nec argentea Sistra, sed ærea tantummodo, pretij vilioris. Ponit autem, vt in schemate nostro visitur, Apuleius de sinistra manu Deæ Isidis auream pendere Situlam, quam appellat nomine Cymbij, quia foret vtcumque nauigiolo, cymbæque similis; cuiusmodi per inundationes Nili ferri consueuerant Aegyptij; nam inundationis tempore per aquas excrescentes læti tripudiare consueuerunt, fertilitatem & vberem annonam inde sibi mox expectantes; proptereaque Cymbium aureum dicitur, & quod auro exornarentur cymbulæ; & quod auream fertilitatis messem expectarent; & quod in aureo flumine propter cœni colorem, quo turbidus exundat, enauigarent. In superiore vero cymbij parte conspicua surgit in ansam, manubriumque serpens Aegypto familiaris, ac veluti propria regionis, Aspis extollens caput arduum, ceruicibus late tumentibus: ad ornatum pariter & ad indicandum Aegypti naturam, eiuscemodi serpentum feraciſſimam; qua de re nos antea [d] latius. Nisi potius per Cymbium, cum Beroaldo, & alijs, intelligamus Cyssibium, po-

[c] 11. metam.

[d] cap. 94.

Isis cur linigera.

Sistri descriptio.

Britannicus notatus de aureo Sistro.

poculi genus antiquum, hieroglyphicum lacunæ, Nili aquas continentis, alueique proprij fluminis; e cuius ripis assurgunt, amne maxime decrescente, atque ad proprium alueum reuocato, serpentes, Aspides maxime: Cyssibium enim, eodem autore, per syncopem dicitur apte Cynbium. Isis itaque hieroglyphicum est Aegyptum indicans, Aegypti nationem scilicet.

De Cane Ioseph blandiente, gentes exteras ab eo nutrimenta petentes indicante.

Cap. CXXIII.

QVum habeamus e sacra pagina [a] tempore famelici septennij confluxisse in Aegyptum exteras etiam nationes esurientes, ab Iosepho Prorege frumentum distribuente petentes alimoniam; hasce simulachro Canis indicauit schematis autor. Non enim audio Franciscum Georgium, alioqui virum eruditissimum, qui super illud oraculum [b] *Apud omnes autem filios Israel non mutiet canis ab homine vsque ad pecus: vt sciatis quanto miraculo diuidat Dominus Aegyptios, & Israel;* inquit [c] in suis problematibus, Canem non latrasse in exitu Israel de Aegypto signare quietum egressum filiorum Israel: vel Ammominon, siue Mammonam Aegypti spiritum præsidentem obmutuisse: vel corda omnium Aegyptiorum & pauida, & tacita fuisse; nam illa vox, quam verterunt, *Canes*, potest etiam significare Cor, & est, *Chelos*; id est, nullum cor mutijt, aut cogitauit male contra exeuntes. Et reuera *Canis* in sacra pagina sumitur pro Infideli, atque Gentili, comparatione facta cum Fidelibus; quales tunc erant in Aegypto Filij Israel; nam & in Euangelio legimus [d] *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierũt domus Israel. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus*; vt enim Græci ceteras gentes appellabant barbaras; ita Hebræi reliquos homines dicebant Canes. Quin & D. Augustinus ait [e] Canum nomine Gentiles appellari; quales sunt Aegyptij. Qui vel eo nomine Canes appellati, quod Canes venerabantur cultu diuino, suumque deum Anubim canino capite formabant. Vt per Isidem in schemate significentur Aegyptij proceres, atque magnates; quod indicat flos Lilij regius in capite Isidis Aegyptiorum reginæ: per canem vero subditorum abiectiorum reliqua multitudo signetur; quum omnes tempore septennij famelici, tam diuites, quam pauperes alimenta sibi poscerent ab Iosepho Prorege, Frumentariæ rei speciatim Præfecto. Canum vero nomine speciatim indicari viles, & abiectos homines, obseruat etiam D. Augustinus [f] inquiens ad hunc locum: *Et erit clamor magnus per totam terram Aegypti, qualis non fuit, & talis non adhuc apponetur: in filijs autem Israel non mutiet canis lingua sua, ab homine vsque ad pecus: elegantissima locutio est; per canem quippe extremum significauit vel hominem, vel pecorum: ita commendans quanta in Hebræis quies futura esset, Aegyptijs acerba orbitate clamantibus.* Ceterum nostra sententia, si genuinus oraculi prioris intellectus est, non mysticus de populis Aegyptijs non allatrantibus Israeli, dum egrederetur de terra illorum, a Georgio propositus; nam vltra vociferabant eos egredi compellendo clamoribus; at literalis sensus est, de canibus enutritis in Hebræorum domibus, pecoribus, & animantibus alijs quibusque domesticis Israeliticæ gentis; qui canes, dum Deus interficeret vltima plaga nocturna cunctos Aegyptiorum primogenitos, & in eorum habitationibus, Hebræas inter domos locatis, atque permistis, omnia magno tumultu complerentur, eiulatibus hominum, latratibus canum, & vlulatibus aliarum animantium; in Hebræorum tamen vicinis habitaculis omnia quieta, summa tranquillitas, altumque silentium; vt ne quidem ipsi domestici canes hilum mutirent; etsi proprietas ipsorum ingenita sit, noctu præsertim, allatrare vel ad leuem quemcumque strepitum auribus exceptum; etenim oraculi sententia integra sic [g] habet: Et dixit Dominus ad Moysem: Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & Aegyptum: & post hæc dimittet vos, & exire compellet. Dices ergo omni plebi, vt postulet vir ab amico suo, & mulier a vicina sua, vasa argentea & aurea. Dabit autem Dominus gratiam populo suo coram Aegyptijs. (Fuitque Moyses vir magnus valde in terra Aegypti co-

[a] Gen. 41. & 42.

Georgij sententia affertur.

[b] Exod. 11. 7.

[c] tom. 1. probl. 344.

Aegypto Dæmon præsidens.

Canis pro infideli.

[d] Matt. 15. 24 & seqq.

[e] to. 4. 305. f. & to. 8. 195.

Aegyptij cur canes appellati.

[f] tom. 3. 36. M. 56.

Nostra sententia.

Georgius notatus.

[g] Exod. 11. 1. & seqq.

» coram ſeruis Pharaonis, & omni popu-
» lo.) & ait: Hæc dicit Dominus: Media
» nocte ingreditur in Aegyptum: Et mo-
» rietur omne primogenitum in terra Ae-
» gyptiorum, a primogenito Pharaonis,
» qui ſedet in ſolio eius, vſque ad primo-
» genitum ancillæ, quæ eſt ad molam, &
» omnia primogenita iumentorum. Erit-
» que clamor magnus in vniuerſa terra
» Aegypti, qualis nec ante fuit, nec po-
» ſtea futurus eſt. Apud omnes autem fi-
» lios Iſrael non mutiet canis ab homine
» vſque ad pecus: vt ſciatis quanto mira-
» culo diuidat Dominus Aegyptios, &
» Iſrael. Deſcendentque omnes ſerui tui
» iſti ad me, & adorabunt me, dicentes:
» Egredere tu, & omnis populus, qui ſu-
» biectus eſt tibi: poſt hæc egrediemur.
» Et exiuit a Pharaone iratus nimis. Mi-
» raculum autem canum Iſraelis non mu-

Miraculum canum Hebræorum.

tientium, in eo conſiſtit, quod nil omnino latrauerint, nil vlulauerint in domibus Hebræorum canes, dum in vicinis Aegyptiorum habitationibus illa nocte, propter inopinatas mortes omnium primogenitorum, clamor vehemens, atque tumultus ingens eiulantium obſtreperet. Quare locus Exodi, propoſitus a Cl. Georgio, nihil omnino facere videtur ad explicationem canis in ſchemate blandientis Ioſepho; ſed ſolum locus Euangelij [b] quo canum vocabulo deſignantur gentes infideles alienigenæ; cuiuſmodi fuerunt alij præter Aegyptios, & Hebræos; nam, vt habemus in ſacra pagina [i] *Creſcebat quotidie fames in omni terra: aperuitque Ioſeph vniuerſa horrea, & vendebat Aegyptijs; Nam & illos oppreſſerat fames: omnesque prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent eſcas, & malum inopiæ temperarent*. Itaque canis myſtice ſignat alienigenas, potiſſimum infideles, qui tempore famis veniebant in Aegyptum, ab Ioſepho Prorege nutrimenta ſibi poſtulantes; nam Aegyptij ſignificantur in ſchemate per Iſidem Aegypti Reginam, quæ Siſtrum gerit, & aquæ Situlam, anſatam Aſpide.

[b] Matt. 15. 24.

[i] Gen. 41. 56. 57.

De oculo magno, ſupra caput Serapidis, abſque palpebris ſemper aperto.
Cap. CXXIV.

DEnique vero Magnus oculus ille, ſine palpebrarum velamento ſem-per apertus, in peripheria gemmæ ſupra caput Serapidis, & e regione propemodum Iſidis, veluti Siſtro minãtis, a Schematiſta poſitus, duo mihi myſtice ſignare videtur; primum quidem Iſidis ethnicam poteſtatem deierantibus oculos eruentem: deinde vero præcipue Diuinam Prouidentiam, quæ per Ioſephum mirifice proſpexerit Aegyptijs, & alijs etiam nationibus vniuerſo ſeptennio, tam primo fertilitatis, cõſeruando quintam partem frugum collectarum; quam ſecundo ſterilitatis, diſtribuendo conſeruatas fruges indigentibus; nam Aegyptij paſſim per oculi hieroglyphicum intelligebant ſummum Deum, omnia perſpicientem, & omnibus proſpicientem; vt obſeruat Valerianus [a] & ante illum Horus Apollo Niliacus [b] cui Aegyptij *Oculo picto Deum intelligebant; quod vt oculus quicquid ſibi propoſitum eſt, intuetur: ſic omnia Deus cognoſcit ac videt*. Quin etiam ex Pierio, pictus hic oculus indicat diuinum fauorem, quo Deus proſecutus eſt in Aegypto ſemper Ioſephum Patriarcham; nam in ſacris literis τὸ *Aſpicere*, ſignificat propitium atque benignum ſe præſtare; ſic enim legimus [c] *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos*. [d] *Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum: & in eis, qui ſperant ſuper miſericordias eius*. [e] *Oculi Domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorum*. [f] *Domine quando reſpicies? reſtitue animam meam a malignitate eorum: a leonibus vnicam meam*. & ita ſæpiſſime. Recte Valerianus [g] ad hoc propoſitum, Non deſunt, inquit, qui oculum fauoris, & beneficentiæ ſignum dicant: & in ſacris verbum, *aſpicere, reſpicere*, ſumi pro eo quod propitium, & benignum ſe oſtendere; legimus enim etiam, [h] Factum eſt autem poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogeniti gregis ſui, & de adipibus eorum. Et reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain vero, & ad munera illius non reſpexit. Iratusque eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius. Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nonne, ſi bene egeris, recipies: ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum ade-

Oculus Dei ſymbolum.

[a] l. 33. hierogly.
[b] lib. 2 hier. 117.

[c] Pſ. 31. 8.
[d] Pſ. 32. 18.
[e] Pſ. 33. 16.
[f] Pſ. 34. 19.
[g] lib. 33.
[h] Gen. 4. 3. & ſeqq.

aderit? sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Et alibi sæpe Deum aspicientem pro fauente atque beneuolo sumit sacra Scriptura. Hunc autem fauorem, qui per oculum aspiciẽtem indicatur, orthodoxi nostri Gratiam vocant; vnde quos Deus aspicit, fortunari; quos auersari videtur, derelinqui, & infelices esse censemus. Hinc diuinus Psaltes [i] *Exaudi Domine vocem meam, quam clamaui ad te: miserere mei, & exaudi me. Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam Domine requiram. Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor meus esto: ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.* Quem locum mirifice videtur imitari Virgilius [k] inducens Iouem benigne respicientem Troianos in Libya:

[i] Ps. 26. 7. & seqq.

„ Et iam finis erat, quum Iupiter æthere summo
„ Despiciens mare veliuolum, terrasque iacenteis,
„ Littoraque, & latos populos sic vertice cæli
„ Constitit, & Libyæ defixit lumina regnis.
„ Atque illum tales iactantem pectore curas
„ Tristior, & lachrymis oculos suffusa nitenteis
„ Alloquitur Venus: O qui res hominumque Deumque
„ Aeternis regis imperijs, & fulmine terres,
„ Quid meus Aeneas in te committere tantum,
„ Quid Troes potuere? quibus tot funera passis
„ Cunctus in Italiam terrarum clauditur orbis.

Et post multam lamentationem, atque precem orantis, a poeta luculenter exaratam.

„ Olli subridens hominum sator atque Deorum
„ Oscula libabat natæ: dehinc talia fatur.
„ Parce metu Cytherea: manent immota tuorum
„ Fata sibi: cernes Vrbem, & promissa Lauini
„ Mœnia, sublimemque feres ad sidera cæli
„ Magnanimum Aeneam: neque me sententia vertit.

Sic ergo Magnus Oculus, ex alto Serapidem aspiciens, hieroglyphicum est Diuinæ prouidentiæ, summæque Dei benignitatis, qua Numen olim in Aegypto prospexit, atque fauit assidue Iosepho Patriarchæ: cuius historia mystice designatur in isto pulcherrimo Schemate, nos edocente, Principum Optimorum proprium officium esse, subditos & exteras etiam gentes ingentibus beneficijs afficere, Deorum instar; vt ab eis cultu fere diuino colantur. Quem antiquum morem, vt apte probauit, recens lectis hisce nostris, Cl. Rhodius eleganti disticho:

Schematis intentio.

„ Rex Deus in terris, cumulat qui munere ciues.
„ Quicquid enim gratis contulit, vnus habet.

Sic antea multo coluit, antiquitatis cultor eximius, ipse Virgilius erga Imperatorem Augustum, a quo gratiose conseruatus fuerat in possessione propriorum bonorum, dum alij Mantuæ ciues per Legem Agrariam a militibus expoliati suorum agrorum antiqua possessione propriam miseriam lamentarentur; & Virgilij fortunam laudarent, atque suspicerent. Quæ cuncta memorat iste poeta, Deum sibi constituens benignum Imperatorem, dum sub Tityri persona sic a Meliboeo compellari se fingit, & illi respondere, suis in Bucolicis [l]

[l] Ecl. 1.

„ MEL. Tityre, tu patulæ recubans sub tegmine fagi
„ Siluestrem tenui musam meditaris auena:
„ Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua:
„ Nos patriam fugimus: tu Tityre lentus in vmbra
„ Formosam resonare doces Amaryllida siluas.
„ TIT. O Meliboee, Deus nobis hæc otia fecit.
„ Namque erit ille mihi semper Deus, illius Aram
„ Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
„ Ille meas errare boues (vt cernis) & ipsum
„ Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.

Quæ satis euidenter confirmare videntur vtramque nostram propositi schematis explicationem de Principibus optimis & beneficis ad instar Numinum cultis apud omnes gentes, in quas magna beneficia contulerint. Ad quos Principes Optimos Lucernæ mystice referuntur, & historice; sicut abunde supra visum est.

De Lucerna, quæ recens inuenta dicitur in sepulchro Archimedis Siracusis.

Cap. CXXV.

CL. Ioannes Rhodius, quum audisset ab amicis, Roma Patauium venientibus, apud Eruditissimum Virum P. Athanasium Kirkerium, linguarum antiquatarum peritissimum, Lucernam superioribus annis erutam, opera D. Vincentij Mirabellæ, de sepulchro vetustissimo magni Archimedis: ornaturus istiusmodi cimelio meum opus de Lucernis Antiquorũ Reconditis, quod ampliore nunc editione recuditur, ad eximium antiquitatis cultorem scripsit, rogans nobis copiam fieri simulachri Lucernæ, si penes ipsum esset, cum ijs notis, quæ nobis vsui forent ad eam digne celebrandam. Quumque simul apud me conspexisset iconem antiquissimi sigilli, seu instrumenti caballistici, literis ignorabilibus, per characteres qua Hebraicos, qua Chaldaicos, & alios ignotiores, tam recta, quam in circulos ductis, delineati, non piguit etiam de illo linguarum omnium obsoletarum peritissimum consulere hac epistola.

„ Reuerendo Admodum in Christo Patri
„ D. ATHANASIO KIRCHERO
„ Ioannes Rhodius S.

„ STudium erga nos tuum quo fuit negotiosius, eo sane gratius. Publico enim quantum contulerit, multiplicis doctrinæ auctario posteris prolixe „ testabitur celeberrimus Licetus; qui se „ humanitati tuæ non minus debere fatetur, quam egomet plurimis tibi nominibus iam diu obstrictus. Philosophi quippe Sapientum Coryphæi Lucernam „ præteriisse, iniquum erat. Quam e summi viri sepulchro D. Laurentium Mirabellam deprompsisse veris nobis indicijs „ vbi ostenderis, non omissa prisca simplicitate digni operis materia, officio „ plurimum accedet, nec Liceti, aut Lectoris curiositati quicquam defuturum „ spero. Aeneam consultissimi Ioannis „ Galuani tabulam commodo *tuo* expenderis. Numi pariter ectypum, qui „ apud Illustrissimum Equitem Vrsatum „ de Vrsatis argenteus est nouem siliquarum pondere. Notas instrumenti e bibliotheca Ducis de Alcala Neapoli anno MDCXXX editas haut dubie vidisti. De quibus tuam desidero sententiam: imprimisque sine tua molestia „ Scribonius meus de Chaxi herba sollicitus est; qui num Compositione „ CLXXXI tam verum, quam ingeniosum se præbuerit grammaticum in Alterci Origination sub dubito. Si quod „ aliquando monuit piæ memoriæ Veslingius noster Hyoscyamus sit Arabibus „ Alterich. Quod nemo te rectius mihi „ confirmauerit. Sed quid vlterius interpellem? Ignosce, Vir Clarissime, „ quodque soles meis faue Musis. Ita „ Deus te fortunet, honestisque laboribus diu superstitem velit. Patauij XVI. „ Cal. Octobr. Anni Secularis MDCL. „

Cui quidem epistolio responsum huiusmodi dedit vir doctrina pariter & humanitate Clarissimus:

„ Excellentiss. Viro ac Domino D. Ioanni Rhodio Amico cum primis „ Colendo Patauij. „


„ Excellentiss. Vir amicorum optime: „

„ TAnta fuit hucusque præsentium occupationum mearum importunitas, vt calamum postulata in vltimis „ tuis perstringentem tertio iam interrupta exaratione e manibus meis excusserit. Si itaque tardius, ne mireris: si „ λακονικοτέρως respondeam, excuses velim; si quidem obeliscus coronidem fere assecutus, vti onere æthna sane grauiore humeros meos premit, ita nihil „ quoque aliud ne dicam scribere, sed ne „ cogitare quidem permittit. Tabulæ illius magicis characteribus insignitæ typum mox atque accepi, examinaui; „ neque Sphingem adeo truculentam ali-


quis

„ quis sibi persuadere possit, inueni. A Quare mox ac obeliscum absoluero, eius expositioni omni studio incumbam. Prototypam Tabulam, quam ad me transmissam scribis, quamque remitti possessori suo desideras, non vidi: sed exmplaris archetypi tantum copiam: Nisi hanc tibi remitti velis; quod faciam, vbi mentem tuam mihi clarius aperueris. Adiungo hisce Lucernæ Archimedææ typum, quantum fieri potuit, genuine exhibitum. Qui si operi Clarissimi Viri Fortunij Liceti seruire possit, me perbeatum censebo, tanto viro etiam vel minimo seruisse. Vale mi Rhodi, meque vt soles amare ne desinas. Romæ 27. Augusti 1650. Tuus quem nosti Athanasius.

Lib. VI. Cap. CXXV. *Pars lampadis anterior.*



Pars posterior.



Jo. Georg. sculps.

Suberat inscripta schedula notis ipsissimis: *Lucerna Archimedis eruta fuit ex eius sepulchro a Don Vincentio Mirabella.* Non habens Mirabellæ volumen, vnde pleniorem rei notitiam haurire possem, incertus de materia Lucernæ, nec audens nouis postulatis interpellare studia viri occupatissimi: Romam perscribo statim ad alium eruditissimum virum, enixe rogans vt mihi genuina ver-

ba Mirabellæ de Lucerna Archimedis fideliter & integre transcripta communicare ne grauetur. Interim Ciceronem adeo, quem sciebam de sepulchro Archimedis aliquid inuulgasse. Reperi vero sic eum scribere de[a] Syracusijs.


[a] 5. Tusc.

„ Ex eadem vrbe humilem homunculum
„ a puluere & radio excitabo, qui multis
„ annis post fuit Archimedem; cuius ego
„ Quæstor ignoratum ab Syracusanis,
„ quum esse omnino negarent, septum
„ vndique & vestitum vepribus & duma-
„ tis indagaui sepulchrum. Tenebam
„ enim quosdam senariolos quos in eius
„ monumento esse inscriptos acceperam,
„ qui declarabant in summo sepulchro
„ sphæram esse positam cum cylindro.
„ Ego autem quum omnia collustrarem
„ oculis (est enim ad portas Sagregianas
„ magna frequentia sepulchrorum) ani-
„ maduerti columellam non multum e
„ dumis eminentem, in qua inerat sphæ-
„ ræ figura, & cylindri; atque ego sta-
„ tim Syracusanis (erant autem principes
„ mecum) dixi me illud ipsum arbitrari es-
„ se, quod quærerem. Immissi cum fal-
„ cibus multi purgarunt, & aperuerunt
„ locum; quo quum patefactus esset adi-
„ tus, ad aduersam basim accessimus.
„ Apparebat epigramma exesis posterio-
„ ribus partibus, versiculis dimidiatis fere.
„ Ita nobilissima Græciæ ciuitas, quon-
„ dam vero etiam doctissima, ciuis vnius
„ acutissimi monumentum ignorasset, ni-
„ si ab homine Arpinate didicisset. Hæc
ille: nihil omnino de Lucerna; quod forte monumentum non curasset aperiri. Sed insignia sepulchri, sphæram atque cylindrum tumulo suo post mortem imponi viuens ipse iussit Archimedes, obseruatu testimonioq. Plutarchi, scribentis hæc in Marcello: *Quum autem multa & præclara inuenisset* Archimedes, *dicitur ab amicis & propinquis petisse, vt vita defuncti Cylindrum Sphæram complectentem sepulchro imponerent, inscriberentque proportionem, quatenus solidum continens excedat contentum*. Quæ quidem inscriptio forte continetur exesis illis senarijs a Cicerone repertis. At vero nec iste de Lucerna sepulchrali tanti viri meminit vspiam. Dum typum lampadis Roma missum considero, cum fundo forinsecus perforato, cumque tubo sursum de Lucernæ fundo per caueam Lychni surgente; cogitaui locum istum fuisse, per quem hastula candelabri transmitteretur, quo lucerna posset attolli, deprimique ad arbitrium ea vtentis, anulo supposito Lucernę, quam sustineret, ac hastulę circumducto, quam arcte complecteretur, nec a pondere Lucernæ deprimi valeret, sed a violentia tantummodo manus valentioris; cuius iconem fingi curauimus ad normam alius Lucernæ per hastulam candelabri sursum & deorsum ductilis, ad nutum legentis; ita vt oleum in cauea Lucernæ positum nec e fundo perforato posset egredi, nec etiam hastulam candelabri, de fundo Lucernæ sursum ascendentem attingere, atque vlla ratione prorsus coinquinare; quemadmodum facile quisque conspicere valet in hac imagine.



Cen-

Lib. VI. Cap. CXXV.
fig.a 2.



Censura de propoſita Lucerna Archimedis.

POſt hæc habui ab eximio vetuſtatis cultore, plurimos annos Romam agente, reſponſum hoc meo quæſito de Lucernæ Archimedeæ dictis a Mirabella. *Acceptis literis tuis, vidi perluſtrauique diligenter opus D. Vincentij Mirabellæ Syracuſani, qua parte tractat antiquam Syracuſam, impreſſum Neapoli a Lazaro Scorriggio* 1613. *vt inſpicerem ſi quid afferret de Lucerna, cuius ad te typus tranſmiſſus eſt, tanquam de comperta in ſepulchro Archimedis. At reuera nullam in*

B

eo libro lampadis mentionem inueni. ſolum in vltima libri parte ponens autor vitam Archimedis, meminit ſepulchri, quod illi viro Marcellus inſigne conſtrui curauit, ſuperimponens tumulo Sphæram cum Cylindro, addita Inſcriptione (quam ſine dubio nouerat ab affinibus Archimedis fuiſſe mentem defuncti, relatam ſuperius a Plutarcho) *cuiuſmodi multo poſtea Cicero Quæſtor contra Verrem in Siciliam miſſus gloriatur inter dumos inueniſſe ſe non exiguo labore. Quæ ſola de propoſito colligere potui ex opere Mirabellæ. qui ſane fuit intimus amicus felicis recordationis Ducis Federici Cæſij, Principis Academiæ Lyn-*

cæorum : cui, si Lucerna similis æuo suo reperta fuisset, de illa notitiam dedisset, vti fecit de nescioquibus ossibus gigantis in illa regione inuentis. Multi mihi videntur anni præteriisse ab obitu Mirabellæ ; quare nescio qua fide tibi scriptum sit, ab eo Lucernam istam inuentam fuisse recens ab heri nudius tertius. Hinc apparet, non adeo firmam ac indubitatam fidem adhiberi posse vulgatæ famæ de Lucerna recens inuenta in sepulchro magni Archimedis a Mirabella. Nos tamen operi nostro duximus inserendam, ne præterijsse culparemur, quod insignes viri censent extitisse veram Archimedis Lucernam ; sicuti nec omittere debemus mentionem de celebri Lucerna Diogenis Antesignani Cynicorum, etiamsi lampadem huiusce modi videre nunquam potuerimus.

De Lucerna Cynici Diogenis.
Cap. CXXVI.

ARchimedeę Lucernę succedit animaduertenda longe vetustior, qua Cynicus ille Diogenes in medio foro frequentissimo meridie quærebat hominem, hoc est virum ratione pollentem, virtute præditum, bonisque moribus. Nam imperitam multitudinem, atque vitijs inquinatos, hominis nomine non dignabat, sed fæces hominum appellabat. Ita siquidem apud Laertium Hecato [a] scribit de Diogene Cynicorum Antesignano : *Quum clamasset aliquando, Heus homines: conuenissentque plurimi, baculo illos agebat, dicens : Homines, non purgamenta vocaui.* Quo sensu quoque D. Paulus, homines abiectos, atq; viles, & nequam, purgamenta nuncupauit ad Corinthios itidem scribens ipsissima, [b] Blasphemamur, & obsecramus : tanquam purgamenta huius » mundi facti sumus ; omnium peripsema » vsque adhuc : Subnectit autem mox e suo penu Laertius de Cynico : *E balneis exiens, percontanti, an multi homines lauarent, negauit. At roganti, num turba multa, confessus est.* atque paulo post : Λύχνον μεθ' ἡμέραν ἅφας, Ἄνθρωπον, φησὶ, ζητῶ. hoc est, *Lucerna interdiu accendens, Hominem, aiebat, quæro.* Quo quidem in actu sic ipsum Cynicorum Antesignanum cum Laterna diurna pinxit affabre noster AN. VASSALLVS, pictor Genuensis.

[a] lib. 1. de vsu.

[b] ep. 1. 4. 13.



Pro re ſiquidem eadem apud Græcos habentur, ac tanquam ſynonyma, Φῶς, λύχνος, λαμπτῆρ, λάμπας, & λυχνύχος; vt obſeruat Morelius in onomaſtico, ſimul cum alijs Lexicographis; itidem pro ſynonymis Laternam & Lucernam accepit Xylander interpres apud Plutarchum in Quæſtionibus Romanis legens [c] Cur Augurum, quos » ante Auſpices nominabant LATERNAS, λαμπτῆρας, ſemper eſſe apertas » voluerint, neque operculo vnquam » tegi? An, paruas res magnarum vo» luerunt eſſe teſſeras, more Pythagori-

[c] Qu. 72.

A corum? Vt enim hi Choenici inſidere, „ ac ignem gladio agitare vetabant: ita „ priſci multis vſi ſunt obſcuris ſignifica- „ tionibus, maxime rerum ſacrarum: de „ quibus etiam LVCERNÆ τῷ λαμπτῆ- „ ρος, hoc inſtitutum eſt. Nam Lucerna, „ ὁ λαμπτῆρ, reſpondet corpori animum „ continenti, qui lumen eſt: ſemperque „ debet intellectus eſſe apertus ac per- „ ſpicax: nunquam includi, aut flatu ex- „ tingui. Iam quum venti ſpirant, aues „ non conſtanter manent, neque firma „ auguria exhibent; quia tum vagantur, „ & inæqualibus aguntur volatibus. Illa „

B

Obſcuris verbisquã- do veteres vſi.

Lucerna vt hominis teſſera.

igi-

Augures cur laternas apertas gestarint.

» igitur consuetudine docent, captanda
» auguria, non quum venti flant, sed
» quum est tranquillitas, & apertis vti li-
» cet LVCERNIS, τοῖς λαμπτῆρος. Ita-
que Xylandro vocabulum Græcum λαμπτῆρ, quod synonymum est cum potius, genericum esse censetur, siue λύχνῳ commune ad Laternam, atque Lucernam, tanquam ad synonyma. Quam sententiam habuerunt etiam Aristotelis interpretes antiquiores æque ac iuniores; etenim eadem vox ὁ λαμπτῆρ promiscue vertitur, *Laterna*, & *Lucerna*. Aliquibus legentibus [d] *Accidit autem interdum idem effectum probari non modo ex fine, sed etiam ex materia, quæ necessitatis causa dicitur: Veluti cur lumen per LATERNAM transmittatur? huius rei causa duplex redditur; vna est, quia necesse est vt per maiores meatus id quod subtilioribus constat partibus, transmittatur; si quidem ea lux cernatur, quia corpus aliquod permeet, ac transeat: Altera, vt finis: ne videlicet vspiam offendamus*. Ita vertit vocem λαμπτῆρ, LATERNA, post Argyropilum, & antiquum Interpretem, Nicolaus Grothius. Alijs cum vulgata Boethij vertentibus: *Contingit autem idem, & cuius gratia esse, & ex necessitate: vt per LVCERNAM egredi lumen; ex necessitate etenim progreditur, quod minores habet partes, per maiores poros; siquidem lumen sit tenuius eo, quod pertransit: & gratia cuius, vt non offendamus*. At omnium luculentissime de synonymis cum Lucerna, & Laterna Iulius Pollux in Onomastico suo, Vir Suidæ, Carteromachique vetere testimonio, pollens eruditione, qui diuersa de eodem nomina collegit, scribit ad verbum [e] Hæc vero, Candelæ sequuntur: & Candelæ duplices
» secundum Philonidem, dicentem in
» Cothurnis: *Quemadmodum Candelæ duplices*. Atque *Candelæ triplices*, secundum Herodotum. Idemque *Candelæ incensionem* dixit. Cratinus in Trophonio, & Menandrus in Thessalica. Et
» Candelabrum, cui Candela, quæ &
» Lucerna dicta est, imponitur. Candelabri autem elatior pars, cui Candela
» inseritur, scutella dicitur, vel Lanx.
» Quodque mediæ candelæ inest, thryallis, ellychnium, & phlogmus. Quam
» vero nunc Lampadem vocant, eadem

[d] 2. poster. t. 42. vel 43.

[e] l. 10. c. 26.

Candela pro Lucerna dicta.

Lampas & Laterna idem.

A Laterna dicitur, vt Aristophanes dicit in Acharnensibus: »

Ad prodendos reos candelabrum, »
Laternam ad lucendum instruis. »

Sed apud Lysiam ad Chytrinum: *Repente vero qui arrepto lapide, sequentis Famuli Laternam excussit*. Ceterum in Aristophanis Acolusicone: *Et pellucida omnia viderunt examidis, vt in noua Laterna*. Laterna vero etiam λαμπτῆρ dicta est. Tum in secundo Philisti libro dictum est: *Et noctu obseptus Laternas attollere*: intelligit vero laternam corneam. Γανὸς autem, & Φανὸς, etiam facem significant, vt quum Euripides dicit in Alcmene: *Vnde vero piceam facem accipiendam inueneristi?* Tedæ enim, & Lampades, luciferorum sunt. Lampades præterea, Perticas vocauit Aeschylus: *Perticæ piceæ incensæ*. Obeliscolychnium, militare instrumentum est, dictum a Theopompo Comico, in Pace: *Nos vero bona fortuna obeliscolychnium permutauimus, & ensem acutum*. Verum quum Aristophanes in Acolosicone dicit; duobus lychnidijs, nimirum Candelabrum intelligit, & non paruas lucernulas. sicuti & quum Crates inquit, in Vicinis: *non est mihi in Lychnidium*. Manifestius tamen in Aristophanis Fabulis, aut Niobe: *Sed candelæ instar, recumbit super Lychnidium*. Et in Phœnissis: *Et Stilba, quæ mihi noctu lumen fert super Candelabro*. Vnde patet, quod & Stilba, Lucernæ species est. Sic ad verbum Pollux. In quibus pleraque considerandæ: primum quidem, Lucernæ multa synonyma reperiri apud antiquos, quę sunt Laterna, Lychnus, Lampas, Candela, Stilba &c. Deinde Candelas duplices, atque triplices, veteribus appellari Lucernas bilychnes, atque trilychnes; dicitur enim Lucerna nomine Candelæ, quia lucet igne candenti: Sed Isidoro [f] *Candela a candendo dicitur, eo quod candendo deleatur*. Vnde Felieta Genuensium historicus eximius, indicaturus se dum aliorum vtilitati cõsulit, historias posteritati conscribens vtilissimas, Candelam ceream ardentem posuit heroicum suum symbolam, cum epigraphe: OFFICIO, MIHI OFFICIO. Verum in præsentia Pollux cum Aristophane Candelę nomine, non ceream, aut sebaceam cum multi-

Candelæ etymon.

[f] l. 20. c. 12.

Nobile symbolum historici.

tudine

tudine noſtrate intelligit, ſed lucernam, etiam oleariam; quæ polymyxos eſſe poteſt, vt & monomyxos. Deinceps de Stilba ſic apud Gyraldum legimus:

[g] Syntag. 9.

[g] *Stilbon Mercurij ſtella a ſplendore cognominata, vt M. Cicero Martianus, Apuleius, ceteri aſſerunt. στίλβω enim ſplendeo eſt, & niteo. Hanc ſtellam indicat Virgilius in illo:*

„ Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes.


Sane Stilbontis, & Stilbonis caſu patrio recte dicimus. Hinc etiam Stilba Lucernæ ſpecies, quæ ſupra Candelabrum poni ſolet, vt ex Phœniſſis Ariſtophanis Iul. Pollux in decimo declarat. Hoc lucernarum genere ex orichalco hoc tempore forte ſtudioſi literarum vti conſueuere. Dicitur autem *Stilbon* forte pariter Mercurij ſtella, & Lucerna; quia ſimiliter vtraque videtur a longe tum exiguo, tum etiam tremulo lumine micare; nam Mercurij ſidus eſt omnium minimum, vti Sol maximum, Clauio apud Sacroboſcum, [h] & quia planeta eſt, ideo ſcintillat, Ariſtotele [i] doctore. Præterea vero dicens ex Ariſtophane Pollux, Lychnidij nomen non ſignificare paruam Lucernam, ſed Candelabrum, ſiue Lucernarium, apertam nobis reddit obſcuriſſimam M. Tullij ſententiam, qua ſcribens ad Q. Fratrem, ait [k] ſe ſcripſiſſe illam epiſtolam ad Lychnum ligneolum, qui ſibi periucundus erat, quod a Fratre Sami degente curatus fieri fuiſſet; etenim Cicero, Lychnidij vocem Græcanicam vertit Latine Lychneolum, quam dictionem librarius Ligneolum poſuit; nomine vero Lychni Lychneoli Lucernam Candelabri M. Tullius intellexit; quod quidem candelabrum, ex quacunque fieri potuit materia, ſiue ligni, ſiue alius rei, tanto artificio Sami, vt iucundus eſſe ſibi valde potuerit; verum hac de re non ſemel ſuperius, & apud Cl. Smithium [l] abunde. Denique vero non diſtinguens, cum eruditis antiquioribus Pollux Laternam a Lucerna, multitudinem iuniorum conſentientem non habet in Latio, qui plane diſtinguunt Laternam, a Lucerna; quia Laterna vas eſt, intra quod lux veluti latet, clauſa ſeu lamina cornea, ſeu tenui pelle, ſeu tela linea, ſeu charta; ſolum e luce ſplendor luminis foras per inadſpectabiles poros emicat in aerem ambientem: Lucerna vero vas appellatur, in quo ſine tegmine velamentove lux immediate viſitur effulgere, deque ſe lumen effundere protinus in aera circumfluum. Hanc vulgi famam ſecutus Pictor noſter Cynicum Diogenem effinxit in meridie gerentem, vt ait Plautus [m] *Vulcanum in cornu concluſum*: ſcilicet cum vulgari Laterna, corneis laminis obducta, qua quærebat hominem catum, nimirum ſapientem, atque probum in turba penitus ignara, coinquinataque vitiorum ſordibus. Quare ſicut Archimedea vere Lucerna vulgaris extitit; ſic Diogenis Philoſophi Cynici Laterna fuit Vaſſallo noſtro; & optima ratione, ſcilicet ne ſub dio, & in manu fortaſſis perambulantis forum, a ventis, flatibusque quomodocunque contingentibus obuiam, extingueretur; ac eapropter impediretur veri hominis, probi nimirum atque ſapientis inquiſitio. Nolui præterire Lucernam adeo celebrem in antiquitate, licet eam non viderim.

[h] in cap. 1.
[i] 1. poſt. t. 96.
[k] l. 3. ep. 7.
[l] l. 3 cap. 8. & l. 6 cap. 91. & ſeqq.
[m] Amph. act. 1. ver. 347.

Laternę etymologia.

De Lucerna Gladiatoris antiqui.
Cap. CXXVII.

PVlcherrimæ vetuſtatis Lucernam fictilem nuper ad me tranſmiſit Cl. Vir, Andreas Morettus Brixienſis, Mathematicarum eximie peritus; in cuius area ſuperna duo milites efformati viſuntur, armati priſco more; quorum alter alterum gladio confodit in ſingulari certamine, ſub hac effigie:



Hu-

Lib. VI. Cap. CXXVII.



Ex Museo D. Andreæ Morezi Sereniss. Reip. Venetæ Litt. Mun. Præf.

Io. Georg. sculp.

Huiusce quidem Lucernæ genuinam historiam proponit Vir Cl. inquiens, Inuentum fuisse lychnuchum Brixiæ, in Via Sana prisco tempore nuncupata, quæ dicitur hodie *Via del Castello*, idest Via Arcis: prope suam domum, in horti sui muro quodam effracto, simul cum Numismatibus aliquot antiquis, & Vrnæ testeæ fragminibus, vitrique cærulei crassioris itidem fragmentis. Iuxta quem muri locum aderat lapis, tres pedes circiter altus, cum inscriptione:

D M
PRIMITIVI MERENTI
POSVI APRIA

Quem lapidem ait a suis consanguineis postea translatum fuisse extra ciuitatem, ad angulum quendam alterius do-

A mus ruralis firmandum, sitæ prope fluuium Bocca: quo loci nunc etiam extat. Qui quidem affines, procul a patria se commorante, neglectis fere numismatibus, vnam Lucernam, ob eius pulchritudinem, conseruauere. Dubio procul istam fuisse Lucernā sepulchralem, indicant aperte fragmina tum vrnæ fictilis, in qua mos erat antiquis asseruare cineres, & ossa defunctorum: tum etiam vitri cærulei, quæ construebant olim ampullas ad excipiendum lachrymarum humorem, a Præfica, ceterisque mulierculis funeralibus, precio vendi solitum, & cum cadauerum bustis contumulari. Cum quibus itidem sepeliebantur numismata, quibus arbitrabantur indigere mortuos ad persoluenda pretia nauli Charonti, defunctorum animas transuehenti cymba per paludem Stygiam ad vlteriorem inferni ripam.

Vrnarum vsus in sepulchris.

Ampullæ vitreæ lachrymales in tumulis.

Numi cur cū cadauere sepulti.

pam. Ex lapide ſepulchrali prope murum, in cuius fracturis inuenta Lucerna fuit, apte conijcere poſſumus, eam arſiſſe in honorem Manium Primitiui Merenti, vel Merentis (ſi forte deletum fuerit iniuria temporis vltimum ſigma, vel omiſſum incuria lapicidæ, ſcriptorisve) accenſam ab eiuſdem viri vel coniuge, vel matre, vel alia quapiam affine, vel amica, APRIA; quorum nomina leguntur in lapide. Nam Aprorum familia celebris olim Brixiæ fuit; vt apparet ex alijs Inſcriptionibus antiquis: quarum vna legitur in Vrbe ad D. Iuliæ:

L. FILICVLÆ C. F.
M. NONIVS ARRIVS
PAVLINVS APER C. V.
CONIVGI
CARISSIMÆ

Alia vero viſitur extra ciuitatem in agro Epiſcopali, e regione anguli Mombelli, literis eiuſmodi:

M. NONIO M. F.
FAB. ARRIO
PAVLINO APRO V. C
XV. VIR. SACR. FAC
CVLTORES
LARVM EIVS

Tertia ſpectatur in opido Moſcolinorum, huiuſmodi:

DEO MERCVRIO
M. NON. ARR.
PAVLINVS
APER C. V.
PRO SALVTE SVA
V. S. L. M.

Quæ verba poſtrema capitalia, forte ſic explicantur

„ *Votum Soluit Liberatus Malo,*
ſiue Morbo, Morteve.

Explicatio Inſcriptionis obſcuræ.

Scilicet quum Mercurius inuentor Medicinæ coleretur, vt & aliarum artium; ſcribente Gyraldo [a] *Sunt & qui addunt, eundem* Mercurium *præſtigiatorum artem excogitaſſe: ſed & rebus nomina impoſuiſſe: & verba in ordinem redegiſſe: & deorum cultum, & ſacra inſtituiſſe: aſtrorum, & ſiderum curſus obſeruaſſe: numerosque excogitaſſe, & MEDICINAM.* &c. Phurnutus etiam agens de Natura Deorum, Mercurius, inquit [b] *& Socus vocatus eſt, tanquam Seruator familiæ exiſtens; aut, vt quidam cenſent, Sortis. Et cuſpis huius dicitur ſignum eſſe haud certe ad nocendum, ſed ad ſeruandum magis eſt hæc excogitata ratio; vnde & Sanitatem ei fecere domeſticam.* Quocirca Medicinæ parens Mercurius, bonæ valetudini reſtituens etiam deſperatæ ſalutis infirmos virtute ſua ſingulari, & deſperatæ ſortis homines reuocans ad bonum ſtatum vitæ ciuilis, dictus eſt morientium animas pallentes ab Orco reuocare: ſic de Mercurio Virgilius aperte [c] cecinit: [c] 4. Aen.

„ Tum virgam capit: hac animas ille
euocat Orco
„ Pallentes.

Itaque Deo Mercurio, Medicinæ inuentori, atque Familiæ, bonæque Sortis Seruatori, quum vel ægrotans ad mortem, vel alia quapiam immani calamitate preſſus, votũ feciſſet Paulinus Aper, ſi conualuiſſet, euaſiſſetve ſoſpes ab alio quopiam infortunio: adepta demum ſanitate, prorſusque liberatus a malo, votum ſoluit lapide monumenti poſito. Multiplici vero nomine Paulinus Aper, Vir Conſularis appellatus eſt etiam in Inſcriptione triplici M. Nonius Arrio; vel quod Arrius origine fuerit adoptatus in Apriam familiã; vel etiam quod paterni pariter, atque materni generis cognomento vti voluerit. Ex eadem nobili progenie Apria, femina primaria, ſeu viro, ſeu filio ſuo, *Primitiuo Merenti* defuncta, poſuit primam Inſcriptionem, & ardentem Lucernam; fingique curauit in Lychno duos armatos, quorum alter alterum confoderet, ad indicandam fortitudinem bellicam Primitiui ſui, qui ſingulari certamine ſtrenuum hoſtem interfecerit olim; ac inde ſibi Merenti, ſiue Merentis cognomentum acquiſiuerit. Fuit autem iſte Primitiuus aut Romanus, aut ciuis Brixienſis; etenim Brixiæ ciues militari fortitudine cluent apud Hiſtoricos, atque Poetas celebriores; enimvero celebratur a Mantuano

„ Brixia magnorum genetrix animoſa virorum. Brixia bellicoſa.

Summaque neceſſitudo fuit Romæ cum Brixia, ſua Colonia; de qua Conſules vndeuiginti ſibi deſumpſit varijs temporibus; multæque familiæ Romanæ cum Brixianis fuere communes; vt luculenter oſtendit in Hiſtoria ſua Octauius Rubeus, & aperte conſtat ex alio Primitiui lapide, quem Romæ legit in ædibus Maximorũ Gruterus, pag. DCCXCVII. I, IV. Brixiæ cum Roma neceſſitudo.

[b] pag. 156. Mercurius Seruator.

IVNIÆ LAVTIRES
CONIVG. CARISSIM
Q. VIXIT. ANN. XXVI.
DIEB. XII.
PRIMITIVVS. MARITVS
BENE. MERENTI
FECIT

Quin & in alio Romæ, in porticu Antonij Bubali legit pag. DCLXI. 5.

DIS. MANIB
PRIMITIVO. COLLACTIO. F
BENEMERENTI. FECIT
C. LVCILIVS. FESTVS. ET. SIBI
V. ET. SVIS. ET. FLAVIAE.
HEDONE
VXORI. SVÆ. POSTERISQ.
NOSTRIS
LIBERTIS. LIBERTABVSQ.
EORVM
IN. FRONTE. P. XII.
IN. AGRO. P. XII.

Armorum vero genera, quibus inuicem digladiantur in area Lucernæ plasmati, demonstrant eos fuisse duos antiquos Gladiatores illustres; quorum Victor Primitiuus ille fuerit, in cuius demum tumulo Lychnus exarserit, ab Apria vel coniuge, vel matre positus. Gladiatoriã etenim exercuerunt olim, plurimum quidem serui, & homines vilissimi, mercenarij, venalesque proprij sanguinis: verum etiam aliquando viri nobiles, atque primarij: quin etiam Duces, & Imperatores ipsi. De seruis quidem, & infimæ sortis, hominibus præclarum habemus Plinij testimonium, alicubi scribentis [c] *Pingi autem gladiatoria munera, atque in publico exponi cœpta a C. Terentio Lucano. Is auo suo, a quo adoptatus fuerat, triginta paria in foro per triduum dedit, tabulamque pictam in nemore Dianæ posuit.* Quem locum Plinij Mercurialis, alioqui vir doctissimus, nescio qua ratione vitiauerit, in eruditissima sua Gymnastica legens [d] *quadraginta paria:* forte memoriæ lapsus iste fuit, vel error Amanuensis. Ex eadem conditione seruili, ac infima fuere quoque gladiatores, quos Lentulus aluisse Capuæ dicitur, Mercurialis eiusdem obseruatu. Athenæus etiam [e] scribens, Nonnullos ex Campanis singulari certamine inter conuiuas digladiari: & ex Nicolao Damasceno referens, Romanos etiam inter cœnandum gladiatores inferre solitos: & Gladiatorum spectacula non in conuentibus solum, aut in theatris Romanos exhibuisse, consuetudine primum a Tyrrenis accepta; verum etiam in priuatis conuiuijs multis ad cænam inuitatis amicis duo vel tria gladiatorum dimicantium paria ostendisse; vt postea quum vino iam & cibo saturati essent, gladiatoribus intro vocatis, dum alter eorum iugularetur, delectarentur. Additque fuisse, qui testamento mandauerit vt formosissimę mulieres, quas possidebat, digladiarentur: & alium qui sorti eidem exposuerit pueros impuberes, quos in delicijs habuerat. Licet Populus eiuscemodi testamentum abrogauerit. Equidem e seruili, ac ignobili sorte fuisse, qui delectandi gratia spectatores dimicarent ad interitum, vnicuique satis patere censeo. Verum enimvero gladiatoriam etiam exercuisse viros nobiles, Duces, ac Imperatores ipsos, apertum est item ex antiquis; nam & idem Athenæus paulo post addit, Quod autem viri insignes, ducesque singulari certamine dimicarunt, quod quidem prouocati faciebant, nos alibi diximus. De huiusmodi pugna ita meminit Dryalus Athenienſis libro Historiarum nono: Postquam Cassander ex Bœotia rediens Regem sepeliuit in Argis, Reginamque, & vna cum illis Cynnam Eurydices matrem, reliquosque honores, quibus decorares cõueniebat, instituit: monomachiæ certamen addit: ad quod quatuor milites accesserunt. Demetrius autem Sceptius lib. XII. Troici ornatus hæc scribit: Apud Antiochum Regem, qui magnus dicebatur, non amici solum Regis in arma tripudiabant in cœnis, sed ipse etiam Rex. Herodianus obseruatu quoque Mercurialis, & Iulius Capitolinus asserunt, Commodum Imperatorem fuisse gladiatorem eximium: & in publicis theatris, spreta Imperatoria dignitate, gladiatoris partes adimplesse. Spartianus item in Pupieno, & Albino asserunt, Imperatores ad bellum profecturos, munus gladiatorium, ac venationes edere consueuisse; vt ciuium sanguine sic effuso, pugnæ quadam imagine Nemesis se, id est Fortunæ vis quædam expleret: vel vt insuescerent milites vulnera, atque ex-

Gladiatores qui e vili genere.

[c] l. 35. cap. 7.

[d] l. 3. cap. 4.

[e] l. 4. c. 17.

Testamenta immanitatis abrogata.

Gladiatores fuisse quoque nobiles, & Principes.

[f] l.7.c 3. cædes inſpectare. Gellius [f] autor eſt: *Gladiatori compoſito ad pugnandum, pugnæ hanc propoſitam ſortem fuiſſe, aut occidere, ſi occupauiſſet: aut occumbere, ſi ceſſaſſet.* Quinimmo victor, vel alius quiſpiam ex vulnere gladiatoris animam agentis calidum cruorem potare conſueuerat, more priſco; ſi quidem, vt ait Plinius: [g] *Sanguinem quoque gladiatorum bibunt, vt viuentibus poculis, comitiales morbi* curentur: vel *vt bibentibus procul ſint comitiales morbi.* (ita legente Pintiano) *Quod ſpectare facientes in eadem harena feras quoque horror eſt. At hercule ille ex homine ipſo ſorbere efficaciſſimum putant calidum, ſpirantemque, & vna ipſam animam ex oſculo ipſo vulnerum; quum plagis ne ferarum quidem admoueri ora fas ſit humana.* Profecto vulnera ſauciati gladiatoris, e quibus victor, vel alius ebibit calidum ſanguinem, apta metaphora dicuntur viuentia pocula. Sane victor, hoſtis gladiatoris ab ſe confoſſi calentem cruorem e vulnere ſugit, vt illius viri fortis animam intra ſe hauriat, quo generoſior atque fortior euadat; opinabantur enim antiquiores, animam in ſanguine conſiſtere, ac in ſpiritibus; quos Galenus aſſerit [h] eſſe tenuiorem portionem, & exhalationem quandam benignam ſanguinis; vnde morientium vltimum anhelitum ebibebant amici, conſanguineive proximiores, vt animam defuncti reciperent, atque conſeruarent in ſemetipſis viuentibus, quemadmodum craſſiore minerua maritum Mauſolum Artemiſia Regina Cariæ, quem efflictim amabat, mortuum intra ſe condere, conſeruareque poſſe putauit, cadaueris ambuſti cineres vino diſſolutos cum odoribus aſſidue bibens. At alij ſanitatis ergo ſanguinem e recenti vulnere transfixi gladiatoris morientis bibebant, quod perſuaſum haberent, eo ſe præſeruari a morbo comitiali, quin & a præſenti epilepſia liberari. Ceterum eiuſcemodi morem, ac omnino monomachiam, duellumque gladiatorium, D. Cyprianus præclara declamatione ſic improbauit: [i] Paratur gladiatorius ludus, vt libidinem crudelium luminum ſanguis oblectet. Impletur in ſuccum cibis fortioribus corpus, & aruinæ toris membrorum moles robuſta pingueſcit, vt ſaginatus in pœnam ca-

Gladiator victor cur ſanguinem bibe ret e vulnere victi.

[g] l.28.c.1.

[h] 6. de vſu par. c. 17.

Cruorem interfecti cur alij biberent.

[i] l.1.epiſt. 1.ad Donatum.

Declamatio in duellum.

rius pereat. Homo occiditur in hominis voluptatem; & vt quis poſſit occidere, peritia eſt, vſus eſt, ars eſt: ſcelus non tantum geritur, ſed & docetur: quid poteſt inhumanius, quid acerbius dici? Diſciplina eſt, vt perimere quis poſſit: & gloria eſt, quod perimit. Quid illud, oro te, quale eſt vbi ſe feris obijciunt, quos nemo damnauit, ætate integra, honeſta ſatis forma, veſte pretioſa viuentes in vltroneum funus ornantur, malis ſuis miſeri gloriantur, pugnant ad beſtias, non crimine, ſed furore: ſpectant filios ſuos patres: frater in cauea, & ſoror præſto eſt; & ſpectaculi licet pretium largior muneris apparatus amplificet, vt mœroribus ſuis mater interſit: & hoc, proh dolor, mater & redimit, & in tam impijs ſpectaculis, tamque diris eſſe ſe non putant oculi parricidas. Hæc Vir Sanctus: ex quibus apparet, gladiatores in theatro quoſdam aduerſum homines dimicare, quoſdam aduerſum feras: & vtrobique crudelis animi vires oſtentare; Namq; D. Auguſtino doctore [k] *Nonne attendis, quam licentioſa crudelitate viuant gladiatores? vnde hoc, niſi iam tanquam ad ferrum, & victimam deſtinati, explere volunt libidinem antequam fundant ſanguinem?* Quam crudelitatem gladiatoriam exoſus M. Antonius apud Dionem, vetuit gladiatores acuto ferro dimicare; ſed permittens ludere tantum obtuſo; dicit enim Dio: *Sed Marcus non delectabatur cædibus; idque ex eo licet animaduertere, quod Romæ ſpectabat gladiatores tanquam athletas certantes ſine periculo. Nec enim gladiatoribus conceſſit acuta ferro dimicare, ſed obtuſis gladijs, & teretibus omnes dimicabant.* Quod quidem quo noſtro facere conſueuerunt, quicunque nauant operam arti pugnandi perdiſcendæ. Sed antiquioribus gladiatoribus finis pugnæ mors erat aduerſarij. Quem finem ad immanitatem atq; crudelitatis vitium attinere probat ea ratione Tertullianus (l) quod feroces belluæ contra Martyres in theatro dimicare ſæpe noluerint; inquit enim: *Aliquot ſubinde paria in ſpectaculum producebant, vt innocentes publicæ voluptati beſtiæ fierent:* innuens Martyres, a quorum cæde belluæ plerumque prorſus abſtinebant, natiuæ feritatis immemores, & inſitæ ſuo generi feritatis oblitę; nam ex

Ducllum cum feris.

[k] to 8. in pſ. 101. p 375. l.

Antonini mira humanitas.

[l] l. de Spectaculis.

æquo voluptatem afferebat populo, A ſpectare Leones, atque Tigres crudeles ad pedes virginum mites iacere, crudeliterque martyres alios dilaniare. Ceterum Ethnici non immanitatis, crudelitatisve gladiatorium munus eſſe cenſebant, ſed fortitudinis, militarisque gloriæ ſpecimen opinabantur; a Dæmone malo, quem pro Deo nefarie venerabantur perſuaſi virtutem eſſe, quod vitium erat & ſcelus. Vnde recte Conſtantinus Imperator ille Magnus, eiurato cultu Cacodæmonum Legem vnicam ſanxit de Gladiatoribus[m]penitus tollendis, Maximo Præf. Præt. ſcribens in hæc verba: Cruenta ſpectacula, in ocio ciuili, & domeſtica quiete non placent: quapropter omnino gladiatores eſſe prohibemus. PP. Beryci kal. Octob. Paulino & Iuliano Coſſ. Quare Conſtantini temporibus antiquior eſt iſta Lucerna; in cuius imaginibus ſpectabilis eſt gladius, quo victor hoſtem gladiatorem in ſingulari certamine confodit. De cuiuſmodi quidem cultello Scribonius Largus ita [n] *Hinnulei cerui coagulum intra nouem dies exceptum bene facit ad morbum comitialem.* & mox. *Hoc remedium qui monſtrauit, dixit ad rem pertinere occidi hinnulum cultro, quo gladiator iugulatus ſit.* Cultrum hunc gladiatorium ex antiquo marmore in ædibus Sabelliorum Romæ, oſtendit Clariſs. Ioannes Rhodius in Notis ad Scribonij Largi compoſitionem XIII. & videtur exprimi ab eximio Mercuriali in Gladiatoribus Pyrrhichia ſaltatione ludentibus, in ſua [o] Gymnaſtica. Qui vero ficti conſpiciuntur in Lucerna Morettia, non e ſeruili, deſpicatoque genere, ſed e nobili ſorte cenſendi ſunt. Quod indicat & honor Lucernæ ſepulchralis; quæ ſeruulis, & vilibus homunculis non accendebatur fere in conditorijs: & decus inſcripti lapidis; quo non dignabantur homunciones infimæ conditionis: & phaleratæ caſſides criſtatæ plumis, quas non niſi nobiles Duces, illuſtresque milites geſtabant; quo quidem inſigni ſpeciatim Hectorem Homerus vbique deſcribere conſueuit, laudareque Galeæmotorem, ob criſtæ plumas in galea ſemper agitatas aura. Victorem quidem iſtum in Lucerna fictum, fuiſſe Romanum indicat veſtis Romani militis tunicati, quam induit. Victus autem mihi barbarus eſt, quia barbarico more braccatus eſt.

[m] Cod. l. 11. tit. 43.

[n] compoſ. 13.

[o] l. 2. c. 6.

Hector cur Galeę motor dicatur Homerò.

Peroratio totius Operis.
Cap. Vltimum.

HÆc habui de Reconditis Antiquorum Lucernis, quæ dicerem in præſentia:

» Cetera ſecreti nouit Deus arbiter æui.

B Ad quæ vtinam demum perueniant aliqui; vt ea, quæ ex meis cogitatis habentur in hoc volumine, reipſa experti cõprobare valeant. Neque profecto parum nos in hoc argumento laborauimus, qui abditi huius ignis ab antiquo ardentis & hiſtorias, ipſius exiſtentiam aperientes comprobauimus [a]: & illuſtrium Autorum ſententias examinauimus [b]: & cauſas omnes, eiuſdem ignis C eſſentiam conſtituentes, conſeruantesque, atque quoquo modo concernentes, ex rei natura luculenter indagauimus [c]: proprietatesque tam admirandæ flammulæ totis ingenij viribus mundo literario patefacere [d] tentauimus; & quæſtiones, difficultatesque plurimas, in propoſito paſſim emergentes determinare, tollereque ſtudioſe [e] procurauimus: demumque Lucernarum, antiquarum emblemata continentium ſignificationes aperire conati fuimus D [f] veterumque ritus ex antiquitatis caligine reuocare ad lucem apertam, eruditionum. In qua quidem meditatione, vt ego ſummopere cupio me ſemper attigiſſe metam veritatis; ita ſi quid alienum a veritate, quod aut a Sacroſanctæ Matris Eccleſiæ Doctoribus damnetur, aut Sapientiæ Naturalis Dictatoribus rationabiliter improbetur, aſſeruero: illud ex nunc prout ex tunc (vt fori formula loquar) damnatum, improbatum, & non dictum volo: paratiſſimus intellectum meum non ſolum captiuare in obſequium Chriſti E [g] qui Veritas [h] eſt, & Vita; proindeque in obſequium veræ Fidei: ſed etiam melioribus, verioribusque rationibus informare, cunctasque falſas & erroneas opiniones, atque ratiocinationes eiurare. Interim vero Lectorem quemlibet exoratum velim, vt

[a] lib. 1.
[b] lib. 2.
[c] lib. 3.
[d] lib. 4.
[e] lib. 5.
[f] lib. 6.
[g] 2. Corint. 10. 5.
[h] Ioan. 14. 6.

meos

meos conatus, meosque labores æqui bonique consulat. In quibus si quid veri, si quid boni, si quid vtilis inuenitur, id omne Summo Deo, supremo Numini, & increato Lumini acceptum refero; cuius gratia speciali difficillimum hoc argumentum, imbecillæ A menti meæ fortassis impar, non inepte prorsus pertractaui: eiusque ineffabili bonitati, & incomprehensibili nobis Veritati, perennes gratiæ nobiscum ab omnibus habeantur, a quo Vno Patre Luminum [i] bona cuncta perfecta singulis & omnibus conciliantur. [i] Iacob. 1. 17



ADDENDA.

9. B. copia fuit.] Vetuſtiſſimo etiam ſcriptori Artemidoro, apud quem De Inſomn. Lib. 2. Cap. 9. Λύχνος χάλκεος, ὀστράκινος. Lucerna ænea, teſtacea.

250. v. 11. Hoc autem Muſeum nunc Amſtelodami eſt apud Ioannis Reinſtij Equitis bonæ memorię fratrem Gerardum Iuriſconſultum.

271. C. Ad finem Cap. 4.] De hac Ioan. Baptiſta Caſalius De Profanis Roman. Ritibus Cap. 26. Item, De Veter. Sacr. Chriſt. ritibus Cap. 42. vbi de Lucerna in Callixti cœmeterio reperto.

647. Ad finem Cap. 8.] Ceterum præterquam ad mortuos Nenias conſueuiſſe pro viuorum laudibus concini, recte notat eruditiſſimus Thomas Reineſius Var. Lect. Lib. 1. Cap. 2. ex Acrone in Horat. Lib. 1. Epiſt. 1. & ex Plutarch. in Lacon. inſtit. Quin etiam Neniæ nomen vſurpatum pro qualibet cantilena generatim apud Horat. Lib. 3. Ode 23. & ſpeciatim pro incantatorum carmine, quod Marſam neniam vocat Horatius: item pro cantilena, quam delallare ſolent nutrices ad prouocandum infantulis ſomnum.

696. A. v. 13. Latinorum quoque vatum Princeps Æneid. XI.

Summe Deùm, & ſancti cuſtos Soractis Apollo,
Quem primi colimus: cui pineus ardor aceruo
Paſcitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus veſtigia pruna.

779. C. abſoluit.] Sed in veteri quoque ANT. AVG. denario inter eos, quos Ioannes Rhodius in ſua pinacotheca non paruo numero ſeruat rariores, hanc videre licuit inſcriptionem: CHORTIS SPECVLATORVM.

1063. Ad finem Capitis 89.] Sic equidem conſtitui de hac Lucerna figlina, quam cum alijs præclariſſimo Equiti Puteo noſter debet Rhodius. Non defuit tamen, qui aquila hìc apotheoſim notari monuit. Quo etiam titulo ad Illuſtriſſimum Acilium Iulium Toparcham in Volſtrop vetuſtiſſimæ in Cimbria Danorum familiæ ornamentum non immerito miſit ille; qui eximias tanti Viri dotes, atque in literas adeo commemorat ſtudium, vt Iouis ales gelida ſub Arcto dignum inuenerit poſſeſſorem, cuius nomen in cœlum efferat.



NO-

NOMENCLATVRA

Eorum, quorum opera, siue autoritate opus creuit, atque illustrauit.

A *Bulensis.* 673.b.774.b.c
Accursius. 1076.d
Achmes. 1017.d
Acron. 1279
Acta Apostolorum. 720.c.1037.d.1233.a
Adelinus Philosophus. 7.a
Adrianus Imperator. 1106.c
Ægidius. 725.e
Benedictus Ægius. 863.a
Ælianus. 7.b.109.d.e.125.a.289.a.435.e.436.a. 437.c.e.438.a.c.e.440.b.d.442.b.625.b.661.d.677 d.683.b.685.e.726.a.759.b.880.b.881.c.d.883.a. 945.c.964.c.1103.a.1104.a.
Æschylus. 840.a.1264.b
Æschines. 933
Æsopus. 1244.c
Afer. Vid.D.
Leo Africanus. 1191 e
Agathias Scholasticus. 156.c
Agellius. Vid.G.
Georgius Agricola. 247.b
Aimonius. 710 d
Hieronymus Aleander. 531.b
Alexander ab Alexandro. 247.d.267.d.270.d 541.e.notatur. 542.d.
Fernandus Alascho. 678.b
Aloysius Albertus. 229.a
Albertus de Saxonia. 354.b
Leo Baptista Albertus. 773 a
Albertus Magnus. 13.e.53.e.75.c.80.c.96.b. 109.a.121.a.c.127.a.249.a.286.d.302.b. 545.a. 724.e.725.a.1014.b.
Alensis. 688.a.690.b
Alexis. 170.c
Andreas Alciatus. 910.a.999.a
Vlysses Aldrouandus. 9.d 27.e.164.b. 177.b.190.d.194.b.200.a.227.b.1082.b.1099.b. 1102.e.1106.a.1114.c.1116.c.
Alfarabius. 236.e
Leo Allatius. 909.b
Clemens Alexandrinus. 123.c.124.b.171.b.228.a. 538.e.655.d.684.d.721.a.775.a.1116.e.
Aliboslus. 274.b
Cincius Alimetus. 178.d
Andreas Alpagus. 585.e
Romulus Amasæus. 11.b
D. Ambrosius. 597.a.622.e.860.d.903.c.1218.a
Ammonius. 186.b
Anastasius Bibliothecarius. 190.e.214.e.notatur. 424.d.
Anaxilaus. 245 a
Andalus. 580.b
Hippolitus Angelonus. MS. 1127.b
Franciscus Angelonus. 849.d.896.d.898.a.b
Bartholomæus Anglicus. 13.e.893.b
Annales Boyorum. 711.b
Anonymus. 241.e.M.S.253.c
Antipater. 160.d
Alexander Aphrodiseus. 236.c.361.d
Apollonius Tyanæus. 44 c.246.a.1239 a.1240.b

Petrus Aponensis. 726 a.750 b
Petrus Appianus. 16.c 45.a.126.d 177 a.610 d. 611.a 652.e 660 d 849.b.1009 c.1068.b 1245.a. 1246 a 1274 c.
Angelicus Aprosius Vintimilia. 738 d
Apuleius Madaurensis. 170.e.261.c.530 c 575.a. 598 c 604 c 654 c 736.c.d.995.d.1033.a 1036 c. 1110.a 1173 c.1189 e.1245.e.1244 c.1265 a.
Aquila. 725.e.1000 e
Maximus Aquilanus. 262.e 265.e
Archias Poeta. 155.b.d.156 b
Paulus Aretius. 445 a
Argyropilus. 1263 c
Ludouicus Ariostus. 35.e.188.d.e.189 a.165 d 658 a
Aristandus. 633.a
Aristophanes. 605 c 720.a.933.e 968 b 970 b. 1013.a.1180.b.1264.a.c.1265.c.
Ei Scholiastes. 606 c
Aristoteles 4.5 d.11.e.18.e.20.d.38 c.49.e 54.a.c.57.c. 76.c.82.c d.83.e.85 d.86.c.88.b.90.b.e.91.a.98.a. 100.b.c.d. 106.e.108.b. 110.b.111.d. 112.e.113 a. 114.b.115.d. 116.a.c.d.118.b.c.d. 119.a.d. 120 c. 121.c.122.d.123.a.c.124.b.125 a.131.a.e.132.a.d e. 144.d.145.c.168.c.184.a. 192.d. 218.a.b.d. 219.d. 220.a.b.d.e.226.c.e.227.a.228.c.d.e.229.d. 230.a.d. e.232.d.233.c 236.a d.238.b d.239.b.250.d.e 261.e. 263 c.d.264.c.266.d.e 271 e.273.e. 277.a.c. 278.d. 279 c.281.e.292.a 294.b 295.a.300.b.c.d.e.302.b. 306.a.b.308.c.309 c.310.a.b.explicatur.d.e.311.a. b d.e.312.b c.313.a. exponitur. d.c.314.b.e.315.c. 316.e.317.b.318.a.b.c.d.e.319 a.b.c e.320 c.321.a b. d.322.b.c.323.a.b.c.d.324.a.c d.325.c.e.326.a.327. e.328.c.d.329.b.e. 330 a.d.e.331.a.c.d.e. 332.c.d.e. 333.b.c.d.e.334.a.e.341. b.d.e. explicatur. 342.a. 343.b.c.344 d.e.345.a.b.d.346.d.e. 348.d.349.a.c. 350.a.b.d e.351.a.e. 352.b.353.b.e. 354.d.e. 355.c. 356.a.357.b.d.358.c.d.359 a. 360 a.e.361.a.b.d.e. 362.a.b.c.363.b 364.a.365.a.366.c.d.367.b.370.b.e. 372.c.373.b.d e. 375.a b.c.376.a.c 378.c.e 381.a.c. d.382.c.d.383 b.c.384.c.385.a d.386.d 387.c.388.a 389 a.c.390.a.b.c.d.e 391.a.392.a.b.393.d.398.a.b. 399.a.exponitur.ib.d afferitur.e.400.b.c.d.e.401.a. b.402.b.c d.404 b.403.a.407.a. 409.b.410 d. 411.c. d.e.412 a.d.413.d. 418.a.c.427.b d. 429.b.438.d. 452.b.454.c.e. 455.a. 456.e.457.a 459.a 460.b.c. 463.a.464.d.465.e.466.a.d.467.e.468. a c.470.a.b. 472.b.473.b.474.c.d.e.476.c.477.c.d.e.478.a.e.479. e.480.d. explicatur. 481.d.e.483.e 491.a.b. 492.a. 493.c.495.a.496 e.499.d.e 500.c.d.e.502.c. 503.c. exponitur. 507 a 515.d 516.b c.517.b.e 522.a.b.c. 554.a.569.d.578 c.590.e 598.c.609.d 610.d. 615.a. c.633.d.e.634.a.b. 635.c.636.b 639 a.c.e. 640.a.b. 641.a.642.a.d. 643.c.d.655.d. 670.e.674.d.675.c. 677.c.681.c.e.686.a c.d 727.c.d 729.a.733 c.735 e. 748.b.d.749.b.750 a.c 752.b.772.b. 815.b. 816.b. 817.a.c.829 d.835.b c. 845.c.846.a.877 d. 921.b. 944.d.961 b 962.e.990.a.996.e.997.a.999 c.1037.d 1073.b.1088.d. 1093.b. 1096.d.1097.c. 1109.b. 1131.b 1162.d.e.1163.a.e.1164.d.e.1166.a.1203.b. 1207.e.1215.c. 1215.b. 1232.a.e.1233.d. 1263.b. 1265.c.
Aristoteles interpres. 1263 c

Nomenclatura

Arnobius. 415.d.581 c.d.587.e.765.d.842.b.844 b. 877 b.1257.c.e.
Arrianus. 750.d.1206.b
Petrus Arlensis. 284.b
Artemidorus. 660.a.662.e.975.d.1279
Hieronymi Atestini Historia M S. 1127 a
Athenæus. 170 b 263 d.407 d.409 a 408.e.674.c. 1174.e 1239 a.1271 e.1272.c.
D. Augustinus. 13.b.23.c 43.c.47.b 53.d 60.c 64.d. 67 c. explicatur. 68.a.75.d.191.a 248.a.259.c. 518.a 522 d 523.a 543.c.545 a 548 b 581.a.591. d.622.b 701.a 720.e.729 a 844 b.1000.e.1014.a. 1051.d.1181.a 1184 b. 1186.e. 1187.a.1193.a. 1195.e.1217 b.1223.c.1224 a. 1235.e 1235.d.e. 1239 b 1240 a.c d.e 1242.a.
Auerroes. 236 e.354 e.explicatur.389 c.396 e
Ioan. Aurelius Augurellus. 241 e
Antonius Augustinus. 417 b
Astrampsychus. 661 e 665.a
Athanasius. 1230.e
Auicenna. 244 d 481 a.b.725.a 726.a 786.d
Ausonius. 162 a.776.e.1197 e.1199 b.c
Autor libelli de Constantini Magni munificentia. 1070.b
Ayguanus. 987 b

B

Theodorus Balsamon. 990 b
Cæsar Baronius. 182 b 863.a.868.d.925.a 991.c. 1021 b.1042.e 1043.a.1212 e.1216.a.1222.a.
Hermolaus Barbarus. 8.d.16.c.44 b.68 d.1067.e
Daniel Barbarus. 338 e
Equinarius Baro. 1076.c
Franciscus Barberinus. 599 b
Odoaraus Barbusa. 646.e
Ludouicus Barthema. 678 a
Bartholus Bartholinus. 974 d
Thomas Bartholinus. 1055 b
Bartolus à Saxoferrato. 1229 d
Ioannes de Barros. 278.b
Gaspar Bauhinus. 1063.d.1226.d
Franciscus Bebeccius. 725.e
Beda. 1019.e.1021.e
Robertus Bellarminus. 864 c
Beltramus. 544.b
Petrus Bembus. 198.d
Franciscus Bencius. 49 d 74.b.174.a 178 e
Paulus Benius. 261.d
D. Benedictus. 1021 e
Philippus Bergomensis. 17.d
Vitus Beringius. 1063 d
D. Bernardus. 597.d
D. Bernardinus. 853.b
Philippus Beroaldus. 776.a.1244.e
Ioan. Boccatius. 6.c.17.d.25.c.273.a.288.c.540.a. 580.c.729.d.744.d.942.c.971.a.1051.c.1107.b.
Boccatij scholiastes. 747.a.1051.d
Gilbertus Bodri. 954.a.1030.b 1263.c
Boethius. 1203 d
Ioan. Iacobus Boissardus. 1067 e
Bollandus. 787.e
Franciscus Bonamicus. 47.d.50.b 93.e 94.d.95 d.231.a.274.b 522 c.
Lazarus Bonamicus. 156 a
D. Bonauentura. 1235.a
Petrus Bongus. 621.b.622.c. 623 c.671.b 725.c. 1069.a
Iacobus Bosius. 198 1000.b.e.1001 a
Marcus Zuenus Boxhornius. 1067.c.1077.a
Gaspar Bragatia. 261 d
Brassicanus. 1078.d
Vid Choul.
Ioãnes Britãnicus. 630.a.1022.a.reprehẽsus. 1244 b
Ioannes Brodæus. 794 c
Ludouicus Buccaferreus. 356 b 412 c
Gulielmus Budæus. 789 e.795 e
Burchiellus. 525.b

C

Vincentius Cabotius. 969.e
Andreas Cæsalpinus. 726.a.893.c.921.b. 1226.c.d.1227 a.
Cæsarius. 1021.e
Federicus Cæsius. 1258.b
Cardinalis Cæsius. 1067 d
Ioannes Baptista Casalius. 196.d 544.e 702.a 848.b. 850 a.b.c 853.a 866 c 868.c 870 b 871.a.b.888.c. 896.d 898.a.900 b 901 b 903 a 926.a.928.a.930. b.987 a 990.a 992.c.996 a.1001.a.1003.b.1073. c.1265 a.c.
Chalcidius. 1193.b
Charisius. 674 e
Chronici Chronicorum autor politicus. 725.e
Ionas Charisius. 1166.e
Petrus Charisius. ibid.
Ioan. Iacobus Chifletius. 1067 b 1075.c
R. Dauid Chimchi. 688.b
Gulielmus Choul. 612.a 859 d.860.a.1008.b.1067.b. 1072 a 1073.b.1074.b.explicatur.1080.d.1088.a. 1097 a 1171.d 1206 c
Christianus IV. Dan. Rex. 1166 e
Petrus Chrysologus. 337.d
Dio Chrysostomus. 660 a 701.a.721.b
Antonius Cianfius. 262.d 265.e
Alphonsus Ciccarellus. 804 c
M. T. Cicero. 187.a explicatur. 192.c.610 c.613.c. 614.d. asseritur. 615 c 644.e.659.b 660 a.663 c. 706 a 736 d 745.d 747 a 964.e.
Vincentius Cioffius. 806 a.814.a.818.e 820 a.824.a. 826 a. 832.b. 842.a. 934.e 938.b 946.d 948 b. 954.e
Franciscus Citesius. 14 b.16 c.45.a.49 a.125.d.125 b
Claudianus. 718.e 1008.b
Christophorus Clauius. 1265 c
Clearchus. 668 d
Carolus Clusius. 890.b
Philippus Cluuetius. 574.e
Catullus. 587.b.588.d.968.b.e 969 e.expositus 971.a. 1199.b 1239 b.
Iul. Cæsar. 918 e.1123.d
Franciscus Calceolarius. 1067.e
Pompeius Caimus. 603 c
Iacobus Caimus. 1077.a
Domitius Calderinus. 268.a.1060.a.deferitur. 1173.e
Calistus. 197.c.1044.a
Caluus. 674.c
Fabius Caluus. 963 b
Ioannes Baptista Caltana. 806.a
Petrus Campesius. 753.b
Ioannes Cantacuzenus. 1016.d
Martianus Capella. 1192 a.1196 c.asseritur e.1199 a. 1265.a.
Iulius Capitolinus. 161 e.1022.c.1272.d
Adrianus Capuacceus. 806.a
Hieronymus Cardanus. 10.b.28 a.80 e.84.a.99 b. 193.a. 227 a 244 d 246.e.247 b.c 253.a. 254 b. 262.a.392 d 393 d 399 c 400.a.401.b 402.d.403. c.405 c.a.480 a 513.a 521.e.
Vincentius Cartarius. 1203.e
Carteromachus. 1263 d
Cassianus. 733.a.1020 e.1021.e
Cassiodorus 520 b 523 d. à Pignorio restitutus. 856 c. 869 a.
Isacus Causabonus. 1175.a
Ansaldus Cebà. 439 c
Georgius Cedrenus 14.b 41.c.67.a.182.c.432.d.443. a.674 d.
Celsus I C. 723 a
Ludouicus de La-Cerda. 192.c 658.c 661.e 674 d. 726 e 727 a.761 c.763 e. 787 e 789 d.1006 b. nocatur.

ratur. 1020. b. 1061. a. 1197. d.
Censorinus. 652 b.d
Fridericus Cerutus. 1067 e. 1068. b
Cteſias Cniſius. 442. d
Codex Theodoſianus. 867 a
Columella. 732 e. 765 e
Realdus Columbus. 266. e
Colerus. 918 b
Conſtantinus Cæſar. 733. b
Conſtantinus. 942. b
Georgius, Ioannes, & Andreas Contareni. 305. b
Ianus Cornarius. 460. a
Aloyſius Corradinus. 179 c. 190. d 628. c. 201. a 202. a. 207. a 277. b.
Corippus. 618 a
Ioannes Coſtæus. 43. b. 175. c. 177. c. 342. d. 389 e
Ioannes Cotta. 166. c
Catellanus Cotta. 1076. b
Crates. 1264. c
Cratinus. 1263. e
Gerardus Cremonenſis. 785 e
Petrus Crinitus. 957. b
Ioannes Curopalatus. 990 b
D. Cyprianus. 1220. a. 1273 e
Cyrillus. 1031. b. 1184. b. 1193. a

D

Daniel Propheta. 75. a. 633. d. 655. b
Iacobus Dalechampius. 7. b. 10. b. 245 b 284 a. 296. a. 633 e. 800 d. emendatur. 1175. a.
Gulielmus Damaſus. 76. b. 247 e 661. d
Nicolaus Damaſcenus. 1271. e
Dantes Aligherius. 858. a
Dauid Propheta. 597. b. 631. b. 655. c. 718 c. 772. d explicatus. 927 b. 929 b 934 a. b 987. b 996. c. 999 e. 1043 b 1027 d. 1108. b 1187 a. 1207 d. e. 1223 a. 1228. b. 1230. c. 1232. d. 1233 a. b e. 1241. c. 1248. c. d. 1249 a.
Decretum. 698
Martinus Delrius. 16. d. 29. c. 45. a. 253. c 695. b 697. e. notatur. 701. d. 709. a.
Democritus. 82. c. 1164. d
Demoſthenes. 647
Deuteronomium. 721. c. 723. a. 1031. b. 1217 b. 1235 d
Dictys Cretenſis. 767. a
Diocles. 749. a
Diodorus Siculus. 70 e. 536. a. 810. e. 1027 b. 1106. a. 1188. e 1196 b. 1201. a. 1202. b. 1204. a. e. 1205. b. 1206. e. 1208 d. 1209 d.
Dion. 6. d. 161. c. 223. c 610. d e. 618 d. 625. d. 778. c. 802. c. 830. a. 1274. d.
Didymus. 969 d
Diogenianus. 892. b
Digeſta. 216 e. 776 c
Dionyſius Afer. 54. c. e. 59 c. d. 80 c. 101. a. 245. c. 254 c. e 286. b. 1050 a. 1157 a. 1233 b.
Dionyſius Areopagita. 654. e
Diophantes. 733. a
Dioſcorides. 59. b. 83. e. 100. b. 246. a. 248 e. 285. c. 842. c. 892. c. eius error detegitur. 984. a. 1070. b. 1119. d. 1226 d. 1227. a. b.
Diphilus. 1206. a
Rembertus Dodonæus. 1226 d
D. Dominicus. 597 e
Ælius Donatus. 693. c
Marcellus Donatus. 787. b
Bernardus Donatus. 1124. d
Ioan Baptiſta Donus. 525. c
Dryalus. 1272 c
Durandus. 353 d. 864. e. 1017. d

E

Eccleſiaſtes. 829. b 1016 c
Egeſippus. 777 c
Elector Brandeburgicus. 1139. b
Elias Propheta. 673 a
Empedocles. 427 b
Enax. 75 c. 287. a
Epictetus. 891. d
Epicurus. 351. c
Epidius. 633. a
Epigrammatarius Gr. antiquus. 423 b. 426 c. 1206. a
S. Epiphanius. 865. c
Sebaſtianus Eritius. 116 d 45 a. 180 b. 1098 d. 114 e
Alexander Eſtenſis. 1029 b
Euripides. 73. d. 188. b. 762 c. 767. a 839. d. 1097 c. 1156 e. 1264 b.
Eſaias. 934. a. 941. c. 1039 b. 1240 c
Eſdra. 655 e
Eſther. 1225 c
Eucherius. 655 6 928 a. 1049 d. 1062 e
Eſſenus. 761 a
Euſebius. 848. a 859 a. b. d. 868. b. 1051. d. 1061 a. 1163 c 1190 b. 1206 d. e. 1218 b 1220 b 1237. d. e
Euſtathius. 794 b
Exodus. 592. a. 864. d. 987. c. 1015. e. 1017 e 1035 b. 1111. a a. 1117 d. 1194. b. d. 1207 e 1228 a. 1235 d 1245 c 1246. e.
Euthymius. 625 a 701. a 929 c
Ezechiel Propheta. 655. a 937 a

F

Iacobus Faber. 337 a
Hieronymus Faber. 981. a
Hyacinthus Fagnanus. 735 b
Iulius Fauera. 546 d
Alexander Ferratius. 156 a
Raphael Ferrarius. 432. e. 433. a 434 d
Remigius Feſchius. 1063. c
Sext. Pomp. Feſtus. 528 a. 659. c. d. 1048. e. 1237. c. 1238 b.
Marſilius Ficinus. 182 b. 197. d. 352. d. 1183. b
Minutius Felix. 867 d
Gaſpar Finchius. 787. b
Iulius Firmicus. 674 c. 759 c. 1210. e. 1214. a. 1215 c. 1216 d.
L. An. Florus. 652 c
Vbertus Folietta. 1264 e
Ioannes Baptiſta Fonteius. 9. a. 44. a. 70 e. 151. c. 175 c. 179 e. 180 b.
Thomas Fortifiocca. 532. d 533. c 645 c
Ioachimus Fortius Ringelbergius. 244 d. 262. b
Venantius Fortunatus. 1011. b
Sebaſtianus Foxius. 33. d. 49. c. 153. a. 154. d. 163. e. 167. e. 171. c.
Ferrandus Fulgentius. 1130

G

Galenus. 86. b. 98. a. 100. b. 263. e. 266. e. 267. b. 290. d. 301. c. 348. b. 378. a. 462. b. 480. e. 481. a. explicatu. d. 495. a. 633. a 845. c. 982. a. 1059. c. 1104. d. 1118. b. 1232. c. 1273. c.
Galilæus de Galilæis. 405. e
Iul. Cæſar la Galla. 282. e
Sebaſtianus Galuanus. 600 b
Ioannes Galuanus. 667. a. 864. b. 865. b. 1012. b. 1013. b 1252. a.
S. Gangulphi martyris vitæ autor. 72. c
Ioan. Paulus Gardinus. 806. a
Garneueltius. 787
Petrus Garzias. 23. c
Ioannes Garzonus. 545. c
Theodorus Gaza. 1059. c. 1061. a
A. Gellius 190. b. 288. d. 524. b. 633. d. 792. e. 891. c. 1015. b. 273. a.
Geneſis. 766. c. 938. a. 906 c. 939. e. 987. b. 589. c. 1020. e. 1037. e. 1042. b. a. 1044. c. 1045. b. 1046. c. e. 1047 c. 1051.

Nomenclatura

1051.b.1052.b.1108.a.b.c.1164.a.1194.a.d.1213.a.1214.a.1220.a.1223.b.1226.b.1228.b.1229.a.1231.b.1232.a.1236.d.e.1237.b.1245.b.1247.d.1248.d.

Franciscus Georgius. 1245.b.taxatur.1246.c

Germanicus Cæsar. 161.e

Conradus Gesnerus. 16.c.45.a.659.c.847.a.942.b

Gilbertus Genebrardus. 655.c.772.d

Alexander Ghisius. 592.e

Claudius Guischard. 1068.b

Glossographus. 999.e

Glossarium asseritur. 1021.c

Glossa ordinaria. 721.a.774.a.1016.c

Gotinus. 981.a

Hieronymus Golzadius. 1174.b

Godinus. 620.b

Ioannes Goropius. 1195.b.1219.a.1222.a

Ioannes Grammaticus. 186.d

Franciscus Maria Grapaldus. 794.e

D.Gregorius. 780.d.868.a.1047.a.1185.b.c.1193.a

Iacobus Gretserus. 990.b

Hugo Grotius. 1197.a.1199.a

Franciscus Gualdus. 996.a

Franciscus Guido. 262.e.265.e

Nicolaus Grothius. 1263.c

Ianus Gruterus. 16.c.30.a.574.b.606.a.866.b.890.b.1067.a.c.1071.a.1072.a.notatur.1075.e.1270.e.

Iulius Gualtherus. 301.c

Melchior Guilandinus. 8.d.16.c.44.c

Guilielmus Tyri Archiepiscopus. 14.432.c.433.d

Iacobus Gutherius. 47.a.81.b.85.b.92.c.102.a.215.a.606.a.notatur.608.b.laudatur.e.610.b.613.b.614.b.615.d.628.a.b.1133.a.647.a.804.c.1067.a.1072.a.1133.a.

Lilius Gyraldus. 11.e.37.a.584.d.590.a.597.a.598.b.626.d.648.a.649.c.652.a.661.c.668.e.671.c.684.e.685.b.693.a.694.a.696.e.717.b.a.736.a.761.e.810.a.865.c.d.1014.c.1179.e.1196.e.1199.a.1203.a.1204.e.1222.d.1239.b.1265.a.1296.e.

H

Haithonus. 433.c

Dionysius Halicarnasseus. 415.c.543.c.1013.d

Ioannes Hallenus. 973.a

Alexander de Hales. Vid. A.

Hanno Carthaginensis. 1155.c

Harpocration. 1180.a

Hasmoniorum libri Autor. 705.e

Hecato. 1260.a

Nicolaus Heinsius. 771.a.976.a.1130.b

Helinandus Chronographus. 19.c.541.a.846.a

Heliodorus. 865.c

Helmodus. 788.e

Christophorus Heluicus. 787.b

Heraclides Ponticus. 1043.b.1222.d.1224.c

Herodianus. 660.b.602.d.1272.d

Herodotus. 20.e.123.a.124.d.567.c.579.d.584.e.843.e.912.b.960.a.1032.a.1033.a.b.c.1036.a.1109.e.1117.a.c.1120.b.d.1160.a.1188.d.1216.a.1229.e.1263.d.

Herophilus. 290.d

Hesiodus. 745.a.865.d.1226.e

Hesichius. 627.a.718.a.794.a.973.e.1180.b

Hesychius Hierosolymitanus. 1049.c

D.Hieronymus. 182.b.336.c.433.c.679.e.759.a.787.c.792.b.940.e.942.c.1000.d.1006.a.1015.e.1021.d.1022.a.1046.c.

Hippocrates. 82.d.88.a.143.c.231.c.296.b.explicatur.372.d.373.a.377.c.462.b.481.b.c.495.b.512.c.631.b.explicatur.632.c.637.a.1118.c.1154.b.

Aulus Hirtius. 35.c.1122.c

Historia Tripartita autor. 197.c

Homerus. 79.c.301.c.302.a.c.e.303.a.337.a.338.e.625.a.e.760.a.c.732.a.745.b.746.c.843.c.892.a.912.d.941.c.961.e.e.969.d.1017.b.1020.a.1021.a.1089.a.1096.1097.b.1119.c.e.1123.b.1156.d.1239.c.1275.e.

Horatius. 223.e.531.b.declaratur.638.e.639.d.648.c.explicatur.650.e.719.e.793.d.918.e.929.a.943.b.960.d.970.b.1048.c.1199.d.1279.

Hortus Sanitatis. 7.a.75.c.285.c

Garzias ab Horto. 284.a

Horus Apollo. 1248.b

Franciscus Hotomanus. 1076.b

Hubertus. 1016.d

I

IVlius Iacobonius. 9.a.27.c.31.e.44.a.49.c.70.e.73.a.151.c.152.d.175.c.180.a.b.190.a.

D.Iacobus. 1233.b.1278.a

Iamblichus. 353.d

Ieremias. 588.b.705.b.1039.b

Incertus Poeta Græcus. 155.a.159.e.160.c.163.c.168.b

D.Ioannes. 641.b.664.a.720.c.781.a.817.d.864.e.925.b.1016.a.1109.c.1182.b.1185.b.1219.a.1233.a.1235.c.1236.c.1276.e.

Iobus. 829.d.830.d.996.c.1232.d.1236

Ionas Propheta. 1000.a.1001.e

Iosephus. 617.a.701.b.713.b.777.c

Iouita Venetus. 932.c

Iosue. 723.b.730.a

Isaias. 766.d

Isiaorus. 75.d.80.c.519.e.627.a.681.b.725.a.780.b.791.e.853.d.868.c.893.b.1005.c.notatur.1016.e.1017.c.1018.b.1020.d.1174.a.1201.e.d.1264.d.

Isocrates. 684.b

Isæus. 1180.a

Laurentius Iubertus. 1067.d

Iudicum libri. 962.a

Acilius Iulius. 1279

Iuniores. 359.e

Iustinus. 161.c.705.c.735.d.767.a.777.a.tentatus.867.b.1112.e.

Iustinianus. 778.e.1192.a

Ioannes Antonius Iustinianus. 873.d

Iuuenalis. 96.a.189.e.illustratur.416.e.629.b.776.d.e.declaratur.917.b.expositus.918.d.968.b.969.c.explicatur.971.e.973.b.1022.a.1058.c.1173.b.1201.e.

K

AThanasius Kircherus. 1251.b

Bartholomæus Korndroferus. 31.c.134.a

L

LVcius Antistius Labeo. 190.b.722.e

Diogenes Laertius. 167.e.619.b.634.e.1260.a

Lactantius Firmianus. 34.b.171.b.583.d.684.d.e.687.e.693.d.1033.d.1045.a.1184.b.1188.a.1193.e.

Lampridius. 651.a

Lampsacenus. 351.e

Ioannes Langius. 16.c.25.a.45.a.84.a.99.d.248.b

Scribonius Largus. 1275.c

Cornelius a Lapide. 721.b.1212.c.1216.b.1220.a

Andreas Laurentius. 266.e.274.b

Volfgangus Lazius. 16.d.25.c.45.a.49.a.126.c.133.a.795.b.1068.a.

Albertus Leander. 6.c.notatus.305.535.c.542.c.545.b.c.

Ioannes Leonius Africanus. 425.d

Leogaras Syracusanus. 854.d

Camillus Leonardus. 55.b.75.c.245.d

Leontius. 580.c

Leuinus. 674.c

Leuitici. 1040.c

Libanius Sophista. 1174.c

Ioannes Antonius Licetus. 999.d

Autorum.

Linus. 1021.a
Andreas Libauius. 45.a 49.b 59.a c.60 b.80 d.84.a. 99.a.127.c.133 c.136.b 137 a.244.c.249 270.e.
Andreæ Libauij Scholiastes. 16 c.31.c.89 a.127 c. 134.b 136.a.
Iosephus Licetus. 262.c
Laurentius Lippius. 282 b
T Liuius. 259 c.261 c.416 d 424 e 650.e.659.a. 684 d.784 c 964 a.1005.a 1008.d.e.
Bartholomæus Liuianus. 166.c
Iustus Lipsius. 41.c 42.a.183.c.d 335 c.415.d 416.a. 789.e.794 c.859 a.d.986 a 995.c.1124.a.
D.Lucas. 698.e.720 a.781.a.1185.e.1221 b
Lucianus. 170.e.187.c.424.b.e 580 c 581.c 618 c. 619 b.625.c 630.a 648 a.656 d 731 a 744.e.830. d.843 d 958.d.973 c 1068.e.1173 b.
Lucanus. 175.e.1008.a.1022 a.1033.d.1036.a
Lucilius. 652 b.862.a
Lucretius. 6.b.16.e.79 c.80 b 239 c.260 c.explicatur. 262.c.263.b.286 a.306.e.310 d.311.d 316.c 380. e.765.a.790.c.795.d. explicatur. 818.c 964.e. 1199 d.
Petrus de Loyheyr. 695.e
Luminare Maius. 511.c
Petrus Lupius. 262.e
Lycophron. 762.b 811.e
Nicolaus Lyranus. 584 b.c.617.a.655.b 673.b 700 b. 708 b 720 c 774.a.864.d.926 b 927 a 942.b.962. d 987 b 999 e.1002 a. 1016.b. 1046. a.1192 e. 1194.c.a.

M

Macchab. libri. 51.c 61.c.616 e 617.a
Macrobius. 187 b.297 d.311 c 414 c 527 b. 528.d.580 a.590.a.747.b.830.b.1110.b.1111.e. 1200 b.
Petrus Maffæus. 171 b.681 b
Maffei. 340 b 863.a.905 a
Hieronymus Magius. 789.e.795.b
Ioan.Antonius Maginus. 274 c.433 c.e.434 a b.c. 1107 a.1112 d.1120.b.1121 d.1191.a.
Olaus Magnus. 750 e
Simon Maiolus. 25.a.26 d.45.a 47.a 76 b.e.109 c. 124.b.125.a.160 b. 161.c.e. 163.a.165.c.e. 166.b. 248.b.435.d.1068.a.
Maldonatus. 701.a.720.c
Maluenda. 866 d
Iacobus Mancinus Politianus. 8.e.25.b
Manethon Ægyptius. 947.a
Marcus Mantua Benauidius. 191.a.1136.a
Baptista Mantuanus. 1270 d
Aldus Manutius. 754.d
D.Marcus. 698.e.1221.b
Ammianus Marcellinus. 718 d.e.1110 a
Martialis. 162.b.766.c.845.c.e.896 e.918.a 923 a. 1007 d.e.1022.a.1173.e 1199 c.
Martinus Chronologus. 17.d
Martiniana historia. 269.a.1220.e.1211.a.1245.d. 1247 c.
Martinius. 540 b
Galeotus Martius. 790 b
Petrus Martyr. 998.e
Iulius Maternus. 1042.c.1215.b
D.Matthæus. 39 b 655.e 698.e.700.d 717.c.720.d. 782.b. 891 b. expositus. 989.c. 1000.a. 1108.a. 1109 c.
Petrus Andreas Matthiolus. 248 e 633.a
Franciscus Maturantius. 8 d.16.a.44 e.425.b
S Mauritij Andegauensis archiuum. 695 c
Mauritius. 794.d
Andreas Maurocenus. 16 e
Valerius Maximus. 6 b.7.b 32.a.182 d 259 c.261.c. 543 c 652 e. 660 d. 745 a. 777.a 957 b.1009 e. 1010 d 1013.c 1083.c.1158.b.
Maximi. 1270 e
Iacobus Mazzonus. 124 b.424.d
Mecœnas. 173.d
Megetius medicus Alexandrinus. 261.d
Pomponius Mela. 275.b.681.b
Iacobus Menochius. 974.a
Menander. 652 a
Menandrus. 1263 e
Claudius Menestricerius. 888.c
Hieronymus Mercurialis. 246 d.845.b.1272 d.1275 d
Mesue. 512.c.e
Vincentius Mirabella. 1251 b 1258 b
Mnescalcus. 156.c
Modestinus. 778 e.780 a
Morelius. 1271.a
Andreas Morettus. 1266 d
Moses Propheta. 451.c.61.c 75.a 78.e.182 a 684.b. 688.a.698 c 699 a.708.a.713.c.d.e.715.a 747.c.
Rabbi Moses Ben-Maimon. 688 d
Bernardus Muneghina. 544 d
Sebastinus Munsterus refellitur. 258 b
Marcus Antonius Muretus. 167 c 971.b 972.b.d
Musselli. 593.a.1004.a
Nicolaus Muton. 571 c

N

N. 1013.b
Naeuius. 652.b
Natalis Comes. 570 b.584.a.647 d 648 c.668 e. 684 d.687 d.729 e 745 a 747 c 748.e 759 a 768 a 843 a.1097 c.1107 b.1156 c.1179 c.1240.a.
Antonius Nugerius. 166.a
Nauigationis Batauicæ autor. 146 c
Indicæ. 396.a
Nemesianus. 1008.a
Nicander. 100 c.254 c.762 e.1101.a.1103.a.b.1156.e
Nicandri interpres. 883 d
Nicias. 155.e
Nicephorus. 182.b.197 c.1044.a
Augustinus Suessanus Niphus. 279 d.272.b.d.273 e
Marius Nizolius. 1080.c
Flaminius Nobilis. 389 d
Nonius Marcellus. 659.d.664.e.862 a.1019 b
Aloysius Nouarinus. 617 d 618.c.620 b
Numeri. 772.d.773.b.1218.e

O

Doricus Foroiulienſis. 1171.b.1172.d
Maximus Olybius. 379.a.1082.b
Oppianus. 81.a.109.c.e. exponitur. 122.c 1008.a
Publilius Optatianus. 607.b
Origenes. 655
Paulus Orosius. 259.c
Orpheus. 748.e 762.e.843.d.1184 b.1206.b
Oseas. 1108.a
Ouidius. 38.e.40.c.79.c.109.c e. declaratur. 122.c. 158 c.168.a 187 d.339 d 416 c. explicatus. 535.b. 581.e 582 d 587.b 716 e 726 b 759 c 760.b.761. a.762.e 766 c. 811.b.824 b. 843.a.881.d. 892.d. 960.d.971.b.1048.c.1243.b.c.

P

Sanctes Pagninus. 1000.e
Iulius Palamedes. 787.b
Palladius. 632 e 633 e.1016 d
Palledius Tuscus. 971.b
Iacobus Pamelius. 867 b
Guidus Pancirolus. 8.c.27.d.34.e.35 d.244.a. 245 b 271.c 783.c.1068.a.
Pandectæ Florentinæ. 1076 c
Theophrastus Paracelsus. 688.c
Paralipomena. 61.e.584.b
Parmenides. 917 b
Parisienses. 357.a
Antonius Partheniuss. 971.a

Nomenclatura

Velleius Paſſerculus. 416 *b*
Franciſcus Patricius. 1190.*b*.1193.*b*
Iacobus de Partibus. 786.*e*
Matthæus Pariſius. 788.*d*
Paſchalius. 1064 *d*
Lelius Paſchalinus. 862.*a*
Pauſanias 10.*a*.expenditur.11 *b* 28 *a*.*c* 43.*d* 53.*d* 75.*d*.245.*b*.246.*d*. 416 *c* 434.*e*.480.*c*. 625.*e*. 627 *a*.663.*a*.*d*.664 *c* 665 *c* 667 *e*. 668 *e* 670 *a*. 671.*e*.676.*b*.*c*.682 *b* 691.*b*.*d*. 697.*a*.709 *d* 716 *c*. 730 *c*.759 *a*.*c* 760 *a* 761.*d*. 762.*c*.*d*. 865.*c*.881.*a* 893.*e*.913 *a* 961 *d* 963.*b*.1035.*e*.1035.*a*.1200 *c*.1238 *e*
D Paulus. 680 *c*.1017.*e*.1131 *b*.1207.*e*.1231 *c*.1236.*a*.1260.*a*.1276.*e*.
Paulus I C. 722.*c* 1076.*e*
Corradus Pellicanus. 902.*a*
Benedictus Pererius. 941.*e*.1223.*e*
Irenæus Periander. 944.*a*
Aulus Perſius. 183.*d*.605 *d*.803 *d*
Paulus Petauius. 44.*a*.212 *c*.214 *c*
Ioan. Paulus Pernumia. 248.*d* 286 *c*
Silueſter Petra-Sancta. 156 *d*
Franciſcus Petrarcha. 311.*d* 421 *a* 533 *b*.*c*.645 *c*
Petronius. 338 *c*.772 *c* 923.*a* 943.*b* 944 *a*.1005.*b*
Ei Scholiaſtes. 943.*b*
D. Petrus. 434.*a* 933.*a*.1207.*e*
Varinus Phauorinus. 1180 *b*
Phennus. 155.*a*
Pherecides. 1051 *d*
Philiſtus. 1264 *a*
Philo. 701.*e*.714.*b*.*c*.938.*b* 940 *e*.1110 *c*
Philocorus. 1180.*a*
Philonides. 1263 *d*
Philoſtratus. 716.*a*.726.*e*.727 *a*.1059 *b*.1060.*a*
Philalthæus. 261.*d*
Gulielmus Philander. 605.*c*
Iacobus Pighettus. 966 *a*
Phurnutus. 671.*c* 674.*a* 1269.*e*
Ioannes Pierius Valerianus. 529.*d*.570 *a*.*c* 597 *a*.620 *e*.664 *d*.674.*a*.*b*.*d* 678.*d*.709.*c*.715.*b*.718.*b*.727 *c*.728 *a*.*b*. 729 *d* 747.*d*. 771 *c*. 775.*e*.809 *c*.810 *a*.*d*.*e*.903 *c* 904.*c*. 905 *b*.907 *a* 911 *c*. 913 *a*.919 *c* 922.*a*.928 *b* 933 *b* 936.*a* 947 *b*.957 *c* 958.*a*.959 *b* 963.*a*.*d* 996 *d*. 1006 *b*. 1015.*c*. 1031 *a*.1033.*a*.1036 *e* 1039 *c*.1045 *d* 1047.*b*.emendatus.1048 *b*. 1049 *a*.1061.*a*.*c*. 1106.*a*.*c*. 1110 *e*.1131 *a*.1180 *c*.1195.*a*. 1200 *d*. 1203.*b*.1205 *a*.*e*.1210.*b* 1212.*e*. notatur. 1214.*a*.1215.*b*.1218.*b*.1220 *a* 1225.*b* 1248 *b*.*d*.
Laurentius Pignorius. 44.*a*.167.*a*.211 *a*.214.*b*.339 *d* 612.*a* 628 *c*.856 *c*.tangitur. 857.*d*.861.*a*.865 *b*.*d*.866.*c*.1083.*c*. 1176.*b*. laudatus. 1178.*a*.1202.*a*.
Pinacotheca. 1280 *b*
Pincianus. 1273 *b*
Ioannes Baptiſta Pinellus. 166.*a*.525.*b*
Ioan. Picus Mirandulanus. 1183.*b*
Pindarus. 998 *c*.1048 *c*
Plautus. 337 *b* 1266.*b*
Chriſtophorus Plantinus. 985.*b*
Maximus Planudes. 163.*d*
Plato. 170.*c*.176 *e*.186.*d* 310.*e*.exponitur 311 *e*.312.*a*.460 *a* 597 *c*. 610.*a* 677 *b* 744.*b*.759 *c*.836.*a* 845 *c*.878.*a* 882.*c* 933.*e* 1048 *c*.1058 *b* 1109 *d*.1110 *a*.1111 *e* 1162.*e*.1206 *a* 1231.*c*.
Plinius. 4.5 *b*.*d*.7 *b*.13.*c*.14.*d*.35.*c*.*d*.38.*e* 39.*b*.*d*.53.*d*.59.*b*.70.*b*.73.*e*.75.*b*.*c*.*e*.80.*b*.*c*.*d*.82.*c*.83.*e*.85.*a*.99.*e*.100 *b*.123.*c*.129.*c*.156.*e*.161.*b*.*e*.162.*a*.186.*d*.217.*e*.222.*d*.223 *c*.241 *b* 244.*e*.246.*d*.261.*c*.263.*c*.264.*e*.282.*c*.284 *b*.285.*a*.287.*b*.295.*e*. declaratur.296.*c*.299.*a* *b*.393.*e* 398.*e*.433.*b*.*e*.434.*c*.435.*d*.500.*b*.517 *e*.519 *d*.522 *c*.536.*c*. 537 *d*.*e*. 543.*c*.567.*b*.590.*c*.605 *c*.609.*c*.623.*e*.624.*c*.632.*e*.633.*d*.*e*69.*b* 681.*b*.682.*e* 683.*d*.718.*a* 725.*a*.726.*c* 727 *d*.732.*b*.765.*c*.776.*e*.*d*.778.*c*.779.*a* 822.*a*.881.*a*.892.*d* 922.*b*. 964.*d*. 1009.*a*. 1013.*b*.1032.*b*. 1034.*a*.1049.*e*. 1052.*a*. 1060.*a*.1061.*a*.1093.*b*. 1107. *b*.1112.*b*. 1116.*a*.1120. *b*.*c*.1123.*d*.1124.*b*.1128.*a*.1172 *e*. 1175.*a*. 1192.*b*.1226.*d*. 1227 *a*. 1271.*d*.expoſitus.1273.*a*.
Plotinus. 182.*b*.187.*b*.578 *e*.579.*a*.*c*.836.*b*.912.*e*.963.*d*.1110.*a*.
Plutarchus. 12.*e*.30.*e*.34 *c*.37.*a*.*d*.38.*d*.39.*a*.41.*d*.42 *d*.43.*a* 46.*a*.49.*b*.52.*a*. 53.*a*. 64.*a*.127 *b*.129.*c*.140.*c*.141.*e*.142.*a*.explicatur *c*.143.*d*.145 *a*.171.*b*.184.*b*.187 *c*.190.*c*.222.*e*.223.*e*. 245 *b*.246.*c*.263.*c*.275.*a*.413.*a*.416.*a*.424 *d*.435 *b*.500.*b*.511.*a*.517.*c*.521.*d* 522.*a*.528.*b* 568.*b*.575.*e*.578 *e*.585.*e*.591.*d*.614 *a*.620.*c*.622.*c*.652 *c*.653.*c*.660.*d* 661.*c*.663 *d*.668 *c*.*e*.670.*d*.681.*b* 682.*e*.683.*d*.705.*d*.726.*c*.737.*c*.760.*c*.777.*b*.784.*e*.808.*b*.845.*c*.883.*d*.884.*a* 913.*c*.916.*a*.957.*b*.1009 *c*.1014.*e*.1025.*c*.1034.*b*.1044.*c*.1049 *e*.1050.*d*. 1051.*b*.*e*. 1052.*d*.1104.*a*. 1106.*b*.*d*.1112 *d*.1131.*a*.1158.*e*. 1162.*c*.1164 *b*. 1171.*d*.1193 *d* 1200.*a*. 1206 *d*. 1256.*a*.1258.*a*. 1261.*a*.1279 *b*.
Podacatarus. 76.*b* 248.*a*
Poematia antiqua. 161.*a*
Angelus Politianus. 423.*d*.424 *b*
Marcus Polus. 146 *c*.153.*b*.218.*a*.305.*b* 682.*a*.1006 *c*.
Polydorus. 881.*a*
Tubellius Pollio. 618 *c*
Iulius Pollux. 792 *a*.857.*a*.1013.*a* 1263 *d*.1265 *b*.*c*.1266.*a*.
Pomponius Lætus. 268.*a* 684.*d*.685 *b*
Iſacus Pontanus. 944 *b*
Thomas Porcacchius. 24.*b* 76 *b* 162.*d*.167 *b*.190.*b*.248 *a* 336 *c* 337.*a*.340.*b*.
Porphyrius. 153.*e*.notatur.181 *b*.183.*c* 186.*e*.362 *c*.387 *d*.708.*c*.1058.*c*.1220.*b*.1221.*c*.1243.*d*
Æmilius Portus. 942.*b*
Io Baptiſta Porta. 16.*d*.*e*.17.*b*.27.*c*.45.*a* 47.*b* 51.*d*.83 *a* 85.*a* 96 *e*.98 *b*.102 *b*.105 *a*.107 *e*.112.*b*.113 *c*.114.*e*.116.*e*.132.*e* 240.*b*.543.*e*.632 *d*.733 *a*.763 *e* 765 *e* 800.*b*.811.*c*. 865.*c*.*e*. 892.*d*. 936.*a*. 915. *a*.1068 *a*.
Hieronymus Porus. 24.*b*
Priapea. 971 *c*
Procopius. 29.*c*
Proclus. 1183.*c*.1206.*c*
Prouencherius. 274.*b*
Propertius. 615.*e*.943 *c*.944.*b*.1199 *d*
Prudentius. 766 *c*.859 *a* *e*.860 *d*.863 *c*
Ptolomæus. 433.*d*.*e*.434.*b* 1022.*a*.1107 *a*.*b*.1112.*b*.1120 *b* 1121 *c* 1123 *d*.1191.*a*.1192.*a*.
Theodorus Pulmannus. 779.*b*
Caſſianus a Puteo. 593.*c*.768.*c*.884.*d* 886.*d*.888.*a*.1025 *d*.
Puteanus Carthuſianus. 599 *b*
Pythagoras. 726.*a*.1110.*a*

Q

Quadrigarius. 248.*d*
Antonius Querengus. 165.*b*
Ioſephus Quercetanus. 241.*e*.274.*b*

R

Magnetius Rabanus. 1016 *b*
Ioannes Baptiſta Ramuſius. 425.*e* 678 *a*.*c*. 1155.*c*.1171 *b*.
Raſis 786.*e*
Iulius Rechalcus. 796.*d*
Regum libri. 63.*a*.275.*e* 584.*a*.704 *d*
Thomas Reineſius. 1279.*b*
Ioannes Reinſius. 1279 *a*
Gerardus Reinſius. *ibid.*
Q Rhemnius Fannius. 60.*b*

Autorum.

B. Rhenanus. 901.b
Cœlius Rhodiginus. 6.d.7.a.29.c.198.c.267.c.541.e. 578.e.581.a.b.609.b. 619 a. 623.b.624.d. 650.b. 657.b.685.b 691.d.735.c.747.e.785.c.800.d.883.c. 940.e. 1014.c. 1044 b. 1045.a.b. 1046.b.c. 1059.b. 1102.c.1106.a.1107.d.1109.e 1157.d.1218.a.
Ioannes Rhodius. 804.a.839.a.973.a.1025.d. 1027.a.1063.c.1087.a.1167.a.1250.b. 1251. b.d. 1275.c.1279 c.
Nicolaus Rigaltius notatur. 607.e
Cæsar Ripa. 668 c
Fortius Ringelbergius. 6.d
Ioannes Riolanus. 274.b
Roma subterranea. 950 a
Ioannes Rosinus. 415 c
Erasmus Roscodamus. 883.a.892.a.1179.d
Conradus Rubeaquensis. 263 c
Hieronymus Rubeus. 16.d
Octauius Rubeus. 1270 e
Ioannes Ruellius. 246.c.893 a
Ruffinus 1043.d. explicatur. 1212.d.1218.b
Hieronymus Ruscellius. 8.d.14.d.16.d.27 c.45 a. 48 b 68 d 108.a.
Ioannes Ruschus. 83.a 94.a
Ruth. 721.c
Franciscus Ruueus. 75 287

S

Faustus Sabæus. 80 a.155.a.b.c.d e.156 b.c.d. 160 b d.161.a 163 c 164.a c d. 166 a.b. 168 b. 259 a 423 b.426.c.891.e.
Ioannes Sacroboscus. 1265 c
Sapientia Salomonis. 1037.d.1182.d.1236.a
Ioan. Dominicus Sala. 314.c 369 a
Sallustius. 669 e
Claud. Salmasius. 779.c.794 d
Henricus Salmuth. 8.d.16.d.34.e 783.d
Fr. Sanctius. 873 c
Fortunatus Scacchus. 560.a 858 d.992.c.1001 a
Iosephus Scaliger. 803.e. refellitur. 838.b
Iul. Scaliger. 10.c.49.d.84.a.99.b.147.b.165.b. 173.a.d.244.d.247.d. 253.a.263.c. refellitur. 277.c. 281.c.405 d.632.a.c.634.b. notatur. d. 636 b.e. 637. b.641.d.723.d.878.b. refutatur. 1071.a.
Bernardinus Scardeonius. 8 d.15.b.44.c 71.c.1068.d
Demetrius Sceptius. 1272.d
Sigismundus Schul. 876 b
Ioannes Schmit. 198.e.771 a 976.a.1110.a.1166.d. 1265 e.
Petrus Scriuerius. 190.e 214 d
Seneca Philosophus. 5.b d.173.d.183.c.190.b. 299 b.335 c.337 e.338.b.598.d.650.d.750.a.779. a.866.b.1123.d.1173.a.
Seneca Rhetor. 1133.a
Seneca Tragicus. 5.b 216.b.346 a
Quintus Serenus. 1197.d.1199 e
Ioannes Seldenus. 535.b.584.c.611.c.668.a. 705 c.1050.c.
Marius Seruius Honoratus. 605.c.627.b.652.d. 659.e 693.b.805.a. 865 c.1051.d.1103.b. 1180 a. 1203.a.
M. Aurelius Seuerinus. 814.a 842.a.939.b.1101.a. 1114.e.
Cornelius Seuerus. 674.e
Sidonius Apollinaris. 759.e.776 b.918 b
Sigebertus. 712 e
Carolus Sigonius. 710 d
Silius Italicus. 416.a 691 d 809 d
Simplicius. 236.e.261 d 353 d.359.e
Simonides. 691.c
Iacobus Sirmondus. 30.b.531.a.1072 a
Socrates. 196 e.1043.e.1217.d
Solinus. 26.c.54.d.55.a.59.d.65.d.66.a.b.75.d. 76.b.c.80 c.161.c. 162.a. 164.b.171.c.245.c.246.e. 254 d.274.e.284 c.285.b.d.417.b.435.d.681.b.683 d.1107.b.
Sozomenus. 197.c.1044 a
Sophocles. 696 a
Ælius Spartianus. 161.c.1006 c.1075 a 1272 e
Andreas Spinula. 296 d
Spondanus. 1042.a.1212.e 1216.a.1222.d
Henricus Smetius. 574.d.1196 d
Statius illustratus. 34.e 35.d.157.a.173.c.208 b. 274 a. explicatur. 288.d.416 d.570.c 660.b.604 c. 907.a.917.c.1059.c.
Achilles Statius. 180 b 187.a.969. 971.b
Eugubinus Steuchus. 1181.b. notatur. 1184 c 1188.a
Stephanus de Vrbibus. 812 d 970.a.1102.a.1112.a
Carolus Stephanus. 812.e 970.a 971.e.1137.b. 1080.c.
Stobæus. 668 e
Quintianus Stoa. 1197.c
Ioannes Stumpfius. 1067 c 1077 a
Strabo. 11.d 12.a.29 c 42 b 76.a.161 b.246 a.d. 274 b.433 b.d.434 b 435 d. 521.a 768 a 807.a. 812 b.1022 d.1103 a 1105.e.1107 b.1191 b.
Suessanus. *vid. N.*
Laurentius Surius. 712.e. notatur. 787 d
Suetonius. 338.b.346 a 570 d.571.b 587 d.654.a. 660.b.663.d.668.778.d.779 a.791.d.1005.b. 1007. c.1103.a.
Suidas. 41.c 44.c.197.c 674.b.794.a.c.843.e.892.a. 894.c 970.b.1020 b.1037 b. 1038 b.1041.e.1102.e. 1102 a.112.e. 1181.b e. 1184.a. 1215 c. 1216.a. 1217.c.1221 a.1263.d.
Symbolum Nicænum. 1182 b
Symmachus. 1000.e
Syrianus. 353 d
Syrus. 1000.e

T

Cornel. Tacitus. 296 e 598.d.958 e.1196.a
Tacus. 246 a
Alexander Tassonus. 43 c.256 c
Terentius. 652.b
Tertullianus. 674.c.779 b.c.e.803 d.867.c.d 995.b.c. d.1274.e.
Themistius. 302 b.481.e.1163 c
Antonius Theobaldus. 165.e
Theocritus. 915.c.1119 d
Theocriti interpres antiquus. 727.c
Theodoretus. 706.e.708 b 991.a.1192.e
Theodosius. 778.e. *Vid. Cod. Theodos.*
Theodosio. 1000.e
Thesaurus Aromatariorum. 511.e
Theophrastus Eresius. 5.d.82.b.83.e.85.c.87.e.89.b. 100.b.107.b 116.c.141.b.181.b.221.a.222.a.228.d. 233.c 241.b 261.d.263.c.301.e.306.e.312.b.d. 347. b 421.b.430.b.439.e.632 d.633.c 732.d.765.e. 892. c.1059.b.1119.d.1121.a.
Theopompus. 912 b 959 e.1274 b
D. Thomas. 357 e 720.e.853.c.1234.b.d
Iacobus Augustus Thuanus. 274 b
Thucydides. 287 b e
Ei. Scholiastes. 606 e
Albius Tibullus. 183 c.608.d. explicatur. 943 e 944 c.1199 c.
Bernardinus Telesius. 306.a.1060.b
Timeus. 353.c
Timæus Locrus. 170.e
Tiro. 866 b
Iacobus Philippus Tomasinus. 930 c
Leuinus Torrentius. 778 c 779 a
Ioannes Tortellius. 790.a
Alphonsus Tostatus. 19 e 520.c.e 541.a 700.b.846 a. *Vid. Abulensis.* 868 e 872 b
Matthæus Toscanus. 166 e
Mercurius Trismegistus. 1240 d
Ioachimus Trithemius. 127.c 133 c.134.a. 136.

Nomenclatura Autorum.

136 a.b. 184.a. 1237.d. 1238.a.
Angelus Triuella. 806.b
Tryphiodorus Ægyptius. 656.b
Hadrianus Turnebus. 224.a.944.a.1197.d
Gregorius Turonensis. 711 d
Horatius Tursellinus. 1101.d.e
Maximus Tyrius. 62 d.182.d.426.b.683.e.
731.a 760 b.1157.d.
Ioannes Tzetzes. 760.d.1159.d

V

Valentinus. 778.e
Io. Pierius Valerianus. Vid. P.
M Varro. 589.e 590.a.650.d.659.c.d.c.664.e.
763.c 765.e.838.b. 893.d. 1019.b.1045.b. 1195.c.
notatus.e.
Franciscus Vallesius. 229.d.411.a
Valerius Maximus. Vid. M.
Robertus Valturius. 785.c
Vassallus. 1260.c
Hieronymus Vecchiettus. 23.1038.b
Flauius Vegetius. 718.d 784 a
Andreas Venaramenus. 250 a
Philippus Ventura. 888.a
Maria Vercellinus. 1054.b
Marcus Maurus Vertranius. 839.a
Ioannes Veslingius. 606 a.609.e.624 e.967.d.1252 b
Aurelius Victor. 1101.c.d
Petrus Victorius. 785.c
Villingius. 14.a
Vitellius. 778.e
Virgilius. 12.b.20.c 27.a 34.c.71.b.72.e.73.a.c.
154.e 187.e.260.a.b.275.d. 276.a.c.303.a. 306.b.
310.d.311.d.416.e. 421.a.537.c.d.e. 538.e. 587.a.
608 d.633.b. declaratur. 644.b. 646.d.648.a.649.e.
650.a.652.d.e.656 b.e.657.e. 658 d. 673.e.674.c.
693.b.715.a 716.d.717.c 729.a.758.d.759.d.760.
b.761.b.771 d.783.e. 789.d.804.c.d. 809.d.e.817.e.
818.b.823.b.825.a.881.a.892.e.911.b.960.c.975.a.
1048.b. 1057.b.1058.b. 1103.b. 1164.b. 1197.d.
1198.a.c.e.1199.a.d.e.1206.e.1215.c.1232.b.1249.
b.1250c..1265.a.1270.a.1280 a.
Polydorus Virgilius. 171.c.228.a.519.a.622.d.
783.b.1032.a.1116.e.1172.c.
M. Vitruuius Pollio. 288.e
Iacobus de Voragine. 520 e.523.d.850 a.b
Ioan. Ludouicus Viues. 23.c.53.d.60.c.75.d.76.b.
288.a.814 a.1239.e.
Vlpianus. 650.d.778.e 918 c.1076.a
Raphael Volaterranus. 11.a.17 e.268.e.269 a.
270 d.433.c.e.434.b.c.540.e. 541.e. 835 b 891.d.
894.c.1112.b.1115.d.1221.a.
P. Volcus. 901.b
Ioannes Gerardus Vossius. 787 b.709.e.793.b.
924.b.1016 d.1018.a. tangitur.
Hieronymus Vvolfius. 1102.a
Vrsatus de Vrsatis. 1252.a
Sertorius Vrsatus. 203.a.823 a.874.b.1124.c
Fuluius Vrsinus. 606.d.684.d.1008 d

X

Xenophon explicatur. 636.e.791 b.793.d.
882 c.1096.d.1157.c.
Xiphilinus. 223.c
Gulielmus Xylander. 11.b.620.c.1261.a.1263.a

Z

Iacobus Zabarella. 328.a
Zacharias propheta. 655.d.1038.d
Zacharias Chymi. 1203 b
Ioannes Ægidius Zamarrensis. 846 b
Antonius Zantanus. 42.a
Zeno. 302.b
Zenodotus Ephesius. 854.e.892.a
Antonius Zimara. 384.b
Ioannes Zonaras. 259 c
Zoroaster. 246.e

ELENCHVS
RERVM, AC VERBORVM MEMORABILIVM.

A

A & Ω. 860.b
Absurditatis vi cõuincere, nõ est causã reddere. 150.a
Absynthus gemma. 249.b
Acanthus. 975.a
Accidens vt sit Ens. 389.a
Accidentis entitas a subiecto dependet. ib. existere, est inhærere. ib. vnitas vnde. ibid.
Accidens materiale, & spirituale. 290.e
Accidentia duo eiusdem speciei solo numero diuersa in eodem subiecto non possunt esse. 280.e
Accidentium vnitas. ibid.
Accidentia substantiam diuidunt. 290.a
Accidentia eiusdem speciei plura in subiecto eodem numero formaliter esse non possunt. 90.d
Accidentia non mutant subiectum. 231.c
Acetum igne absumitur. 135.c
Acetum lentoris non est expers. 343.d
Achillis denominatio argumento imposita. 302.b
Actio nulla est vltra vires. 85.d.260.e. physica fit per contactum. 358.c. fit in patiente disposito. 343.e
Actus fit in patiente disposito. 300.e
Actu quod est, magis est, quam quod potentia. 362.c
Adamas. 54.e. ignis vim eludit. 75.c
Adamas teritur. 284.a. sed imperfectus. e. plumbo soluitur. 286.e. hircino sanguine calido cedit, 285.a.e. Indicus Magneti vim trahendi ferrum demit. b. eius frusta gemmis sculpendis apta. 285. c. 286.a. crystallo affinis. 286.c. ferrum penetrat, & ceteras gemmas, non chalybem. 286.e. in Arabia, & Cypro nascitur. 287.a
Adhugge. 421.a
Adrianus in Ægypto Antinoam condidit. 1102.a
Adriani moles. 1103.c
Adustio in corpore humano. 313.a
Adustio sine igne. 420.e
Ægyptus Ptolemeo in Africa. 706.c
Ægypti magnitudo. 1191.b. diuisio. c
Rex triceps, & tripes. 1229.a
Ægypti hieroglyphicum. 1106.e. 1229.c
in diademate Regum Ægypti. 1106.a
Ægypti figura triangularis. 1106.e
Ægyptus mater scientiarum. 1108.e. & Mercurij. 1109.e. delta vocatur. 1120. b. insula. c. in tria delta diuiditur. 1121.b. Nili donum. 1190. d. Insula, ac delta. e
Ægyptus superior. 1121.e. Media. 1122.a. Inferior. c. 1229.b
Ægyptiorum de brutorũ animis opinio. 154.a. 171.b
Ægyptij doctissimi. 154.b
varias colunt belluas. 184.c
Ægyptiorum mos in exigenda sepulcri colũna. 610.a
Ægyptiorum mos frequens in hieroglyphicis. 934.d
Reges electitij. 1189.d
Ægyptij canes appellati. 1245.e
Æqualia non admittunt pugnam. 237.d
Æqualitatis symbolum. 1039.e
Aer non est solidus. 290.c. sed est continuus. 292.c
partes eius contiguæ sunt, non continuæ. 292.b
per eos meati poros, per quos aqua & oleum. 295.a
non contendit sponte ad locum terræ. ibid.b
terram facilius penetrat, quam aqua. ibid.
etiam ad centrum tendit naturaliter. ibid.d
humorem deponens raritate ignescit. 315.d
attritu quid patiatur. 317.d. vt in humido retineatur. 342.b. eius humiditas, & lẽtor insensilis. 343.b
calore non vertitur in aerem. 383.d
magis humidi, quam calidi. 390.b
non vertitur in flammam. 133.d
ab vllo misto proprie. 317.e. sed ab igne actu. ibid.
Aeris caliditas & siccitas vt ignem afficiat. 141.c
lucernæ oleum absumat. 144.b
nulla qualitas prohibet fomitẽ ab igne cõsumi 143.d
Aer vniformis in locis subterraneis cõseruatur. 141.d
non semper. 148.b
Aer vtramque habet qualitatem simul. 231.d
attritione in ignem vertitur 316.b
supremus nõ est perfectior medio, aut infimo. 327.d
supremus solum in orbem vertitur. ibid.
aliquam habet grauitatem. 329.e
motu in orbem vi sursum pellitur. 330.a
flammæ humidus est contrarius. 347.a
Aer serenus glaciei generandę aptus. 414.b
Aer vt grauis. 400.c
non ascendit supra aquam. 403.c
igne corrumpitur in ignem. 404.d. non in mixtum. e
Aer supremus solus circulo mouetur. 402.e
in aquam vertitur vi frigoris & caloris. 413.a
Aer non habet humorem primo, & calorem secundo gradu. 390.c. nec habet humorem in summo excessu. ibid. non est humidior aqua. d. eius essentia magis humore nititur, quam calore. 390. d. partes vt differant caloris participatione. 395.c
media regio cur frigidissima. ibid.
Aer nos tuetur a calore ignis. 395.d. cui resistit. 396.a
vi frigoris vertitur in vapores. 404.a. vi caloris, in ignem. b
Aerea facile in ignem conuertuntur. 132.c
Aere quæ incalescant; quæ accendantur. 82.d
Aeris qualitates vix percipiuntur. 85.d
Aer non est calidus vt ignis. ib. nec flammam excitat. e. 86.e. 87.c. 98.d. 101.a. aut lucernam. 86.a. animalium calorem neutiquam auget. ibid. qualitates secundæ. 88.a. calor triplex. 230.d. calor aeri non naturalis. e. 358.c
Aer subterraneus nostro frigidior. 86.c. frigidus non potest misti calorem in igneum immutare. 88 c sed ignem vegetat. 89.b. non aterit combustibilia. d. vt atteratur radijs, & ignescat. 91.a. siccitate ignescit. 91.b. a radijs Solis igneam induit naturam. 91.d. condensatur. 105.d. fumo tenuior ac rarior. 111.c. cur facile mutetur. 113.a. cæcos terræ meatus permeat. 114.d. fumo tenuior. 115 b mutatur secundum qualitates, integra substantia. 122.a. natura calidus & humidus. 230.c
Æris Cipri vetustas. 1070.c
Æternum etiam est, quod diu durat. 136.a
nullum sub Luna corpus. 242.a
Æther corpus neutrum. 308.c
Africani colebant ignem. 425.d
Agens actione perficitur, & fit magis actu. 362.d
Agentis actione vires augentur. ibid.
Agẽti nõ sũt necessarię vires supra vim patiẽtis 366.c
Agens imbecillimum quinam materiæ det formam. 317.d. omne actu agit. 318.b
Agens & nouam formam priori similem valeat addere. 305. validius agit velocius. 385.e. naturale per contactum agit. 413.d
Agens debile in materia plurimum disposita formam producit. 92.a. omne agens patitur reagẽdo. 575.d
naturale generat sibi simile. 119 a. Vid. S. vires habet suæ moli proportionatas. 442.b. non semper voto respondet. 443.d
Agrippus. 892.b
Agrippo sterilior. 891.e
Alcala Duci donata lucerna. 771
Vlyssis Aldrouandi Museum. 9.d. 27.e
Alexandri Magni exercitus a simijs delusus. 679.c
Alexander VI Pontifex. 15.a
Alexandrinum supplicium. 1105.d
Alimentum coctione vitam perdit. 364.e
cur viuere nequeat, 635.b
eius similitudo ad alendum. e
quando sub forma totius, & quando non. 636.c
non semper instaurat substãtiam deperditã. 637

vt augmentatiuũ, vt nutritiuũ. 639.a. vt ſemen. b
eius ratio varia. ibid. finis diuerſus. 640.a
Alimentum quid conferat. 228
diſtinctum a ſubſtantia rei quam nutrit. 474.b
non aſſumitur in eius definitionem. 491.b
idem numero. 321.a
Alimento quibus magis opus eſt. 231.d
Alitur nihil niſi permanens. 319.c
nihil contrario Alitur, ſed ſimili. 169.e
Alitur nihil contrario, ſed mixto ſimili. 430.c
Allium Horatio exſecratum. 224.a
Ἄλογον. 855.d
Alteratio ſimplex non mutat ſubſtantiam. 119.a
Alumen Scariolæ. 244.d. ſciſſile. 246.e
Aluta differt a corio. 918.e
Amarãthi corona redimitũ Herculis ſepulcrũ. 1060.b
Amazones in bello vtuntur ſiſtro pro tuba. 1202.a
Ambulatio penſilis. 1116.b
Amiantus lapis incombuſtibilis. 76.a
alumen ſciſſile creditur. 125.e
ex eo lucerna imbri ac ventis non reſiſtit. 128.d
ellychnium & oleum lucernę præbet nullũ. 130.a
Ammonis lucerna mirabilis. 13.a. 141.b. 185.a.
& cur. 142.c. templum vbi ſitum. 143.e
Amnes ignei. 312.a
Ampelites terra in aquis ardet. 80.d
Ampullæ lacrimales. 1268.b
Ampullæ vt excitentur. 342.c
Ἀναβολεὺς. 794.a
Anathematizare ſolius eſt ſacerdotis. 692.d
Anchora. 855.c
Angeli in ſacris alati. 654.e
Anguis caducei maſculus. 1109.b. femina. c
Animæ a corpore ſeparatio duplex. 297.b
Animæ damnatæ ſimulacrum. 836.d
Animæ rationalis pars duplex. 1165.d
Animam in ſepulcris manere putabant veteres. 70.c
Poetæ. 187.d. eamque igneam. 151.c
circa ſepulcra etiam verſari. 186.a
veteres non ſemper putabant immortalẽ. 152.a
Animæ a corpore ſeparatæ functiones. 72.c
brutorum immortales. 154.a. Vid.B.
Animarum cuſtos Deus. 72.d
Animæ defunctorum deis inferis debẽtur. 72.c. 151.d
non tamen ſubmerſorum. 187.a
Manes appellati. 73.e
de Anima defunctorum opinio Scytharum. 153.b
Animal non mouetur ſine inſtrumento. 427.d
Animalium tranſmutationes. 633.d
Animal vt creſcat. 319.d
Animantium ignis. 6.d
Anima quid. 636.b. quid elementis præſtet. 373.d
Animantis corpus neceſſario mixtum. 374.e
Annorum inæqualitas apud Plutarchum. 12.d
Anthrax lapillus. 55.b
Antigraphus. 854.b
Antiſigma. 854.d
Anthias. Antinoe. Sahid. 1191.e
Antei cadauer ingens. 275.a
Anſeris ſepultura. 438.a
Antiochena lucerna. 14.b. 67.a. 77.a.d. 107.b. 138.a. 182.c. 185.a. 216.d. Vid. Edeſſ.
Antimonium igne conſumitur. 135.c
Antiperiſtaſis non fit in ſupero aere. 402.a
Antiperiſtaſis vt fiat. 87.c. non fit ab aere. 88.a
ſed ab aqua. 420.b. qualis ignem producat. 89.a
Antiochia diuerſa ab Eſſeda. 433.a
Antonini Imperatoris humanitas. 1274.d
Antrum Vicentinum in villa Cuſtodiæ. 304.b
Anubis canis cuſtos Iſidis ac Oſiridis. 1204.e
Anubis Dei effigies canina. 598.b
Anuli e putamine teſtudinis marinæ. 1174.a
Apis bos idem. qui Nilus. 1050.d
Apparitor Pontificum. 1134.a
Appetitus maior vim motricem acrius vrget. 355.c
materiæ cauſa corruptionis. 370.b
quotuplex, & quomodo expleatur. 371.b
Aprorum familia Brixiæ. 1269.a
Aproxis herba mirabilis. 222. d. eminus ignem concipit. 265.a. 500.b
Aqua leuiſſima. 462.a
Aquæ cura penes Veſtales. 41.d
origo in fontibus. 218.a
Aqua non eſt calida. 87.a
frigida flammam accendit antiperiſtaſi. ib.b
puteorum hieme calida. 88.d
fons eſt lentoris. 113.a. omnium humidiſſima, non viſcidiſſima. 342.e. non omnium humidorum craſſiſſima. 344.a. vt in aerem mutetur. 382.e
Aqua eſt aere craſſior ac denſior. 391.b
eius humor inuiſibilior quam aeris. 391.c
in profundo non gelaſcit. 407.b. in ſuperficie leuior eſt. ibid. a glacie differt. c. glaceſcens male minuitur. 408.c. frigore denſatur. 409.c
Aqua calore attenuatur & rareſcit in vapores atque aerem. 409.d. item in nubes. 410.b
non gelaſcit ex ſe. 411.b. nec ab exhalatione terrea. 412.d. nec præter ſuam naturam. b
deſtillata facillime congelatur. 412.d
quomodo frigida primo. 411.e
fluxilitas ei propria. 411.d
in ſuperficie glaciatur. 413.d
Aqua vt conuertatur in flammam rutilam. 422.a
ferro candenti aſperſa flammam excitat. c
eius qualitates materiales. d
Perſis Dei loco. 426.c
probationis ad partem iuriſiurandi. 667.e
Aqua calcem accendit. 301.a
Aquæ ſubſtantia magis in frigiditate, quam in humiditate conſiſtit. 390.e
Aqua feruens refrigeratur igne remoto. 131.b
Aqua non ardet in flammam. 138.d
oleo miſta lucernam diuturniorem præſtat. 143.a
Aqua ſacrificijs dicata. 693.c. 694.b
Aquæ frigidæ iudicium. 697.e. 710.d
Aqua ſancta. 701.b
Aqua lucernas ſubterraneas extinguit. 218.a
Aquæ circulatio. V.C.
nulla ſiccitas. 311.a
Aqua vitæ ſpecie differt a vino. 117.c
circulatio cur perennis. 118.d
Aquilæ bicipitis initium. 834.a
Aquilæ etymon, & ſymbolum. 936.a
Aquilus color. 937.a
Ara. 765.d
Ara Ditis & Proſerpinæ ſubterranea. 33.a
Ara Chriſtianorum, & Ethnicorum. 864.b
Ara portatilis. 1135.a
Ara in ſacrificijs coronata. 647.c
Arbor. 676.a. mali ominis. c
Arborum tranſmutationes. 633.a
Arbores in lucerna. 709.a
Arbores prædominio terreæ, ac ſiccæ. 430.a
Arcadia regio, & vrbs Ægypti. 1112.a.b
Arcades Ægyptij. 1112.d
Arcades hominum ſe primos putabant. 915.b
Archimedis columna. 613.c
ſepulcrum. ib. 1255.a
quænam Ardeant ſine conſumptione. 53.c
Argentum mentis ſymbolum. 70.c
Argi bouem cuſtodientis mythologia. 908.a
Arrianorum error. 1182.e
Arianidis herbæ tactu ligna oleo peruncta inflammantur. 82.c
Aries dorſo mulierem ferens in lucerna. 194.b
Aries & Siren non colũnæ ſed tumulo impoſiti. 622.d
Ariſt. libri de Hiſtoria Animaliũ plures amiſſi. 727.d
Arma veterum ærea. 732.a

Ac Verborum memorabilium.

Aaronis virga. 692.d
Artis vix maxima. 3
Ἄσβεστος λύχνος. 13.c
Asbestus lapis perpetuo ignem fouet. 13.c.14.a. 75.d.127.a.245.d
cui resistit. 511.b
e Syria. 250.a
cui humidum est vnctuosum. 127.a
eius oleum. 510.e.513.d
Asbestinum filum diu flammam non edit, sed breui extinguitur. 129.d.244.c
Asbestina tunica ex se non accenditur. 129.e
Ascanij caput ardens. 264.d
Ascendentes aerē semper inueniunt frigidiorē. 397.c
Aspicere. Respicere propitium esse. 1248.d
Aspis in Ægypto celebris. 1102.e.1106.c.
duplex. 1103.b
Aspidis genera. 1103.a. longitudo. 1103.b. cristæ. d. Theriacæ non inditur. 1105.e
Ἄστραβη. 794.a
Astrum Samium. 244.d.246.e
Astra non esse ignita. 399.e
Asteriscus. 853.e
Astu saxum, in quo Mineruæ templum. 11.d
Aues thymiatum apud priscos sacræ. 901.a
Ateste vrbs vbi, & quando condita. 1127.b
ATIMETI. 1067.d.1077.a
AVFELLVS. 212.d
Augmentum animati & inanimati vt differat. 319.d
causa eius anima. 320.a
Augmentum fit alicuius accessu. 360.e
Augmentum non sequitur necessario alimentū. 637.e
Augurum laternæ. 1158.e. apertæ. 1263.a
Augusti Imperatoris equus. 161.e
Augustamia. 1192.a
Auicennæ tempus. 789.b
Autoris institutum. 3
Autoris institutum, experimentum. 90.c.443.e
opinio. 148.d. retractatur. 149.c
encomium. 446.a
pater in Corsica insula medicinam exercuit. 645.a.451.a.599.c
Autor Genere feminino. 675.a
Aurum igne non absumitur. 46.c.53.c.75.b
voluntatis symbolum. 70.d
Auri liquati & concreti eadem grauitas idemque pondus. 409.c
Auri oleum in lucerna nullum. 130.c
humidum pingue non elicitur. 130.d
exhalatio pinguis nulla. 131.a
Aurum ignitum non emittit flammam. 131.a
quamdiu perseueret ardens. 131.b
igne non vincitur. 131.c
neceo consumitur. e 489.d
prædominio est aqueum. 132.a
vetustate consumitur. 242.a
Auspiciorum pulli. 1158.b

B

BAcchus lasciuiæ Deus. 578.d.581.a. & nauigationis. 767.c. nudus & cornutus. itemq. coronatus hedera. 843.b. phallos gerit. e. 913.b
Bacchi sacrificium sine mulieribus. 757.d
cum capra curei gratum. 763.b lucerna. 913.b
Baculus Protei Cynici talento venditus. 425.a
Balani figura in lucerna. 206.b
Bardocucullus. 1016.e.1022.a
Bataui. Vid. H.
Beatitas quid. 72.e
Bellerophon viri sapientis typus. 1130.a
Betuciæ Proculæ monumentum. 179.e
Bigæ. 791.a
Bistapia. 795.a
Bithynni aduerso iudicabant Sole. 1206.b
Bitumen in aquis ardet. 80.d. maris. 750.d.751.c
Boni affliguntur. 891.d
Bonæ Deæ sacra. 576.a
cur ea fatua fuerit dicta. 685.a
Bononienses lucernæ. 27.b.216.c
Boreæ frigus in aere. 420.c
Boristenis equi epitaphium. 161.d
Borgetti catelli epitaphium. 165.e
Borzacchini. 918.e
Bos ex aromatibus. 170.b
Bouis alati lucerna. 878.d
Bouis caput in lucerna. 199.a. eius symbolum. 908.b
Bostrochyses lapis. 246.e.248.d
Brachia Francisci Guidi frictione scintillant. 262.d
Brixia bellicosa. 1270.e
Brixiæ cum Romanis necessitudo. ibid.
Brutorum animæ etiam Ægyptijs immortales. 154.a 168.a. corda Ægyptijs vorata. ib. V.C. Sepulcra, & elogia. 154.d. columnæ sepulcrales erectæ. 625.b
Bruta piscibus calidiora vt sibi calorē attēpetēt. 431.c
Ægyptijs culta. 678.c. odoratu præstantia. 964.e
Bucephalus. 161.b
Bulla in sarcophago reperta. 1086.d
Busiris Nili nomen. 1051.c. Neptuni filius. e

C

C.I.C. 213.d.215.e
Caecum animal flammas eructare. 7.a
Cacochymici. 72.b
Cadauera vitro condita in Ægypto. 906.a.810.d
Cadaueribus alitur homo. 631.c
Cadauer vt habet alimenti rationem. 637.a
Cadaueris putrefactio. 145.c
corpus non est organicum. 375.d
Cadauera veterum cremandi & condendi mos. 126.d 152.e.270.a. tactu in puluerem abeunt. 272.a. 341.c. fumo siccata. 273.e lapidescere. 274.b
Caducum non perennat. 121.c
Caduceus Mercurij. 1109.a. eius hieroglypichum. ib. disciplinarum hieroglyphicum. 1110.e. eius origo. 1111.a. commentum apud ethnicos. 1111.c
Cadus. 693.d
Luciæ Cæsæ lucerna. 9.a.c.44.a.96.b.177.b. 1087.d
Cæsar a Venere ortus. 570.d
Cæsaris lucernæ diuersę. 592.e
Calicis effigies. 213.e
Calcei figura. 214.a
Calcei lunati. 919.a
Caligula. 776.b
Caliginis ratio. 111.e
Calices aurei, & argentei. 192.a
Caligę clauatæ. 774.e
Caligati milites. 776.a
Caligatus. i. miles. 778.d
Caliga. Campanus. 779.d
Callimachi lucerna aurea. 181.b.245.b
Calor cœli non est ab elementari distinctus. 398.a
Caloris munus. 410.c
Calor animalium humidus. 480.b
Calor vt vino extinguatur. 220.c
bifariam corrumpitur. d
naturalis non omnis est internus. 229.c
ambientis vt naturalis. 229.e
ignis vehementissimus est naturalis. 230.b
mixti humorem iugiter absumit. 230
triplex. 231.a
naturalis nō indiget humido, vt pabulo. 231.a.c
consumit materiam, in qua est. 373.b
ob lentam elementorum pugnam potest deficere. 377.b
maior a minori temperatur. 432.c
Calor siccus, & humidus. 432.b
Causa efficiens est effectui naturalis. 230.a
Causæ proximæ ac remotæ discrimen. 341.d

Caloris ignei subiectum. 231.b
aerei subiectum. d munus. 381.a
Calor aereus non consumit humorem. 231.e
Calor temperamenti apex. 232.a
sicco in mixtis sustentatur. b
in mixto humidum non absumit simpliciter. e
cur humorem absumat. 232.e
natiuus est mitis. 260.e
cordis vehementissimus. 263
animalium mitior quam lignorum. 266.d
Caloris & Humoris æqualitas in viuente. 251.e
Caloris proprium. 404.b
Calx viua accenditur aqua. 59.b.79.e.87.e.100.b.e. 101.a. 420.4. semel extincta non accenditur denuo affusa aqua. 139.a
Camilli. 693.e
Candaulis historia. 1160.b
Candela. Lucerna. 1263.e non differunt. 846.d
Candelæ etymon. 1264.d
Candela igne extinguitur. 218.d
Candela inextinguibilis. 254.b
Candela quæ nullo flatu, vel aqua extinguitur. 80.e
Candelabrum velut lucernæ currus. 668.d
Candor etiam læditur a radijs solaribus. 90.c
Canes Hebræorum non latrabant. 1247.b
Canis pro infideli. 1245.d. & abiecto. 1246.a
Canes ostiarij veterum. 335.e. ad ostium picti. 338.c secus. 337.b. catenati. 338.b. Mensarij, Ianitores, & sepulcrales ijdem. 336.b
Canes in sepulturam nobilium alebantur. ib.d. 807.b
Canis effigies in tumulis veterum. 340 b
Canes ante nouem dies ab ortu non sunt cœci. 355.c
Canis hieroglyphicum Principis. 807 a
Canum epitaphia. 160.c.165.c.166.c.439 d
Canis custodiæ symbolum. 597.a.904.c. concordiæ coniugalis. 1204.d
Canis in lucerna. 904.a
Caput hominis barbati. 213.b
glabrum. 214.a
Canicula Sirius appellata. 1050.c
Capharellorum ædes. 189.e
Caphura in aquis ardet. 59.b
Caparion Barthol. Liuiani canis. 166.c
Caroli Capelli Legati Veneti equus. 167.c
Capitulata, veteri Ecclesiæ lampas. 192.e
Capræ saltantes. 5.a
Caput humanum eloquentiæ symbolum. 957.b
Capitis anserini mythologia. 964.a
Carbasa quæ igni resistunt. 245.c
Carbasum. 246.e
Carbo lapis. 26.d
Carbones vrnarum. 802.b
Caroli Magni ætate lucerna Romæ inuenta. 846.a
Carpasius, Carystius, lapis. 246.e
Carpij Cardinalis lucerna. 561.a
Carystiæ aues ignis flammam sustinent. 76.e
Carystia rupes. 127.b
Castor & Pollux. 265.c. vnde oriantur. 282.d
Catamitorum Neapoli pœna. 973.b
Catellæ epitaphium. 161.a.165.e.166.a
Catelli sepultura. 437.e
Catena vt agat in vinctos. 366.a
Causa conseruatrix est efficiens, non materialis. 469.a
Causæ plures eiusdem numero effectus in diuerso genere. 613.a
Celtæ. Iouis cultores. 731.a
Centauri sanguis Herculem non adussit. 441.e
Centrum vniuersi est principium. 412.a
Cera vetustior non est combustibilis. 368.c
Ceraunium. 855.b
Ceraunia gemma igni resistit. 75.e
Ceruus viri absoluti symbolum. 928.b
Ceruos præparantis vox Domini. 929.b
Magnus Cham Tartaris imperat. 153.d
Charontis nauicula exigua. 656.c
Chernips. 693.a
Cherub in lucerna. 195.d. 196.d
Chimastrum. 941.c
Chiones. 605.c
Christianorum lucerna. 196.c
Christianorum lucernæ. 43.c
CHRISTVS. 211.a.214.a
Chrisimi. 868.b
Chrysotapsus lapis noctu igneus. 54.e
Chylus æmulatur saniem. 643.c
Chymia lucernæ restituendæ apta. 252.c
Chymicum magisterium insinuatur. 68.d
Chymia non est admodum antiqua. 129.a
Cicadæ epitaphium. 155.b.d.e
Cicadarum sepultura. 439.b
Ciceronis balneum. 780.d
interitus. 957.a
lucernæ sepulcrales. 23.a
Cinis quid. 382.e. vt in ignem muletur. 383.a. ignem concipit. 480.b. 489.a. qui resistat ignis. 510.d
Cineres defunctorum vt seruati a pyra integræ. 76.a
Cineres diu ignem cur seruent. 97.b
Cinis defunctorum. 802.a
Cinnamum sponte accenditur. 66.b
Cingula duo circa Dei lumbos soluta quid significent. 1237.b
Cinxia. 1237.d
Circulatio fumi in humorem. 108.a
aquæ & vaporis. e
Circulationes Chymicæ diuturnæ. 108 c
Circulatio sexus. 109 b. fabulosa. 125.a
pituitæ. 109.a reijcitur. 121.a
fumi cum aqua in lebete. 121.e
Circulatores ignem impune tractant. 265.b
Cissybium. 1244.c
Citharœdus initio tardius fides tangit. 362.b
Claui ferrei in caligis militaribus. 774.e
Clementia Principibus propria. 1250.b
Cleopatræ mors. 1104.d magnanimitas. ibid.
Cloacæ neutiquam inferenda est lucerna. 93.b
Clodij facinus audax. 576.b figura. 585.e.586.d
Cochleam referens lucerna. 203.a
Cœlum corpus neutrum. 308.c
Cœlum grauitatis & leuitatis expers. 400.c
non patitur ab igne. 401.c
Cœli motus qualis. 322. non efficit calorem in igne. 328.c. sed in aeris regione infima. d ignis officit. 329.b
Cœlum quintum corpus ab elementis. 324.a
cuncta fouet. 394.d non communicat cum igne in materia. e. nulla ab igne qualitatem recipit. e
Cognitionis nomen æquiuocum. 386.b
Colliquatio non est condensatio. 410.c
Color qui sit inuisibilis. 279.b. est lumen materiatum. 280.b. visum aliter afficit ac lumen. c
Color funebris purpureus. 658.d. albus. 662.a niger. 664.c. cuiusque rationes. 665.b
Columbi fimus putredine accensus. 348.c
Columbæ species a Spiritu Sancto suscepta. 871.b
Columba tessera militaris. 771.c.774.d
Marti dicata. 772.a
Spiritus Sancti hieroglyphicum. 951.a
Columna sepulcralis. 605.a.610.a. ara. ib.d. 612.a
fluctuaria Seruatoris. 613.a
Traiani. ibid.b
Archimedis. c
Columnæ sepulcralis magnitudo. 615.d
vsus. 616.d
cereis sustinendis. 618.a
itemque staruis. c
Lucernis defuncti. e
Columnæ sepulcrales Ægyptiorum nudæ. 624.c
Columnarum sepulcralium origo. 624.d. vsus. ibid.
in honorem defunctorum. 625.a
etiam brutorum. b

Columnæ cadauera continent. d
Combustio quid. 380.c
Combustione variæ mixti partes in ignem transmutantur. e
Combustionem quæ mixti partes effugiant. 381.d
Combustibile per se, tale semper. 135.d
Cometæ. 5.a. cur fiant raro, ijq. pauci. 219.e
Cometa non semper producit insignem calorē. 395.a
cum niue ac pluuia. ibid.
in aere supero. 401.e
non fit in aere inferiori. 402.d
COMMVNIS. 1087.d
Concha Veneris. 570.b
Congelari & condensari formaliter differunt. 406.b
Condensatio quid. 410.d
Condensatio non infert necessario grauitatem. 406.e
non auget pondus aut grauitatem. 409.b
Constantini Imperatoris lucerna. 247.e
Conseruatio est rei permanentis. 469.a
Consul primus. 33.b
Continui solutio. 291.b
Contraria quæ. 331.e. contraria se pellunt. 353.a
vnum vni Contrarium. 330.a
Contraria & Dissimilia se fugant. 219.b
Contraria etiam sociantur. 467.d
Corda brutorum ab Ægyptijs olim vorata. 154.a
Cornicis sepulcrum. 435.e
Cornua roboris symbolum. 1157.b
Cornicis tumulus. 156.e
Corui funus. 156.e
Corona æternitatis symbolum. 830.c
Coronæ quibus in sacrificio impositæ. 647.d
Coronæ mortuales. 660.a
Coronæ sepulcrales. 1059.b
Coronæ duodecim radijs insignes. 1069.a
Corpus omne circulo mobile specie ac genere ab elementis distinctum. 399.e
Corpora constituere est actio perfectæ naturæ. 400.e
Corpora naturalia simplicia secundum naturam non mouentur nisi ad sua loca. 402.e
Corporum penetratio. V.P.
Corruptio a contrario, 312.b.428.e. externo. 372.a
vnius generatio alterius. 351.a
quæ corruptio ab interno. 372.b
in Corsica lugentes genas radunt. 645.a
Corsoydes lapis. 246.e.248.d
COTH. 878.b
Publij Crassi mula. 162.e
Creticum linum. V.L.
Creatio Verbi Dei. 1187.c
Crucis signum in templo Serapidis. 1042.a.1217.b
de cruce oraculum Ægyptiorum. 1219.c
Crucis figura. 197
Crux cur adoratur. 853.e
Crystallus adamanti similis. 286.c
Cubus Mineruæ, diuinitatis symbolum. 679.d.e
Cucurbitulæ flamma. V.F. non extinguitur a carnis tumore. 293.a. nec ignis eius trahit. ibid. lapidi affixæ ignis vt extinguatur. ibid. d. applicatio apud Patauinos. 558.b
Cucurbitæ in lucerna. 998.d
Cucurbitulæ fictiles. 1085.a
Cucullus. Cuculla. 1021.c
Culicis epitaphium. 154.e
Cucuma. 922.e
Custodiæ Villa in agro Vicentino. 304.e
Custodia Villa Vicentina flatu subterraneo celebris. col. 207.e
M. Curtij fortitudo. 6.a
Cyclopis oculus. 199.b
Cymbium aureum Isidis. 1244.d
Cynocephali Satyri. 678.d.679.b
Cyprius lapis vim ignis eludens. 245.e
eius locus natalis. 246.c
Cyprium linum incombustibile. 248.a

D

D.M. 792.d
Dactylus marinus. 282.b
Dæmon Ægypti præses. 1245.c
Dæmon vt insidietur mulieris calcaneo. 938.a
Anyclis posterior. 1184.d
Dæmones a Serapide profligati, 1220.b
Dæmonum vis ingens. 65.c
naturæ limites non excedit. 74.e
præstigiæ. 689.e
forma a Satyris sumta. 690.b
Delphica lucerna. 37.d.185.a
Delphini sepulcrum. 436.a.437.b.438.c
Delphinus amoris simulacrum. 747.d
Delphini epitaphium. 163.c.164.a
mira velocitas. 169.d
Delta Ægyptum significat. 1124.b. triplex. 1129.c
Demosthenis lucerna 30.d.933.e. præmeditatio. ib.e
Denarius quid. 414.e
Denarius assium sedecim, 1009.a
Deserta maleficis frequentata. 690.c
Destillatio a combustione differt. 118.a
necest corruptio eius, quod destillatur. b
Deus sine nomine. 1188.c cur triceps. 1230.d
Dei verbum fecundum, 1183.d
Dei vultus in homine. 987.c. in Principibus. ibid.d
Deus solus supra naturæ vires agit. 75.a 77.b
natura vtitur velut instrumento ad miracula. 78.d
nomen eius apud omnes nationes quatuor literarum. 671.a
Dianæ simulacrum. 212.e
Diana λυσιζώνη. 1139.a
Dij marini. 213.d
Diei noctisq. simulacrum. 829.d
Dij Sapientes habiti. 1207.d
Δίμυξος lucerna. 200.c
Diluuij aquæ naturales. 78.e
Diogenis Cynici columna sepulcralis. 620.a
Dionysij tripudij deus. 762.b
Diple. 854.d
Dispositio præcedit formam. 376.a
Ditis Terentini ignis perpetuus. 185.a
Diuinitas & æternitas se consequuntur. 1183.a
Doliorum locus Romæ. 40.e
Dolor a solutione continui. 290.b.291.b
non ab intemperie. 291.c
Donaria Pheronis. 567.e
Bellonæ dicata. 932.b
Donarium Iulij Cæsaris. 568.b
DONATI, amici lucerna. 215.c
Dorso Antonij Ciaufij flamma exit. 262.d
Itemq. Maximi Aquilani. ib.
Draco heroibus dicatus. 726.d
Dracones Romanorum signa. 718.c
Draconarij. ibid.
Dubijs fidem conciliare arduum. 4
Duellum damnatur. 1273.e
Duellum cum feris. 1274.a
Dura sectioni resistunt. 290.d

E

Ecstasis vt lædat operationes. 298.d
Edessa. V. Antiochia. 78.c
Edessa nominibus diuersa. 433
Edessanę lampadis oleum vsum exercitum. 442.a
Effectus eiusdem specie causæ sunt contrarij. 300.c
Effectus non est in potestate noscentis causas. 443.c
Elementa naturæ humanæ. 72.a. Vid. Nat.
Elementorum mutatio. 112.e
mutua transmutatio. 114.b
Elementū vnū in mixto non est alteri elemento. 233.b
Elementa in mixto, vt partes. c
tantum de forma acquirunt, quantum de motu & vbi. 236.e
secundum totum corrumpuntur. 331.a

Elementorum vires eorum moli proportione respondent. motus in fine velocior. 346.e
non innituntur spiritu fluxili. 363.a
Elementum quo magis in motu naturali ad suum acce lit locum, eo magis perficitur velociusq. mouetur. 351.c
Elementa non sunt animata. 352.d
non mouentur in fine velocius ob violentiæ defectum. 353.b
nec quia minor medij portio minus resistit. 354.a
aut quia magis appetunt suum locum. 355.d
vel quia medium magis impulsum. 356.c
Elementi forma duplex. 361.b
grauitas & leuitas est propensio ad motum, non vis motiua. 363.b
vt motu naturali augeatur. c
Elementa cur in misto maneant, nec singula mox ad sua loca ferantur. 366.d
tota vt inuicem æqualia. ibid.
omnia frigida contra naturæ ordinem. 396.e
Elementorum virtus in mixto seruatur. 373.e
pugna mortem arcessit. 374.b
naturæ variæ non efficiunt mixtum heterogeneum. col. 381.a
hieroglyphi cum. 1171.a
Elementa partes habent non eiusdem puritatis. 502.c
Eleorum feminæ Minervæ templum dicant. 709.d
Elephas dorso puerum gestans. 212.e
Ellychnium asbestinum, vel amiantinum fabulosum. 127.d.130.a. Vid. A
Ellychnium lucernæ minime necessarium. 244.c
ardens sine consumtione. d. 247.a
Eloquentiæ symbolum. 957.a
Empedocles credidit pisces igneos. 168.b
Victor Olympiorum. 170.b
Enthymemata lucernam olentia. 933.c
Epesti montes in Lycia flagrant. 59.b.80.d
Epicteti lucerna fictilis non diu ardebat. 423.a
magni pretij. 424.a
Epictetus pauper. b
Epicteti conditio. 891.c.894.c
Epilepsiæ remedium sanguis humanus. 1273.d
Epilepsiæ experimentum. 246.c
Equi flammigerantes. 6.d
Equus cursorius. 1006.b
Equorum nomina. 1006.b
Equorum cursus in medio velocior, quam in principio, ac fine. 362.e
Equorum epitaphium. 161.b.167.c
Equarum sepultura. 439.a
Equitationis effectus. 791.c
Etrusca lingua antiqua. 525.b.534.e
Euandri lucernæ sepulcrales. 23.a
Euidentium causæ possunt latere. 46.a
Eunuchi barbarorum. 967.c
Exemplis non acquiritur veritas, sed res declaratur. 481.d
etiam falsis veritas patet. ibid.
Exhalatio animalis vt igniri possit. 267.a
inter ignem ac terra est media. 383.c
Exhalatio vasa durissima diffringit. 107.a
Exhalationes motu accendi nequeunt. 402.b
Exsanguium calor extinguitur hieme. 86.b
verius torpet a frigore. 97.e
calor vere non vegetatur ab aeris tepore. 98.a
Exsiccatio causaliter a ustio. 420.e
Extinctio est corruptionis species. 277.e
Extrema quæ non iunguntur sine medijs. 394.a
Extrema sunt medijs priora. 411.e

F

F *Acere & Creare* D. Augustino idem. 1187.c
Famam asserunt euenta. 46.a
in Fano Veneris lucerna. 13.b
Farris spica e naso mulieris nata. 263.c
Faunus Italiæ rex. 678.d
Faunorum capita in lucerna. 691.e
Febris vt calefacientia postulet. 220.a
Febricitans non decumbat flatui aduersus. 300.b
Febrilis calor igneus. 481.a
Felix a misero non differt dimidia vitæ parte. 1165.b
Feles noctu vident. 262.a
Felis dorsum frictione scintillans. 262.c
Felis Petrarchæ. 165.b
Felem Ægyptij colunt. 1106.b
Ferentillæ lucernæ muris inclusæ. 14.d
Ferentum Othonis patria. 15.a
Ferrum non trahitur a magnete. 352.e
Festum lucernarum in Ægypto. 1036.a.1117 b. 1229.d
Fex vini per se ardet. 99.e
Fibula calceamenti. 721.c
Fidei simulacrum. 196.a
Fieri ab vniuoco & actu omnia. 317.c
Figura cuius sit terminus. 306.e
quæ non educitur e materia humidi. 307.c
aliena ab ambiente humidis impressa. d
quæ proprius siccorum terminus. e
Figulorum in lucernis nomina. 1079.e
Figlini operis mysticum. 1163.e
Filij Dei generatio æterna. 1234.b
Fila lapidea. 127.b
Filtratio chymica. 467.a
Fimeta sponte ignem concipiunt. 267.b
Finis quid. 349.c
omnibus duplex. 350.d
eius vicinia magis mouet appetitum. 355.b
mouet metaphoricè causam effectricem, non materialem. 356.a
Flamma quid. 116.b.131.a.144.d.310.c.332.e.460.b 472.b. 500.c. 737.a. assidue generatur. 1233.c
Flammæ materia triplex. 56.e
terminus proprius figura pyramidalis. 310.d
finis. 345.e
Flamma clausa ab aqueis vaporibus extinguitur 57.b
a fumosis item exhalationibus. d
seu fuliginibus. 133.b. & a flatu. ibid.
recto motu sursum per aera scandit. 402.e
Flamma quandoque ventis excitatur, non extinguitur. 59.e
intellectus symbolum. 70.e
non est corpus simplex. 422.b
e sepulto sponte erumpens. 82.e
itemq. e ventriculo cadaueris dissecti. 83.a.93 d
quot modis, & a quibus excitetur. 85.b
admota candela. 94.e
ludicra è vapore spiritus vini. 96.d
e vasis chymicis diu frigidis vt prodierit. 97.b
sub fumo quasi extincta. 97.d
e puteo emicans artificio. 99.a
non redigit in nihilum consumendo. 104.a
cucurbitularum a fumo extinguitur. 106.c
non agit in momento. 106.d
fumus est ardens. 108.c
vt plurimum. 333.d. spiritus sicci ardor. 334.a
calidus & siccus. 111.c
densatus in quid abeat. 113.b
a flamma in aerem verti potest. e
inter ignem ac terram medius. 114.a
turbida. 116.d
a quibus emitti non potest. 132.a
non eget aeris ventilatione. 133.b
quo aere hebescat. 146.b. nec coquat. c
in Sole minus vegetat. 147.b
stuppæ & paleæ cur manibus sine noxa tractetur. e
facilius suffocatur, quam fomes non absumitur. 149. d. 151.a
fumo suffocatur. 150.e.151.a
subterranea. 218.c

Flamma lucernæ diuersa. 216.a
lucernæ in maiori comburitur. 321.d
fixo spiritu nixa. 334
in sepulcris titulo caueri non debuit. 339.b
Flamma extinguitur a nube. 218.b
quæ statim corrumpatur. 222.d
humido non alitur. 227.a
in extremo candelæ splendidior. 235.e.236.c
procul a candela extinguitur. ibid.
in lucernis non excessit humorem. 239.a
non edens fumum. 241.a
in lapide asbesto inextinguibilis. 245.d
ex Ascanij vertice. 260.a.V.S.
e collo equi prosiliens. 262.b
in viuentis corpore vt excitetur. 264.a
non facile suscipit continentis figuram. 308.e
fluit. 310.d
eius ad lucernæ humorem æqualitas. 377.e
rara minus fulget. 422.d
Flamma non alitur. 319.b.422.b. nec permanet. ibid.
sed fit ex humido. 320.e
cur humorem sibi subditum depascat. 344.d.347.c
ex ara in cœlum lata. 346.b
in aere a combustibili remota corrumpitur. 346.d
cur ascendens euanescat, ac deliteſcat. 347.e
dum extinguitur, in fumum abit. 419.c
quæ turbida. 422.b
Flamma lignorum confrictione excitatur. 266.b
flatu extinguitur. 314.c
ex ara in cœlum sublata. 346.b
Flatu flammam extingui & excitari. 300.b.301.a.d
exili flamma augetur. 301.c
vehementi flammam excitari. ibid.
Flumina cornuta. 1048.d
Flexilitas ab humiditate re differt. 311.c
vt humidis insit. ibid.
a substantiæ raritate prodit. ibid.
sine humore, & siccitate. 311.d
aquæ propria. 411.d
Fontium origo. 86.c
Fontium & fluminum aqua vberior æstate, quam hieme. 219.d
Fœtus in vtero lapidescens. 274.b.978.a
Foramen lucernæ vnum. 591.c.592.c
Foramina lucernarum minora. 1083.d
Formæ supernaturales quid subiecto conferant. 323.d
Forma magis natura, quam materia. 362.d.390.e
Formæ quæ per gradus producuntur. 477.e
Substantiales sunt incompatibiles. 385.c
Formicæ in succino sepulcrum. 164.d
Formicæ epitaphium. 155.a
Formicarum sepultura. 438.e
FORTIS in lucerna. 211.e.1029.a
Foxij de lucernarum origine opinio. 33.e
Frigus vt calefaciat. 300.d. vt adurat. 420.a
Frigiditas lentori aduersatur. 342.e
sola non inflammat. 420.e
Frigoris munus. 410.c
Frigido vt quædam calefiant. 100.d
vrantur, & accendantur. e
Frigoris in fumum actio est condensatio. 111.a
Frigus fumo non tollit siccitatem. 111.d
non vertit fumum in oleum. 120.a
boreæ in aere. 420.c
Fructus, fructua, fructuum. 765.e
Frugum transmutationes. 632.d
Fulgentia in tenebris duum sunt generum. 282.a
Fulgentia non esse minimæ molis. 56.b
Fulguris in nubibus origo. 89.b
Fuligo flammæ splendorem turbat. 112.a
Fulminis ac fulguris origo. 264.d
Fumus quid. 239.e.333.a.474.b.491.b
est mixtorum imperfectum. 118.d
Fumus extinctus iterum ardere potest. 108.c
eius ad oleum proportio decupla. 110.c
densatus in terram cedit. 111.a
a frigore in caliginem mutatur. c
cur sursum tendat, & adhæreat. 112.c
atque in caliginem rigeat. 115.c
terreus & igneus est. 112.d
adhæret, & inficit. 239.e
Fumi causa efficiens ignis. 418.b
Fumi pars maxima ab aere in aerem mutatur. 114.c
Fumus frigore non vertitur in aerem. 115.b
Fumi duæ species. 116.d
Fumus qui nam accendatur. ibid.
Fumus oleum inspissat. 116.e
ab eo differt genere. 121.d.124.e
oculos vexat. 118.c
est aere densior. 144.c
flammam suffocat. 150.e
extinctæ lucernæ halat. 221.c
ab humore combusto. 239.d
e quo combustibili prodeat. 241.c.382.b
est aqua tenuior. 294.d
eius motus naturalis. 295.c
lucernæ recens extinctę densior & vberior. 418.a
visciditas vnde. 382.b
Fumus e sepulcro exhalans. 28.d
sine igne flatu in flammam versus & quomodo. 33.d
caloris & ignis index. 52.b
Fumus ardens vberior est, quam ardorem subterfugiens. 419.a
lucernæ extinctæ minor exoritur, & maior apparet. ibid.
Funes nimium distenti igniuntur. 315.b.316.a. & indurantur. ibid.
Funium substantia porosa aeris plena. c
Funiculus principum & sacerdotum. 1039.b
Fungi putres nocte lucent. 283.e
ad Funus spectantia. 628.a
Funebres ritus pertinētes ad animam defuncti. 647.c
Funebres ritus in lucerna. 604.b
in Funere sublata hominum frequentia. 616.a
Furcillæ sepulcri. 606.a. cuinam vsui. 608.c
Furcæ. 605.c
Futilis. 693.d

G

GAgatis lapidis mira vis. 59.e. ardet in aquis. 80.d
Gflammatio ex aquæ stilla. 137.a
Gallorum priscorum studia. 959.c
Io. Galuani lucerna. 599.c
Ganymedis nomen. Ipse in cœlum raptus. 1096.e
Gemmis sculpendis aptus adamas. 286.a
Generatio quid. 455.a
Generatio seminaria est ab agente simili. 430.d
Generatio dicitur Natura. 229.d
Generat quidvis sibi simile. 236.a
Genas in luctu radebant mulieres. 644.e
quod vetitum. 645.a
Genij defunctorum duo. 651.d
alati. ib. Manes. 652.e
Genius malus Bruti. 653.b Cæsaris. e
Socratis bonus. 654.c
Genitalia frigore afficiuntur. 1154.b
Gentiles multa Hebraica suis fabulis obtexisse. 705.c
Gigantes asseruntur. 274.e
ab Osiride Italia eiecti. 1205.a
Glacies quid. 118.b.406.c.410.e. ex quanam aqua fiat. 407.a aere plena. 408.a sonora. d. non tangit aquam subtus fluentem. ibid. liquata non semper subsidentiam terrenam linquit. 412.e
fit a frigore aeris aduentitio e terra. 413.b. eoque impensa. e
Glacies & cera sunt frigida & humida. 429.b
Gladiatores obtuso ferro dimicabant Antonini iussu. 1274.d
Constantinus Magnus ipsos aboleuit. 1275.b
Gladiatorum effigies. 213.d

Ele-

Index Rerum

Gladiatores veterum. 1271.c
cruorem victi e vulnere biberunt. 1273.c
Glans ab igne de se orto per aeris attritionem liquescit. 316.e
Glutinosa lentorem amittunt. 341.b
Goliath gigas. 275.e
Graccus ignis Græci inuentor. 100.a
Græcus Ignis. V.I.
Græcæ literæ Latinis permixtæ. 1101.b
Grandines fiunt æstate. 397.e
vnde. 412.d.414.b
Gratia quid orthodoxis. 1249.a
Grauis corporis motus. 330.c
Graue corpus tria infera elementa cõplectitur. 400.b
Grauitatis augmentum in fine non est pondus. 360.d
extensiuum cum pondere. 361.a
accessione perfectionis. 362.a
Grauiora velocius descendunt. 362.a
Grauitas in terra potentia, & actu. 362.b
Grauitas & leuitas vt augeretur in infinitum. 364.a
Grauia supernatant ratione figuræ. 406.c
Gruis epitaphium. 167.a
Gryphia. 854.c
Gubernatio diuina. 1109.b
Gypsum aquis accenditur. 87.e

H

HAbitacula hominum prima. 288.c
Habitus fit & perficitur crebris actionib. 362.a
perfectior actionem edit expeditius. ibid.
Habitus duo eiusdem speciei non sunt simul in eodem intellectu. 387.a
Hadriani Imperatoris equus. 161.c
Halitus facile inflammabilis est vapor pinguis. 95.c
Hastula regia. 1226.c
Hebræorum ignis perpetuus in altari. 51.c. eiusque vsus. 61.c. exstinctus quomodo reficiebatur. 51.c
cur Idololatria. 61.b. extinctus. 61.d
Hebræorum lucerna a Gentilibus accepta. 704.e
Hebræi Deum & idola colebant. 705.b
Ægyptiorum idololatria inquinati. 706.b
Hectoris lucerna. 20.b
Hedera arida lauri viridis affricta ignem elidit. 266.b
Hedera Baccho sacra. 1156.c
Hedera e cerui cornibus enata. 263.c
Heliotropium flos in lucerna. 920.b
Hemerocallis. 1226.d
Henricus III Imperator. 17.e
Heptapolis. Heptanomia. 1191.e
Herbæ igni non cedentes. 76.b
Herculis effigies. 958.c
Hercules Mercurio posterior. 1181.a
Herculis fecunditas. 1238.c
Herculis in lucerna idolum. 648.e
sine brachijs. 649.b
cui lacte sacrificatum. ibid.
pro defunctis. 649.d
Hercinij saltus aues resplendentes. 54.d
Hermes. 580.e
Hermea signa. 957.e
S. Hermi luces. 5.c.265.c
Hermopolis a Mercurio condita. 1188.a
Herodis dicterium. 915.b
Heroes dij. 689.d
Hieroglyphicum vnum varia significat. 692.a
Hippocentaurus. 680.a
Hirci specie dæmones. 688.e
Hirci sanguine vt rumpatur Adamas. 285.e.286.e
Historia de igne in vase sigillato accenso. 83.e
de nitro in cloacis. 93.b
flammæ in ventriculo cadaueris. 94.b. exano. 96.a
Historici symbolum. 1264.e
Hollandorum nauigatio in nouam Zemblam. 146.c
Holocaustoma. 713.c
Homo non agit supra, nec contra naturam. 77.a
diutissime viuens incolumis. 368.d
Homo si vnum quid, nec doleret, nec ægrotaret. 372.e
Homines in lapidem conuersi. 274.c
Homo temperamentorum omnium norma. 378.d
Hominis cadauer ingens in Creta inuentum. 275.a
Homo lucernæ comparatus. 1232.e
Hominum prima habitacula. 288.c
Hominis efficientes causæ quinque. 313.b præstantia. 1232.a tessera. 1262.a
Hominum in belluas transformatio. 170.c
Humani halitus vt in flammas erumpant. 265.c
Horti pensiles. 1116
Hospites olim a Scyphis interfecti. 153.c
Humani corporis scintillæ. 7.a
capitis flammæ. 7.a
cadaueris ignes. 7.c
Humidi & sicci terminus. 306.e
Humor est gluten partium mixti continui. 392.b
Humiditas est mixto necessaria. c
hebetat aciem frigoris. 413.e
Humidum igni obest forma essentiali. 480.a
Humoris ad ignem in lucernis proportio. 237.b.379.c
Humor in quibus lucernis non consumitur a flamma. 237.d
ab igne patitur. 238.b nec ignem superat, qualitate, sed quantitate suffocat. c. idq, citissime. d
non agit in ignem lentore suo. 366.a
Humoris lucernæ diu ardentis conditiones. 250.d
Humor lucernæ igni vim infert duplici qualitate. col. 364.d
Humor ardens sine fumo. 333.b
Humoris frigiditas agit in ignem. 364.e
Humiditas ignem suffocat. 365.a
loci lucernam extinguens. 368.b
Humor subtilior facilius ab igne consumitur. 104.c
ignescens. 116.c
in lucerna non est ignis pabulum. 226.b
sed frænum. 237.b. nec igni necessarius. 229.a
Humidum radicale Chymicorum. 126.b
igni admistum quid præstet. 226.d
Hyæna sexum permutat. 109.b. secus. 122.d.123.c
duum generum. e
eius descriptio. 122.c
raro capitur. 123.a
serpens hermaphrodita. 124.d
Hyoscyami etymon. 1252.b

I

IAcere mortuorum est. 18.e
Iason e Colcho per Italiam transuectus in Græciam. 686.e
Ichneumones hermaphroditi. 441.b
Icon lucernæ. 24.b.194.c.195.b.199.a.b.200.a.c. 201.a.202.a.b.203.a.204.a.205.a.b. 207.208.a.b. 209.a.211.b.212.a. 565.a.593.c. 600.c.611.629. 734.739.753.755.769.782.807.813.815.819 821. 824.826.828 832.834.837.841.848.851.862.870. 871.874.876.879.882.884.d.886.b.888 889 897. 899.901.904.906.908.910.915.920.923.926.928. 930.931.932.a.c. 935.938.947.949.951. 953.955. 966.975. 977.978. 981. 986. 993. 1004.a. 1011. 1023.1026 1028.1030.c. 1054.b. 1058.a. 1060. 1065.1072.1082.1099.1126.c. 1129.1136.1138. 1139.1141.1143. 1146.1148. 1149.1152. 1153. 1169.1254.1257.1261.1267.
Ichthyopagi sunt pituitosi. 432.a
Ieiunio diuturno adeps colliquatus in ventriculum trahitur. 95.c
Inextinguibile & Ardens differunt. 11.e
Inflammabilia non fumantia. 333.a
Inflammabilium varietas. c
Ingenitum, & Ingenerabile differunt. 29.d
Ignis vbi primum repertus. 171.c

Ignis sacer extinctus qui reparatus. 38.a
fomite auctus. 52.a.63.d
eius duo genera. 64.b
attributa perfectissima. 184.a
Ignis nullum generat animal. 38.e
contrarium generationi elementum. ibid.
cur sterilis ac purus. 39.a
mouetur supra cetera. ibid.d
ad aliam materiam habet animæ rationem. ib.e
qui purus. 40.b
imbribus, ac ventis resistens. 52.d
perspirationis indigus. 57.a
qui aqua non extinguitur, accensus in bitumine. Naphtha. 59.a
de cœlo venit ad Hebræorum preces. 61.e
Lucernæ sacrificijs ineptus. 63.b
vis eius maxima. 75.b
aquis, & vento naturaliter adolescit. 79.a.b
sæpeque accenditur. e
antiperistasi vt excitetur. 87.d
ex aere ortus est inuisibilis. 91.b.e
qui vrit. c
tactui manifestus. e
radijs solaribus a vulgo adscribitur. ibid.
vt accendatur in materia frigida. 98.c
arte factus, qui aquis accendatur. 99.e
Græcus qui. 100.a
in rariorem substantiam combustibilia resoluit. 104.a
in angusto loco suffocatur. c
multiplicata proportione celerrime excitatur. col. 106.d
est caducus. 110.c
ab aere labefactatur. 140.d
vires qui habeat debiles. 140. e
hieme validior, æstate debilior. 141.a
in aere calidiori celerius fomitem consumit, alia segnius. 147.d
Ignis maior velocius ascendit. 352.b.355.d
vi descendit. 352.c
sursum ascendit, non trahitur. 353.a
in fine velocius mouetur aucta leuitate. 357.d
Ignis ascensus in fine velocior. 353.b
Ignis calor siccus. 392.a
Ignis leuitas non est interna, & aduentitia. 358.a
Ignis noster perfectus. 359.b
est terra siccior. 391.d.e
sine humore corpus est continuum. 392.c
Ignis ascendentis leuitas non augetur nouæ materiæ accessione. 361.b
essentia magis est in calore, quam in siccitate. col. 391.a
Inter ignem & aerem non est medium. 383.d
Ignis cur cœlo similior quam cetera elementa. 394.a
alijs elementis mobilior. c
cœlo non opponitur. d
Ignis & cœli comparatio. 394.b
elementum non potest non calefacere. 395.b
cur non luceat. 397.b
Ignita meteora vbi nam ardeant. 395.b
Ignis vt non habeat calorem actu. 396.c
inuisibilis effulget densatus. 397.b
natura sua est perspicuus, non lucidus. 404.a
caliditatis excessus. 428.e
est ob mistorum generationem. 398.a
calor eius cœlo proportionatus. b
descendit ad mistorum generationem. c
ad animantis generationem facit. d
cur in vniuerso ponendus. 399.a
sub luna elementum ab igne diuersum. ibid.
elementum demonstratur. 400.a.d
simpliciter leuis. d
Igni soli opposita tria elementa non patiuntur eius actiuitatem sæuire. 401.c
Ignis tantum sæuit extra suam sphæram. ibid.d
Ignis in sua sphæra non ferocit. e
nostratis, & elementaris comparatio. 403.e
vrit vicinas exhalationes. 404.a
Veste annuus, quotannis innouatus. 414.c.d
quotannis a Romanis mactatus. e.415.b
Vestalium geminus. 415.a
In Ammonis templo geminus. 416.a
Traianus in Alba. 416.e
fumi causa efficiens. 418.b.c
in lucerna geminus ardet. ibid.
quomodo lucerna extincta corrumpatur; & non corrumpatur. c
in lucerna extincta fumum gignit. d
ab Africanis colebatur. 425.d
in Lybia pro Deo habito. ibid. etiam Persis. e
Africanorum qui Vestalium & Persarum similis. 426.d
Prytanei perpetuus. 434.e.
Ignem conseruans materia triplex. 452.d
Ignis motus in orbem, & supremi aeris non est supra naturam. 323.d.e
Ignis motus in orbem, non est secundum naturam partis vniuersi. 327.b. non est secundum naturam perfectam. c. nec est medius inter violentum & naturalem. 324.a. ascendit secundum naturam. ib.c
Ignis rotatu deorsum pellitur. d
rotatus non adscendit. 325.a
proprie sub Luna. 325.c
motu in orbem non perficitur. 326.a
nec illi conuenit hic motus secundum naturam communem. c
aut secundum naturam contenti a cœlo. d
a loco sursum quid perfectionis habeat. 327.c
a nullo potest calefieri. 328.e
omnium corporum est subtilissimus. ibid.
a cœlo conseruatur positiue. 329.a
offenditur a cœli motu. ibid.b
est corpus simplex. 329.c
vt pars vniuersi est leuis. 330.b
non est semper idem numero. 331.a
Ignis & aer in misto putrescente non comparent, vt aqua & terra. 348.b
Ignis inuisibilis de cœlo iugiter impellitur. d
celerrime ascendit. 349.b
naturam sibi similem producit. c
Ignis finis. 349.c. in alieno loco degentis. 350.a
Igni melius est sursum ascendere, quam nouum ignem producere. 349.d
Ignis qua calidus agit. 350.a
Ignis noster consumato combustibili non quiescit. b
Ignis cur absumat combustibile. c
Ignis humorem in ignem mutat non primario naturæ instituto. 351.a
eo magis perficitur, ac velocius mouetur, quo magis ad suum accedit locum. c
Igni non miscetur materia ardens. 378.e
Ignis ex eadem materia eadem functione omnia elementa producere nequit. 380.d
agit vt calidus. 381.a
actio in varia elementa mixtum constituentia. d
Ignes ætherei. 5.a
in pilis militum. c
Helenæ, & Castoris ac Pollucis. ibid.
è mari exhalantes. d
è brutis. 6.d
Ignis differentiæ. 460.a
Ignis voracissimus ea consumit, quæ flammam concipiunt. 7.d.e
in globos faceſſens. 26.d.27.b
ardens mistum non semper absumit. 149.a.150.d
Ignea in aquis pauca esse, nec diu seruari. 430.c
Ignis attributa essentialia, & accidentalia. 472.e
operationes propriæ. 477.b
Ignis alijs elementis nobilior. 478.a
geminus in generatione flammæ ex Sole. 501.e

ex

ex valle assidue prorumpens. 682.e
elementum inuisibile. 226.d
sine humore consistit. 6.228.b
nec humido conseruatur. 469.a
aut nutritur. 496.e
non eget nutrimento. 328.a.452.a
eius ab humore noxæ. c
qualitates internæ. 327.e
calor non conseruatur cæli motu. 328.e
motus in orbem non est simplex. 329.d 332.a
est violentus. 330.a.c
non est idem numero. 331.b
estq. ab eodem cœlo. ibid.
motus naturalis in quo genere. 332.a
in lucerna non eget humido, vt subiecto. 233.a
est mera substantia. 233.b
est vniusmodi nec ab elementari diuersus. 244.a
in mixto, vt pars in toto. ibid.
eius ad æthera propensio naturalis. 234.b
Ignem quid detineat deorsum. d
Ignis humorem in lucerna consumit. 235.b
Ignis quando ab humore extinguitur. 237.c
est agens. 238
Ignis & Humoris æqualis actio. 240.e. difficilis. 379.a
semetipsum producit. 241.b
quî concipiatur siue ellychnio. 244.c
Ignis sponte descendens. 255.c
Ignis ex capite Lauiniæ. 260.b V.S.
Serui Turpilij. 261.c
Marij. ibid.
e coxa. d
Ignis & aeris qualitas communis calor. 346.e
Ignis purus raritatem ac tenuitatem visu non percipitur. 347.d. quomodo adspectabilis. ibid.
Ignis corruptio. 221.a
Ignis simulacrum tumulis appositum. 151.c
lucernæ loco. d. 179.e.335.b
neutiquam ignis veri signum. 180.b.338.b
cur in templis æternum conseruatus. 183.c
Deoq. accendatur. e
Ignis vitæ symbolum. 184.b. & animæ. 1164.a
animato simillimus. c
moriens vocem edit. ib.
Naturæ simplicis hieroglyphicum. d
omnes consumit sordes. ibid.
flammam extinguit. 218.c
magnus ad se trahit exiguum. e
eius corruptio varia. 220.e
fauilla ex fune nimis distento. 221.e. V.F.
elementaris idem qui noster. 226.c
Ignita quæ non absumantur. 241.e
Igne quæ citissime consumãtur: quę tardissime. 242.b
Igni diutissime resistunt pura homogenea. 251.a
Ignem spirant animalia. 263.d
cito inflammatum, diu flagrans. 242.c
Ignis fatui natura. 264.c
Ignis allisione chalybis & silicis vt excutiatur. 266.b
non facile terminabilis alieno termino. 308.d
Ignis in mixto labefactatus. 266.c
humidus. 306.a
propria eius figura. 308.b
non egreditur sponte suum locum. 309.c
aere amoto descendit. ib.
non patitur a continente. ib.
a quo propriam habeat figuram. 309.e
vt sit proprio termino facile terminabilis. 310.a
qui siccus, licet proprium non habeat terminũ. b
fluuio similis. 310.d. liquidus antiquis. 311.e
amnes ignis sub terra. 310.e
vt propriè fluat. 311.b
substantia rara, tenui, & molli. d
summe siccus. 312.a
quorum affrictu excitetur. 316.a
Ignem destruentes causæ septem. 312.e
causæ externæ. 368
extinguentes causæ plures. 313.c
variis modis corrumpi. ib.
Ignis suffocatio. 314.a
Ignis est in misto potentia secunda activa, & actu primo. 318.a.b
viribus refractis. c
non corrumpitur in misto. 318.c
non indiget humido vt alimento. 318.d.320.e
vt alatur & augeatur. 319.a.320.a
vero augmento quid habet simile. d
celerrime gignitur. 321.b
semper fluens vt fluuius. d
eodem in loco simul mouetur, & quiescit. 322.e
vt sursum quiescat. 323.a. Vid. Q.
per Ignem innocentiæ experimentum. 695.b
inter Ignem & aerem non est medium. 383.d
nihil bis in eundem numero fluuium immergitur. 311.b
Impotentia naturæ duplex. 345.a
Indorum Orientalium in funere vlulatus. 646.e
Occidentalium caudæ. 678.b
cõseruatio in Indiuiduo melior, quã in specie. 349.e
Infundibula lucernæ. 592.b
Innocentiæ experimentum per ignem. 695.b
Inquisitionis Iuridicæ ritus apud veteres. 191.c
Inscriptio vetus. 8.b.9.c.15.d.30.b.33.a.71.b.c. 340.b.530.e. suspecta. 574.b. explicatur. 606.e 792.c.797.b.810.d.849.a.b.862.b. 886.a. 890.a. 894.e.895.c.896.a.897.b.905.a.977.a.980.a.985.c 1025.a.1028.a. 1029.a. 1054.c. 1067.b. 1072.a. 1073.c.1074.a.c. 1084.d. 1099.1119.a. 1127.a. 1267.b. 1269.b.c.d. 1271.a.
Intellectus non patitur Senium. 835.b
Intellectus non obit simul duas operationes. 386.b
Interitus & ortus spontaneus. 372.a
Intestina quænam adipe referta. 96
Iolepho Patriarchæ dicatum Serapidis tẽplũ. 1044.c
quem defunctum Ægyptij coluere. d
cur is dictus Serapis. 1047.b
& Mundi Saluator. 1052.d.1108.c
Iosephum Serapidis nomine cultum. 1210.d.1227.d
& fuisse talem. 1213.e
Ioseph non a se, verum a Deo reuelante interpretationem somnij promittit. 1214.b
Ægyptijs tradit mysterium Trinitatis. 1223.a
Iouis Ammonis lucerna. 12.b.559.a
Iouis tonantis effigies. 208.b
lucerna. 227.c
Iouis Custodis lucerna. 593.c.599.a
templum in Capitolio. 598.d
IOMS. 213.d.215.e.567.b
Iris ventorum nuncia. 303.a. quid. c
non subsistit cum vento. ib.c
Irus. 891.e.891.a
Isidis lucerna. 913.b. columna. 1202.e
sistrum. 1242.d. sacerdotes. 1244.c
Isis sistri inuentrix. 1202.a
item hordei ac tritici. b
Ægypti regina. b. legifera & frugifera. 1203.b.1243.a. linigera. c
B. Isidori lucerna perpetua. 521.a. ducentos annos arsit. 523.d. Vid. L.
Isocratis columna sepulcralis. 620.d
Iudæis multa cum Gentilibus communia. 704.c
Iudæorum ritus apud Romanos inualuere. 183.d
Iudicium, ferrum ignitum. 695.b
Iudiciorum locus. 696.e
Iulij Cæsaris lucerna. 559.a
calamitates. 568.b
Iuno Cynthia. 1239.e
Iuno vt Herculem lactarit. 649.a
Iupiter Custos. 599.a
Iustitiæ symbolum. 1040.b
Iuuenis non est prudens. 1215.e
Ixionis rota. 998.c

Ac Verborum memorabilium.

K

Kλοστα. 790.c
Κρίσιμον. 855.b
Κορωνὶς. 855.d

L

L.C.I. 213.c.215.c
Labarum. 860.b
Labyrinthus Ægyptius. 624.b
Lacertæ pugna cum vipera. 724.b
Lacerti Liguri amor in hominem. 724.d
Lacerta in viperam mutatur. 727.c
Lacrimales ampullæ. 1268.b
Lacus Thrasymenus arsit. 5.d.80.b
Lactea Zona quî Cometis officiat. 219.e
Læuia & tersa noctu emicant. 54.b
Lama sepulcralis. 1029.b
Lampas. Laterna. 1263.e
Lampas Batauica. 214.e
Lapis descendens in fine velocius mouetur. 360.b
vt ab aqua accendatur. 422.a
impropriè nutritur. 484.a
Lapis vnctus flagrat. 6.a
qui saliua & aqua tactus accenditur. 84.a.98.e
vt fiat. 99.a
Lapis Bononiensis. 283.c
Lapis Carystius Lunæ incrementa sequitur. 246.c
Lapis Cyprius. 245.e
Lapidis primus terebrauit Callimachus. 11.a
Lapidum oleum quale. 128.a
Lar. 575.a. Lares pellibus caninis induti. 598.a
Lares qd? 809.e. 1219.e. pellibus induti. 810.b. 1220.a
Larum lucerna. 1074
Laruæ personatæ in funeribus. 628.a
morientibus apparentes. 657.b
Lararium. 1075.a
Lasciuiæ Dij. 578.d
Laterniæ etymon. 1266.a
Lauri frondes virentes cur in igne crepitent. 143.b
Lectus funebris a quibus gestabatur. 628.a
Lemures. 575.a
Lenonum Deus. 580.e
Lenæ figura. 586.e
num Leo insomnis. 947.a
Leonis hieroglyphicum. ibid.
Lentor ex humore per se oritur. 341.a.343.a
propria humidorum qualitas. 342.c
eius munus. 342.a. vis in ignem. 365.a.e
subiectum densum. 343.b
in niue. 343.c
Lentor detinet. 234. d. est ab humore. e
Lentore quæ polleant. e
Lepus mutat sexum. 109.b
hermaphroditus. 124.e.440.e
grauidus. 125
Leporis epitaphium. 160.a
Lessus a quibus fieret. 644.e
Leuis motus est rectus. 330.b
Leuissimi finis est sursum quiescere: qui a cælo impeditur. 345.d
Lex naturæ iustior ac potentior, quam humana. 150.d
Lex Mæuia. 1030.b
Lex Hebræis literarum studium. 1203.c
Libauij lucerna perpetua. 127.c
Liberti lucernas accendebant domino defuncto. 177. d. 185. d
Libitinarij qui. 650.d
Libitinariorum vota. ibid.
Libitinam vitare. ib.
Libitinensis porta Romæ. 650.e
Libitina. 651.a
Lictor Pontificum. 1133.a
LIΔ. 119.a.1120.b
Lilium Iunoni exosum. 1180.c
flos Regius. d
Lilij scapus quid significet. 1200.d.1226.a
Lilium flos regius. 1225.b
Liliago. 1226.d
Lilium asphodelo præfertur. 1227.b
Ligna humida nocte lucent. 283.e
Lignum saxo cuidam impositum flammã cõcipit. 6.a
Lingua Mercurio dicata. 959.a
Linum. 248.d
Linum asbestinum. 244.e
Creticum igne purgatur. 246.a
viuum. 246.d
Linum Carpasium incombustibile. 10.b.75.d.e
ἄσβεστον. 24.c.46.c
Liquor in lucernis. 249.c. purus ac homogeneus. 250. eius vsus. 234. conditiones. 250.d
Locus figuram tribuit locato. 307.e
vt locus non agit in mobile. 358.c
Locustæ epitaphium. 155.b
Locutio prima vt deprehensa. 113.a
Loquendum cum multitudine, sentiendum cum pauci. 321.c
Lucerna quid. 1266.a
Lucernæ synonyma. 1264.d
Lucerna pedis sinistri effigie. 728.a b
ardens inuenta. 754.a
Ægyptia. 1058.d
trilychnis. 816.a octolychnis. 866.a
Trithemij. 834.a
Cioffij. Vid. Ind. Aut. lit. C.
Cassiodori. 868.e
Herculis. 884.d
Amazonum. 886.b
Ludionis. 888.a
Epicteti. 888.c.993.c
Palladis. 900.a
anatiformis. ibid.
Cassalij. 903.a
Lupanaris. 914.c.939.a
Lunæ. ibid.
Sacerdotis antiquæ. 930.c
Crucis. 950.a
Auis rapacis. 952.b
Pighetti. 966.a
Bartoli Bartholini. 975
Thomæ Bartholini. 1056.b
Gilberti Bodij. 977.a
Heraclij Imperatoris. 985.a
Veneris in lupanari. 992.b.995.b
Serui phalerati. 1004.a
Vestalis. 1010.b
Æthiopis caput referens. 1022.e
Gibbi tibias inflantis. 1023.b
Capitis humani. 1027.a
Sacerdotis Ægyptij rasi. 1030.b
Vercellini. 1054.b
Pelecani auis. 1060.c
Remigij Feschij. 1063.c
Ioannis Smithij. 1078.a
Lucernæ veterum celebres. 933.c
a Regibus fabricatæ. 1172.a
Lucernæ antiquæ duum generum. 249.e
ventis & aquis resistentes. 254.a
Lucerna symbolum Fidei ac scientiæ. 934.b
Hominis tessera. 1262.a
Lucernæ, quarum Licetus non meminit. 1067.a
Lucernæ causæ. 47.a.151.a.189.d
Lucernæ cur sepulcris admotæ. 33.e.49.c.74. ac fere omnibus. 81.e. etiam paucis Ægyptij. 154.c ardentes impositæ. 85.a. in sepulcris apertis nequicquam accensæ. 92.c. neque cadaueri conferunt. 173.b. nunquam studio extinctæ. 176.b. bimestres. 177.d. eæque frequentes. 178.e. nobilium. 174.c.184.c. Vid. Sepulc.
Lucernæ stagna dictæ. 35.b
Lucernæ veterum admirandæ. 43.b

Index Rerum

vi Dæmonum. 65.a
affabre factæ. 179.a. sumtuosæ. 42.e
Lucernæ perennis materia. 44.e.190.c.191.a
Locus. 243 b subterraneus. c
Puluis. V.P.
Lucernæ perpetuo ardentis ignis.7.d. visus. 546.d
non datur. 447.c
causa non est vacui fuga. 103.d
liquor non fuit subtilissimus. 104.b
Lucernarum origo ab Ægyptijs. 538.e. 848.a. vetustas.1171.c. Materia. 9.c.244.b. 1080 b. 1136.a Magnitudo.193.a.227.c. Forma,siue figura.177.b 193.e. Simulacra.194.b. Vid.Icon. opercula diuersa.1085 a. capedines fictiles. 1085.e. nulla Dijs Manibus dicata. 152.c. varietas est cum æqualitate virium ignis & humoris. 379.d
Lucerna Ægyptiorum inuentum.171.b.228.a.1117.e
Ægyptia. 874.b
Hebræorum. 704.e
Lucerna aurea Callimachi artificis annum ardẽs.10.a
ἐνδεκάλυχνος. 81.e.194.a
Lucerna in vase vitreo ardens. 17.c.85.a
ars perijt.244.a. ratio in quo sita. 244.b
artifex indicatus. 1055.a.1079.e
cuius ignis fumi expers. 115.a
Lucerna B.Isidori. 521.a.850.a
Palladis. 848.b
Lucernę multilychnes. 194.a
eius generis apud Libanium Sophistam. 1174.c
Lucerna marcore extincta retinet aliquid combustibile. 221.d
Lucernæ flamma ventis & aquis resistens. 224.d
non consistit sine humore. 225.d
flamma non superauit humorem. 239.a.242.e
liquor igni par. 240.d.242.e
perpetuæ parandæ artificium. 256.c
veterum cur extinctæ. 367.d
Lucerna a fumo accenditur. 108.c
igne extinguitur.218 d.diutissime ardẽs. 368.d
durationis eius causæ. 450.b
Lucernæ in delubris. 181.a
Lucernarum festum. 1036.a.1117.b
Lucernarum moles non magna. 193.b
Lucernarum vett.flamma pura. 112.b.128.b
locus subhumidus. 114.c
subterraneus. 243.c
oleum. V.O.
Lucernæ veteres cur aeris contactu extinctæ. 150.a
Lucernæ in tumulis cur extinctæ. 217.a.222.b
Lucerna literata & liquore salsuginoso plena. 1086.c
Lucerna vulgaris non ardet in vase clauso. 58.a
Lucerna flatibus imbriq. resistens parari potest. 60.b
Lucernæ ignis ineptus sacrificijs. 63.b
fumus. 418
Lucernæ minime miraculosæ. 78.a
plerumque ab externo aere extinctæ. 84.e
diutissime ardentes rarę. 379.b
nunquam ab eo accenduntur. 89.d
non expositæ stillicidio. 138.a
cur in templis accendantur. 183.b
bilychnis.832.b. trilychnis. 816.a
Lucerna vndenum lychnorum. 81.c
duodenum. 190.e.214.e
Lucerna in qua ignis ab humore suffocatur. 237.c
Lucernæ ignis ab humore,& ab externis afficitur.367
Lucernæ flamma nulla potest esse æterna. 217.b
varijs modis extingui potuit. d
tres habet partes. 347.b
Lucerna Sertorij Vrsati. 1124.b. Pisis.1127. a
Victoriata militis. 1129.a
Lictoris. 1132.c
Mantuæ Benauidij marmorea. 1136.a
specie arboris. 1175.b
Lucerna Lucemburgensis. 1159.b
Danica. 1166.e
Dionysij. 1175.a
Pignorij. 1176.b
Archimedis. 1251.b
Diogenis Cynici. 1259.c
Andreæ Moretti. 1267
Lucerna fictilis Epicteti tribus drachmarum millibus empta. 894.d
Lucerna piscis. 282.b
Lumen quid sit. 82.d
æternum parari non potest arte. 135.d
Luminum multorum in eodem conclaui varia subiecta. 384.e
Lucubrationis hieroglyphicum. 933.b
Luminaris maioris autor. 511.c
Lumine maiori quæ illustrentur. 281.a
Lumen est lucidi corporis imago. 290.c
species visibilis lucidorum. 388.b
accidens immateriale. 291.a
Lumen non est lumini contrarium. 277.c
varios habet gradus. e
exiguum est in viuidiori. 278.a
lumini non permiscetur. d
exile speciem ad oculum mittit distinctam a maiori. 279.a
Luna die coniunctione cum Sole visa in Prouincia Cefala. 278.b.281.b
noctu magis interdiu lucet. 281.b
maius a minore non differt specie. 280.c
Luna masculo-femina. 674.b.d
Luna generationi conferr. 921.c
eius symbolum. 988.c
Lunæ lumen a Solis lumine perficitur. 277.c
splendor in lumine Solis obseruatur. 278.a
Lunæ imago. 212.e. symbolum. 915.a
Lunæ lumen ligna efficit molliora. 733.a
Ludionis lucerna. 888.a
Lupinum verti ad Solem. 922.c
Lux densi corporis qualitas. 397.b
non est igni connaturalis. 473.b
Lychnus ligneolus. 1093.d
Lychnus in Prytaneo. 1175.c
Lychnites lapillus. 55.a
Lycij montis e condita lucerna ignis. 182.e

M

Maforium. 1016.c.d
Magnesia lapis igne purgatur. 247.b
S.Magus. 856.a
Maleficæ. Vid. Sagæ.
Maltha. 59.c
Manipularius habitus. 776.b
Manis. 575.a
Manes dij qui antiquis. 609.d
Manibus fieri solœcismum. 957.d
Dijs Manibus dicata veterum sepulcra. 64.e. & cur. 73.e.151.d. Lucerna neutiquam. 152.c
Manes veterum. 73.c.e.151.d.152.d.609.d
Mappę ardentes sine consumtione.125.e.129.c.247.b
D.Marci ædis emblemata. 835.d
Marchesinæ catellæ epitaphium. 166.a
Marcus Curtius se in voraginem præcipitat. 257.a
Marcor duplex. 220.d
Mare circa Siciliam arsit. 80.d
Maris scintillæ.96.c. amaritudo & salsugo. 382.d
Maritha lapis conspersus aqua flagrat. 82.c.100.d
Mare posse deuri. 5.d.750.c
Maris color. 750.c. pinguedo. e
Mario flamma in capite arsit. 261.c
Marmorea lucerna. 1136.a
Marmoreæ lucernæ. 191.a
Martius mensis apud Romanos primus. 414.c
Materia a quo formam suscipiat. 300.d
a quali agente disponatur. 317.c
ad omnia est indifferens. 326.c

Ma-

Ac Verborum memorabilium.

Materiæ nihil violentum. 326.d
Mausolæum. 623.e
Mazycum cursores. 1008.a
Medea pellicem cremat. 264.e
Hippolyti Medices catella. 166.a
Medicamenta vt potentia sint calida. 396.d
Medium inter contraria duplex. 324.c
Melancholia fit per adustionem. 421.d
Mensium nomina a Principum appellatione deriuata. col. 1193.c
Mensis anni primus Hebræis a Deo mutatus. 1194.c
Menses a Luna apud Ægyptios numerati. 1036.a
Mensis hieroglyphicum. 1039.b
Mercurius lasciuiæ Deus. 578.d. erecto pene. e. 836.a Sol priscis. 580.a. eius effigies. ib. 1093.e. lenonum Deus. 580 e sepulcris impositus. 619. a. mortuorum animas ad inferos deducit. 656 b. Cyllenius. 957.e. statua eius sine brachijs. ib. Iouis nuncius. 1109.d. eloquentiæ numen. 1111. d. maximus sapiens. 1181.a. Sacerdos. b. Triceps. 1179.c. Hermes. 1189 b. eiusdem Caduceus. 1108.d. Sermo de Trinitate. 1181.d. Osiridi a consilijs. 1189.b. Medicinæ inuentor. 1269.d. Seruator. e
Mercurius Chymicorum. 44.d. eiusq. appellationes. e cur petasatus & caduceatus. 72.b. alatus. 1006.a
Mergi epitaphium. 156.c
Merlini magi lucerna. 35.e
Metalla Mercurio mollescunt. 285.d
Metalli oleum. 130.c. Vid. A. & O. inflammabile nullum. 132.c
Metallorum oleum. 253.b. Vid. O. 513.b
Metalla omnia prædominio aquea. 132.a.c. 572.b humiditatem habet internam. 248.e liquabilia sunt, non inflammabilia. 460.d
Metalli humor flammam edit turbidam. 132.d
Meteora ignita vbi ardeant. 395.b a solo ignis elemento accendi. 402.c in Meteor. ignitis materia rarisis. vt cõdensetur. 348.c
Milites libidinosi. 686.a. 910.c. olim religiosi. d
Miluus auis immunda. 655.d
Mimus personatus in funere. 630.a
Mimi mortuales nænias canebant. 647.a
Minerua pudicitiæ ac sapientiæ numen. 672.c masculo-femina. 674.b. Apaturia. 676.d. 710.b Ægyptia. 706.a. draconesignata. 717.d Hygia, Pœonia, Sotera. ib.e
Mineruæ simulacrum ex se combustum. 7 b donaria eximia. 10.c. signum e cœlo delapsum Britannicæ ignes perpetui. 26.c. lychnus. 42.c lucerna. 52.c. 185.a. 193.a. 243.d. 667.c Poliadis lucerna. 43.a. typus Sphinx. 670.b Sacerdotes impuberes. 672.a
Mineruæ ortus. 730.d
Mitra zona. 1238.e
Mirabile quoduis iucundum. 4
Mixta plurima sunt homogenea. 381.b arte in quatuor elemẽta intra vas resoluũtur. 404.b
Mixti pars quælibet sensibilis mixta est. 381.c essentialia debentur simplicib. cõstituẽtibus. 463.b
Mixti origo ex pluribus mixtis. e
Mixtum omne caducum. 110.c. 367 b in quoduis elementum abire. 114.b nullum fit a simplici elemento. 422.c imperfectum concretione non mutatur in perfectum. 119.a. æquale apud Galenum. 378.c
Miscibilium vnum non dominatur semper in mixtione. 378.c
Mobilis procliuitas motu perficitur. 363.c
Mobile distantius, vi tardius mouetur. 352.c
Mœchorum pœna. 968.c
Monachi vigilantia. 933.a
Monogramina nominis Domini explicatur. 853.b
Mons Pena. *Monte Cauallo*. 25.d
Monumenta veteribus in honore. 174 b sacra omnia. c
Montes ignem vomentes. 6.b. 252.b
Morbus quid. 298.c qui non spectat ad medicum. ibid.
Morbus via mortis. 19.a
Mors duplex. 186.b non est sine morbo. 374.a
Mors naturalis. Metaphorica. 299.d
Mors morbi finis. 296.b. 297.c
Mortis metu magis anguntur rudes, quam sapientes. 296.c
Mori quid generatim. 297 b
Mori per sapientiam. 299.a
Mors Platonica. 297 d
Mors quæ morbus. 298.a. homini non præter naturam. ib.c. tollit instrumenti esse. 375.e nulla sine temperamenti offensa. 376.b
Mors quæ violẽta. d. naturalis accidit senibus. 377.b
Mortuorum nomine alimenta veniunt. 632.c conditio melior quam viuorum. 681.e
Mortui inferis adscripti. 151.d primitus non cremabantur. 537.d
Mortorium cyatho appensum circumfertur. 292.e
Moses in Ægypto edoctus. 1110.c
Motus simplex est corporis simplicis affectio. 400.a ignem demonstrans. b
Mota vi eo tardius mouentur, quo sunt maiora. 352.b
Motus celeritas vnde. 362.d
Motu præter naturam non perficitur leuitas. 363.d
Motus violentus in fine tardior. ibid.
Motus in orbem non componitur ex ascensu & descensu. 325.b circularis a prædominio. c mixtus non est ex duplici recto. d non est igni & aeri supremo naturalis. 329.c
Moueri a seipso animantium est. 325.e
Motus naturalis non conseruat elementa. 326.a
Motus simplicis corporis vnicus est & simplex. 329.c numero vnus est vnius numero mobilis. 330.c violentus non est semper naturali contrarius. 331.d
Motus naturalis in fine velocior. 236.d est forma transiens. 323.d. quæ moueantur simul & quiescant eodem in loco. 322.d. improprie nutriuntur. 484.a
Motus progressiui organa. 427.e
Motus vnius duo opposita. 332.b. in orbem quieti oppositus. ibid. naturalis non est velocior in fine ob medium motu rarefactum. 354.c
Motu quæ igniantur, & quomodo. 402.b
Motus qui calorem ignem gignat. 88.b
Motus est contrariorum. 91.a qui motus quieti similis. 323.a
Mugil Cephalus appellatus. 972.e
Mulierbria in monumentis. 960.b
Mulæ epitaphium. 162.e. 167.d
Mulier funera. 628.c
Mulieris præfectæ ignis conseruationi. 51.d
Mundi essentia consistit in ordine. 401.b
Munichiæ vrbis lucerna. 42.b. 185.a
Murenæ sepultura. 438.a
Museum Aldrouandi. 104.b. 177.b. 190.d. 194.b 200.a Aloysij Corradini. 190.d
Mutinensis agri ignis. 6.a
Mycerini Regis Ægypti lucerna. 20.e
Mycerinus Salomonis socer. 23.a idem qui Pharaon. 24.a
Mysiæ herbæ. 254.d

N

Naiades Bacchi sacerdotes. 767.c
Naphthæ flamma noxia. 264.e
Naphtha ex interuallo ignem attrahit. 222.d. bitumen est. 223.d. ignita ventũ & aquam eludit. 224.e consumitur ardens. 135.b. ad se ignem rapit. 500.b
Natalitiorum lucernæ. 803.c
Naturę vis vbiq; magna. 3. 46.c. 81.a. progressus. 384.a
Natura sibi fit ẽ proponit, quem potest assequi. 345.c sed impediri potest. d

semper faciliora efficit. 357.d
non iungit extrema sine medijs. 394.a
mater omnium amans filiorum. 123.d
non agit præter naturam. 124.c
e duobus absurdis minus eligit. 149.a.150.c
facilora efficit. 149 c
non admittit absurdum. 150.c
communis mira efficit. 291.d
aliena propellit. 307.d. similib. seruatur 428.d
Natura seruatur in locis proprijs. 169.a
sui similiũ appetẽs. 219.a. vacui inimica. 291.e
Naturale quid. 229.d
Naturalia subito corrumpuntur a contrarijs. 419.a
Naturæ humanæ elementa Anima, & Cineres. 72.a
Nauiculæ forma. 212.d
Nauis e conchæ marinæ testa. 1171.e
Nauem referens lucerna. 604.b
Nauigationis Deus Bacchus. 767 c
Nauis aquis inflammata. 82.b
Nautarum flammæ salutares. 265.d
Neapolis. 812.a
Nerui optici perforati. 290.c
Nesidea lucerna. 17 b. 103.a. 105.c. 107.b. 112.b. 113.c. 114.d. 132.d. 138.a. 139.e. 149.d. 193.b. 216. c. 240.b. 811.c.
S. Nicolai luces. 5.c
Nicolai Laurentij Vita. 527.a. Tribunus plebis Romæ. 522.c. eius encomium. 533.b
Nihil ex nihilo fit naturaliter. 405.c
Nilus Isidis filius. 1034.d. Osiris appellatus. 1049.e. & Siris. 1050.a
Nilum nauigantes quî a Crocodilis non infestantur. 914.a
Nili nomina diuersa. 1052.a
Nitrum siccæ naturæ. 429 a
Nitri copia in sepulcris, & cloacis. 93 a
Nobilium sepulcra olim perpetuis lucernis illuminata. 27.e. 185.c. 189.c
Noctiluca. 54 c
Nomina Romanorum vnde sumta. 1090.c
Notæ veterum scriptorum. 853.d
Notus. Νότος. 288.e
Nox meditationibus aptissima. 934.c
Nubes aquæ affines. 119.c. æstate non vigent. 120 c
Nubis, vaporis, & aquæ circulatio perennis sine vera. 120.b
Nudus in lucerna. 891.b
Numeri apud Græcos notæ. 1119.b
Numi cum cadauere sepulti. 1268.b
Numisma Vespasiani. 42.a
cum Vesta. 417.b
Neronis. 599.a
Heraclij. 998.d. 1124.a
Numus antiquus Ioannis de Lazara Comitis. 734.c
Numinis apud Ægyptios hieroglyphicum. 1230.b
Nuptiales Dij veterum. 1239.c
Nutritio quid. 455.a propriè. 484.a
Nutritionis ignobilitas triplex. 476.a
Nutritionem quid referat. 638.b
Nutritio quorum. 228.a
Nymphæ fluuiorum. 574.a
Nympha cum arcu in lucerna. 195.a

O

O pro V. 986.a
Obeliscus. 854.a
Obscuris verbis vsi veteres. 1262.a
Obseruationes Ioannes Ruschij. 94.a
Oculus iustitiæ hieroglyphicum. 1205.e. regiminis symbolum. 1206.c pariter Dei. 1248.b
diuinæ item prudentiæ. 1248.a
Oculorum igniculi. 54.c
Oculi per niues deambulantium cur doleant. 290.a
Olei vapores in oleum coguntur. 108.e
verius in substantiam terream. 111.a
pars in flammam, pars in fumum facessit. b
lentor maximus. 113.a
fumus densius & viscidus. 115.a
Olei combustio est eius corruptio. 118.c
mixtum perfectum. 112.d
fumo contrarium in genere mixti. e
lucernarum non fuit metallicum. 128.d. 130.c
Olei combustio est eius corruptio. 118.c
combusti partes in quid mutentur. ib.
in fumum mutatio, est substantiæ. 120.a
Oleum nouellæ stirpis plus aquæ habet, quam veteris. 142.e
Oleę nouellæ humore aqueo abundant. 143.c
Olea pacis symbolum. 715.a
Oleum e metallis & lapidibus quî fiat. 253.b
Medicum in aqua ardens. 254.d
Oleum prodit, vnde non exit aer. 294.d
Oleum Philosophorum. Tartari. Vid. P. T.
Metallorum. M. Asbesti. A.
Oleum petræ in agro Mutinensi. 249.d
Oleastri oleum communi præfertur. 895 a
Olea odorata & vnguenta cadaueri vrendo indita. col. 644.d
Oleum viuum in lucernis veterum. 34.e
exercitum ablumens. 77.d. 442.a
omnia comburens. 442.c. incõbustibile. 1068.a
Maximi Olybij lucerna. 15.b. 30.a. 41 b.c. 44.c. 64.e 68.d. 130.c. 138.a. 139.e. 183.a. 193.b. 253.c. explicatur. 70.a. eius inscriptio. 126.c. humor. 139 c
non admodum prisca. 129.b
Olybius non fuit Chymicus. 69.e
Olybij sepultura. 184 a
Omnia octo. Prouerb. declaratur. 623.c
Onocrotalus. 1061.c
Operatio prodit essentiam operantis. 391.a
Operis methodus. 3
Opinio Autoris de Britannicis Mineruę ignibus 26.e
de lucerna Pionis. 28.b
de lucerna Terentina. 33.c
Delphica. 38.c
Opiniones aliorum examinandæ. 49.e
Oppositum fugatur ab oppositio. 220.a
Oraculum Delphicum. 647.d
GENVTIVS ORATA. 1127.a
Orbes cælestes contigui. 292.b
Orchostadia. 1013.a
Ormuzianorum domus vento subterraneo refrigerantur. 218.a
Ornare lucernam. 891.a
Oris hiatus nota sepulcri. 631.a. 643.b
Orta referunt naturam causarum. 403.b
Osiris Bacchus & Sol. 1209.c. Multioculus. ibid.
Osiridis simulacra in Ægypto cur plura. 914 a. etymon 1206.d. Colũna. 1207.a. Pater Saturnus. c. expeditio. 1208.d. inuẽta. 1209.a.b. honores diuini. b
Osiridis imago. 213.c. columna. 1201.a
Osiris Nilus. 1051.a. Serapis. 1201.c
Ossa mortuorum veteribus sacra. 1028.c
Othonis Imperatoris patria Ferentum. 15.a
Ouum mutatur in pullum. 633.e

P



850.c. p. ibid. 864.a. 866.b
Liuij Pagelli mula. 167.c
Palea antri Custodiæ. 305.d
Palladium. 896.e
Palladis & Vulcani coniugium. 729.d
Pallas origine Græcus. 537.d
Palladis lucerna. 848.b
Pallas victrix. 849 a
Pallas tibias inuentas abiecit. 1025.b
Palmæ hieroglyphicum. 1039.d
Pallantis magnitudo. 275.c
lucerna, & sepulcrum. 18.a. 25.c. 30.a. 52.e 138.b. 139.e. 216.d. 269.a.

Iu-

Ac Verborum memorabilium

lucerna omnium celeberrima. 20.a.128.c. 129.a.
quî extincta. 368.b
corpus quare crematum fingat Virgil. 537.a
Palma symbolum omnium beatorum. 925.b
Pan primus idololatriæ inuentor. 684.d
Athenienſibus tulit ſuppetias. 691.c
Panicus terror. 691.d
Pangæi aqua hieme quam æſtate ponderoſior. 408.e
Paragraphus. 854.b
Parentibus orbati non miniſtrabant rei ſacræ. 693.e
Parma elephanti magnitudine. 275.c
Parthenope. 811.d
Pars quantitatiua. 327.c
Paſſio naturalis fit a contrario. 279.c
Paternitas ſubiectum. 388.c
Patiētis diſpoſitio ſupplet imbecillitatē agētis. 266.e
Paulus III Pontifex. 8.a.25.c
Pegaſi lucerna. 878.d
Pegaſus in numis. 1130.a
Pelecanus. Platea. 1061.a
Pellucida in tenebris tantum fulgent, eaque varia. 54.c
Penulatus in lucerna. 1153.a
Penetrationem corporum vitans natura efficit miranda. 104.a
Penetratio corporum naturæ aduerſa. 114.e.148.e. 150.c.291.e.
Penis in cucurbita. 998.e
Peonici animalis ſtercus venatores vrens. 443.a
Pera curſorum. 1007.e
Perdicis epitaphium. 156.c
Peregrinatio Principi neceſſaria. 1209.e
Perſa. 896.c
Perſarum ſacer ignis. 30.a.425.e.426.b. perpetuus. 62.d. & cur. 63.b
Perſæ aquam colebant. 426.c
Perſona quid. 630.b
Perſpicuum quid? 90.b
Pes ſoleatus. 214.b
Pedes forati feminarum in lucerna. 832.a
Poſſeſſio eſt pedum poſitio I.C. 722.d.1192.c.1229.d
Petra pluuijs accenſa. 5.d
Franciſci Petrarchæ domus in oppido Arqua. 164.e
Petrarchę felis. F.
Phænomenon Galilæi. 282.e
Phaleræ. 1005.c
Phallus laſciuiæ deus. 578.d.581.c
eius ſacra. 584.d. apud Ægyptios. 914.b
Phantaſia non edit ſimul duas operationes, eiuſdem ſpeciei ſolo numero diuerſas. 387.b
Phantaſma Socratis a Platonis phantaſmate differt ſpecie. 387.c
Phantaſmata formaliter conſtituuntur in eſſe per Accidentia. e
Phantaſmatum ſubiectum. 388.a
Pharaonis ſomnium expoſitum. 1214.b
Phari celebres. 1115.a. vſus. 1116.a
Phietro. 855.b
Philomelę epitaphium. 156.a
Philoſophorum oleum. 512.c
Philoſophi Medici in Gymnaſio Patauino. 603.c
Philoſophandum vbi. 46.b
Phryges mortalium antiquiſſimi. 1113.c
Phyſicus non conſiderat ſupra-naturalia. 323.d
Picturæ veterum rudiores. 880.b
Picæ epitaphium. 156.b
Pionis templum. 28.a
Piſani templi incendium. 25.e
Piſana lucerna. 25.e.193.b.216.b.221.b
Piſcium ſquamæ nocte lucent. 283.e
Piſces Empedocli ignei. 427.d. qui pedibus præditi. e
in aqua omnes fere pedibus deſtituti. ibid.
in aqua geniti, non in terra. 428.a. alijs animalibus frigidiores. 428.b. plurimi exſangues, vel pauci. ib. primi eiuſdē ſpeciei cū noſtris. 430.d
in aere cito moriuntur. ibid. pulmonibus præditi reſpirant. 431.d frigidi ac humidi prædominio. e
Piſcium temperamentum. 168.b
Pituitæ cum alimento commutatio circularis. 109.a. 121.a. V.C. eius ad alimentum ratio ingenere miſti. 121.c
Pituita nutritioni apta ſanguis eſt crudior. 121.c
Placentæ Dijs oblatæ. 588.b
Plantæ ſpiritus fixus. 334.d
Plantas defuncti oſculatur pullata. 645.b
Plebei honorum auidi. 174.c
lucernæ loco quid tumulis imponerent. 189.d
Pluto. Serapis. 1045.c. etiam Ioſephus. 1222.a
Deus telluris. 1224.c
Plutoni dicata Olybij lucerna. 15.c.64.e.70.e
Pluto diuitiarum Deus mortuis præeſt. 71.a
Pluuia quid. 119.d
Poderes. 1015.e
Poetæ veritatis fabulas attexunt. 261.a
a veriſimili non recedunt. ib.b.
Politicorum gradus tres. 615.a
Polia lapis. 246.e 248.d
Pondus & Grauitas differunt. 360.c
Pontificum lictor. 1133.a
Porphyrius ex Iudæo Chriſtianus, inde profanus 182.
de Porphirio Theodoreti iudicium. 708.d
Poſitura. 814.c
Potua. 1237.d
Poſteriora non ſunt ſine prioribus. 388.d
Potentia prima excludit actum primum. 318.c
Priapus laſciuiæ deus. 578.d.581.d
Priapi cultus antiquiſſimus. 584.a
de Iuda ſublatus ab Aſa. ib.
Principum honores diuini. 1250.c
Priſcillæ Abaſcantij cadauer. 268.a
Iuliæ Priſcæ cadauer. 270.e
Priuatio non producit appoſitum. 355.a
Priuatiua conſeruatio. 329.a
Priſcæ probitatis indicia. 913.c
Proſerpinæ aræ ignis ſubterraneus. 185.a
Proſphori equi tumulus. 162.a
Prytanea Græcorum Veſtæ ſacra. 1175.b
Prytanei etymon. ibid.
Prytanei lucerna ſempiternam habens flammam. 37.a
ignis perpetuus. 434.e. duplex. 435.b
Pſittaci epitaphium. 157.d
Puerorum educatio. 597.b
Puelli ſapientiæ typus. 672.c
Pulmonum vſus. 431.d
Putei lucerna. 813.a
Putei figura lucernæ conuenit. 817.b
Putei ſunt fontes. 817.d
Puluis in lucernis inuentus qualis. 101.e.139.b
Puluis ter mortuis iniectus. 804.a
Puteus igneſcens. 5.d
Putrefactione mixti ſeparantur elementa. 97.a
Putredo a combuſtione differt. 380.d
Putreſcentia corrumpuntur humore calorem opprimente. 232.d. primum fiunt humida, deinde ſicca. 342.a
Pyrauſta in igne viuit. 76.c
Pyramidalis in flamma figuræ cauſa. 312.c
Pyrethiorum flamma inextinguibilis. 29.b
lucerna. 185.a
Πυρότεχνοι. 254.b
Pyrrhites vrit ſtringentes digitos. 101.a
Pythagoras ab Ægyptijs philoſophiam didicit. 167.a

Q

Quadrigæ. 791.a
Qualitates quęnã elementorũ differẽtię. 400.d
Qualitates materiales aquæ. 422.d
Qualitates naturales vt ab accidentalibus differant. materiales ſeruandæ. 429.c

accidentales animalium quæ tollendæ. ibid.
primę igni magis reſiſtunt, quam ſecundę. 508.e
Qualitates actiuæ in denſiori corpore validiores, & efficaciores. 144.c.379.d
Qualitas nuda ſubſtantiam diuidit. 290.a
ignis & aeris communis. 346.c. V.I.
Quantitatiua pars. 327.c
Quantitas ſyllabarum libera. 1199.a
Quat, auis. 1061.c
Quercus vetuſtate nigreſcit. 734.a
Quies ignis ſurſum a quo prohibeatur. 323.c
leuiſſimi prohibetur a motu cæli. 345.d

R

RAdij ſolares accidentia, aeris ſubſtantiam atterunt & diuidunt. 290.a
Radiorum in rotis diuerſitas. 998.b
Rachelis columna ſepulcralis. 623.a
Raphani apud Germanos magni. 972.d
Rarefactio quid. 410.d
Rarefactio non inuehit neceſſario leuitatem. 406.d
infert molis augmentum. 408.b
caloris eſt. 410.c
Raritas non inuehit leuitatem. 409.c
Reca. Recinum. Ricinium. 659.c
Receptio fit per modum recipientis. 300.e
Recipiens debet eſſe liberũ a natura recipiendi. 636.a
Regum curæ. 1171.e
attributa. 1225.b
Res num ſit, ex hiſtoria percipiendum. 46.b
Ricinum. Reca. 1016.c
Ritus funebres. 604.b
Rogi accendendi ratio comburendo cadaueri. 644.b
Romani fortitudine ac eloquentia excelluere. 957.a
Romana lucerna. 25.d
Romæ frequentes lucernæ. 179.b
Roris generatio. 120.d

S

SAcerdotis Ægyptij capite raſo? 1031.a
Sacerdos nuda pro defuncto ſacrificat. 650.a.651.a
Sacrificiorum varietas. 588.d.713.b
inuentor in Italiam Faunus. 683.b
Aqua. 693.b.694.b
Sacrificium fructuum. 612.c
Sacrificantes abluti; aſperſi: quanam aqua. 693.b
Sacrificia quæ prima. 132.a
SÆCVL. 213.a
Sagæ quibus vtantur animis. 187.a
Sagitta motu per aerem accenditur. 316.d
Sahid. 1191.e
Salamandra in igne viuit. 76
Sal igne conſumitur. 135.c
Salis oleum. 750.c
Salamandræ villi. 244.d. puluis. 246.e. pluma. 245.e
Sal & nitrum corpora ſiccæ naturæ. 429.a
Salernitana lucerna. 30.a.85.b
Salomon hominum ſapientiſſimus. 51.d
Sanguis fit e ſanie. 643.d
Sãguinis partes duæ igni & aeri proportionatę. 428.c
Sanguinem Domini vt biberent apud veteres laici. col. 901.e
Sanies duplex. 643.c
Sapientes deorum loco. 1207.e
Sapientiſſimus ab idiota poteſt fieri ſapientior. 412.b
Sapientis typus. 669.d
Sapientia vt ſeparet animam a corpore. 297.c
Sarcophagus. 1196.a
Saturnus Oſiridis pater. 1207.c. Triſmegiſtus. ibid.
Satyri caput in lucerna. 1156.b
Satyrorum mythologia. 677.b. veſtitus. c. 883.b
Satyri. Sileni. 667.d.883.d.946.c. Semicapri. 678.c. 881.c. duum generum. 689.d. tertium genus. 683.c.687.c. veri qui, & vbi. 681.a
Satyrus D. Antonium alloquitur. 680.d
Satyrorum cum Minerua ſymbolum. 684.c.687.d
Saxum affuſo oleo inflammatum. 82.c
Scantiæ aquæ. 5.d
Scarabæus Ægyptijs in honore. 1106.c
Scientia qualitas perfectiua mentis. 473.b
Scientia negligit ea quæ per Accidens. 325.b
Scintillæ erumpentes e capite. 96.c. maris. ibid.
ex humano corpore. 259.e. e capillis monachi. 262.a
Scorpi equi epitaphium. 162.c
Scyphus. 693.d
Scytharum de anima defunctorũ opinio. 153.b.171.e
Semen quid. 640.b
Semen æquiuoce. 334.e
Seminis ſpiritus fixus. 334.e
Semperuiui ſuccus ignis vim reprimit. 66.a
Senium quid. 143.c
Senſui expoſita probantur hiſtoria. 52.e
Senſus cui rationi præferendus, & quando. 418.e
Senſus non obſeruat impulſum obiecti. 279.a
Senſus afficitur paſſione corporea. 279.c
non percipit ſimilia. d
non decipitur circa propria. 392.a
September vnde appellatus. 1188.a primus anni menſis apud Ægyptios. 1194.a
Septenarius numerus ſymbolum virginitatis. 725.c
Septenarius numerus nec gignit, nec generatur. 621.c
vnde mortualis. 622.a
Sepulcrum quid. 631.b
Sepulcrum notabile. 617.a
Sepulcra plebeia diuerſa. 615.d
pauperum vbi Ro. 615.d
cur coronata. 830.c
Sepulcra veterum excelſa. 179.a
in quibus lucernæ, ignis ſimulacro deſtituta. 180.d
in quibus flammæ effigies. 339.e
cur ijs inſculptus canis. 340.c
Sepulcrorum lychni perpetuo ardentes. 44.b.51.a. 183.a. Vid. Luc.
Sepulcri flamma. 82.e. Vid. F. vapores pingues. 92.e
Serapis Pluto. 1220.c
Serapis vnde ſic dictus. 1042.d.1195.d.e.1215.e. Oſiris. 1196.b. eius templum Ioſepho Patriarchæ dicatum. 1044.c.1218.c. effigies. 1195.a.1200.c. templa multa. 1200.c
Sermonetæ Cardinalis vinea. 163.a
Serpens Mineruæ & Apollini tribuitur. 717.c.727.d
Serpentes in lucerna Mineruæ. 725.b
in humanis corporibus nati. ib.e
Serpens miræ magnitudinis. 289.c
Serpens vigilantiæ ſymbolum. 933.a
Serpentibus abundat Ægyptus, & Æthiopia. 1204.b
Seruius Turpilius flammam e capite halauit. 261.c
Seruus oſtiarius larum ignem ſeruabat. 539.c
canem habebat ſocium. e
Sexus permutatio. 109.b
Sicci affectio conſtantia. 308.a
Siccum quid. 310.b
Sicci tria genera. 310.c
Siccitas flammam extinguit. 218.b
Siccitas loci lucernam extinguit. 368.c
acuit vim frigoris. 413.e
Sidera calore deſtituuntur. 395.d
lumine calorem gignunt. e
Signum ſit euidens, non occultum. 152.b
Sileni effigies. 202.a.759.a
Silenus Satyrus. 758.e
Bacchi pedagogus. 759.e.762.d
Siluæ auſtris accenſæ. 80.b
Similia oriuntur a ſimilibus. 312.b
Simile generat ſibi ſimile. 115.d

Similia debiliora ad validiora sponte cõtẽdunt. 219.b
Similia se trahunt. 353.a
Simile potentius ad se trahit debilius. 220.a
Simplex corpus a se met moueri nequit. 411.b
Siren in sepulcro. 621.b.622.b
Sirenis lucerna. 811.c
Sistri inuentio. 1202.a
Sistrum Isidis. 1242.d
Sistrum quid. 1243.d
Sitis quid. 495.a
Situla Isidis Ægyptum denotat. 1204.a.1242.d
Socrates Sileno comparatur. 882.d
Socratis genius bonus. 654.c
Sodoma & Gomorra igne naturali absumtæ. 78.e
Sol Dei hieroglyphicum. 1111.e
Sol Persarum Deus. 425.e
Sol quomodo ignem extinguat. 220.c
non aliter humido. 320.c
exhalationes e terra euocat. 382.c
Solis radij vrunt. 82.e. quid. 90.a
non sunt aeris illuminati partes. 90.a
sed ignis partes ex aere producti. d
sunt eiusdem speciei Accidentia. 91.a
aerem diuidunt. 290.a
calore duos halitus e terra & ex aqua eleuari. col. 383.e
a Sole generatio, & corruptio. 300.d
Solis deliquium a nube. 281.c
Solœcismus manuum. 957.d
Solonis lex a Romanis accepta. 616.c
Somnus imago mortis. 19.a
animæ otium. 1165.b
Somnia de mortuis bona, & mala. 631.c
indicat alimenti assumti naturam. 641.a.e
Somnium viduitatem portendens, aut nuptias. 912.c. 960.a.
Sotulares, subtellares. 788.b. quid Auicennæ ac Rasi. 789.b
Sarcopolia, lapis. 246.c.248.d
Speculum chalybeum in sarcophago inuentũ. 1086.d
Species intelligibiles multæ solo numero differentes non sunt simul in eodem intellectu. 386.d
Spei simulacrum. 196.a
Sphinx Mineruæ insigne. 668.d
Sphingis lucerna. 820.a, 908.c. 836.c
Chiorum. 909.a
Sphingium declaratio. 669.c
Spinus aqua irrotatus vritur. 82.b
Spinus lapis Thracius. 87.a.100.b.101.a
Spiritus non dolet. 290.d
humani corporis influens, & fixus. 334.d
Spiritus ardens est duũm generum. 334.a
Spiritus Sanctus lucernæ comparatus. 1234.d
Dei amor. 1235.a
Splendor ignis qualitas perfectiua, sed accidentalis. 473.a
Stapes. 794.d
Στήλας. Styli. 605.c
Stelides. 624.e
Stellæ cadentes. 5.a. æstate vt fiant. 398.c
Stella in lancea. 5.b
Stephani Regis Poloniæ equus. 167.b
Stesichori sepulcrum octo columnis insigne. 623.b
Stilba quid. 1265.b
Stilbon. ibid.
Stirpes in viuente animali ortæ. 263.c
Stirpium in saxis effigies natiuæ. 340.a
Stratores. 794.a
STROBILI. 213.b.799.d
Subcœlestia vt corruptibilia. 373.b
Subiecto indigent proprie Accidentia. 233.a
Substantiæ physicæ mutatio vt fiat. 380.c
Subterranea loca æstate sunt calida, hieme frigida. 145.e. nec semper similia. 148.b
Subterranei specus ventos producunt. 218.a
Successor. Genere feminino. 675.a
Succinum in aqua ardet. 59.b
Suffibulum. 1015.c
Suffocatio refertur ad extinctionem a contrario. 314.d
Sulfur cito absumitur. 46.c
Sumtus sepulcrales minuti. 650.b
Syracusæ cur ciuitas Græca. 614.a

T

T Litera in lucerna. 206.a.215.c
Tactus a quibus afficiatur. 291.c
TAELCH. 881.b
Tale per se, est semper tale. 135.d
Tale primo non est summe tale. 411.d
Tallz. 244.d.253.a
Tartari oleum. 511.e
Tartari cinis nitrosus. 99.e
Tartari olim Scythæ. 153.b
Temperamenti apex calor. 232.a
subiectum. b
Temporis typus. 815.a
Tempus alatum. ibid.a
Terentina lucerna. 31.e.216.c
Terenti etymon. 33.b
Terentini ludi. ibid.c
Terminus alicuius; proprius. 307.b
Terminabilis alieno termino tres conditiones. 308.d
Terminabile facile termino alieno formam continentis promte assumit. 309.d
Terra vt se habeat ad terminum alienum. 309.d
non conseruatur ab aqua. 328.e
Samia, & Lẽnia ex se non habent lentorẽ. 344.b
Lemnia triplex. 981.a
Terra, vt terra: vt grauis, & vniuersi pars. 361.c
eius generatio varia. d
Terra grauitas. V.G.
Terreæ partes cum aquosis cur deurantur. 382.a
Terrea combusti pars in fumum abit, & cinerẽ. 382.e
Terra magis sicci, quam frigidi. 391.c
natura est prior aqua. 411.e
hieme mollescit. 495.e
æstate vapores calidos emittit. 496.a
feminæ similis. 817.c
quibus maxime fœcundetur. 817.d
Terra porosa. 58.a.114.d
vt aerem intra se afficiat. 146.a
Terræ claues Plutoni datæ. 71.b
qualitates qua eius parte non mutentur. 146.b
e Terra prosiliens ignis. 6.a.7.b
Terra sigillata non habet admixtum capræ sanguinem. 984.b
Testamenta immanitatis abrogata. 1272.a
Testis oculatus vnus decẽ auritis præferendus. 269.b
Tetradrachmum quid. 424.e
Teuth. 1188.a.1193.e
Theodorici pater toto corpore scintillas sparsit. 7.a. 262.c.
Theristrium. 940.e
Therisition. 941.b
Thracius lapis. 59.c.87.e.254.c
inextinguibilis. 80.c. ardet. 82.c. Vid. Sp.
Thrasymenus lacus. 5.d
Thyrsigeræ baccantis effigies. 201.b
Timæus Platonis. 170.e
Titæ catellæ epitaphium. 165.e
TITIAI. 1005.a
Titinia gens. 1008.d
Tityrus. Satyrus. 677.e
Tobiæ canis. 597.e
Toxaris columna. 618.d
Trabes incensæ. 5.a
Traiana columna. 613.b
Transformationes frugum. 362.d. arborum. 633.a
item Animalium. ib.d

Triangulus Pythagoricis Minerua dictus. 668.c
Tricenarius numerus mortualis. 622.c
Trigona figura candelabri. 668.c
Trinitatis mysterium Ægyptijs reuelauit Iosephus. 1223.a. Plutoni tributum. 1224. b. itemque Serapidi. 1225.a
Tripodis imago. 213.c. in lucerna. 589.a
Tripudij Deus Dionysius. 762.b
Trismegistus princeps sacerdotum. 1036.e. Mercurius. 1180.e. Platonicorum magister. 1184.a. a quo diuina mysteria doctus. 1188.d. Ægypti rex. 1191.e
Trinitatis mysterium a Trismegisto explicatũ. 1037.c
Trismegisti & Mosis eadem sententia. 1183.e
Trismegisti duo. 1188.d
Trismegisti primi dotes, & inuenta. 1189.a
Trithemij lucerna perpetua. 31.e.127.c.134.a
Tritici culmus Ægyptum denotat. 1107.d
in manu Serapidis. 1200.e
Triumphi primus autor Bacchus. 590.a
Trochi, animalis natura. 123.b
Tubæ ductiles argenteæ columbis comparatæ. 273.e
Tuciæ facinus ingens. 1013.d
Tulliolæ lucerna. 8.a. 25.d.51.e.129.a.138.b.139.e. 145.b.216.c.542.b.544.d.
cadauer in puluerem abijt. 145.b
sepulcrum. 267.c
Tumulorum splendor. 55.d
Tunicæ funebres. 76.a. Regum. 244.e.247.d
Tunicæ ardentes sine sui consumtione. 129.c
Tunica consistens. 1013.a
Tunicæ talaris symbolum. 1047.a
Turmæ hominum flammam spargentes. 7.b
Turnus ingentis magnitudinis. 275.d
Turpia olim diuina habita. 34.b
Turris lignea ignibus inuicta. 247.c

V

VAcui metus multa producit miranda. 102.d
in lucernis veterum nullus. 107.c
Valentia olim Roma. 19.e
Valesij historia mirabilis. 32.a
Vapor mixti destillatione in aliam secedit naturam. 117.d. diuersus est a re, ex qua eleuatur. 118.a
Vaporis & pluuiæ circulatio perennis. 119.c
Vapor, nubes, aqua, specie non discrepant. 119.c
facile permutantur inuicem. e
Vapor quid. ib. non ascendit ad Solem. 320.d
frigore densatur in nubes. 409.e
Vapores aquei in subterraneis. 137.b
Vapores non trahuntur sursum a Sole. 281.d
Vapor aere humidior. 390.c
Vas futile. 692.e. quale. 693.c
Vasa chymica inter referandum flammam concepisse. 83.b.96.e
Vaticinium Virgilianum. 276.c
Venæ terræ. 35.b
in Veneris delubro lucerna. 52.c.64
Veneta magnificentia. 603.d
Venetarum matronarum & sponsarum cornua. 678.b
e Ventriculo flamma. 93.d
Venter ieiunio intumuit. 94.b
Ventus est fumida exhalatio. 383.e
Ventus per tubos in ædes admissus. 305.a
Ventorum vi siluas arsisse. 79.d
Venti siluas non calore, sed motu, incendunt. 287.c.d
vbique ex antris spirant. 303.b
Ventus subterraneus. 217.e
Ventus textilis. i. ventis subtilis. 944.a
Venus Martiiuncta. 686.b.772.a. itemq. Baccho. c
Veneris concha. V.C.
Venus Libitina, mortisq. præses. 650.b. masculofemina. 674.b. biformis. d
Veretrum ingenij fœcundi symbolum. 835.b. item magnanimitatis. 912.a. & viri docti. e. etiam fortitudinis. 959.b. ac æternitatis. 1077.b
Veri Imperatoris equus in Vaticano sepultus. 161.e
Verisimile vt se habeat ad verum & falsum. 538.a
Vermis Indici oleum omnia comburens. 442.c
in Vesica hominis culmus hordeaceus natus. 263.c
Vespillonum munus. 644.d
Vestæ ignis. Vid. I. 416. lucerna. 416.c
Vesta minor. 417.a
Vestales nobiles. 190.b
stupri reæ, viuæ cum lucerna defossæ. ib.
Vestalium numerus auctus. 415.c
Vestalium institutor Numa. 37.e
ignis æternus. 38.d.62.c
in lucerna, non in rogo. 39.a.41.a.42.a.
in lampade. 39.c
aquæ cura. 41.d
Vestalis statua. 1010.c
Vestis lugubris. 644.c
eius colores tres. 658.c
Vesuuius mons. 6 c
Vetustis nouitatem dare arduum. 4
Vibiæ Pollæ monumentum. 180.a
Victoria Parthica. 87.d
alata. 865.e
Victima non semper in sacrificijs cæsa. 648.a
Victoria in numis. 1129.a
alata. 1130.a
Victua. 1237.d
Vigilantia duplex monacho necessaria. 933.a
Viduæ Prytanei seruantes ignem. 37.a.38.a
seniores lychni custodes. 42.d
Vinum nigrum albo calidius. 686.c
Vini fex. V.F.
Vini vapor circulatione non redit in vinum. 117.c
Vini potus largior extenuatos necat. 220.c
Violenti essentia in quo consistat. 325.d
Violentum non est perpetuũ in ijsdem numero. 330.d
Vires inanimatis augentur ad augmentũ molis. 238.c
Virgines coma soluta. 676.e
Virgo sacerdos virginem gerit. 692.c
Virginensis Dea. 1239.b
Viscera hieme calidiora. 88.e
Visio vt fiat. 277.b
Visus in tenebris. 261.
Visorij spiritus inter animales crassissimi. 290.c
Vita Ciuilis dignior contemplatiua. 615.c
Viterbienses lucerna. 52.e.66.e. Vid. Ferentill.
Vitis truncus in vtero Canis natus. 263.d
Viuentes soli in potestate superorum. 72.e
Viuentia permanent in loco suæ generationis. 170.a
non sunt organica prius quam accedat anima. 375.a
degunt vbi alimentum ijs promtum. 430.b
Viuentia conseruantur in loco natali. 431.b
Ludouici Viues tempore lucerna ardens eruta. 24.c
Vitæ ad lucernam proportio. 252.a.379.c
Vita colore humido nititur. 260.e
Viuentia prædominio calida. 427.b
& humida. 432.a
Viui in potestate superorum. 151.d
Vlulatus in funere. 645.c. etiam apud Indos Orientales. 646.e
Vlnæ mensura. 1103.a
Vmbra obtutum iuuat. 47
Vmbræ circa mortuorum tumulos. 186.c
Vniuersale non colligitur ex vno particulari. 68.a
Vniones aceto soluuntur. 285.d
Vniuersi partes elementa singula. 327.b
bonum in ordine consistit. 401.a
Vnum numero. 90.e. quid. 331.a
Vnum numero sunt, quorum vna est materia numero. 292.a
Voxia. 1237.d
Vocum tria genera. 1189.b
Vochan Septentrionis prouincia frigidissima. 146.c
Viago. Pluto. 71.a

Ac Verborum Memorabilium.

Vrnæ duo in apparatu funebri. 846.c
earum vſus. 1268.a
Vrſus in Lucerna. 215.a.1073.a
Vſtibilia non reſoluuntur combuſtione in elementa. col. 380.b
Vtenſilium apud veteres figurę laſciuę. 972.e
Vulcanus priſcis ſapientibus ignis. 34.e
Hephæſtius. 744.b
Ventorum rex. 748.e
Vulcani domus ſubterranea. 34.d.35.a
Vulcanus nudus. 743.e

Z.

ZElotipiæ poculum. 698.b
ZNoua Zembla. 146.c
Zephyrum cũ borea deſiderat Achilles. 303.d
Zethus curſor. 1006.c.
Zona ſoluebatur ſponſæ. 1237.c
Zona virginalis appellata Mitra. 1238.e
Zonam ſoluere. 1240.a
Zona conuenit. c
Zonæ hieroglyphicum. 947.b

REGESTVM.

✠ ✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V
X Y Z
A a B b C c D d E e F f G g H h I i K k L l M m N n O o P p Q q
R r S s T t V u X x Y y Z z
A a a B b b C c c D d d E e e F f f G g g H h h I i i K k k

Omnes sunt Terniones, præter Kkk, qui est Duernio, in his tamen non comprehenduntur folia primi signi ✠



PATAVII, MDCLXII.

Apud Matthæum Cadorinum.

ANNVENTIBVS SVPERIORIBVS.

Staats-
Bibliothek
Bamberg

566
910

1026
1147

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Liceti, Fortunio

De lucernis antiquorum reconditis libri sex

Patavii 1662

Bamberg, Staatsbibliothek -- L.art.f.12-b
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11716477-7